This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

KF 16987



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS OCTAVUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM

A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS OCTAVUS.

STUTGARDIAE,

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.

LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.

MDCCCXXIII.

Digitized by Google

~~HF5~~ ~~M6111 2.911~~
KF 16987

1894, Feb. 1.
Transferred from
Harvard College Library
to
Harvard University Library

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI

EPITOME LIBRI VIGESIMI QUINTI.

P. Cornelius Scipio, postea Africanus, ante annos aedilis factus est. Hannibal urbem Tarentum, praeter arcem, in quam praesidium Romanorum fugerat, per Tarentinos juvenes, qui se noctu venatum ire simulaverant, cepit. Ludi Apollinares ex Marcii carminibus,

P. Cornelius Scipio, etc. *ante annos aedilis factus est*] Praenomen *P.* deest in Voss. Berg. Boend. et Norvic. ejus loco *L.* praeferre ed. Aler. principem, testis est Hearnius. Deinde *ante legitimos annos* edd. fere pleraeque ante ultimam Gruteri. Sed vocem *legitimos* nulli meorum codd. agnoscunt. Eamdem tamen vindicare videtur Livius, qui *nondum ad petendum legitimam aetatem* memorat hoc lib. c. 2, 6. ut etiam Crevier. observat. Praeterea *τὰ est* exsulat a Voss. Berg. et Boend.

Urbem Tarentum, praeter arcem, per Tarentinos juvenes] In vet. lib. est *praeter arcem, in quam praesidium Romanorum fugerat, per Tarentinos* etc. SIG. Ita et Leid. Verum ex vocibus additis duas priores *in quam* servant etiam Voss. Berg. et Boend. reliquas post vocem *simulaverant* addiderunt. Sigonium itaque sequor, ac quinque voces contextui addidi. Praeterea *urbem Tarentinorum* Voss. Livius hoc lib. cap. 1, 1. *Spe per proditionem urbis Tarentinorum potiundae*. Deinde *simulabant*, pro *simulaverant*, Leid. Voss. Berg. et Boend. Hinc *petit*, pro *cepit*, Voss. et Berg. *potitus* Boend. *proditione cepit* Leid.

Ex Marcii carminibus] *Marci* Leid. Voss. Berg. et Exc. Pithoei.

Digitized by Google

quibus Cannensis clades praedicta fuerat, instituti sunt. A Q. Fulvio et Ap. Claudio consulibus adversus Hannonem Poenorum ducem prospere pugnatum est. Ti. Sempronius Gracchus proconsul, ab hospite suo Lucano in insidias deductus, a Magone interfectus est. Centenius Penula, qui centurio militaverat, quum petisset a senatu, ut sibi exercitus daretur, pollicitusque esset, si hoc impetrasset, de Hannibale victoriam, octo millibus acceptis, militum dux factus, conflixit acie cum Hannibale, et cum exercitu caesus est. Cn. Fulvius praetor male adversus Hannibalem pugnavit. in quo proelio hominum sexdecim millia ceciderunt: ipse cum equitibus ducentis effugit. Capua obsessa est a Q. Fulvio et Ap.

ex Martiis carminibus Boend. Norv. et edd. usque ad Vascos. *Carmina Marciana* et *Marcii carmina* vocat Livius c. 12. Mox *a Q. Fulvio, Ap. Claudio*, sine copula media Voss. *et a P. Claudio* Berg. Boend. Norvic. et edd. vett. frequenti lapsu.

In insidias ductus, a Magone interemtus est] Vet. lib. *deductus*. SIG. Ita et Leid. ac Berg. Hinc *interfectus est* Leid, Voss. Berg. et Boend. V. ad Epit. Liv. 73. Mox *petiisset*, pro *petisset*, Leid. Berg. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *petivisset* Boend.

Conflixit acie cum Hannibale, qui cum exercitu cum cecidit] Vet. lib. *conflixit cum Annibale, et cum exercitu caesus est*. SIG. Ita et omnes mei, nisi quod tamen nullus eorum *τὸ acie* omittat. Paullo ante *octo millibus militum acceptis, dux factus* Leid. *octo millibus militum acceptis, dux militum factus* Berg.

In quo proelio hominum sexdecim millia ceciderunt] *XX millia hominum ceciderunt* Voss. Boend. et Norv. *XX millia hominum occiderunt* Leid. et Berg. *hominum viginti millia ceciderunt* edd. vett. pro quo *sexdecim millia* Aldus substituit, quia etiam Livius hunc numerum prodit c. 21.

Capua obsessa est a Q. Fulvio et Ap. Claudio consulibus] Haec verba exsulant a Norvic. et ed. Aler. principe, teste Hearnio, quae in Boend. et nonnullis aliis edd. vett. praecedenti periodo *Cn. Fulvius* etc. praeponuntur. *Τὸ est* non adparet in Leid. et Boend. neque praepositio *a* in Voss. Mox voces *et ingentem se virum gessit* omittuntur in Leid. solum pronomen *se* in Voss. et Berg. Praeterea *in tumultu captae urbis* Berg. *et in eo tumultu captae urbis* Boend. *Τὰ urbis captae* neglexit scriba Leid.

Anno octavo, quam in Hispaniam iverant] Qui *anno octavo?* an non Cn. Scipio anno septimo, Livio auctore [c. 36, 14.]

Digitized by Google

Claudio consulibus. Claudius Marcellus Syracusas expugnavit anno tertio, et ingentem se virum gessit. in eo tumultu urbis captae Archimedes, intentus formis, quas in pulvere descripserat, interfectus est. P. et Cn. Scipiones in Hispania tot tantarumque rerum feliciter gestarum tristem exitum tulerunt: prope cum totis exercitibus caesi anno octavo, quam in Hispaniam iverant. amissaque ejus provinciae possessio foret, nisi L. Marcii equitis Romani virtute et industria, contractis exercituum reliquiis, ejusdem hortatu, bina castra hostium expugnata essent. Ad triginta septem millia caesa, ad mille octingentos triginta capti, praeda ingens parta. Dux Marcius adpellatus est.

postquam in Hispaniam venerat, undetrigesimo die a morte fratris interfectus est? an non idem diutius quam P. Scipio Hispaniae praefuit? an non uterque, cum in Hispaniam anno DXXXII. missi forent, anno post D et XXXIIX. caesus fuit? Malim igitur *anno sexto* legere; cum in hoc loquendi genere ne primus quidem annus numerari soleat: et apud Livium pro *septem* legendum *sex* quibusdam non injuria videatur. DELRIUS. V. ad c. 36, 14. *quando in Hispaniam* Boend. Sed *quam* est postquam. V. ad 6, 29, 10. Tum *iverunt* Leid. et Berg. *ierant* Voss. et Boend. *ierunt* Exc. Pithoei. Paullo ante *tantarumque* non est in Leid. Voss. Berg. et Boend. Hinc *triste exitium*, praefert Voss. V. ad 5, 27, 10.

Amissaque provinciae possessio foret, nisi L. Marcii] *ejus provinciae* Leid. Voss. Berg. Boend. Norv. omnesque edd. ante ultimam Gruteri. Voculam igitur revocavi. Deinde *ni L. Marcii* Boend. qui et mox *equitum*, pro *exercituum*, male praefert.

Ad triginta septem millia caesa ex mille octingentis. praeda ingens capta] Emenda ex veteribus libris et ipsomet Livio *ad mille octingentos triginta capti. praeda ingens parta.* SIG. *ad viginti septem millia*, vel *ad XXVII^{m}.* Leid. Voss. Berg. Boend. et edd. ante Aldum, qui *ad triginta* reposuit, et locum asterisco notavit. Pro *caesa* Gronov. anno 1665. edidit *caesi*; quod, ut elegantius et magis ad Livii gustum, probat Cl. Crevier. quamvis se ignorare fateatur, quis mutaverit. Sed, quum omnes scripti et priores editi alterum servent, id etiam revocandum judicavi. In reliquis verbis plerique codd. mei, et quos Hearne adhibuit, lectionem, quae ante Sigonium exstitit, servant; nisi quod Leid. praeferat *et quatuor millia trecentos viginti captos. praeda ingens capta.*

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER VIGESIMUS QUINTUS.

1 I. Dum haec in Africa atque in Hispania geruntur, Hannibal in agro Tarentino aestatem consumsit, spe per proditionem urbis Tarentinorum potiundae. ipsorum interim Sallentinorum ignobiles urbes ad
2 cum defecerunt. Eodem tempore in Bruttiis ex

§. 1. *Ipsorum interim Salentinorum*] *Sallentinorum*, ut ante dixi [ad Epit. Liv. 15.] SIG. Simplici *l* libri exhibent MSS. omnes. Paullo ante Pal. 3. *gerunt*. GEBH. Lege cum Rubenio, *ipsorum interim et Sallentinorum*. *Ipsos* intellige Tarentinos. J. FR. GRONOVIUS.

§. 2. *Eodem tempore in Bruttiis ex duodecim populis*, etc. *Consentini et Thurini*] De Bruttiorum defectione saepius agit Livius. Omnes locos nominabo, ut, si quid in hac re difficultatis insidcat, levemus. Anno DXXXIV. Varrone et Paullo consulibus, post Cannensem cladem ita loquitur: *Defecere ad Poenos Bruttii omnes, Lucani, praeter hos Surrentini, et Graecorum omnis ferme ora, Tarentini, Metapontini, Crotonienses, Locrique*, 22, [61, 11.] Eodem anno l. 23, [30.] *Petellia in Bruttiis a Poenis capta, post Consentia. Tum Croto urbs Graeca a Bruttiis occupata. Postremo Locrenses descivere ad Bruttios Poenosque. Rhegini tantummodo regionis ejus in fide erga Romanos ad ultimum manserunt*. Anno DXXXV. Ti. Sempronio consule l. 24, [1. 2. et 3.] scribit, Rhegium a Poenis frustra tentatum. Locros ab eis captos. Croto a Bruttiis occupata, omnis Locros multitudo translata. Anno DXXXVII. Q. Fabio, Ti. Sempronio consulibus, l. 25, [1.] ita: *In Bruttiis ex duodecim populis, qui anno priore desciverant, Consentini et Thurini in fidem populi Romani redierunt*. Hoc loco *priorem annum* videtur intelligere annum DXXXV, et reditum ad Romanos factum esse anno DXXXVI, quamquam de eo scribat in anno DXXXVII. Illo anno omnium Bruttiorum populorum, quos hoc loco XII fuisse ait, defectionem factam esse accipere debemus: ita ut ter de hac re locutus sit: primum brevissime, post aliquanto latius, idque non suo anno, sed anno DXXXIV, ad Cannensis cladis damna ingentia demonstranda, qua tot po-

Digitized by Google

duodecim populis, qui anno priore ad Poenos desciverant, Consentini et Thurini in fidem populi Romani redierunt. Et plures rediissent, ni T. 3 Pomponius Vejentanus praefectus sociùm, prosperis aliquot populationibus in agro Bruttio justi du-

puli consternati defecerint: postremo latissime anno suo DXXXV, quamquam ibi nihil de Petilia et Consentia dixit, de quibus obiter ante dixerat. Haec mihi pluribus verbis exponenda fuerant, ut, quoquo modo possem, Livium a Glareani obtrectatione interpretatione mea defenderem. Paulo post ostendam, videri hoc loco legendum esse *Terinaei*, non *Thurini*. †. „ Glareanus secutus est codicum, „ quos habere potuit, fidem, „ pulchre occasionem praebens „ aliis inquirendi meliores codices. Hic omnia putat eo animo a Glareano facta, quo animo ille ubicumque Glareani „ scripta vellicare conatur. Hoc „ enim male habet hominem, „ quod Glareanus Livium non „ ut Deum colit, sed ut alium „ hominem sanae mentis. „ †. SIG. Pall. tres *Taurini*. GEBH. Non tota ex vano est obtrectatio Glareani. Ex Livii l. 22, 61. l. 23, 20. et 30. constat, Bruttios A. V. IDXXXVII. Paullo et Varrone consulibus, a Romanis defecisse. et ex l. 24, 1. 2. 3. A. V. IDXXXVIII. multa hostiliter adversus eos fecisse. Cum his nequaquam congruit, quod hoc loco, quo res anni IDXL. exsequitur, defectionem eorum in A. V. IDXXXIX confert. Respondet Sigonius, hic *annum priorem* non esse eum, qui proxime praecessit annum IDXL, (sequor illius rationes in Fastis) sed annum IDXXXVIII. Sed hoc primum contrarium est ei, quod ipse hic paullo ante ex Livii 22, 61. et 23, 30. ostenderat, defectionem Bruttiorum A. V. IDXXXVII. factam. Deinde docere debuerat, *priorem annum* ea significatione, quam hic verbis illis tribuit, etiam ab aliis dici. Mihi, si haec, *qui priore anno ad Poenos desciverant*, a Livio sunt, aut si nihil in iis vitii est, Glareanus non plane nulla de caussa videtur desiderasse diligentiam Livii. *Terinaei*, non *Thurini*, legendum esse, ostendit Sigonius infra c. 15, 6. idque amplexus est Pighius ad A. V. IDXL. et Malasp. ad Cic. 3. ad Att. 2. sed hic perperam scribit, Sigonium emendare *Thurinaei*. DUKER. *Tauriani* Flor. et Exc. Pithoei. *Taurini* Voss. a m. 1. Lov. 4. 5. Harl. Rec. et Hearnii N. *Turini* Voss. a m. 2. et Lov. 2. cum multis edd. antt. *Tarentini* Gaertn. et Hearnii L. 1. *Thurini* tueri videtur Cluverius 4. Ital. ant. 14. p. 1264.

§. 3. *L. Pomponius Vejentanus*] Appellatur a Pall. tribus *Titus*. à prisca ed. *Cajus*. amplius a sec. *Vegetanus*. GEBH. Moguntiaci natum pronomen. Ab Andrea ad Ascensium fuerat *Cajus* et *Gajus*. At MSS. Gallici, Pall. Voss. *T. Pomponius*. J. FR. GRON. *C. Pomponius* Lov. 4. Ber. et edd. antt. *Ti. Pomponius* Hav. *T. Pomponius* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. et N. Tot itaque codd. consensum secutus verum praenomen in contextum recepi hic, et c. 3, 9.

Praefectus sociùm] Egregie. tales enim fuisse praefectos scribit

Digitized by Google

cis speciem nactus, tumultuario exercitu coacto,
4 cum Hannone conflixisset. Magna ibi vis hominum, sed inconditae turbae agrestium servorumque, caesa aut capta est: minimumque jacturae fuit, quod praefectus inter ceteros est captus, et tum temerariae pugnae auctor, et ante publicanus, omnibus malis artibus et reipublicae et societatibus infidus
5 damnosusque. Sempronius consul in Lucanis multa proelia parva, haud ullum dignum memoratu, fecit: et ignobilia oppida Lucanorum aliquot ex-
6 pugnavit. Quo diutius trahebatur bellum, et varia-

Polyb. 6, [24.] *Πραιφέκτοι δώδεκα ἄρχοντες προβεβλημένοι ὑπὸ τῶν ὑπάτων. οἱ τοῖς ὑπάτοις τοὺς ἐπιτηδειοτάτους πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ τῶν παραρεγονότων συμμάχων ἱππεῖς τε καὶ πεζοὺς ἐκλέγουσι τοὺς ἐπικαλουμένους ἐκτραορδιναρίους, ὃ μεθερμηνευόμενον ἐπιλέκτους δηλοῖ.* SIGON.

Tumultuario exercitu coacto] Put. Pet. *exercitu actu coacto.* Forte *exercitu ad id coacto.* J. FR. GRON. In pr. ed. not. legebat Gronov. *exercitu raptim coacto.* In Flor. est *exercitu acto coacto.* Voces *justi ducis speciem nactus tumultuario* desunt in Cant. Paullo ante *aliquot prosperis populationibus* Voss. Lov. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum.

§. 4. *Quod praefectus inter ceteros est captus*] Videntur abundare duae voculae, et opportuna epexegesi scripsisse Livius: *minimumque jacturae fuit praefectus inter caeteros captus.* J. FR. GRON. Voculas illas omitti potuisse, non diffiteor. Codicum tamen nihil mutantium auctoritas efficit, ne Gronov. adsentiri audeam. Quinctil. Decl. 2, 1. *Sentio, judices, pudori juvenis, pro quo minimum est, quod parricida non est, gravissimum videri, quod absolvendus est contra novercam.* Non omnia delenda esse, quae sine detrimento sensus abesse poterant, vidimus ad 23, 34, 15.

Ante publicanus] Hinc apparet, praefectos sociorum cives Romanos fuisse: neque enim alii, ut puto, quam cives, ad publica conducenda admittebantur. Idem ex 27, 41. 33, 36. 34, 47. et 35, 5. colligitur. Adde infra ad c. 14, 4. DUKER.

§. 5. *Haud ullum dignum memoratu fecit*] Vet. lib. *haud ulla digna memoria fecit.* SIG. *haud ullo digna memoratu* Pall. sec. *haud ullo indigna memoratu* tert. GEBH. *haud ulla digna memoratu* Harl. *haud ullum dignum memoria* Hav. Reliqui in vulgatam lectionem conspirantes eam etiam veriorem esse evincunt.

§. 6. *Ut aut homines, aut Dii repente alii viderentur facti*] *ut*

Digitized by Google

bant secundae adversaeque res non fortunam magis, quam animos, hominum; tanta religio, et ea magna ex parte externa, civitatem incessit, ut aut homines, aut Dii repente alii viderentur facti. nec 7
jam in secreto modo atque intra parietes abolebantur Romani ritus; sed in publico etiam ac foro Capitolioque mulierum turba erat, nec sacrificantium, nec precantium Deos patrio more. Sacrifi- 8
culi ac vates ceperant hominum mentes: quorum numerum auxit rustica plebs, ex incultis diutino bello infestisque agris egestate et metu in urbem

homines aut Dei Voss. et Lov. 2. ac 5. *aut* deest etiam priori loco in Lov. 1. *Dei*, pro *Dii*, legunt quoque Flor. et Hav. V. ad 10, 40, 13. *ut homines repente, ut dicitur, alii facti viderentur* Lov. 4. *ut et homines et Dii* in margine Livii scribendum conjecit Cl. Ant. Perizon.

§. 7. *In secreto modo atque intra parietes ab hosteque tenebantur Romani ritus*] Vide ne *poste*, et non *ab hoste*, quod quadrare non potest, sit legendum. SABELL. Pall. tres *intra parietes ab hoste tenebantur*. prisca ed. *atque intra parietes ab hosteque temnebantur R. r.* GEBH. In primo sic invenio Frobenio. Nam Pall. tres, Pet. recentior, Men. Voss. *parietes ab hoste tenebantur*. Romana et Aldina atque earum traduces *parietes ab hosteque temnebantur*. Pet. melior, *abostenebantur*. Quae orta sunt ex eo, quod non intelligeretur scriptura vetustissima codicis Put. *parietes abotetebantur*. Scribendum autem: *atque intra parietes abolebantur Romani ritus*. Eleganter dicit *aboleri* pro non coli, omitti. Ut apud Tacitum [12. Ann. 41.] quum Nero Britannicum, Britannicus Domitium salutavissent, queritur Agrippina, *sperni adoptionem, quaesque censuerint Patres, jusserit populus, intra penates abrogari*. Sunt autem duo haec verba communis significationis. Unde *abolere magistratum alicui* dixit noster 3, [38, 7.] *tentationemque eam fore abolendi sibi magistratus*. pro quo 27, [20, 11.] *Et jam de imperio abrogando ejus agebat*. 39, [16, 8.] *Omnem disciplinam sacrificandi, praeterquam more Romano, abolerent*. J. FR. GRON. *intra parietes ab hoste tenebantur* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Colbert. apud Doujatium, Exc. Pithoei, et Hearnii D. N. ac L. 1. *intra parietes ad hosce tenebantur* Hav. *intra parietes ad hos tenebantur* Cantabr. Ceterum *aut intra parietes* Lovel. 2. Deinde *Romani cives* Hearnii L. 1.

Nec sacrificantium, nec precantium Deos patrio more] Pal. pr. *aprecantium*. Forte *apprecantium*. GEBH. *aprecantium* etiam Flor. sed *nec a sacrificantium nec a precantium* Harlej. Videtur libra-

Digitized by Google

compulsa; et quaestus ex alieno errore facilis,
9 quem velut ex concessae artis usu exercebant. Primo secretae bonorum indignationes exaudiebantur, deinde ad Patres etiam et ad publicam querimo-
10 niam excessit res. Incusati graviter ab senatu aediles triumvirique capitales, quod non prohiberent, quum emovere eam multitudinem e foro, ac disjicere adparatus sacrorum conati essent, haud pro-

riorum error esse, nec aliud his latere.

§. 8. *Sacrificuli ac vates caperant hominum mentes*] Eandem rem expressit sic l. 4, [30, 9.] *Animos multiplex religio, et pleraque externa, invasit, novos ritus sacrificandi vaticinando inferentibus in domos, quibus quaestui sunt capti superstitione animi.* SIGON.

§. 9. *Ad Patres etiam et ad publicam querimoniam*] *etiam* deest in Voss. et Lovel. 2. sequens *et* non adparet in Flor. Lov. 4. et Harl. Verum altera vox alteram elisit; quod eo facilius, quia *etiam* hoc compendio *et* scribi solebat.

§. 10. *Incusati graviter ab senatu aediles triumvirique capitales*] Aediles plebis scilicet, ut Pighius ad A. V. DXL. ideo, credo, quod eos et triumviros capitales conjungit; et quod Livius 4, 30, 11. quum nondum essent aediles curules, *negotium aedilibus datum* tradit, *ut animadverterent, ne qui, nisi Romani Dii, neu quo alio more, quam patrio, colerentur.* Quod autem Livius scribit, praetorem edixisse, *ne quis, in publico sacrove loco, novo aut externo ritu sacrificaret*, ex eo intelligitur, id intra domesticos parietes prohibitum non fuisse. Eademque sententia accipio, quod ex 4, 30. retuli: nam caussam mandati aedilibus dati hanc fuisse ibi scribit, quod *in omnibus vicis sacellisque* peregrina atque inusitata piacula pacis Deum exposcendae *cernerentur.* Quos, et quo quisque ritu, Deos sibi domi colendos privati putarent, parum curabant Romani, dummodo id ad perturbationem civitatis (*ut Bacchanalia l. 39, 14.) non pertineret. Confer huc, quae habet Ampliss. Praeses Bynckersh. de cultu religionis peregrinae apud Romanos Diss. 2. DUK. *Incusarique graviter ab senatu* Gacrtn. *Incusatique graviter ab senatu* Lov. 4. *Incusantur ab senatu* Lov. 1. Vox *aediles* abest a Voss. et Lov. 1. 2. ac 4.

Quod non prohiberent] Pal. sec. *providerent.* GEBHARDUS.

Commoveri eam multitudinem e foro] Vos, cum in regio cod. foret, *cum emoveri*, sustulistis *eam.* Ego sic emendo: *cum movere*, sive *cum emovere eam multitudinem.* VALLA. Vet. lib. *emovere.* SIG. Inepta lectio. quomodo enim *evomere* aediles illud possent, quod in se non continent? Ab aliquo sciolo intrusa. Pal. 1. *commoveri.* ad marginem tamen emendatum *emovere*, ut habet princeps ed. Pal. sec. *cum mori.* tert. *cum moveri.* Liv. 26, 34, 9. *Cis Vulturnum emovendos*

Digitized by Google

cul afuit, quin violarentur. Ubi potentius jam esse id malum adparuit, quam ut minores per magistratus sedaretur, M. Atilio praetori urbis negotium ab senatu datum est, ut his religionibus populum liberaret. Is et in concione senatusconsultum recitavit, et edixit, *Ut, quicumque libros vaticinos precationesve, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes literasque ad se ante Kalen-* 11 12

censuerunt. Ibid. *Qui eorum trans Tiberim emoti essent*, 27, 3, 2. *Milites aedificiis emoti.* 30, 23, 1. *Emotis deinde curia legatis.* non *Emissis.* 37, 53, 25. *Ultra Tauri juga Antiochum emovistis.* GEBH. *commoveri* Voss. Lov. 1. 2. 4. *cum commoveri* Lov. 5. *commovere* Hav. *cum emoveri* Ber. Flor. et edd. Rom. anni 1472. Parm. atque aliae. *emoveri* Gaertn. Sed recte jam Sigon. ex Vallae conjectura recepit *quum emovere*, pro quo operae typographorum per errorem in ultima Grut. ed. dederunt *quum evomere*; quod a Gebhard. a exagitari, operae non erat. De verbo *emovere* v. ad 42, 50, 6.

Ac disjicere adparatus sacrorum conati essent] Pal. sec. *atque disjicere* pr. vero *disdicere.* Forte verum est *dissicere.* GEBH. *ac didicere* Lov. 1. *ac disdictere* Flor. Harl. et Voss. *ac dediscere* Lov. 4. *ac discedere* Hav. *ac dissicere* Lov. 2. quomodo Gebhardus conjecit. Sed v. ad 2, 35, 4. Tum *sacrificiorum*, pro *sacrorum*, Hafn. Mox *afuit* edidit Gronov. atque ita a m. 1. fuit in Flor. V. ad 4, 12, 6. et ad 26, 41, 11.

§. 11. *M. Aemilio praetori urbis negotium* etc. *datum est*] Emendandum est *M. Atilio praetori urbano.* Nam hoc anno M. Atilius praetor fuit urbanus, M. Aemilius peregrinus. Sic enim supra Livius [24, 44, 2.] *M. Aemilius praetor, cujus peregrina sors erat, jurisdictionem Atilio collegae praetori urbano mandarat, ut Luceriam provinciam haberet.* Item hoc lib. infra [c. 3, 4.] *Praetorum Fulvii Flacci, quae Luceriae sub Aemilio praetore essent.* In libro porro vet. est, pro *urbis*, *urbano*, quomodo scribendum esse videtur. SIG. Sigonius *Atilius*; cui quidem omnes codd. resultant. GEBHARD. *Atilium*, pro *Aemilio*, Sigonius etiam infra restituit c. 3, 12. et c. 12, 3. Deinde *praetori urb.* Flor. quod vel *urbis* vel *urbano* reddi potest. Posterius Sigonius pluribus locis Livii restituendum monuit, idque etiam praeferendum semper putavit Rhenan. ad 28, 46, 6. quum prius in multis supersit codd. V. Duherum ad 22, 33, 8. Adde 23, 32, 18. 27, 23, 7. 28, 46, 6. 31, 4, 2. 34, 57, 3. 38, 42, 7. c. 54, 4. et 42, 6, 10.

Ut his religionibus populum liberaret] Libri omnes *ut et his religionibus.* GEBHARD. Similiter Flor. Voss. Lovel. 1. 2. Harlej. Hearnii L. 1. et ed. Aldina, omnesque recentiores usque ad Francofurt. anni 1578. quae *to et* omisit. *ut etiam his religionibus* Ber. Gaertn. et edd. Aldo priores. *ut cum his religionibus* Hav. *ut ex his religionibus* Lov. 4. et 5.

Digitized by Google

das Apriles deferret: neu quis, in publico sacrove loco, novo aut externo ritu sacrificaret.

1 II. Et aliquot publici sacerdotes mortui eo anno sunt: L. Cornelius Lentulus pontifex maximus, et C. Papirius C. F. Maso pontifex, et P. Furius Philus augur, et C. Papirius L. F. Maso decemvir
2 sacrorum. In Lentuli locum M. Cornelius Cethegus, in Papirii Cn. Servilius Caepio, pontifices subfecti sunt. augur creatus L. Quinctius Flamininus,
3 decemvir sacrorum L. Cornelius Lentulus. Comi-

§. 12. *Et edixit, ut, quicumque libros vaticinos*] Hinc 39, [16, 8.] *Quotiens hoc patrum majorumque aetate negotium est magistratibus datum, ut sacra externa fieri vetarent? sacrificulos vatesque foro, circo, urbe prohiberent? vaticinos libros conquirerent, comburerentque? omnem disciplinam sacrificandi, praeterquam more Romano, abolerent?* SIGON.

§. 1. *Et aliquot publici sacerdotes mortui eo anno sunt*] Abest a Pall. tribus *Et*. tert. autem *eo anno mortui sunt*. GEBH. Copula etiam abest a Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. et Harl. Potest autem hausta esse a praecedentis vocis literis ultimis. V. ad 35, 41, 7. Vel. etiam censeri potest inde repetita esse. V. ad 39, 18, 8. Tum *eo anno mortui sunt* etiam Ber. cum edd. Rom. anni 1472. Parm. et aliis pluribus.

C. Papirius C. F. Masso] *C. Papirius C. F. Maso* ex consulatu ejus Capitolino, in quo primus in monte Albano de Corseis triumphavit. SIG. *Masso*, teste Manutio, est in editis et scriptis libris Ciceronis 9. Famil. 21. *Maso* in Fastis Capitol. Siculis, Idatianis, Norisianis, et Ascon. in Pisonianam princ. DUK. Quum viri docti supra 21, 25, 4. et 41, 15, 5. orthographiam a Sigonio probatam secuti sint, eam hoc loco spernere non debuerant. Mox *P. Furius Pilus* Flor. Lovel. 1. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. Moguntina priores. *P. Furius Philo* Lovel. 2.

Et C. Papirius. L. Fulvius Masso decemvir sacrorum] De vitio Livius index est. Ut enim haec lectio concipitur, quinque sacerdotes eo anno mortui fuerint. At Livius in adjunctis verbis quatuor tantum suffectos tradit. Quid igitur fiet *L. Fulvio?* Liber meus scriptus *C. Papirius Lemasso decemvir*. Aperta correctio erit *C. Papirius L. F. Masso*. tantum *F* mutaverat in *E*. Ablegandus igitur iste *L. Fulvius*, natus ex notis. Et scimus, *Massones* cognomen Fulviae gentis non esse, sed Papiriae. LIPS. 2. Ep. Quaest. 17. Pall. tres *C. Papirius Lemasso*. unde ingeniose Cl. Lipsius *C. Papirius L. F. Masso*. Nam *Massones* (Sigonius scribit *Masones*) cognomen Papiriae gentis, non Fulviae. Ejus viri conjecturam adjuvare prisca ed. videtur *et C. Papirius*

Digitized by Google

tiorum consularium jam adpetebat tempus; sed, quia consules a bello intentos avocare non placebat, Ti. Sempronius consul comitiorum caussa dictatorem dixit C. Claudium Centhonem. ab eo magister 4
equitum est dictus Q. Fulvius Flaccus. Dictator primo comitiali die creavit consules Q. Fulvium Flaccum, magistrum equitum, et Ap. Claudium Pulchrum, cui Sicilia provincia in praetura fuerat. Tum praetores creati Cn. Fulvius Flaccus, C. Clau- 5
dius Nero, M. Junius Silanus, P. Cornelius Sulla.

C. Fabius Masso. GEBH. Ut Lipsius, etiam emendandum monet Pighius in Ann. ad ann. IDXXXIV. p. 142. Ceterum *C. Papirius, L. Fulvius Masso* primus dedit Curio. Priores edd. praeferunt *C. Papirius Lemasso*, vel *Lamasso.* Neque aliter est in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Pro quo diu ante Lipsium et Pighium *C. Papirius L. F. Masso* ediderunt Froben. et alii, Sigonius etiam *C. Papirius L. F. Maso.* Verum quum Sigonio posteriores editores Curionis lectionem retinere maluerint, inde Lipsio et Pighio eam refellendi ansa data est; qui tamen vel verbo memorasse debuerant, jam alios ante se veram scripturam deprehendisse.

§. 2. *Cn. Servilius Cepio*] *Caepio* ex Capitol. lapid. nummis argenteis, Graecis monumentis, in quibus est *Καιπίων*, et per mendum *Καπίων.* SIG. V. eumdem ad 29, 38, 3. 30, 1, 1. et 40, 59, 6.

L. Quintius Flaminius] *L. Quinctius Flamininus* ex lapid. Capitol. SIG. *Quinctius*, addita litera *c*, antiquos scribere solitos fuisse, vidimus ad 1, 30, 2. Quinctiorum autem cognomen *Flamininus* Sigonius etiam Livio restituit 22, 33, 8. 31, 4, 5. et 41, 28, 11.

§. 3. *C. Claudium Centonem*] *Centhonem* lapid. Capitol. *C. Claudius* hic *Centho dictator* consul ante fuerat cum M. Sempronio Tuditano. SIG. V. eumdem ad 22, 34, 1. Paullo ante *bello intentos*, omissa praepositione, Ber. a m. 2. *ad bellum intentos* Hafn. Deinde *revocare*, pro *avocare*, Lov. 4. 5. et Hav. *advocare* Harl.

§. 4. *Primo comitiali die*] Varro l. 5. [p. 50.] *Comitiales dies dicti, quod tum iret populus ad suffragia ferenda, nisi si quae feriae conceptae essent, propter quas non liceret, ut Compitalia et Latinae.* SIG. Mox copula deest inter duorum consulum nomina in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. a m. 1. Gaertn. et edd. Aldina prioribus. V. ad 2, 17, 1.

§. 5. *Cn. Fulvius Flaccus, Claudius Nero*] Vet. lib. *C. Claudius Nero.* Eodem post etiam praenomine in consulatu afficitur. SIG. *C. Nero*, omisso nomine gentilitio, Hearnii L. 1. Omnes mei praenomen *C.* emittunt. Ve-

Digitized by Google

6 Comitiis perfectis, dictator magistratu abiit. Aedilis curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego P. Cornelius Scipio, cui post Africano fuit cognomen. huic petenti aedilitatem quum obsisterent tribuni

rum id elisit prima litera vocis sequentis. V. ad 24, 17, 8.

M. Junius Syllanus] *Silanus* ex Capitol. lapid. et Graecis libris. Σιλανός. SIG. Ita et Flor. aliique optimi libri hic et infra cap. seq. V. ad 23, 15, 2.

P. Cornelius Sylla] Lapid. Capitol. *Sulla*. Ceterum *P.* hic *Cornelius Rufinus* dicebatur. In hoc autem magistratu *Sullae* cognomen invenit, ut post dicam. SIG. *Sulla* etiam Mogunt. aliaeque edd. Sed priores pleraeque praeferunt *Sulla*, quod et habent quidam codd. et ortum videtur ex duplici scriptura *Sulla* et *Silla*, quod et ipsum in nonnullis Mstis obvium fuit. De hoc cognomine v. ad 45, 17, 3.

§. 6. *Aedilis curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego P. Cornelius Scipio*] Placuit hoc loco adscribere, Polybium l. 10, [4. et 5.] auctorem esse, P. Scipionem cum L. Scipione fratre aedilem fuisse. Quod innuit etiam Vellejus l. 2, [8.] cum ait: *Nam censura Metellorum patruelium, non germanorum fratrum fuit, quod solis contigerat Scipionibus.* Commemorat enim fratres collegas in aliquo magistratu. SIG. Polybium et Vellej. haec ex aliis auctoribus descripsisse, putandum est cum Pighio ad A. V. ıɔxl. Ceterum *eo anno* cum Pighio d. l. accipe, anno, quo hi, quos dixi, consules et praetores creati sunt in annum ıɔxlı. Hi autem creati sunt anno priore ıɔxl. quo et Scipio, ex sententia Pighii, aedilis curulis fuit. DUKER.

Cui post Africano fuit cognomen] Ita J. Fr. Gronovius edidit, quia, ut testatur ad 1, 1, 4. in Put. inveneral *Africanos*. Antea edebatur *Africanus*, quod servant omnes libri, nisi quod *Africanos* etiam sit in Flor. a m. 1. V. quae notantur d. l.

Quod nondum ad petendum legitima aetas esset] Hic locus torsit Sigon. ad Liv. 40, 44, 1. Lipsium de Magistr. Rom. c. 4. et Pighium in Ann. ad A. V. ıɔlxxxiii. Nimirum quum ibi scribat Livius, eo anno rogationem primum ab L. Villio tribuno plebis latam, *quot annos nati quicunque magistratum peterent caperentque:* hic autem, annum petendae aedilitatis curulis diu ante Villium lege constitutum fuisse, videatur dicere, in his inter se conciliandis laborarunt viri doctissimi. Et Sigonius quidem nihil aliud, quam Livium *contraria tradere* miratur. Lipsius, post adlatas aliquot non valde probabiles conjecturas, nodum ita solvit, fortassis jam ante Villium *per partes de quibusdam magistratibus* ferri coeptum, sed legem Villiam, *ea omnia complexam*, ceteras aboleviſſe. Id etiam ex eo confirmari putat, quod Cic. 5. Phil. 17. et Ovid. 5. Fast. 65. in hac re *leges* memorant, non *legem*. Pighius denique dicit,

Digitized by Google

buni plebis, negantes rationem ejus habendam esse, quod nondum ad petendum legitima aetas esset; *Si me*, inquit, *omnes Quirites aedilem facere volunt*, *satis annorum habeo.* Tanto inde favore ad suffragium ferendum in tribus discursum est, ut tribuni

ex Livio et aliis facile colligi, ante legem Villiam plures de tempore magistratuum leges fuisse latas, easque a Festo et Lampridio *annarias* vocari; sed Villium *exactius quid* de magistratuum curulium annis lege sua constituisse videri, quum inde, teste Livio, cognomen familiae inditum sit, ut *Annales* vocarentur. De his quisque, ut lubet, sentiat. Sed loca Cic. et Ovid. Lipsium nihil juvant. nam, *leges* etiam de *una lege* dici, vulgo notum est. Et Cic. ipse, quas Phil. 5. *leges annales*, 3. de Legib. 3. *annalem legem* dixit. Pighius autem quum neque Livii, neque ullius alterius scriptoris, testimonio probet, quae de hac re tradit, sententia illius infirmo tibicine nititur. Nam Fest. et Lamprid. in Commodo c. 2. non *annarias leges*, sed *annariam legem*, dicunt: quamquam, si *annarias leges* dixissent, tamen in eo nihil praesidii sententiae illius foret, ut ostendi. Mihi certissimum est, neque hoc tempore, neque aliquot post annis, adhuc quidquam de annis singulorum magistratuum petendorum gerendorumque constitutum fuisse. Hoc manifestum faciunt exempla eorum apud Livium, qui vel ex quaestura consules, vel ex aedilitate plebis praetores, vel ex aedilitate curuli consules, vel denique qui, nullo ante curuli magistratu gesto, consules facti sunt. V. 32, 7, 9. 28, 38, 6. 29, 38, 4. 23. 24, 3. et 30, 16. et 25, 41, 11. Etsi autem nihil prolatum video, quo hoc satis vali-

de refelli possit; tamen plane verisimile esse puto, quemadmodum in aliis civitatibus, ita Romae quoque, legem fuisse, quae cives ante certam aetatem a quorumcumque honorum civilium, exceptis forsitan magistratibus minoribus, petitione submoveret. Hoc quidem nusquam disertis verbis proditum inveni; sed tamen ex eo, quod Polyb. 6, 17. scribit, *nemini licuisse magistratum urbanum capere, qui nondum decem stipendia fecisset*, non absurde colligi potest, aliquid de ea re legibus cautum fuisse, eoque pertinere verba tribunorum plebis, negantium, rationem Scipionis habendam esse, *quod nondum ad petendum legitima aetas esset.* Nam quum adolescentes ab anno aetatis XVII in militiam legerentur, Scipio A. V. IDXXXIX. aedilitatem curulem petens vix XXII. annos natus esse, ut ex iis, quae de aetate illius ad Flori 2, 6, 10. adnotata sunt, liquet, atque adeo nondum decem stipendia fecisse potuit. Nec tamen magis, quam Lipsius 1. de Milit. Rom. 2. adfirmare velim, semper rigide servatum fuisse id, quod Polybius prodidit. DUK. V. ad 40, 44, 1. Cl. Peris. ad Val. Max. 1, 1. p. 13. statuere videtur, Livium, nondum legitimam ad petendum aetatem memorantem, vel errasse, vel per prolepsin locutum esse. Ceterum *aetas foret* Ber. et edd. quas vidi, Aldina vetustiores. *foret* et *esset* etiam supra commutabantur in scriptis 10, 24, 4. *aetas fuit* Gaertn.

Digitized by Google

8 repente incepto deſtiterint. Aedilitia largitio haec fuit. Ludi Romani pro temporis illius copiis magnifice facti, et diem unum inſtaurati, et congii 9 olei in vicos singulos dati. L. Villius Tappulus et M. Fundanius Fundulus, aediles plebeji, aliquot matronas apud populum probri accusarunt: quas- 10 dam ex eis damnatas in exsilium egerunt. Ludi plebeji per biduum inſtaurati; et Jovis epulum fuit ludorum cauſſa.

§. 8. *Aedilicia largitio haec fuit*] De largitionibus aedilium, Cicero 2. de Officiis [16.] SIGON.

Et congii olei in vicos singulos dati] Non video cauſſam, cur Lips. 1. Elect. 8. hanc largitionem soli Scipioni tribuat. DUK. Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii *in viros singulos* scribendum conjicit.

§. 9. *L. Villius Tappulus*] Olim *L. Julius, T. Appulus.* V. Sigon. ad 3, 54, 13. et Pighium ad A. V. IDXL. et IDLXXIII. DUK. *L. Villius, T. Apullus* Flor. *L. Vilius, T. Appullus* Lov. 1. et Voſſ. *L. Villius, T. Appulus* Harl. *L. Julius Apulus* Lov. 4. *L. Julius, T. Appulus* Lov. 2. 5. *L. Julius, T. Apulus* Hearnii L. 1. V. ad 40, 44, 1. et 31, 4, 3.

M. Fundanius] Vet. lib. *M. Fundanius Fundulus,* Recte. est enim *Fundulus Fundaniorum* cognomen. Quod ex consulatu Capitolino *C. Fundanii Funduli* anno DX. intelligi potest. SIG. Ita et Flor. omnesque codd. mei praeter unum Gaertn. Praeterea perperam *M. Fundanus* Hearnii L. 1. et D.

Aliquot matronas] Hoc inter officia aedilium indiscriminatim ponit Lipsius ad Tacit. 2. Ann. Exc. O. et de Mag. Rom. c. 13. Auctor Lexici Antiquit. Roman. et Graec. videtur putaſſe, solorum aedilium plebis fuiſſe, quoniam de his solis, non etiam de aedilibus curulibus, id adnotat. Sed hos quoque matronas probri accusare solitos, et convictas mulctare, ex Livii 10, 31, 9. intelligi potest. Ad eosdem olim etiam aliorum quorumdam criminum, ut veneficii cognitionem pertinuiſſe, non obscure indicat Livius 8, 18. DUK.

§. 1. *Q. Fulvius Flaccus, Ap. Claudius III. consulatum ineunt*] Hoc loco qui *tertium* Q. Fulvio apposuerunt, non Claudio, recte fecere. Nam non ita multo post in creatione novi pontificis maximi de Q. Fulvio dicitur [c. 5, 3.] *qui et ante bis consul et censor fuerat.* GLAR. Aldus est, qui id fecit. Neque aliter codd. nisi quod Ber. utrique consuli perperam *tertium* adponat.

§. 2. *Claudius Nero Suessulam*] Vet. lib. *C. Claudius*, ut ante [c. 2, 5.] SIG. Praenomen hic jam agnoscunt omnes mei, praeter Ber.

M. Junius Syllanus inter consu-

Digitized by Google

III. Q. Fulvius Flaccus tertium, Ap. Claudius 1
consulatum ineunt. Et praetores provincias 2
sortiti sunt; P. Cornelius Sulla urbanam et peregrinam, quae duorum ante sors fuerat, Cn. Fulvius Flaccus Apuliam, C. Claudius Nero Suessulam, M. Junius Silanus Tuscos. Consulibus bellum cum 3
Hannibale et binae legiones decretae: alter a Q. Fabio superioris anni consule, alter a Fulvio Centumalo acciperet. Praetorum, Fulvii Flacci, quae 4

les] Opinor legendum *Syllanus Hetruriam*. VALLA. Quid sibi velit *inter consules* hoc loco, non plane intelligo, etsi paullo post repetitum. Fuit autem hic in Hetruria praetor, quae ei sorte venit. quod postea etiam libro seq. ab initio fere innuit Livius. Quare legendum *M. Junius Syllanus Hetruriam*. Atque ita etiam Valla. GLAR. Assentior Vallae et Glareano, quatenus voces illas *inter consules* mendose esse dixerunt: dissentio ab iisdem, quatenus pro iis *Etruriam* esse restituendum putarunt. Neque vero nego, quin M. Junius praetor Etruriam sit sortitus, siquidem in anno sequenti [26, 1, 5.] ita ait: *Praetoribus prioris anni M. Junio in Etruria, P. Sempronio in Gallia prorogatum imperium est.* Sed illud dico, non *Etruriam*, sed *Tuscos*, esse reponendum, non solum hoc in loco, sed etiam infra [hoc cap.] ubi ait: *M. Junio inter consules legiones urbanae prioris anni datae.* ubi *in Tuscos* legendum esse dico. Me autem, ut ita sentiam, adducit primum Livius, qui ita loqui solitus est. ut in anno DLX [37, 2, 1.] *Praetores provincias sortiti: M. Aurunculejus urbanam, Cn. Fulvius peregrinam, L. Aemilius Regillus classem, P. Junius Tuscos.* Et paullo post: *P. Junius in Tuscos exercitum scribere jussus.* Deinde erroris verisimilitudo. Nam pro *Tuscos* vel *in Tuscos* factum est a librariis *intus COS.* et *inter COS.* Quae qui explicare omnibus literis voluerunt, *inter consules*, et *intus consuli*, et *creatus consul*, haec enim omnia in veteribus libris aliis atque aliis inveniuntur, scripserunt. SIG. Libri MSS. omnes vitio hic obsiti sunt. Quippe Pal. pr. *Syllanus creatus consul.* sec. et tert. *creatus interconsul.* Vet. ed. *Syllanus inter consules.* GEBH. *creatus consul* Flor. Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii Oxon. *inter consules* Voss. in margine, Lov. 1. et Ber. *intus consuli* Rec. Similes varietates etiam infra §. 5. in scriptis obcurrunt, verum ibi insuper *intus cos* praeferunt Flor. et Lov. 4. Recte itaque Sigonius *Silanus Tuscos*, et mox *Junio in Tuscos.* Simile mendum supra viri docti sustulerunt 3, 13, 8. Mox §. seq. *Centimalo* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Neque aliter edd. Ald. et sequentes usque ad Sigon. V. ad 24, 43, 6. Tum *acciperent* Voss. Lov. 5. Hafn. et Hav.

§. 4. *Supplementum in eas quisque scriberet sibi*] MSS. prorsus omnes *in eas ipse scriberet.* Quod

Digitized by Google

Luceriae sub Aemilio praetore; Neronis Claudii, quae in Piceno sub C. Terentio fuissent, legiones essent. supplementum in eas quisque scriberet sibi. M. Junio in
5 Tuscos legiones urbanae prioris anni datae. Ti. Sempronio Graccho et P. Sempronio Tuditano imperium provinciaeque Lucani et Galliae cum suis exercitibus
6 prorogatae: item P. Lentulo, qua vetus provincia in Sicilia esset; M. Marcello Syracusae, et qua Hieronis regnum fuisset: T. Otacilio classis: Graecia M. Valerio: Sardinia Q. Mucio Scaevolae: Hispa-

sive jam statim defendi potest, sive adhuc de eo deliberare placet, certe supprimi non oportet. Et fortasse Terentii legiones morbo vel quo alio casu fuerunt imminutae, ut Neronem Claudium solum respexerit Livius, quamquam et consulibus supplementum datum patet ex cap. 5, 5. Gud. ultra pergit, *in eas ipsi scriberent sibi*. JAC. GRON. *ipse scriberet sibi* etiam Flor. Cant. Lov. 1. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. et Hearnii Oxonienses. *ipsi scriberent sibi* Lov. 2. et Hav. quod Cl. Crevier. ex Victor. recepit.

§. 5. *Provinciaeque Lucani et Galliae*] Cl. Crevier. legendum conjicit *Lucani et Gallia*, quomodo Froben. anno 1535. et multi eum secuti ediderunt; pro quo Paris. anno 1573. *Lucani et Galliae*, ut est in Frobenio antiquioribus, iterum revocarunt, quod tantum non omnes Msti tuentur, etiam Flor. a m. 1. in quo a m. 2. reponitur *Lucanie et Gallie*. Sed Lov. 1. et Voss. a m. 2. *Lucania et Gallia*. Si quis vulgatum servandum putet, *Galliae* non casu primo, numero plurali, sed secundo, numero singulari accipiat; *provincia* autem *Galliae* eadem forma dictum erit, qua *provincia Apuliae* est in vett. edd. infra 40, 19, 9. ubi alia vide. (*40, 16, 5.) Neque displicere poterit diversitas constructionis *provincia Lucani* et *provincia Galliae*. Id enim passim Livius quaesivit, ac quavis occasione captavit. Ita *nunciare ipsi*, *an ad praesidium* 36, 3, 7. ubi plura vide. Praefero tamen *Gallia*, quod videntur mutasse, quibus diversus numerus *Lucani et Gallia* displicebat; de quo v. ad 35, 40, 6.

§. 6. *Hispaniae P. Cn. Corneliis*] Vet. lib. *P. et Cn. Corneliis*. SIG. Non liquet, quomodo Hispaniae prorogatae fuerint Cn. Scipioni, quem ibi cum imperio fuisse non constat. P. Scipio, cui primo anno hujus belli decreta fuerat Hispania 21, 17, 1. ab Annibale in Italiam revocatus Cn. fratem cum maxima parte copiarum in Hispaniam misit ibid. c. 32, 3. sine dubio tamquam legatum. nam eum *suis auspiciis* in Hispaniam rem gerere dicit in oratione ad milites paullo ante proelium ad Ticinum, ibid. c. 40, 3. Ipse deinde anno sequenti in Hispaniam venit, prorogato post consulatum imperio, 22, 23, 1. Hinc res ab

Digitized by Google

niae P. et Cn. Corneliis. Ad veteres exercitus duae 7
urbanae legiones a consulibus scriptae, summaque
trium et viginti legionum eo anno effecta est. Delectum 8
consulum M. Postumii Pyrgensis cum magno prope
motu rerum factum inpediit. Publicanus erat Po- 9
stumius, qui multis annis parem fraude avaritiaque
neminem in civitate habuerat, praeter T. Pomponium Vejentanum, quem, populantem temere agros in Lucanis, ductu Hannonis priore anno ceperant Karthaginienses. Hi, quia publicum pericu- 10

iis in Hispania gestas sparsim memorat Livius 23, 26. 48. et 24, 41. 48. nulla prorogationis imperii mentione facta, nisi hoc loco. Si ergo verum est, quod hic de Cn. Scipione scribit, dicendum est, ei post annum V. IDXXXVI. quo P. Scipio in Hispaniam venit, a populo extra ordinem, quum privatus esset, imperium datum fuisse. Sed hoc nusquam ante prodidit Livius. Suspicari quidem possumus, hic aliquid turbatum esse, quod scripturam variare indicio est scholion Sigonii. Sed tamen utrique *imperatores Romani* vocantur c. 32, 1. 37, 10. et 26, 41, 22. et Cn. Scipio *imperator* 26, 2, 5. At rursus, Asdrubali ad Alpes vadenti exercitum Romanum *ductu auspicioque* patris obstitisse, dicit Publii filius Scipio 26, 41, 13. Nec magnam vim habet, quod appellatio *Imperatoris* tribuitur Cn. Scipioni. Nam etiam magistrum equitum *imperatorem* vocat 8, 30, 1. et 33, 13. V. Gronovium ad 22, 12, 11. DUK. Error a Sigonio notatus in sola ejus ed. exstitit. Nam reliquae cum omnibus codd. copulam agnoscunt. Paullo ante Lentuli praenomen *P.* ab Oxon. *N.* abest, Hearnius notavit.

§. 8. *M. Postumii Pyrgensis cum magno prope motu iterum factum*] Pall. tres, et vet. ed. *cum magno prope motu rerum*. GEBH. Solus Gruter. in pr. edd. *iterum*, pro *rerum*, ediderat; sed errorem hunc in ed. ultima ipse sponte emendavit. Deinde *M. Postumi* Lov. 2. et Hearnii L. *M. Postumius* Lovel. 1. et Brancal. Latinii. Mox §. seq. *T. Pomponium* edidi. V. ad c. 1, 8.

§. 9. *Populantem temere agros in Lucanis*] De eo ita hujus libri initio. *Prosperis aliquot populationibus in agro Bruttio justi ducis speciem nactus*. SIGON.

§. 10. *Quia publicum periculum erat a vi tempestatis* etc.] Hae de re sic l. 23. extremo. *Alterum postulatum publicanorum fuit, ut, quae in naves imposuissent, ab hostium tempestatisque vi publico periculo essent*. SIG. Vet. ed. *ea vi*. Pal. tert. *periculum erat magnae tempestatis*. Liv. 23, 49, 2. GEBH. *erat magnae tempestatis* etiam perperam Lovel. 2. et Hav. *erat ea vi tempestatis* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *erat vi tempestatis* proximae edd. usque ad Aldum, vulgatae lectionis auctorem; cum quo faciunt reliqui codd.

Digitized by Google

lum erat a vi tempestatis in iis, quae portarentur ad exercitus, et ementiti erant falsa naufragia, et ea ipsa, quae vera renunciaverant,
11 fraude ipsorum facta erant, non casu. in veteres quassasque naves paucis et parvi pretii rebus inpositis, quum mersissent eas in alto, exceptis in praeparatas scaphas nautis, multiplices fuisse merces
12 ementiebantur. Ea fraus indicata M. Atilio praetori

Ementiti erant facta naufragia] Put. Pet. interque, Reg. duo Pall. *falsa naufragia*. quod cur spernam, caussae nihil video. Nec me offendit ille, si quis est, pleonasmus, *ementiti falsa*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Harl. Ber. et Hearnii N. ac D. Mox *nunciaverant*, pro *renunciaverant*, Ber. a m. 1. Gaertn. et edd. quas vidi, Aldo antiquiores.

§. 11. *In veteres quassatasque naves*] Pal. 2. *cassasque naves*. *cassae naves* sunt vitiosae, ut *cassa nux*. Pal. 1. *quassasque naves*. Vet. ed. *in veteres quassatas naves*. *quassatae naves*, vi tempestatis disjectae ac confractae. Virg. 1. Aen. 551.

Quassatam ventis liceat subducere classem.

GEBH. Put. et Pet. *quassasque*. L. 7. D. de act. empti. *Veluti si fundo dolia accessura dixisset, non quassa, sed integra dare debet*. Seneca ad Marciam [c. 11.] *Quid est homo? quodlibet quassum vas*. Horat. [1. od. 1.] *mox reficit rates Quassas*. J. FR. GRON. *veteres quassatasque* satis Latinum est. Infra 30, 39, 3. *Multae quassatae armamentisque spoliatae naves*. 37, 31, 6. *Naves in proelio quassatas quum refecisset*. et ita hic legit Harl. *in veteres quassatas naves* Voss. et Lov. 1. *in veteres cassatas naves* Ber. a m. 1. *cassatasque naves* a m. 2. (* v. ad 21, 40, 9.) Gronovio tamen omnino adsentiendum. *quassasque naves* enim praeferunt etiam Florent. Cant. Lov. 2. 4. 5. Hav. et Hearnii L. 1. Seneca de Otio sap. 30. *Navem quassam non deduceret in mare*. Liv. 26, 51, 9. *Refectisque, quae quassi erant, muris Tarraconem est profectus*. ubi v. Gronov. et ad Senec. de Brev. vitae 10. Quod autem librarii *quassatus*, pro *quassas*, dederint, sollemnis eorum aberratio est, de qua v. ad 10, 37, 2.

§. 12. *Ea fraus indicata M. Aemilio praetori priore anno fuerat*] Superiore anno, ut ostendi [h. lib. c. 1, 11.] M. Atilius in urbe mansit, quippe qui praetor esset urbanus: reliqui praetores in provincias profecti sunt. Ergo *M. Atilio*, ut ante, corrigendum. SIG. *praetor is priore anno* Lov. 2. Male. Livius enim potius facti indicii, quam gesti honoris, tempus indicasse videtur.

§. 13. *Populus severior vindex fraudis erat*] Mira hoc in loco confusio horum nominum *populus*, *plebs*, *concilium plebis*, *tribus*, *Latini* et *comitia*. Nam cum primum dixerit, populum vindicem fraudis fuisse, statim concilium plebis subjungit. Et priusquam tribus in suffragium vo-

Digitized by Google

priore anno fuerat, ac per eum ad senatum delata, nec tamen ullo senatusconsulto notata: quia Patres ordinem publicanorum in tali tempore obfensum nolebant. Populus severior vindex fraudis 13
erat; excitatique tandem duo tribuni plebis Sp. et L. Carvilii, quum rem invisam infamemque cernerent, ducentùm millium aeris multam M. Postumio dixerunt. cui certandae quum dies advenisset, 14

carentur, tribunos populum submovisse dicit. Deinde Latinos suffragium ferre, populum reclamare, publicanos cum populo jurgantes facit. Item in relatione consulum ad senatum eadem nominum confusio. Quomodo enim haec congruunt, *Plebis concilium vi turbatum, suffragium populo per vim extortum, concilium plebis sublatum, contra populum Romanum aciem introductam, tribus prohibitas in suffragium vocari, populum Romanum victum, comitia sublata?* GLAR. Miratur Glareanus, quid sit, quod, cum *populum* fraudis vindicem vocet Livius, paullo post *plebis* concilium habitum esse hac de re dicat, neque intelligit, cum de tributis comitiis agitur, hoc loco *populum* pro *plebe* accipi, praesertim vero cum ab comitiis Patres essent exempti. †. „ Hoc ipsum vult „ Glareanus, *populum* pro *plebe* „ accipi: sed sic non tollitur „ obscuritas. „ †. quod Livius tradidit l. 2, [60, 4.] *Insignem annum maxime tributa comitia efficiunt, res major victoria suscepti certaminis, quam usu: plus enim dignitatis comitiis ipsis detractum est Patribus ex concilio summovendis, quam virium aut plebi additum, aut demptum Patribus.* Et eodem lib. [c. 56, 10.] *Consules nobilitasque ad impediendam legem in concione consistunt; summoveri Laetorius jubet, praeterquam qui suffragium ineant.* Gellius 15, 27. *Is, qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubet, non comitia, sed concilium edicere debet. Tribuni autem neque advocant patricios, neque ad eos referre de re ulla possunt. Ita ne leges quidem proprie, sed plebis scita, appellantur, quae tribunis plebis ferentibus accepta sunt.* Saepe autem in *populi* voce Patres etiam continentur, ut eodem in loco significat Livius [c. 56, 11.] *Consul Appius negare, jus esse tribuno in quemquam, nisi plebejum; non enim populi, sed plebis eum magistratum esse.* SIGON.

Tribuni plebis Sp. et L. Carvilii etc. *multam M. Postumio dixerunt. cujus certandae quum dies advenisset*] Magistratus multare quemquam non poterat, sed multam pronunciare, quam deinde populus aut juberet, aut remitteret. Illud erat *multam dicere*, hoc *multam certare*. Sic 3. de Legib. [3.] Cic. *Magistratus nec obedientem et nocuum civem multa, vinculis, verberibusve coërcento, ni par majorve potestas prohibessit, ad quos provocatio esto. Cum magistratus judicassit irrogassitve, per populum multae, poenae certatio esto.* et Philipp. 11, [8.] *Crassus consul pontifex maximus Flacco collegae flamini Martiali mul-*

Digitized by Google

conciliumque tam frequens plebis adesset, ut multi-
5 tudinem area Capitolii vix caperet; perorata caussa,
spes una videbatur esse, si C. Servilius Casca tri-

tam dixit, si a sacris discessisset, quam multum populus Romanus remisit. Sic Livius paullo post [c. 4, 8.] *Tribuni plebis, omissa multae certatione, rei capitalis diem Postumio dixerunt.* SIG. Scripti omnes *cui certandae.* J. FR. GRON. *Sp. et L. Carvilii* primus edidit Ascens. anno 1513. et recte. Supra hoc cap. *Prorogatae Hispaniae P. et Cn. Corneliis.* V. ad 6, 22, 1. et Sigon. ad 32, 7, 15. Antea vulgabatur *Sp. et L. Carvilius:* quod obferunt etiam Ber. et Gaertn. *Sp. et L. Carvilius* Lov. 5. *Sp. et L. Carvilla* Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Hearnii N. *Sp. et L. Carvila* Lov. 2. *P. Spurius et L. Carvilla* Hav. et Hearnii L. 1. *P. Spurius et L. Carvilius* Brancal. Latinii. Deinde *cui certandae* etiam omnes mei, et Oxon. Hearnii, nisi quod *cujus certandae* sit in Ber. *cui certandi* in Lov. 1. et Brancal. Latinii. Cato de Re rust. c. 147. *Dies argento ex Kal. Nov.* (* Liv. 35, 35, 15.)

§. 14. *Conciliumque tam frequens plebis adesset*] *consiliumque* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Gaertn. et Hav. Male. V. Gronov. ad 44, 2, 5. Mox *arx Capitolii*, pro *area*, Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Rec.

§. 15. *Qui propinquus cognatusque Postumio erat*] Libb. omnes *qui propinquus erat cognatusque Postumio.* GEBH. Pariter Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. Aldina prioribus. Paullo ante *una spes esse* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harlej. et Hav.

§. 16. *Testibus datis tribuni populum summoverunt, si te illique lata est, ut* etc.] Vos sic emendatis *sciteque lex lata est.* quasi lex sit lata per plebiscitum. Ego sic: *Testibus datis tribuni populum summoverunt, sitellaque lata est, ut sortirentur, ubi Latini suffragium ferrent.* Quae sententia talis est, sitellam allatam, in qua suffragia populus de probanda lege poneret. Solitam autem afferri sitellam quandam, cum lex ferenda esset, probat Cic. de Nat. Deor. l. 1, [38.] *Ut igitur T. Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre, de M. Octavio deferentem sitellam.* Fit autem *sitella* a *situla.* Nam apud Plautum in Casina [2, 4, 17.] dicitur conjectio sortium in *situlam* fieri. Nisi volumus alio vocabulo emendare, quo utitur idem Cic. [auct. ad Herenn. 1, 12.] ubi ait: *Cum L. Saturninus legem frumentariam de semissibus et trientibus laturus esset, Q. Cepio, qui per id temporis quaestor urbanus erat, docuit senatum, aerarium pati non posse largitionem tantam. Senatus decrevit, si eam legem ad populum ferat, adversus rempublicam eum videri facere. Saturninus legem ferre coepit, collegae intercedere, ille nihilominus cistulam detulit, Cepio ut illum contra, intercedentibus collegis, adversus rempublicam vidit ferre, cum viris bonis impetum facit, pontes disturbat, cistas dejicit.* Quare dubium est, an *cistella* scribi possit, quod sit a *cista.* Sed quomodo *cistula* una dicitur, ita et *cistulae* multae, si eaedem significantur res. Verum, ne hic agamus pluribus, *cistulam* nunc legendum puto: si quis volet, *cistellam* legat, me non repugnaturo. VALLA. Veteres libri habent omnes *Te-*

Digitized by Google

bunus plebis, qui propinquus cognatusque Postumio erat, prius, quam ad suffragium tribus vocarentur, intercessisset. Testibus datis, tribuni po- 16

stibus datis, quae lectio neglecta est sine caussa. In ejusmodi enim re sic loquitur Cic. in Praetura urbana [1. in Verr. 9.] *Accusabo, respondebis. testibus editis ita mittam in consilium, ut, etiamsi lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti turpe sibi existiment, non primo judicare.* et l. 26. Livius [3, 5.] *Bis est accusatus, pecuniaeque anquisitum, tertio, testibus datis, cum jurati permulti dicerent, fugae initium a praetore ortum, tanta ira accensa est, ut capite anquirendum concio succlamaret.* Sic hoc loco: Tribuni, qui diem dixerant, datis testibus summovent populum, ut tribus ad suffragium introvocent: quod est aeque atque judices in consilium mittere. Praeterea pro *cistella allata est*, veteres libri habent, *si te illaque lata est*, ut *sitella* magis probem. Sic Cic. 1. de Nat. Deor. [38.] *Ut igitur Ti. Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre, de M. Octavio deferentem sitellam.* Idem tamen est *cistula*, ut ad Herennium l. 1, [12.] *Ille nihilominus cistulam detulit.* Et paulo post: *pontes disturbat, cistas deficit.* Has vocat ὑδρίας Plutarchus in Tiberio [Graccho p. 829.] *Καὶ τὸν δῆμον ἀυτοῦ καλοῦντος ἐπὶ τὴν ψῆφον, ἡρπάσθησαν ὑπὸ τῶν πλουσίων αἱ ὑδρίαι.* Sitellam autem tulerunt tribuni, ut ea sorte tribus educerentur, in quibus Latini, cives Romani facti, suffragium ferrent, quasi vero in aliis tribubus censerentur, in aliis suffragarentur. SIG. Sagacitati Vallae et haec lectio, *sitellaque allata est*, debetur, cui tamen ipse auctor non constabat, praeferens *cistella*. Sed alludunt ad illud Pall. dno, pr. ac tert. *si te illaque lata est.* confirmatque prisca ed. exhibens *sitellaque lata est.* In sec. haesitat *scitoque lexque lata est.* GEBH. Sic [*Testibus datis*] scripti, sic Andreas et omnes, usque ad Magont. qui *Testulis datis.* Cicero 2. de Finib. [19.] *Cum, datis testibus, alii tamen citarentur.* Livius 3, [71, 3.] *Samque editis testibus cum tribus vocari, et populum inire suffragium oporteret.* Quod sequitur, Andreas et caeteri: *super re illa, quae lata est.* Scripti *si te illaque lata est.* unde Valla *sitellaque lata est*, auctoritate Ciceronis l. 1. de Nat. Deor. et Plauti in Casina. sed revocatus ab auctore ad Herennium *cistula* vel *cistella* maluit. Magontiaci primum dederunt: *sitellaque allata est:* inde sic corrigendum in Erratis monuit Aldus, et acceperunt Juntas, Frobenius, Saveterius, Gryphius. Curioni placuit *cistellaque allata est.* Sic Sigonio utrumque restituendi occasio data. Put. clare, *sitellaque lata est.* Cicero pro Cornelio apud Ascon. *Dum privati dicunt, dum sitella defertur.* Et rursum: *Sitellam cum ipso intercessore deferre.* Itaque forsan et Livius: *sitellaque delata est.* J. FR. GRON. *sitelaque allata est* corrigit Beroald. Annot. in var. auct. p. 224. in Face Gruter. eamque emendationem iisdem, quibus Valla, testimoniis firmavit. Ceterum *Testibus datis* omnes omnino mei, et Oxon. Hearnii, nisi quod voces illae desint a Lov. 2. Deinde *site illaquae lata* Flor. Voss. Lov. 4. Harl. et Hav. *si te illa lata* Lov. 1. *si re illa quae lata* Rec. et Gaertn. *si re te illa quae lata* Lov. 5. *si tunc illa, quae lata*

Digitized by Google

pulum submoverunt; sitellaque adlata est, ut sorti-
17 rentur, ubi Latini suffragium ferrent. Interim publicani Cascae instare, ut concilio diem eximeret. populus reclamare: et forte in cornu primus sedebat Casca, cui simul metus pudorque animum ver-
18 sabat. Quum in eo parum praesidii esset, turban-

Lov. 2. *sede illa, quae lata* Ber. et Hafn. *sorte ista, quae lata* Hearnii L. 1.

Ut sortirentur, ubi Latini suffragium ferrent] Vitium horum verborum multis coarguere possem, si pateretur locus. Sed scribendum existimo; *sitellaque allata est, ut sortirentur tribus, ac dein suffragium ferrent.* Sortitos intellige, quae esset praerogativa. Cap. seq. *Tribus in suffragia vocari prohiberet.* Sic inculcarunt *Latinos* 40, 33, 8. *Quidam Latini qui e fuga:* pro vero *Qui palati e fuga.* J. FR. GRON. De hoc loco multa subtilius, quam verius, ut puto, disputant Sigonius 1. de Ant. jur. Ital. 4. et Gruchius 2. de Comit. 3. extremo. Inexplicabilem esse, retenta lectione vulgata, ostenderunt viri summi J. Fr. Gronov. Epist. 218. tom. 3. Syllog. epist. Burm. et Spanhem. Orb. Rom. 1, 7. DUK. Doujatius tamen vulgatum defendere conatur. Putat enim multos ex Latinis civitate donatos in urbe fuisse, et invitatos fuisse a tribunis, ut suffragium ferrent: quod ut facerent, tribus, in quibus suffragium darent, iis adsignandas fuisse. Verum tirones norunt, donatos jure civitatis simul in tribum certam contributos esse: nulla itaque nunc sortitione opus erat. Quin etiam numquam civitate donati tribum sortito accipiebant, sed vel aliqua antiquarum tribuum a censoribus adsignabatur, vel novae eorum caussa addebantur. V. Spanhem. l. laud.

§. 17. *Concilio diem eximeret*] Nota forma dicendi aliorum interpretatione facta est. Cicero de Legibus 3. *Diem tollere* dixit. idemque saepius *eximere.* quod est, ne quid eo die conficiatur in populo, vel in senatu de re aliqua, vel dicendo, vel alia ratione impedire. SIGON.

In cornu primus sedebat Casca] *in coetu* quidam legunt. Sed utrumque intelligitur. GLAR. Addere debuisset Glareanus, quomodo intelligi voluerit *cornu.* Scimus *cornua* dici extrema multarum rerum, ut *cornua lunae, promontoriorum, antennarum.* Tacit. 1. Ann. 75. de Tiberio: *Judiciis adsidebat in cornu tribunalis, ne praetorem curuli depelleret.* Hoc Sueton. in Tib. 33. dicit *adsidebat in parte primori.* *Cornu* ergo hic accipio partem primorem subselliorum, in quibus sedebant tribuni plebis, quorum subsellia sunt, non tribunal: etsi eos, qui cum populo agebant, de loco superiore egisse certum est. Hoc etiam *in primore capite* subselliorum dici potest, ut apud Sidonium 1. ep. 7. *In imo capite subselliorum consedit.* DUKER.

§. 18. *Publicani per vacuum vel summo loco inruperunt*] Opinor sic emendandum: *publicani per*

Digitized by Google

dae rei caussa publicani per vacuum in submoto locum cuneo inruperunt; jurgantes simul cum populo tribunisque. Nec procul dimicatione res erat, 19
quum Fulvius consul tribunis, *Nonne videtis*, inquit, *vos in ordinem coactos esse, et rem ad seditionem spectare, ni propere dimittitis plebis concilium?*

vacuum vi summoto eo, vel *vi summoto inde cuncto irruperunt.* VALLA. Pall. 1. et 3. *publicani per vacuum in summoto loco in eo* (tert. *in eos*) *irruperunt.* sec. *in summo loco in eos irruperunt.* Vet. ed. *vi summoto eo cuneo irruperunt.* Quam lectionem videtur defendere Livius paullo post c. 4, 4. *Contra populum Romanum aciem introduxisse.* GEBH. Jam quidem Andreas *vi summa occupato loco in eos irruperunt* exhibuit. At Valla invenit: *vi summo loco irruperunt:* conjecit autem: *vi summoto eo*, vel *vi summoto inde cuncto irruperunt.* Pall. et Voss. *in summoto loco in eo*, aut *eos.* Pet. *in summoto loco irrup.* Sed optimus Put. *in summo tolo cuneo inrup. Summoto incedere*, vel *agere*, dicebantur magistratus Romani, quum inter frequentiam hominum, lictorum ministerio et animadversione cedere locumque dare jussam, progrediebantur, vel agebant. Ita hic vacuus *summoto* locus, qui, per viatores tribunicios discedere jussa plebe, inter ipsam et tribunos interlucebat, et intervallum faciebat. Tribuni summovendi jus non habebant, tamen in conciliis summoto considebant. Livius 2, [56, 12.] *Neque illum ipsum summovere pro imperio posse more majorum, quia ita dicatur; si vobis videtur, discedite, Quirites.* Et paullo ante: *Summoveri Laetorius jubet, praeterquam qui suffragium ineant.* Et hic, *Testibus datis tribuni populum summoverunt.* 8, [18, 9.] *Quum summoto populo in conspectu omnium rem ad caeteras retulissent.* 26, [38, 8.] *Starentque summoto populo accusator et reus.* Relinquebatur igitur summoto populo vacuus inter tribunos et plebem locus. In hoc vacuum et intermissum spatium inrupisse tunc publicanos, et tribunos a plebe interclusisse, eum utrisque jurgantes, liquet ex relatione consulum, quae mox interponitur. Atque ita scribendum: *publicani per vacuum summoto locum cuneo irruperunt.* Vel *in summoto.* in ea parte, unde populus summotus erat. Hanc insignem hujus loci restitutionem et sententiam accepi ab Alberto Rubenio. *Per vacuum* ut Horat. 1. epist. 19.

Libera per vacuum posui vestigia princeps.

Alterum genus loquendi Livio frequentissimum. 2, [50, 9.] *Eo nixi corporibus armisque rupere cuneo viam.* 7, [24, 7.] *Cuneis deinde in medium agmen perrumpunt.* 34, [15, 2.] *Hostes acri impetu velut cuneo perculdrunt.* Vegetius illustrat l. 1, 26. *Quo facto in trigonum (quem cuneum vocant) acies ipsa mutanda est.* J. FR. GRON. *in summo loco eruperunt* Harl. *in summo occupato loco in eos irruperunt* Ber. a m. 1. *in summoto loco meo irrup.* Cant. *in summoto loco in eo*, vel *in eos, irruperunt* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. a m. 2. Rec. Gaertn. Hav. et Hear-

Digitized by Google

1 IV. Plebe dimissa, senatus vocatur, et consules referunt de concilio plebis turbato vi atque au-
2 dacia publicanorum. *M. Furium Camillum, cujus exsilium ruina urbis secuta fuerit, damnari se ab ira-*
3 *tis civibus passum esse. Decemviros ante eum, quorum legibus ad eam diem viverent, multos postea principes*
4 *civitatis, judicium de se populi passos. Postumium Pyrgensem suffragium populo Romano extorsisse, concilium plebis sustulisse, tribunos in ordinem coëgisse, contra*

nii D. atque N. Conjecturam vero Gronovii firmare Oxon. L. 1. nisi quod nesciat vocem *publicani*, testatur Hearnius. Gronov. pr. ed. not. malebat, *publicani per vacuum vi summoto, cuneo irruperunt*, et *vi summoto* exponit, cum vi populum summovissent; quomodo *summoto incedere* breviter dicitur, pro populo per lictores summoto.

§. 19. *Nonne videtis, inquit, vos in ordinem coactos esse*] Idem est *in ordinem redactus*; quo de genere dicendi sic Priscianus l. 18, [1173.] *In ordinem redactus est, id est, inter viles et abjectos connumeratus est. Livius l. XXX. Tribuni plebis in ordinem redacti. pro contemptissimis habiti sunt. Hinc etiam extra ordinem redacti, pro egregiis dicuntur. Attici ἐγχειρητικώτερος ἀρετῆς. Ξενοφῶν Ἑλληνικῶν ὁ, ἦν δὲ ἔυτος ὁ ἀνὴρ ἔυχαρίς τε μᾶλλον καὶ ἔυντεταγμένος, καὶ ἐγχειρητικώτερος ἀρετῆς.* SIG, Pall. tres et vet. ed. *Videtisne.* Est autem *in ordinem cogere*, contemnere, habere despicatui. Paullo post ipse Livius c. 4, 4. *Tribunos in ordinem coëgisse.* GEBH. *Videtisne, inquit* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. Locutio autem *in ordinem cogere* Liviana est, quae saepe apud eum obcurrit. 3, 35, 6. *Nimium in ordinem se ipsum cogere, et vulgari cum privatis.* 6, 38, 12. *Huic rogationi, qua se in ordinem cogi videbat, obsistere potuit.* 43, 16, 9. *Avocatam a se concionem tribunus questus et in ordinem se coactum.* Suet. in Claud. 38. *Ea cum invidia, ut in ordinem se coactum conscriberet.* V. viros doctos ad Plinii 1. Ep. 23.

§. 2. *M. Furium Camillum*] Hac de re l. 5, [32.] SIG.

Damnari se ab ingratis civibus passum esse] Pal. pr. *arbitratis civibus* sec. *ab iratis civibus.* 22, 40, 3. *Hostium se telis potius, quam suffragiis iratorum civium, caput objecturum.* Pal. 3. *dominari se ab rogatis civibus passum esse.* GEBH. Put. Pett. Men. Pal. *se arbitratis.* Lege *se ab iratis:* quod plane exhibet unus e Pall. et Buslid. Credibilius est utique, immoderato affectui, quam pravo animo, dedecus id consules delegasse. 22, [40, 3.] *Hostium se telis potius, quam suffragiis iratorum civium, caput objecturum.* 2, [35, 6.] Coriolano: *Ipse quum die dicta non adesset, perseveratum in ira est. Damnatus absens.* J. FR. GRON. *se arbitris civibus* Lov. 2. *se arbitratis civibus* Lov. 4. Harl. et Hearnii Oxon. *se ar-*

Digitized by Google

populum Romanum aciem instruxisse, locum occupasse, ut tribunos a plebe intercluderet, tribus in suffragium vocari prohiberet. Nihil aliud a caede ac dimicatione 5 *continuisse homines, nisi patientiam magistratuum, quod cesserint in praesentia furori atque audaciae paucorum, vincique se ac populum Romanum passi sint: et comitia,* 6 *quae reus vi atque armis prohibiturus erat, ne caussa quaerentibus dimicationem daretur, voluntate ipsius sustulerint.* Haec quum ab optimo quoque pro atro- 7

iteratis civibus Voss. in cujus margine emendatur *se ab iratis civibus;* quod etiam inveni in Hav. et recte Gronov. probavit. Solent autem voces *iratus* et *ingratus* commutari. Vide Broekh. ad Prop. 1, 6, 10. et ad Tibulli 2, 3, 17.

§. 3. *Decemviros ante eum*] Libro tertio. SIG.

§. 4. *Populo per vim extorsisse*] Media duo vocabula sunt recentioris ingenii. Put. et Pet. *populo R. extorsisse.* Quidam *populorum extorsisse.* J. FR. GRON. *suffragium populorum per vim extorsisse* Hearnii N. *suffragium extorsisse* ejusdem L. 1. et Harl. *populorum extorsisse* Cantabr. et plerique reliqui. *populo Romano extorsisse* Flor. Se etiam *populo R. extorsisse* in duobus optimis invenisse Crevierius testatur. Id itaque in contextum recepi.

Contra populum Romanum aciem introduxisse] Optimi *intruxisse.* An *instruxisse?* 23, [37, 8.] *Aciem inter castra atque urbem instruxit.* J. FR. GRON. *instruxisse* se in Victor. cod. invenisse, Crevier. testis est. V. ad 42, 51, 3. Mox *et tribus in suffragium vocari* Hearnii N. Sed vocula *et* repetita est ex praecedentis vocabuli literis ultimis. V. ad 39, 18, 8.

§. 5. *Nisi patientiam magistratuum, quod cesserint*] Lege, *qui cesserint in praesentia furori atque audaciae.* J. FR. GRON. Mox *ad populum Romanum*, pro *ac*, Flor. Harl. Gaertn. et Hav. quod accipi posset pro praeter populum Romanum se quoque vinci passi sint, victoriam de se victoriae de populo Romano reportatae addi permiserint. V. ad 24, 45, 3. Potius tamen existimo scribarum errorem esse, qui τὰ *ad* et *ac* passim commutarunt. V. ad 21, 32, 2.

§. 6. *Voluntate ipsius sustulerint*] Atqui etiam voluntate illius sublata fuissent, si vis et arma effectum habuissent. Veniebat in mentem *voluntate ipsi sustulerint:* vel *voluntate ipsi sua sustulerint.* Nam hoc dicit Livius, eos comitia, quae Postumius vi atque armis prohibiturus erat, ultro ac sponte sua sustulisse. Cic. pro Ligario c. 3. *Judicio ac voluntate ad eo arma profectus sum.* 2. de Fin. 20. *Sua voluntate nulla vi coactus.* Livius 3, 41, 5. *Malebant, postmodo ipsos decemviros voluntate abire magistratu.* Et 30, 7, 2. 35, 45, 4. Adde, quae notantur ad 5, 17, 9. DUKER.

§. 7. *Haec quum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent*]

Digitized by Google

citate rei acta essent, vimque eam contra rempublicam et pernicioso exemplo factam, senatus de-
8 cresset; confestim Carvilii tribuni plebis, omissa multae certatione, rei capitalis diem Postumio dixerunt: ac, ni vades daret, prehendi a viatore, atque in carcerem duci jusserunt. Postumius, va-
9 dibus datis, non adfuit. Tribuni plebem rogaverunt, plebesque ita scivit: *Si M. Postumius ante Kalendas Majas non prodisset, citatusque eo die non respondisset, neque excusatus esset, videri eum in exsilio esse: bonaque*

Videndum, an legi potius debeat *facta essent*. URSIN. Scribo omnino *facta*, quamvis silentibus libris. Revise ad 23, 22, 8. Quintilian. 9, 2. *Est et factus sine persona sermo*. Vidit hoc quoque Fulvius. J. FR. GRON. Livius 2, 12, 12. *Nisi expromeret propere, quas insidiarum sibi minas per ambages jaceret*. 28, 24, 8. *Probra in circumeuntes vigilias tribunos jacta*. 43, 8, 2. *Plura praesens audivit, quam in absentem jacta erant*. Alibi saepe *actus* et *factus* commutantur a librariis. Ita in loco Quinctil. a Gronov. laudato in cod. Alm. Cel. Burm. *actus* invenit, qui ibi plura de usu verbi *jacere* hoc sensu notavit, et ad Suet. Ner. 37. Adde virum doctum in Observ. Misc. tom. 2. p. 186. Vorst. et Torren. ad Val. Max. 1, 5, 8. Corte ad Sall. Jug. 11. et quae infra notantur ad 38, 25, 5. Is autem error hic eo facilius committi potuit, quod forte ultima litera vocis praecedentis primam hujus *facta* eliserit. Receptam tamen lectionem Doujat. tuetur, adfirmans: *agendi* verbum et *actionis* nomen ad ea, quae cum vehementia quadam oratoria dicuntur, pertinere. Crevier. etiam Gronovii mutationem non necessariam esse judicat. Conjecturam itaque, nullius cod. fide nixam, quam Gronov. in contextum receperat, inde iterum expuli, quamvis eam veram esse existimem.

Contra rempublicam pernicioso exemplo factam senatus decerneret] Meliores *contra rempublicam et pernicioso exemplo factam, senatus decresset*. J. FR. GRON. *et pernicioso exemplo* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Hav. et Hearnii Oxon. Deinde *decresset* etiam Flor. a m. 1. *decrevisset* a m. 2. Sed, contractionem hanc Livio familiarem esse, vidimus ad 2, 27, 8.

§. 8. *Omissa multae certatione*] Sic in judicio Cn. Fulvii 26, 3. V. Sigon. 2. de Jud. 10. et Gruch. 2. de Comit. 2. in fine. DUKER.

Prehendi a viatore] *prendi* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et Gaertn. Atque ita se ex binis Pall. restituisse testatur Gebh. ad 9, 34, 26. ubi vide.

§. 9. *Tribuni plebis vocaverunt, plebesque scivit*] Opinor legendum *tribuni plebem vocaverunt*. VALLA. Hanc lectionem nobis olim restituit Valla, cum legeretur *Tribuni plebis vocarunt, plebes,*

Digitized by Google

ejus venire, ipsi aqua et igni placere interdici. Singu- 10
lis deinde eorum, qui turbae ac tumultus concita-
tores fuerant, rei capitalis diem dicere, ac vades
poscere coeperunt. Primo non dantes, deinde et- 11
iam eos, qui dare possent, in carcerem conjicie-
bant: cujus rei periculum vitantes plerique in exsi-
lium abierunt.

V. Hunc fraus publicanorum, deinde fraudem 1
audacia protegens, exitum habuit. Comitia inde 2
pontifici maximo creando sunt habita. Ea comitia

que scivit. et ita: *Tribuni plebem vocarunt.* Nos autem germanam lectionem esse censemus, *Tribuni plebis plebem rogarunt, plebesque scivit.* Sic enim 3, [55, 14.] *M. Duilius tribunus plebis plebem rogavit, plebesque scivit.* et 26, [33, 10.] *Ut M. Antistius tribunus plebis rogationem ferret, sciretque plebs.* 27, [6, 7.] *Ex auctoritate Patrum ad plebem latum, plebemque scivisse.* et 31, [50, 9.] *Tribuni ad plebem tulerunt, plebesque scivit.* Et Cic. Philipp. 1, [10.] *Hoc accepimus a majoribus jus rogandi. Consules populum jure rogaverunt, populusque jure scivit.* SIG. Vulgata quidem haec lectio [*Tribuni vocaverunt plebem, quae ita scivit*] est et in ed. vet. quam tamen partim Pall. partim Sigonius convellunt; quorum ex illis pr. *Tribuni pleb. vocaverunt, plebesque ita scivit.* sec. ac. tert. *Tribuni plebem vocaverunt, plebesque ita scivit.* Hic vero in scholiis ad h. loc. germanam censet lectionem *Tribuni plebis plebem rogarunt, plebesque scivit.* Quae quidem pluribus testimoniis firmat; ego tamen reduxi lectionem comparentem in optimo MS. Pal. GEBH. Put. *Tribuni pl. locuerunt, plebesque ita scivit.* Sincerum est: *Tribuni plebem rogaverunt, plebesque ita scivit.* J. FR. GRON. V. ad 2, 56, 1. Similes, ac viri docti notarunt, lectiones in plerisque meis mihi, et in Oxon. Hearnio obviae fuerunt. At Florent. consentit Puteaneo. *Tribuni plebem vocaverunt, plebesque ita scivit* legunt Hearnii N. et D. pro quo cum Gronovio emendo *rogaverunt.* Solent autem *vocare* et *rogare* a librariis commutari. V. Cel. Burm. ad Nason. 19. Her. 191. et Markland. ad Statii 1. silv. 6, 46.

Videri eum in exsilio esse] Quae ad hunc locum notarat Modius, videri possunt apud Brisson. 5. de Form. 482.

§. 10. *Singulis deinde eorum*] Put. Voss. Gud. *Singulos.* J. FR. GRON. Non aliter Flor. Cant. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. a m. 1. Hafn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. vett.

§. 2. *Ea comitia novus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit*] In Lentuli locum, qui pontifex maximus fuerat, hic Cornelius Cethegus suffectus quidem erat pontifex, sed non maximus pontifex, quare non est contradictio. Hodie in simili re haud scio

Digitized by Google

3 novus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit. Tres ingenti certamine petierunt: Q. Fulvius Flaccus consul, qui et ante bis consul et censor fuerat: et T. Manlius Torquatus, et ipse duobus consulatibus et censura insignis: et P. Licinius Crassus,
4 qui et aedilitatem curulem petiturus erat. hic senes honoratosque juvenis in eo certamine vicit. Ante hunc,

quam similiter agatur. GLAR. L. Lentulus duobus sacerdotiis praeditus fuit, pontificatu, et pontificatu maximo. In ejus mortui locum M. Cornelius Cethegus pontifex factus est; P. vero Crassus pontifex maximus. SIG. Cethegum in Lentuli mortui, qui pontifex maximus fuerat, locum pontificem suffectum, scribit Livius supra c. 2. Sed non credo, usquam apud veteres legi, quod hic dicit Sigonius: *pontificem maximum duobus sacerdotiis praeditum esse, pontificatu, et pontificatu maximo.* Erant tum octo pontifices, et ex his unus pontifex maximus. Eo mortuo primum novus pontifex cooptabatur ad supplendum collegium et numerum octo pontificum, deinde ex his octo unus comitiis tributis pontifex maximus creabatur. Hoc pluribus docuerunt Gruch. 2. de Comit. 2. et 3. et Noris. ad Cenotaph. Pis. diss. 1. c. 5. ubi hoc a Sigonio non recte dictum observavit. Porro Gruchius 1. de Comit. 3. et 2, 3. ex hoc loco Livii etiam conficit, pontificibus jus cum populo agendi, et comitia habendi fuisse. Sed hoc negant viri doctissimi, et verba Livii, *ea comitia novus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit*, interpretantur, *petiit*, *ut comitia haberentur*. de quo ad 3, 54, 5. dixi. Nec recte, ut mihi videtur, putant refelli sententiam Gruchii loco Cic. ep. 5. ad Brut. nam non animadverterunt, Gruchium discrimen facere inter tempus, quod legem Domitiam antecessit, et quod eam secutum est, et ex eodem loco Cic. docere, pontifices post legem Domitiam non potuisse comitia habere pontifici maximo creando. Nec multum me movet, quod ad locum Livii 3, 54, 5. ubi pontifex maximus dicitur comitia tribunis plebis creandis habuisse, respondent, *id plane extraordinarium et senatusconsulto decretum fuisse.* Nam non apparet ratio, cur senatus hoc pontifici maximo, si ei cum populo agendi jus non erat, mandare voluerit. Neque enim magis necessarium erat, tum a pontifice maximo comitia haberi creandis tribunis plebis, quam quo tempore hi primum creati sunt 2, 33, 2. quum utique eadem illorum creandorum ratio tum iniri potuisset, quae, quum primi tribuni plebis creati sunt, inita fuerat. DUKER.

§. 3. *Res ingenti certamine petierunt*] Manifestus est error ex praecedenti litera *t*. nam *Tres* legendum est, non *Res*. quod miror a nemine animadversum. VALLA. Error a Valla notatus superest in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. aliisque.

Q. Fulvius Flaccus consul, qui

Digitized by Google

hunc, intra centum annos et viginti, nemo praeter P. Cornelium Calussam, pontifex maximus creatus fuerat, qui sella curuli non sedisset. Consules 5 quum aegre delectum conficerent, quod inopia juniorum non facile in utrumque, ut et novae urbanae legiones, et supplementum veteribus scriberetur, sufficiebat; senatus *absistere eos incepto* vetuit, 6 *et triumviros binos creari* jussit: *alteros, qui citra,*

et ante bis consul et censor fuerat] *Fulvius Flaccus*, reciso praenomine *Q.* offerunt Pall. tres, nec non vetus ed. GEBH. Praenomen Fulvii etiam omittitur in Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Oxon. Hearnii, et edd. ante Aldum. Praeterea Gruter. ad 23, 34, 15. ejectis duabus vocibus, legit *consul, et ante bis consul et censor*, *et T. Manlius*. Sed male, ut multis ibi docui.

Et Licinius Crassus] Vet. lib. *et P. Licinius Crassus*. quo eodem praenomine postea in consulatu afficitur. SIG. Abest praenomen in Pall. tribus, nec non vet. ed. Statim libri nostri omnes, omissa copula, habent *qui aedilitatem curulem petiturus erat*. GEBH. Praenomen etiam neglegitur in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. iisdemque edd. Mox vero copulam *et* non agnoscunt iidem omnes libri praeter Flor.

§. 4. *Juvenis in eo certamine devicit*] Put. et Pet. *certamine vicit*. J. FR. GRON. Consentit Flor. quare iis obediens ita edidi.

Intra centum annos et viginti, nemo praeter P. Cornelium Calussam] Nusquam alibi *Calussam* cognomen reperi. Puto autem legendum esse *Scapulam*, ut *P. Cornelius Scapula* intelligatur, qui annos ante prope viginti consul fuit. SIG. Sigonius non incommode *Scapulam*. Quid si *Caesullam*? ex Festo: *Raviliae a ravis oculis, quemadmodum a caesiis Caesullae*. J. FR. GRON. In scholiis Sigonii est foedus error *annos ante prope viginti*, pro *annos ante prope centum et viginti*. Eum typographis deberi credo. DUK. Jac. Gronov. edidit *intra centum annos viginti*, omissa vocula *et*, quam servant Florent. Cant. Voss. Harl. Lov. 1. 4. 5. aliique omnes. Quare hanc quoque lectionem errantibus operis typographorum deberi credo; quam, utpote in syllabo errorum non adnotatam, etiam Clericus expressit. *Scapulam* etiam probasse videtur Pighius in Ann. ad ann. CDXXV. p. 337. Quominus autem Gronov. conjecturam *Caesullam* Cl. Ant. Perizon. probet, illud obstare in margine Livii notavit, quod *Ravilia* seu *Ravilla* et *Caesulla* apud Festum nomina feminarum sint; in quo fallitur: nam Scalig. jam ad Festi locum protulit L. Cassium Longinum, qui *Ravilla* dictus est, censorem, bis memoratum apud Frontin. de Aquaed. l. 1. p. 224.

§. 5. *Quum aegre delectum conficerent*] *dilectum quum aegre* Flor. et Lov. 1. V. ad 37, 51, 7. *dile*

Digitized by Google

alteros, qui ultra quinquagesimum lapidem in pagis, forisque, et conciliabulis omnem copiam ingenuorum in-
7 *spicerent: et, si qui roboris satis ad ferenda arma habere viderentur, etiamsi nondum militari aetate essent, mi-*
8 *lites facerent. Tribuni plebis, si iis videretur, ad populum ferrent, ut, qui minores septem et decem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si septem et decem annorum, aut majores, milites*
9 *facti essent.* Ex hoc senatusconsulto creati triumviri bini conquisitionem ingenuorum per agros ha-
10 buerunt. Eodem tempore ex Sicilia literae M. Marcelli de postulatis militum, qui cum P. Lentulo mi-
11 litabant, in senatu recitatae sunt. Cannensis re-

etum etiam Gaertn. *dilectum quum aegre* Voss. Lov. 2. 5. Harl. et Hav. *delectum aegre*, omisso τῷ *quum*, Lov. 4.

§. 6. *Absistere eos incepto*] *ab incepto* Brancal. Lat. quod necesse non est. V. ad 24, 20, 15.

In plateis, forisque, et conciliabulis] Put. et Pet. *in pacis*. Lego *in pagis forisque*. J. FR. GRON. *in paçis* etiam Flor. quod a m. 2. mutatur *in pagis*. Literas *C* et *G* ubique confundi, vidimus ad 6, 25, 6. Praeterea usque ad Gronov. edebatur *et in conciliabulis*. is autem praepositionem omisit, quam neque in Flor. neque in longe pluribus meorum inveni.

§. 7. *Si qui roboris satis*] Hinc intelligitur, inter caussas, cur Romani minores XVII. annis militare non voluerint, non levissimam fuisse hanc, quod plerique non satis roboris ad ferenda arma ceteraque onera, de quibus Lipsius 5. de Milit. 2. agit, haberent. DUKER.

§. 8. *Minores septem et decem annis*] Optimi et hic et mox *septemdecim*. J. FR. GRON. *septem decem annis* Flor. hic et mox, quod Gronov. in pr. ed. not. ex Put. et Pet. etiam laudavit. V. ad 27, 11, 15.

Ac si septem et viginti annorum] Vet. lib. *ac si septem et decem annorum*. Haec est enim aetas militaris legibus constituta. SIG. Haec pluribus exsequuntur Lipsius 1. de Milit. Rom. 2. et Dodwell. praelect. Acad. p. 263. Adde Gronov. ad 5, 48, 7. Ex hoc loco autem recte colligit Perizon. ad Aeliani 6. Var. Hist. 3. juniores XVII. annis lege prohibitos fuisse nomina dare, et, si dedissent, stipendia iis non processisse. DUK. Omnes etiam mei *septem et decem*, vel *septem decem*, vel *XVII.*

§. 9. *Ex hoc senatusconsulto creati triumviri bini conquisitionem ingenuorum per agros habuerunt*] Varia sibi in hoc loco permiserunt plerorumque codd. libra-

Digitized by Google

liquiae cladis hic exercitus erat, relegatus in Siciliam, sicut ante dictum est, ne ante Punici belli finem in Italiam reportaretur.

VI. Hi permissu Lentuli primores equitum centurionumque, et robora ex legionibus peditum, legatos in hiberna ad M. Marcellum miserunt, e quibus unus, potestate dicendi facta, *Consulem*, inquit, *te, M. Marcelle, in Italiam adissemus, quum primum de nobis, etsi non iniquum, certe triste senatusconsultum factum est: nisi hoc sperassemus, in provinciam nos morte regum turbatam ad grave bellum adversus Siculos simul Poenosque mitti: et sanguine nostro vulneribusque nos senatui satisfacturos esse: sicut*

rii. *se*, pro *senatusconsulto*, habet Flor. sive *se* pro *s. c.* datum sit, sive litera *C* intercepta fuerit a sequentis vocis litera prima. V. ad 27, 25, 3. *sunt* ejus loco exhibent Lov. 2. 5. et Hav. V. ad 22, 10, 1. Deinde *bini, qui conquisitionem ingenuorum per agros fecerunt* Ber. a m. 1. et edd. ante Aldum. *bini, ad conquisitionem ingenuorum per agros faciendorum* Ber. a m. 2. *bini, ad conquisitionem ingenuorum per agros faciendam* Rec. et Hav. *bini, ad conquisitionem ingenuorum per agros*, ultima voce *habuerunt* non adparente, Lov. 2. quae etiam omittitur in Voss. *ingenuorum peragunt* Lov. 1. *ingenuorum per agros fecerunt* Lov. 4. 5. Harl. Gaertn. Cantabr. et Hearnii Oxon. Sed nihil mutandum. 23, 32, 19. *C. Terentio proconsuli negotium datum, ut in Piceno agro conquisitionem militum haberet.* Ex hujus locutionis interpretatione reliquae lectiones ortae videntur.

§. 10. *Qui cum P. Lentulo militabant*] Hic anno DXXXVI. Siciliam provinciam in praetura habuit, eandemque biennio post prorogato imperio obtinuit. SIG.

§. 11. *Cannensis reliquiae cladis is exercitus erat*] Meliores *hic exercitus*. J. FR. GRON. Consentiunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii Oxon. Mox *reportarentur* Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. quod defendi potest ex illis, quae notantur ad 3, 28, 2. Infra 28, 15, 2. *Vires etiam deficere Hasdrubalis exercitum coeperant, obpressos matutino tumultu.*

§. 2. *Consulem te, M. Marcelle*] Vet. lib. *Consulem, inquit, te, M. Marcelle.* SIG. Pal. 1. ac vet. ed. praetermittunt τὸ *inquit*, inculcatum ab Sigonio, nec non sec. ac tert. *Consulem te, Marcello, in Italiam* (tert. *Italia*) *adissemus.* GEBH. Τὸ *inquit* itidem ex meis ignorant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertner. et Hearnii L. 1. ac N. Passim eam similisve potestatis voces librarii addere soliti sunt. V. ad 23, 45, 6.

Digitized by Google

patrum memoria, qui capti a Pyrrho ad Heracleam erant, adversus Pyrrhum ipsum pugnantes satisfece-
4 *runt. Quamquam quod ob meritum nostrum succen-*
5 *suistis, Patres conscripti, nobis, aut succensetis? Ambo mihi consules et universum senatum intueri videor,*

Certe triste senatusconsultum factum est] Vox *senatusconsultum* disperiit Pal. 1. Interim sec. ac tert. *triste certe senatusconsultum factum est*. GEBH. Eamdem vocem omittunt Flor. Lov. 1. 2. Harl. et Voss. ejus loco *judicium* legit Hav. *certe severum judicium senatusconsulto factum est* Brancal. Latinii. *certe triste factum est senatusconsultum* Lov. 4.

§. 3. *Sanguine nostro vulneribusque magistratibus satisfacturos esse*] Alia vetus lectio *magistratibus nostris senatui satisfacturos*, vocibus duabus additis. Me quidem offendit illa *magistratuum* vox, quasi soli illi in senatu, qui magistratum gererent, aut solis illis satisfaciendum. Posset legi *magistratibus nostris et senatui*. Sed odorari videor nescio quid depravationis majoris, et subvereor, ne Livius tale quid scripserit: *sanguine nostro vulneribusque magis, quam precibus nostris, senatui satisfacturos esse*. LIPS. 3. Epist. Quaest. 22. Pal. 1. *vulneribusque nostris* a manu correctoris, quum initio fuisset *nostratui*. Pal. 2. et vet. ed. *vulneribusque magistratui*. Certe ante visam Justi Lipsii conjecturam offendebat illud *magistratibus*. nec, quid substituerem, habebam. GEBH. Quem non offendat illud *magistratibus*, aures veterum lectione subactas habentem? Posse legi suspicatur Lipsius: *magistratibus et senatui*. Atqui hoc nihilo melius. Dein tale quid substituendum hariolatur: *sanguine nostro vulneribusque magis, quam precibus nostris, senatui*. At in felicissime, ut fere semper, ille cogitavit ad Tacit. *magis reatibus*. Put. Petav. Men. Pall. *vulneribusque nostratui*: Forsitan, *et sanguine nostro vulneribusque nos patriae satisfacturos esse*. Cujus rei judicium est penes senatum: atque hactenus Patres pro tota patria. Illustrat, quod Appius eorum nomine ait l. 5, [4.8.] *At nos tamquam cum civibus agere volumus, agique tamquam cum patria nobiscum aequum censemus*. Tiberius in senatu apud Tacit. 4. Ann. [8.] *Preces ad vos converto, Diisque et patriae coram obtestor*. J. FR. GRON. *vulneribusque nostratui satisfacturos* etiam Cantabr. Cui vetustissimae scripturae ut nihil detrahas, nihil addas, et tamen verum restituas, scribes, *et sanguine nostro vulneribusque nos reatui satisfacturos*. Nihil aliud est *satisfacere reatui*, quam licere commissa, ut alii loquuntur, et cum maxime, navata fortiter opera prius crimen et ignominiosam hanc relegationem abolere. JAC. GRON. Conjectura haec aliquid probabilitatis haberet, si offensum fuisset, vetustos scriptores voce *reatus*, quam aetate Livii novam fuisse ex Quint. 8. Inst. Orat. 3. constat, hac significatione usos fuisse. Budaeo quidem in Adnotat. ad l. 39. D. de Injur. et ad l. 25. D. de Poenis, ea adeo ignota fuit, ut non dubitaverit dicere, miro errore opinionem hanc inter Jurisperitos aliosque invaluisse, ut *reatus* pro

Digitized by Google

quum te, M. Marcelle, intueor: quem si ad Cannas consulem habuissemus, melior et reipublicae et nostra fortuna esset. Sine, quaeso, priusquam de conditione 6 *nostra queror, noxam, cujus arguimur, nos purgare. Si non Deûm ira, nec fato, cujus lege inmobilis rerum*

crimine exaudiatur. *patriae* hic certe melius est, atque etiam ex eo confirmatur, quod deinde dicit, *ne qua spes, ne qua occasio abolendae ignominiae, ne qua placandae civium irae sit.* DUK. *vulneribusque magistratui satisfacturos* Lov. 4. 5. Harl. Gaertn. Hearnii N. L. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *vulneribusque nostris satisfacturos* Lov. 1. *vulneribusque nostris tibi satisfacturos* Hafn. *vulneribusque nos tibi satisfacturos* Lov. 2. Hav. et Ber. a m. 2. priori scriptura penitus erasa. *vulneribusque nra tui satisfacturos* Flor. a m. 1. in quo ad *nra* a m. 2. *nris* inter versus adscriptum est. *vulneribusque nostra tui satisfacturos* Voss. cujus marginem *vulneribusque nostris senatui satisfacturos* obtinet: quod Cl. Crevier. etiam in Teller. cod. invenit, et in contextum recepit. Quem infelicissime hunc locum ad Tacit. tentasse J. Fr. Gronov. dicit, est Lud. Dorleans, quem v. ad 1. Ann. p. 127. Utriusque Gronov. conjecturas examinat Cel. Bentlej. ad Horat. 3, 6, 20. Et quidem in Gronov. patris conjectura ipsi displicet, quod *patriae* exponat Patribus, senatui: exempla enim, quibus id adstruere conatur, rem non probare. At contra Jac. Gronovium docuit, dubitandum non esse, quin Livius dubiae auctoritatis vocabulo *reatus*, quod ipsius tempore Messalla invenerat, uti noluerit: deinde Messallam id non pro crimine, sed pro statu reorum, usurpasse. Ipse itaque vel Gronovii patris conjecturam probat, verum ita, ut *patriae* exponat reipublicae: vel leviori manu locum hoc modo sanari posse putat, *vulneribusque nos senatui satisfacturos*. milites enim non plebiscito, sed senatusconsulto relegatos esse, ut ex iis, quae modo praecesserunt, constat: ex compendio autem scriptionis pro *nos senatui* factum esse *nostratui*. Doujatius malebat *vulneribusque nos Patribus satisfacturos*. Verum vestigia codd. eo non ducunt, licet sensus conveniat. Bentleji conjecturae in ipso contextu locum dedi, quoniam eam tantum non firmat lectio marginalis Voss. et quam in contextu praefert Teller.

Qui capti a Pyrrho ad Heracleam erant] Haec pugna pugnata est P. Valerio Laevino consule duce, de qua Plutarch. in Pyrrho, Florus, Orosius, qui scripsit de Viris illustribus. SIGONIUS.

§. 4. *Succensuistis, Patres conscripti, nobis, aut succensetis*] Put. et Pet. *suscensuistis*, et statim *suscensetis*. J. FR. GRON. Eadem scriptura perstat in Flor. V. Serv. ad Virg. 1. Aen. 144. *succensueritis*, pro *succensuistis*, est in Cant. Deinde *ac succensetis*, pro *aut*, Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. antt. ante Aldum.

§. 5. *Ambos mihi consules*] Put. et Pet. *ambo*. J. FR. GRON. Ita

Digitized by Google

humanarum ordo seritur, sed culpa periimus ad Cannas, cujus tandem ea culpa fuit? militum, an impera-
7 *torum? Equidem miles nihil umquam dicam de imperatore meo, cui praesertim gratias sciam ab senatu actas, quod non desperaverit de republica; cui post fugam ab*
8 *Cannis per omnes annos prorogatum imperium. Ceteros item ex reliquiis cladis ejus, quos tribunos militum habuimus, honores petere et gerere, et provincias obti-*
9 *nere audivimus. An vobis vestrisque liberis ignoscitis*

et Flor. a m. 1. V. Gronov. ad 35, 21, 5. et quae supra notantur ad 7, 19, 5.

Melior et reipublicae et nostra fortuna esset] Pal. tert. et vet. ed. *melior et respublica.* GEBH. Eadem lectio est in Voss. a m. 1. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. a m. 2. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. Aldina prioribus. Olim *reipublicae* per compendium *R. P.* scriptum fuerat; quod quomodo reddendum foret, non adsequuti sunt librarii. V. ad 10, 37, 16.

§. 7. *Equidem miles nihil umquam dicam*] *Equidem miles numquam* Ber. a m. 1. *Equidem miles ego nihil umquam* a m. 2. quomodo optimos scriptores interdum locutos esse, observat Cortius ad Sall. Catil. 51, 15. Alii tamen nihil mutant, quibus fidem habeo. V. ad 32, 21, 16. Paullo ante voces *militum an imperatorum* deerant in Hearnii D.

De imperatore eo, cui] C. Terentio Varrone. l. 22. SIG. Optimi *meo.* J. FR. GRON. Ita et Flor. idemque in Pet. superesse, Gronov. pr. ed. not. professus est. Doujatius, qui vulgatum mavult, aegre fert, Gronovium non addidisse, quem codicem optimi nomine intellexerit: quasi non centies indicasset, id Put. convenire.

Quod non desperaverat de republica, qui post fugam actum nisi per omnes] Vos sic emendatis: *cui post fugam actam sit.* Ego sic: *quod non desperaverit de republica consul post fugam actam*, vel *profligata acie.* VALLA. Quid est, quaeso, *agere* fugam? Put. *post fugam actannis per omnes.* Sed manu sec. prius *n* mutatum in *m*, et post *s* suprascriptum *i.* unde libri alii scripti: *post fugam actam nisi per.* quomodo et Laurentius Valla citat, et culpat vulgatae architectos. Sed ipse nihilo felicius *non desperavit de republica consul post fugam actam.* vel *profligata acie.* Repone *cui post fugam ab Cannis per omnes annos prorogatum imperium.* An potius *post fugam ad Cannas?* Nam et sic loquitur l. 22, [50, 3.] *Fuga namque ad Alliam sicut urbem prodidit, ita exercitum servavit.* J. FR. GRON. *cui post fugam actam per omnes* Cant. et Hav. *qui post fugam actam nisi per omnes* Flor. et Lov. 1. *quod post fugam actam nisi per omnes* Harl. *nisi per omnes* etiam Voss. et Hearnii Oxon. *cui* (*qui* a m. 2.) *post fugam actam si per annos omnes* Ber. *qui post fugam actam ubi per omnes* Lov. 2. *cui post*

Digitized by Google

facile, Patres conscripti, in haec vilia capita saevi? et consuli primoribusque aliis civitatis fugere, quum spes alia nulla esset, turpe non fuit; milites utique morituros in aciem misistis? Ad Alliam prope omnis exercitus fugit: ad Furculas Caudinas, ne expertus quidem certamen, arma tradidit hosti, ut alias pudendas clades exercituum taceam: tamen tantum afuit ab eo, ut ulla ignominia iis exercitibus quaereretur, ut et urbs Roma per eum exercitum, qui ab Allia Vejos transfugerat, reci-

fugam actam sit per omnes Lov. 5. et Harl. *cui post fugam actam sit per annos omnis* edd. antt. usque ad Aldum, qui *per omnes annos* dedit. Id autem postea Gronov. mutavit: cujus conjectura nihil verius video. Doujatius vulgatum tuetur, et ex eo inlustrat, quod Livius et Sallustius *facere fugam* dixerint: quod tum demum stringet, ubi constabit, per omnia similia esse verba *agere* et *facere*, et, quaecumque per *facere* enunciantur, etiam per *agere* enunciari posse. Quod tamen falsum esse, usus docet. Certe *iter*, *viam facere* apud optimos scriptores obvia sunt, at *iter*, *viam agere* non nisi apud recentiores, ut observat Cort. ad Porcii Latr. declam. in Sall. c. 19. Neque huc facit illud Virg. 2. Aen. 640. *Vos agitate fugam.* quod eo trahere videtur idem Cortius ad Sall. Jug. 53, 3. Nam *agitare fugam* ibi non notat fugere, sed de fuga cogitare, ut recte Servius exponit; cujus sententiam probat Cel. Burm. De ea locutione videbimus ad 31, 46, 5.

§. 9. *In haec vilia capita saevitis? et consuli*] Put. Pet. Men. Voss. *in haec vilia capita saeviret consuli.* Redundat una litera, et scribendum *in haec vilia capita saevi? et consuli primoribusque* etc. Sic Horat. [epod. 12, 15.]

Inachiam ter nocte potes, mihi semper ad unum
Mollis opus?

J. FR. GRON. *saevitius* Lov. 5. *saevire* Harlej. *saeviret* Flor. et Hearnii N. *saevietis* Voss. a m. 2. *saeviet* Lov. 2. Verum hi omnes sequens *et* servant.

§. 10. *Ad Alliam prope omnis exercitus fuit*] Sensus et ratio contra librariam fidem arguunt, *fugit* a Livio, non *fuit*, scriptum; quod historiae vel mediocriter eruditus plane colligat. SABELL. Libro 5. SIGON.

Ad Furcas Caudinas] Libro 9. SIG. Pall. 1. 2. et vet. ed. *ad Furculas.* GEBH. Rursus omnes meliores *ad Furculas Caudinas.* J. FR. GRON. *ad Furculas* omnes mei., Hearnii L. 1, N. et ed. Rom. Alieriensis, teste Hearnio, cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 9, 2, 6.

§. 11. *Tamen tantum abfuit ab eo*] Abest a Pal. 2. τὸ *tamen.* GEBH. *tamen tantum afuit ab eo* Gronovius edidit, quod in Flor. a m. 1. inveni. Olim vulgabatur *abfuit.* V. ad hujus lib. c. 1, 10.

Ut illa ignominia tribus exer-

Digitized by Google

12 *peraretur; et Caudinae legiones, quae sine armis rediérant Romam, armatae remissae in Samnium, eumdem illum hostem sub jugum miserint, qui hac sua ignomi-*
13 *nia laetatus fuerat. Cannensem vero quisquam exercitum fugae aut pavoris insimulare potest, ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderunt? unde consul cum equitibus septuaginta fugit? unde nemo superest, nisi*
14 *quem hostis caedendo fessus reliquit? Quum captivis redemtio negabatur, nos vulgo homines laudabant, quod*

citibus quaereretur, ut ea urbs Roma] Opinor legendum, *ut ulla ignominia tribus exercitibus inureretur, ut etiam urbs Roma* etc. Fuerunt autem tres exercitus, qui rem publicam ante hoc bellum afflixerunt, duo ad Furculas Caudinas, tertius ad Alliam. Vel sic, *ut ulla ignominia iis exercitibus quaereretur, ut etiam urbs Roma.* VALLA. Valla restituit *inureretur*, cum in vet. lib. legeretur *quaereretur*, ut hodie quoque legitur. Mihi vero vetusta lectio placet, ut, quemadmodum Cicero dixit *quaerere alicui honorem*, sic *ignominiam quaerere* dicamus. Quod verbum eo huic loco accommodatius est, quod genus ignominiae, qua notati sunt Cannenses isti milites, novum et numquam antea usurpatum est. Cicero Philip. 9, [1.] *Vellem, Dii immortales fecissent, ut vivo potius Ser. Sulpicio gratias ageremus, quam mortuo honores quaereremus.* SIG. Pal. 1. *ut illa ignominia inter exercitibus quaereretur.* tert. *ut illa ignominia iter exercitibus quaereretur.* Vulgatam lectionem recto judicio defendit Sigonius. Nam *quaerere* hic *ignominiam* est raram, numquam ante hac in ullum statutam excogitare. GEBH. Lib. 4. [44, 9.] *Nec tum agrum plebi, sed sibi invidiam quaeri.* Cic. pro Rabirio repetundarum reo [17.] *Nam in eum, cui misericordia capitulari debebat, invidia quaesita est.* J. FR. GRON. Livius 45, 11, 1. *Cui regnum quaeri suis viribus simulabat.* V. Cortium ad Sall. Jug. 4, 3. Et *quaereretur* servant etiam omnes codd. Verum *illa ignominia*, pro *ulla*, Flor. Voss. Lov. 2. 4. Ber. Gaertner. et Hav. V. infra hoc lib. ad c. 11, 3. Tum *inter exercitus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et edd. antiquae. *in exercitibus* Hav. *is exercitibus* proxime verum Flor. *ut ea urbs Roma* Voss. Cant. Lov. 4. 5. Harl. et Hav. *ut ea urbs Romana* Lov. 1. 2. Ber. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *ut eat urbs Roma* Flor. in quo tamen *eat* a manu altera expungitur. *ut et urbs Romae* Froben. substituit anno 1531. Mox, quum priores vulgassent *recuperaretur*, Gronov. dedit *reciperaretur*. V. ad 7, 18, 1.

§. 13. *Plus quinquaginta millia hominum*] Jac. Periz. *plus quadraginta* ad marginem Livii conjecit, quia Livius ita fere 22, 49, 15. *Quadraginta millia peditum, septingenti equites, et tanta prope civium sociorumque pars, caesi dicuntur.* Verum in his orationibus saepe numerus non nihil augeri vel minui solet.

Digitized by Google

reipublicae nos reservassemus: quod ad consulem Venusiam redissemus, et speciem justi exercitus fecissemus. Nunc deteriore conditione sumus, quam apud patres nostros 15
fuerant captivi. quippe illis arma tantum atque ordo militandi, locusque, in quo tenderent in castris, est mutatus: quae tamen, semel navata reipublicae opera, et uno felici proelio, recuperarunt. Nemo eorum re- 16
legatus in exsilium est: nemini spes emerendi stipendia ademta: hostis denique est datus, cum quo dimicantes,

Unde consul cum equitibus quinquaginta fugit] Ita 22, 49, 14. *Consul alter, seu forte, seu consilio, nihil fugientium infestus agmini, cum quinquaginta fere equitibus Venusiam profugit.* Tamen hic libri omnes *cum equitibus LXX.* GEBH. Omnis fere scripta lectio *LXX.* quod restitui et hic, et libri 22, 49. et 50. capitibus jubet Polybius [3, 117.] *Τῶν μὲν γὰρ ἑξακισχιλίων ἱππέων, ἑβδομήκοντα μὲν εἰς Ὀυενουσίαν μετὰ Γαΐου διέφυγον.* J. FR. GRON. *septuaginta*, vel *LXX*, etiam Hearnii Oxon. et omnes mei, praeter Lov. 5. qui *sexaginta* legit. V. etiam ad 23, 11, 9. Doujat. vulgatum eodem argumento tuetur, quo ad verba praeced. usus sum. Verum ipsi adversatur tot codicum consensus, quum vulgata lectio nullius hic fide nitatur.

Nisi quem hostis caedendo fessus reliquit] Pal. tert. *hostis fessus caedendo etiam liquit.* GEBH. *caedendo defessus* Harl.

§. 14. *Quod reipublicae nos servassemus*] Put. et alii *quod reipublicae nos reservassemus.* Justinus 2, [11.] *Recedant et se ad meliora patriae tempora reservent.* Noster. l. 1, [27, 2.] *Alios concitat populos, suis per speciem societatis proditionem reservat.* Cic. 5. in Verr. [1.] *At est bonus imperator, et felix, et ad dubia reipublicae tempora reservandus.* Pro Fontejo [15.] *Nonne et hominem ipsum ad dubia reipublicae tempora reservandum putatis.* J. FR. GRON. *reservassemus* similiter Flor. Voss. Harl. et Hearnii D. Pari modo variarunt supra ad 10, 25, 17. Ubi utrumque recte dici docui. Verum quemadmodum codd. auctoritas ibidem suadebat, ut vulgatum *servarentur* tuerer, ita hic eamdem ob caussam nunc *reservassemus* praefero. Supra 3, 51, 3. *Melioribus meis vestrisque rebus reservate ista de me judicia.* 7, 7, 5. *Immunes quoque operum militarium erant, ut, in unum pugnae laborem reservati*, etc. ubi etiam codd. eodem modo variant.

§. 15. *Quam apud patres nostros fuerant captivi*] Bello Pyrrhi. SIG. Vox *nostra* non adparet in Hearnii N.

Arma tantum atque ordo militandi] De his poenis militaribus adeundus est Lipsius de Milit. Rom. 5, 18. DUK. Ampliss. Cuperus ad oram Livii adscripsit, de poenis, quibus captivi, a Pyrrho remissi, adfecti fuerint, videndum esse Val. Max. 2, 7, 15.

Digitized by Google

17 *aut vitam semel, aut ignominiam finirent. Nos, quibus (nisi quod commisimus, ut quisquam ex Cannensi acie miles Romanus superesset) nihil objici potest, non solum a patria procul Italiaque, sed ab hoste etiam, re-*
18 *legati sumus. ubi senescamus in exsilio, ne qua spes, ne qua occasio abolendae ignominiae, ne qua placandae ci-*
19 *vium irae, ne qua denique bene moriendi sit. Neque ignominiae finem, nec virtutis praemium petimus; modo experiri animum, et virtutem exercere liceat. laborem et periculum petimus, ut virorum, ut militum officio*
20 *fungamur. Bellum in Sicilia jam alterum annum ingenti dimicatione geritur: urbes alias Poenus, alias Romanus expugnat: peditum, equitum acies concurrunt:*
21 *ad Syracusas terra marique res geritur: clamorem pugnantium crepitumque armorum exaudimus resides ipsi*

§. 16. *Nemo eorum relegatus in exsilium est*] *Nemo tandem relegatus est in exsilium* Ber. *Et nemo eorum* Flor. Mox *spes emerendi stipendia est ademta* iterum Ber. et edd. usque ad Aldum, qui *τὸ est* expunxit. Deinde *simul*, pro *semel*, Gaertn. V. ad 24, 22, 14. Hic nihil mutandum. Eleganter enim *semel fieri* dicuntur, quae iterum fieri nequeunt. Ovid. 12. Her. 112.

At semel aeterna nocte premenda fui.

§. 17. *Ex Cannensi acie*] Vet. lib. *pugna*. SIG. Hic apposita erat varia lectio, quam bardi exscriptores in contextum receperunt in Pall. *ex Cannensi pugna sive acie*. GEBH. *ex Cannensi pugna* etiam Hearnii L. 1. et N. *ex Cannensi pugna sive acie*, utraque lectione juncta, Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Verum optimi servant vulgatum.

§. 18. *Ne qua spes, ne qua occasio*] *neque*, pro *ne qua*, quater praeferunt Voss. et Lov. 4. secundo et tertio loco *nec*, quarto *neque* Lovel. 1. Sed v. ad 9, 37, 5. Praeterea *ne qua sit, ne qua* Ber.

§. 19. *Neque ignominiae finem, nec virtutis praemium*] *neque virtutis* Hav. Sed v. ad 9, 9, 14. Tum *exercere* non adparet in Lov. 2. Tandem *ut virorum militumve officio* Gaertn. Malc. Supra 4, 4, 12. *Ut hominum, ut civium numero simus*. V. ad 5, 35, 4. (* 40, 39, 8.)

§. 20. *Peditum et equitum acies concurrunt*] *peditum equitumque acies* Hav. *peditum, equitum acies*, omissa copula, Flor. quod etiam ex Put. laudat Crevier. Copula autem detracta vividiorem

Digitized by Google

ac segnes, tamquam nec manus, nec arma habeamus. Servorum legionibus Ti. Sempronius consul toties jam cum hoste signis conlatis pugnavit.' Operae pretium habent, libertatem civitatemque. Pro servis saltem ad 22
hoc bellum emtis vobis simus. congredi cum hoste liceat, et pugnando quaerere libertatem. Vis tu mari, vis terra, vis acie, vis urbibus obpugnandis experiri virtutem? asperrima quaeque ad laborem periculumque deposci- 23
mus, ut, quod ad Cannas faciundum fuit, quamprimum fiat; quoniam, quidquid postea viximus, id omne destinatum ignominiae est.

VII. Sub haec dicta ad genua Marcelli procubue- 1
runt. Marcellus id nec juris, nec potestatis suae esse dixit. senatui scripturum se, omniaque de sententia Patrum facturum esse. Hae literae ad novos 2

orationem fieri putat. Mox *geritur res* Flor.

§. 21. *Clamorem pugnantium crepitumque armorum exaudimus resides ipsi ac segnes*] *clamores pugnantium*, praeter editiones Aldina vetustiores, legunt Lov. 1. et Ber. quorum posterior insuper a m. 2. *strepitumque*. V. ad 38, 17, 4. Deinde *desides ipsi et segnes* Ber. Gaertn. Hearnii N. et edd. ante Aldinam. Nihil muto. 6, 23, 5. *Eum residem intra vallum tempus terere*. ubi quaedam vide. 23, 16, 11. *Ratus deinde prodita conloquia esse, metuque resides factos*. Virg. 6. Aen, 815.

Otia qui rumpet patriae, residesque movebit
Tullus in arma viros.

ubi Servius *resides* exponit *pigros, otiosos, nimium sedentes*. l. 7, 693.

Jam pridem resides populos desuetaque bello
Agmina in arma vocat subito.

ubi v. Cerdam. Vel scribae pro minus obvia voce *resides* dederunt notiorem *desides*. V. ad 23, 16, 11. Vel error natus est ex perpetua confusione literarum *R* et *D*, de qua v. ad 9, 10, 6.

§. 22. *Pro servis saltem ad hoc bellum emtis nobis simul congredi cum hoste liceat, et obpugnando quaerere*] Pall. tres, et prisca ed. *et pugnando quaerere*. Sic paullo post Pall. 1. et 3. *vis urbibus expugnandis experiri virtutem*. GEBH. Immo et certum est *semel*, non *simul*. T. FABER. Veteres *pugnando*. Sed etiam de sententia Salmasii distingue et scribe: *Operae pretium habent libertatem civitatemque. Pro servis saltem ad hoc bellum emptis vobis simus. Congredi cum hoste liceat,*

Digitized by Google

consules adlatae, ac per eos in senatu recitatae sunt: consultusque de his literis ita decrevit sena-
3 tus: *Militibus, qui ad Cannas commilitones suos pugnantes deseruissent, senatum nihil videre, cur respu-*

et pugnando quaerere libertatem. J. FR. GRON. *oppugnando* editionum, quas consului, prima habuit Paris. anni 1573. Priores cum omnibus scriptis meis et Hearnii Oxon. *pugnando.* Contrario errore ex sententia Gronovii infra peccatur 32, 23, 6. Praeterea *urbibus expugnandis* etiam Lov. 4. 5. et Harl. V. ad 21, 57, 6.

§. 2. *Ac per eos in senatu recitatae sunt*] Voculae duae *in senatu* disparuerunt in Pal. 1. GEBH. Non adparent etiam in Lovel. 1. 5. Hav. et Hearnii L. 1.

§. 3. *Senatui nihil videri rempublicam committendam esse*] Longe rectius subindicant Put. et Pet., exhibendo: *senatum nihil videretur respublica committenda sit.* Scribe uno elemento mutato: *senatum nihil videre, cur respublica committenda sit.* Frontinus 4. Strateg. [1, 44.] *Senatus negavit sibi placere, committi his rempublicam, quam deseruissent.* Julius Exuperantius de Bellis Civil. [c. 2.] *Hos igitur Marius, quibus non fuerat respublica committenda, duxit ad bellum.* Macrobius 1. Saturn. [11.] *Maluit se respublica servis in tanta tempestate committere.* Voss. quoque *senatui nihil videretur resp.* J. FR. GRON. Put. et Pet. Gronovii consentiunt Flor. et Cant. nisi quod *esset*, pro *sit*, praeferat posterior. *senatui nihil videtur, rempublicam committendam esse* Gaertn. *senatui nihil videre tur, rempublicam committendam esse* Lov. 5. et Hafn. *senatui nihil videretur respublica committenda esse* Voss. Lov. 2. Hav. Hearnii N. ac D. et Colbert. *senatui nihil videretur respublica committenda esset* Lov. 1. *senatui nihil videretur respublica committenda sit* Lovel. 4. Doujatius, Colbertini sui vestigia secutus, legendum censet, *senatui nihil videri, cur respublica committenda esset:* eamque conjecturam Gronovianae praefert, quia sollemnis pronunciandi formula vocem passivam *videri* potius amat, quam activam *videre.* Verum primo observandum, varia exempla, in quibus senatores sententiam dicunt per verbum *videri*, conlegisse Brisson. 2. de Form. p. 195. at nullum eo modo concipi, quo hic secundum Doujatii emendationem concipitur. In omnibus enim ibi laudatis τῷ *videri* subjungitur verbum infinitum. Deinde in hac locutione *nihil* sive *non videtur* ponitur pro non existimo, non censeo. Jam vero quis sanus hoc sensu umquam dixit, *non videtur, cur committendum sit*, pro non existimo committendum esse? Ad sollemnem illam formulam propius accedit vulgata lectio, quae et ipsa tamen inde discedit, quod dicat *nihil videri;* quum, senatores *non videri* dixisse, probent exempla a Brissonio laudata. Verum quia vulgatum nullius ferme codicis auctoritate nititur, id potius datum ab illis esse puto, qui Livium sollemnia senatusconsultorum verba exprimere voluisse existimarunt. Cum Gronovio igitur lego *senatum nihil videre, cur respublica committenda sit.* Ita supra 4, 35, 11. *Nec*

Digitized by Google

blica committenda sit. Si M. Claudio proconsuli aliter 4
videretur, faceret, quod e republica fideque sua duceret: dum ne quis eorum munere vacaret, neu dono militari virtutis ergo donaretur, neu in Italiam reportare-

se videre, cur non lex quoque abrogetur. Et plane similiter Cic. 9. ad fam. 6. *Quod ego cur nolim, nihil video.* (* de Sen. 21.) In Oxon. L. 1. multis omissis Hearne invenit, *senatui nihil videtur respublica fiduciaque sua duceret.* Sed repetitio vocum *respublica* et *republica* librario peccandi ansam dedit. V. ad 9, 11, 11. Mox §. seq. *fiduciaque*, pro *fideque*, Lov. 2. 4. Harl. et Hav. Male. V. ad 22, 39, 2.

§. 4. *Ne quis eorum munere vacaret*] Moguntinus codex habet in dandi casu *muneri*. Sed, ut ingenue dicam, neutra lectio mihi satisfacit, ideoque ea de re lectori considerandum. GLAREAN. Id est, dum ne quis excusatus vacationem haberet militiae. Sic enim l. 26, [1, 8.] *Quibus senatus missionem reditumque in patriam negaverat ante finem belli.* SIG. Neuter, [neque Glareanus, neque Sigonius,] mihi satisfacit. Nam et Glareanus frustra dubitat de lectionis integritate, et Sigonius non bene explicat illud, *dum ne quis eorum munere vacaret.* cum *munus* hic onus sit militare. Veget. 2. de re mil. 7. cum de principalibus militibus disseruisset, *Hi sunt*, inquit, *milites principales, qui privilegiis muniuntur. Reliqui munifices appellantur, quia munia facere cogunturur.* Et eodem lib. c. 19. ubi, quae sint ea munia, explicat his verbis: *Fascicularia tamen, id est, lignum, foenum, aquam, stramen etiam legitimi milites in castra portabant. Munifices enim ab eo appellantur, quod haec munia faciant.* Sane Modestinus JCtus militiae mutationem et munerum indictionem inter poenas militares recenset in l. 3. ff. de re milit. praeter quam vide etiam l. 214. et 18. ff. de V. S. Ego ad Livirum redeo, cujus lectionem exemplis etiam confirmabo aliorum scriptorum, et quidem de eadem hac re. Ex quibus Val. Max. 2, 7. senatum Marcello rescripsisse ait: *Indignos esse, qui in castra reciperentur. Ceterum se ei permittere, ut faceret, quod reipublicae expedire judicasset, dum ne quis ex eis munere vacaret, aut dono militiae donaretur, aut in Italiam, donec hostes in ea essent, accederet.* At Frontinus 4. Strat. 1. *Senatus*, ait, *negavit, sibi placere committi his rempublicam, quam deseruissent. Marcello tamen permisit facere, quod videretur, dum ne quis eorum munere vacaret, neve donaretur, neve quod praemium ferret, aut in Italiam reportaretur*, (sic enim cum veteri codice legendum est) *dum Poeni in ea fuissent.* Plutarchus in Marcello [p. 305.] Ἐποιήσατο γνώμην ἡ βουλὴ μηδὲν ἐις δημόσια πράγματα δεῖσθαι Ῥωμαίοις ἀνθρώπων ἀνάνδρων. Εἰ δὲ βούλεται χρῆσθαι Μάρκελλος ἀυτοῖς ἴσως, μηδενὶ τῶν ἐπ' ἀνδρείᾳ νομιζομένων κεφάνων καὶ γερῶν τυχεῖν ὑπ' ἄρχοντος. MOD. *Munere vacare* est onere liberari. GEBH. V. Stewich. ad Veget. 2, 21. Viros doct. ad Taciti 1. Hist. 46. Casaubon. ad Suet. Aug. 24. et Lipsium 5. de Mil. Rom. 6.

Neve dono militari virtutis ergo donaretur] Tu, Antoni, qui

Digitized by Google

tae intra portam Carmentalem, sed et Spei extra portam, quae priore anno incendio consumtae fue-
7 rant. Tempestates foedae fuere. In Albano monte biduum continenter lapidibus pluit. tacta de coelo multa: duae in Capitolio aedes: vallum in castris multis locis supra Suessulam, et duo vigiles
8 exanimati. murus turresque quaedam Cumis non ictae modo fulminibus, sed etiam decussae. Reate saxum ingens visum volitare: sol rubere solito ma-
9 gis, sanguineoque similis. Horum prodigiorum caussa diem unum supplicatio fuit, et per aliquot dies

creati sunt, etsi non exponit Livius, tamen suspicari licet, dona templorum esse, quae fortassis ab iis, quorum custodiae commissa erant, aut ab aliis, interversa ac subrepta fuerint: eoque ducit locus Taciti apud Gronovium. *Persignare dona* Gronovius videtur existimasse, esse *in tabulis describere, literis consignare.* Hoc verum puto, et sententiam esse, triumviros jussos dona templorum conquisita recognoscere, eorumque numerum, materiam, et quae alia ad ea noscenda pertinerent, in tabulas referre, et accurate perscribere. Nam *persignare* est plane ac totum signare. Mela 1, 19. de Mossynis, *Notis corpus omne persignant.* De *coinquere* Salmas. praeivit Scalig. ad Fest. v. *Conquirere.* V. etiam Vossium in Etymol. v. *Inquino.* Jac. Gronovium, qui *coinquare* dixit, ridet Fabrett. p. 42. et 43. Apud Sosipatrum tamen est *a quinquando.* DUK. Livius 38, 38, 12. *Si quid ablatum est, id conquirendi, cognoscendi, repetendique jus item esto.* 39, 3, 5. *Praetori negotium datum est, ut eos conquireret.* De investigatione eorum, qui armis ferendis apti milites conscribendi erant, id verbum Livio frequens esse, videbimus ad 29, 35, 10. In legibus autem Alfeni et Paulli vulgatum defendit Ampliss. Praeses Bynkersh. 4. Obs. 21.

§. 6. *Fortunae et matris Matutae*] Vet. lib. *Fortunae et Martis*, ut suspicandum sit, ne vox *Matuta* afficta sit ab iis, qui *matris* pro *Martis* legerunt. SIG. Pal. 1. omittit τὸ *Matutae.* Sec. vero et tert. *Fortunae et Martis intra portam.* Quam lectionem probat Sigonius. Sed vulgatam lectionem recte tuebimur, tum ex vet. ed. tum ex ipsis T. Livii verbis 24, 47, 15. *Romae foedum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit, solo aequata omnia inter Salinas et portam Carmentalem, cum Aequimelio Sugarioque vico: in templis Fortunae ac matris Matutae, et Spei extra portam late vagatus ignis sacra profanaque multa absumsit.* GEBH. Vox *Matutae* exsulat a Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hearnii Oxon. Insuper traje-

Digitized by Google

dies consules rebus divinis operam dederunt: et per eosdem dies sacrum novemdiale fuit. Quum 10
Tarentinorum defectio jam diu et in spe Hannibali, et in suspicione Romanis esset, caussa forte extrinsecus maturandae ejus intervenit. Phileas Taren- 11
tinus, diu jam per speciem legationis Romae quum esset, vir inquieti animi, et minime otium, quo tum diutino senescere videbatur, patientis, aditum sibi ad obsides Tarentinos invenit. Custodiebantur in atrio Libertatis minore cura, quia nec ipsis, nec civitati eorum fallere Romanos expediebat. 12
Hos, crebris conloquiis sollicitatos, conruptis ae- 13

etis literis *Martis* vet. lib. Sigonii consentientes Lovel. 2. et Gaertn. Sed recte Gebhardus vulgatum tuetur. V. Donat. 2. de Urb. Rom. 26. et Nardin. 5. Rom. Vet. 10.

§. 7. *In Albano monte biduum continenter lapidibus pluit*] Princeps ed. *pluvit*. Pal. tert. *continenter lapides pluit*. GEBH. *biduo continenter* Harlej. a m. 1. Gaertn. et edd. ante Aldum. Male. V. ad 10, 21, 6. *biduum continuum* Hav. invitis reliquis. Tum *pluvit* Lovel. 5. Ber. et edd. Mediol. anni 1480. ac Tarvis. utraque. V. ad 1, 31, 1. Codicis Pal. 3. scriptura apud Gebh. indicare videtur, librarium ejus in exemplari suo *lapides pluit* invenisse. Sane utrumque in usu est *pluere lapides* et *lapidibus*. V. ad 3, 10, 6. Hic tamen reliqui, in *lapidibus* consentientes, id verius esse evincunt.

§. 8. *Sol rubere solito magis*] In Pal. 1. pro *sol* substitutum est *sol*, perperam. tert. autem praestat *sol vel rubere*. Puto legendum *sol rubere vel solito magis*. GEBH. *vel*, pro *sol*, etiam Flor. Lovel. 1. 2. 4. et Voss. *sol vel rubere*, duplici lectione juncta, Lovel. 5. *coelum rubere*, et mox *simile*, pro *similis*, Hafn. et Hav.

§. 9. *Diem unum supplicatio fuit*] *die uno* Hav. eodem errore, quo §. 7. *biduo* pro *biduum* dederant. *dies munium supplicatio fuit* Lov. 1. *dies munerum* Lovel. 2. et Voss. — Vir Cl. Jos. Wasse ad Sall. Catil. 56. p. 177. testatur, se in cod. Cantabr. qui est in collegio Trinitatis, invenisse *supplicio*, pro *supplicatio*. Se itaque nescire dicit, an *supplicium* reponendum sit, quum idem cod. aliis locis, ubi eadem obcurrit locutio, nihil moveat, at ipse auctor 27, 50, 5. *suppliciis votisque fatigare Deos* dixerit. Ex meis *supplicio* non tantum erat in Voss. verum etiam in Florent. a m. 1. in quo *supplicatio* emendavit manus altera; quod verius est. —

§. 11. *Et minime otium, quo tum diuturno senescere videbatur*,

Digitized by Google

dituis duobus, quum primis tenebris custodia eduxisset, ipse comes occulti itineris factus profugit.
14 Luce prima vulgata per urbem fuga est: missique, qui sequerentur, ab Tarracina comprehensos omnes retraxerunt. deducti in comitio, virgisque, adprobante populo, caesi de saxo dejiciuntur.

patientis] Pal. 2. *et minimi otii, quo tum diutino.* Paullo ante Pal. tert. *Phiales.* GEBH. Omnes libri *diutino* praeter Gruterum eumque secutas editiones, quod miror. J. FR. GRON. Omnes etiam mei, et Hearnii Oxon. *diutino*, nisi quod unus *diutine*, alter *diutinum*. 6, 33, 2, *Ex diutina pace novâ defectio.* 25, 1, 8. *Inculti diutino bello infestisque agris.* 28, 24, 6. *Licentia ex diutino, ut fit, otio conlecta.* V. ad eum locum.

§. 12. *In atrio Libertatis*] De hoc est locus Ovidii 3. Trist. 1, 71. in quo explicando Casaubonum arguit, etiam aliis probantibus, Lipsius de Biblioth. c. 5. Sed, ut omnes homines sumus, ipse eodem loco scribit, quae fortassis reprehensione non carent, quum Plutarchum et alios auctores esse dicit, Atrium Libertatis a Ti. Graccho, patre Gracchorum, structum. Nam si jam anno ıɔLLI fuit atrium Libertatis, quod hic testatur Livius, non potuit id a patre Gracchorum strui, quem anno ıɔLXVI. adeoque totis viginti quinque annis post hoc tempus, tribunum plebis fuisse certum est ex Livio 38, 52, 9. Etiam dubito, an fallatur Lipsius, Plutarchum et alios sententiae suae auctores laudans; eo quod nemo recentiorum, qui de atrio Libertatis egerunt, Plutarchum et alios hujus rei testes citent. Si tamen verum est, quod dicit, nihil peccasset locis illorum, quae non omnibus nota esse ex silentio aliorum doctorum palam est, in medium proferendis, et cum hoc Liviano in concordiam redigendis. Aedem Libertatis a patre Ti. Gracchi, qui anno ıɔXXXVIII et ıɔXL consul, et, ex conjectura Pighii ad A. V. ıɔLIX. et ıɔLXI. patris Gracchorum patruus fuit, in Aventino factam, auctor est Livius 24, 16, 19. Ei, si non eodem tempore, certe non multo post, atrium additum fuisse, ex hoc loco Livii liquet. DUKER.

§. 14. *Emissique qui sequerentur a Tarracina*] Scripti *missique qui sequerentur, ab Tarracina comprehensos omnes retraxerunt.* Itaque distinguendum. J. FR. GRONOV. Ita non tantum plerique codd. mei, et Hearnii Oxon. verum etiam edd. principes. Primus Froben. anno 1531. sine dubio operarum aberratione, vulgavit *remissique*, quod quadriennio post in *emissique* mutavit, et reliquis editoribus verum esse persuasit.

Deducti in comitio, virgisque] Lego et distinguo *deducti, virgisque in comitio, approbante populo, caesi.* T. FABER. Lego *reducti, in comitio virgis approbante populo caesi, de saxo dejiciuntur.* non *deducti, virgisque.* J. FR. GRON. Cl. Crevier. partim ex Gronov. partim ex Fabri conjectura legit *reducti, virgisque in comitio, po-*

Digitized by Google

VIII. Hujus atrocitas poenae duarum nobilissimarum in Italia Graecarum civitatium animos irritavit, quum publice, tum etiam singulos privatim, ut quisque tam foede interemtos aut propinquitate, aut amicitia contingebat. Ex iis tredecim fere nobiles juvenes Tarentini conjuraverunt, quorum

1 2 3

quo approbante, *caesi*. Ego Gronovii emendationem praefero. Passim verba *reducere* et *deducere* in Mstis commutantur. V. ad 6, 26, 8. Praeterea Cl. Jac. Gronov. observat in Differt. epist. ad Livii loca geogr. ep. 2. p. 15. scribas librarios in hac operis Liviani parte saepe voculam *que* perperam vel addidisse, vel omisisse. V. etiam ad 29, 24, 7.

§. 1. *Duarum nobilissimarum in Italia Graecarum civitatum animos*] Pal. 1. *aliarum nobilissimarum*. tert. cum vet. ed. *duarum pene nobilissimarum*. GEBH. Immo *trium*, ut patet ex c. 15. Nempe Tarenti, Metaponti, Thuriorum. J. FR. GRON. *civitatium* Flor. et ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11.

§. 2. *Tum publice, tum etiam singulos*] Put. Pet. Men. *cum publice*. Ejusmodi levia complura et alibi sine mentione arbitratu veterum correximus. J. FR. GRON. *cum*, pro *tum*, etiam Florent. et Harlej. V. ad 6, 23, 3. Mox *contingebant* Lovel. 3. Ber. et Gaertn. cum edd. vett. ante Aldum.

§. 3. *Ex iis tredecim fere nobiles Tarentini*] Vet. lib. *nobiles juvenes Tarentini*. egregie: nam paulo post subjungit: *conspecta ea praeda juvenum est*. *Ex iis* autem quod ait, *ob ea* intelligendum est, id est, ob supplicium de obsidibus Tarentinis sumptum. SIG. Pall. 1. et 2. *fere nobiles juvenes*, quod approbat Sigonius. *Ex iis* vero interpretandum est, urbibus scilicet Graecis in Italia, quarum animos poenaè in obsides atrocitas irritavit. GEBH. Sic omnes veteres, ut Sigonius monuerat. J. FR. GRON. *Ex iis* potius intellige ex numero illorum, qui tam foedo supplicio interemtos propinquitate vel amicitia contingebant. DUK. *nobiles juvenes*, praeter Ber. legunt omnes reliqui, ita tamen, ut Gaertn. *juvenes nobiles* inverso ordine praeferat.

Nico et Philomenes] Vet. lib. *Philomenus*. Polyb. l. 8, [19.] Νίκων καὶ Φιλίμενος. SIG. Pall. tres *Nicho*. Caeterum pr. cum principe ed. *Philemenus*. sec. ac tert. *Philomenus*. GEBH. Put. et quilibet antiquiores faciunt *Philemenus*, aut *Philomenus*. Polybius vocat Φιλήμενον. Ita refingamus *Philemenus* censeo apud Livium, quem a Polybio hic non discessisse certus sum. J. FR. GRON. *Philomenus* Voss. Lov. 2. 4. 5. Hav. a m. 2. et Hearnii Ox. *Phylemenus* Ber. *Philemenus* Flor. Hav. a m. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Quam scripturam quum hoc loco viri docti in contextum receperint, ejus loco Sigonii lectionem infra 27, 16, 3. servare non debuerant.

§. 4. *Nocte per speciem venandi urbe egressi ad eum proficiscuntur*]

Digitized by Google

4 principes Nico et Philemenus erant: Hi, prius, quam aliquid moverent, conloquendum cum Hannibale rati, nocte per speciem venandi urbem egres-
5 si, ad eum proficiscuntur. et, quum haud procul castris abessent, ceteri silva prope viam sese occuluerunt: Nico et Philemenus, progressi ad stationes comprehensique, ultro id petentes, ad Hanni-
6 balem deducti sunt. Qui quum et caussas consilii sui, et quid pararent, exposuissent; conlaudati, oneratique promissis, jubentur, ut fidem popularibus facerent, praedandi caussa se urbe egressos, pecora Karthaginiensium, quae pastum pro-
7 pulsa essent, ad urbem agere. tuto ac sine certamine id facturos, promissum est. Conspecta ea praeda juvenum est: minusque, iterum ac saepius
8 id eos audere, miraculo fuit. Congressi cum Hannibale rursus, fide sanxerunt, liberos Tarentinos leges suaque omnia habituros, neque ullum vectigal Poeno pensuros, praesidiumve invitos receptu-

Ex hoc loco incipit fragmentum hujus historiae apud Polybium l. 8, [19.] unde haec ad verbum sumpsit Livius: *Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὡς ἐπ' ἐξοδίαν ὁρμήσαντες ἐκ τῆς πόλεως, καὶ συνεγγίσαντες τῇ παρεμβολῇ τῶν Καρχηδονίων νυκτός, ἄλλοι μὲν συγκαθέντες εἴς τινα τόπον ὑλώδη παρὰ τὴν ὁδόν, ἔμειναν. Ὁ δὲ Φιλίμενος καὶ Νίκων προσῆλθον πρὸς τὴν παρεμβολὴν* etc. SIG. *urbem egressi* Flor. Voss. Lovel. 2. 4. Ber. Harlej. Gaertn. et edd. ante Aldum. Idem se etiam in omnibus libris suis reperisse, testatur Gebhardus ad 23, 16, 10. Horum consensum non spernendum judicavi. V. ad 29, 6, 4.

§. 5. *Ceteri silva prope viam sese occuluerunt*] Pal. 2. *Caet. silva sese prope viam occultaverunt.* GEBHARD. *occultaverunt* Rec. et Hearnii N. V. ad 32, 38, 8. *Τὸ viam* non adparet in Voss. ut nec *ultro* in Lov. 1.

§. 6. *Praedandi caussa se urbe egressos*] Hic etiam *urbem* in Pal. sec. se invenisse, testatur Gebh. ad 23, 16, 10. Verum nunc omnes nostri vulgatum tuentur.

§. 8. *Fide sanxerunt, liberos Tarentinos leges suaque* etc.] Sic Polyb. [8, 20.] *ἀυτοί τε. τοῖς πε-*

Digitized by Google

ros: prodita praesidia Karthaginiensium fore.
Haec ubi convenerunt, tunc vero Philemenus con- 9
suetudinem nocte egrediundi redeundique in urbem
frequentiorem facere: (et erat venandi studio insi-
gnis) canesque et alius adparatus sequebatur; ca- 10
ptumque ferme aliquid, aut ab hoste ex praepara-
to ablatum reportando, donabat aut praefecto, aut
custodibus portarum. nocte maxime commeare pro-
pter metum hostium, credebant. Ubi jam eo con- 11
suetudinis adducta res est, ut, quocumque noctis
tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur,
tempus agendae rei Hannibali visum est. Tridui 12
viam aberat: ubi, quo minus mirum esset, uno eo-
demque loco stativa eum tamdiu habere, aegrum
simulabat. Romanis quoque, qui in praesidio Ta- 13
renti erant, suspecta esse jam segnis mora ejus
deferat.

IX. Ceterum postquam Tarentum ire constituit, de- 1
cem millibus peditum atque equitum, quos in expedi-

ρὶ τὸν Ἀννίβαν ἔδοσαν πίστις, καὶ παρ' ἐκείνων ἔλαβον ἐπὶ τούτοις· ἐφ' ᾧ Ταραντίνους ἐλευθεροῦσθαι, καὶ μήτε φόρους πράττεσθαι κατὰ μηδένα τόπον, etc. SIGON.

§. 9. *Haec ubi convenerunt, tunc vero Philemenus*] *Haec omnia conveniunt. Philemenus* Hearnii L. 1.

§. 10. *Donabat aut praefecto, aut custodibus portarum*] Polyb. [8, 20.] Διὸ τούτῳ μὲν ἐπέτρεψαν ἐξιδιάσασθαι διὰ τῶν ἁλισκομένων θηρίων, πρῶτον μὲν τὸν ἐπὶ τῆς πόλεως τεταγμένον Γάϊν Λίβιον, δεύτερον δὲ τοὺς φυλάττοντας τὸν πυλῶνα. Quo in loco *C. Livium* praefectum appellat, quem postea Livius *L. Livium Macatum*, Cicero in Cat. *M. Livium Salinatorem*. SIG.

§. 11. *Sibilo dedisset signum*] Monet Gronov. pr. ed. not. ad 25, 3. duabus literis superfluis, *sibiloco* praeferre Put. et duos post illum probissimos. Idem scripturae vitium obfendi in Flor. Voss. et Lov. 1. Utraque lectione recepta *sibilo sibi locum dedisset signum* est in Lovel. 4. ac 5.

§. 12. *Tridui via aberat*] Sic Polyb. [8, 21.] Ἀπεῖχε τῷ στρατοπέδῳ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν τοῦ

4 principes Nico et Philemenus erant: Hi, prius, quam aliquid moverent, conloquendum cum Hannibale rati, nocte per speciem venandi urbem egres-
5 si, ad eum proficiscuntur. et, quum haud procul castris abessent, ceteri silva prope viam sese occulluerunt: Nico et Philemenus, progressi ad stationes comprehensique, ultro id petentes, ad Hanni-
6 balem deducti sunt. Qui quum et caussas consilii sui, et quid pararent, exposuissent; conlaudati, oneratique promissis, jubentur, ut fidem popularibus facerent, praedandi caussa se urbe egressos, pecora Karthaginiensium, quae pastum pro-
7 pulsa essent, ad urbem agere. tuto ac sine certamine id facturos, promissum est. Conspecta ea praeda juvenum est: minusque, iterum ac saepius
8 id eos audere, miraculo fuit. Congressi cum Hannibale rursus, fide sanxerunt, liberos Tarentinos leges suaque omnia habituros, neque ullum vectigal Poeno pensuros, praesidiumve invitos receptu-

Ex hoc loco incipit fragmentum hujus historiae apud Polybium l. 8, [19.] unde haec ad verbum sumpsit Livius: *Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὡς ἐπ' ἐξοδίαν ὁρμήσαντες ἐκ τῆς πόλεως, καὶ συνεγγίσαντες τῇ παρεμβολῇ τῶν Καρχηδονίων νυκτὸς, ἄλλοι μὲν συγκαθέντες εἴς τινα τόπον ὑλώδη παρὰ τὴν ὁδὸν, ἔμειναν. Ὁ δὲ Φιλίμενος καὶ Νίκων προσῆλθον πρὸς τὴν παρεμβολὴν* etc. SIG. *urbem egressi* Flor. Voss. Lovel. 2. 4. Ber. Harlej. Gaertn. et edd. ante Aldum. Idem se etiam in omnibus libris suis reperisse, testatur Gebhardus ad 23, 16, 10. Horum consensum non spernendum judicavi. V. ad 29, 6, 4.

§. 5. *Ceteri silva prope viam sese occulluerunt*] Pal. 2. *Caet. silva sese prope viam occultaverunt.* GEBHARD. *occultaverunt* Rec. et Hearnii N. V. ad 32, 38, 8. *Τὸ viam* non adparet in Voss. ut nec *ultro* in Lov. 1.

§. 6. *Praedandi caussa se urbe egressos*] Hic etiam *urbem* in Pal. sec. se invenisse, testatur Gebh. ad 23, 16, 10. Verum nunc omnes nostri vulgatum tuentur.

§. 8. *Fide sanxerunt, liberos Tarentinos leges suaque* etc.] Sic Polyb. [8, 20.] *φυτοί τε τοῖς πε-*

Digitized by Google

ros: prodita praesidia Karthaginiensium fore. Haec ubi convenerunt, tunc vero Philemenus con- 9
suetudinem nocte egrediundi redeundique in urbem frequentiorem facere: (et erat venandi studio insi-
gnis) canesque et alius adparatus sequebatur; ca- 10
ptumque fermè aliquid, aut ab hoste ex praepara-
to ablatum reportando, donabat aut praefecto, aut
custodibus portarum. nocte maxime commeare pro-
pter metum hostium, credebant. Ubi jam eo con- 11
suetudinis adducta res est, ut, quocumque noctis
tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur,
tempus agendae rei Hannibali visum est. Tridui 12
viam aberat: ubi, quo minus mirum esset, uno eo-
demque loco stativa eum tamdiu habere, aegrum
simulabat. Romanis quoque, qui in praesidio Ta- 13
renti erant, suspecta esse jam segnis mora ejus
deferat.

IX. Ceterum postquam Tarentum ire constituit, de- 1
cem millibus peditum atque equitum, quos in expedi-

ρὶ τὸν Ἀννίβαν ἔδοσαν πίστεις, καὶ παρ' ἐκείνων ἔλαβον ἐπὶ τούτοις· ἐφ' ᾧ Ταραντίνους ἐλευθεροῦσιν, καὶ μήτε φόρους πράττεσθαι κατὰ μηδένα τόπον, etc. SIGON.

§. 9. *Haec ubi convenerunt, tunc vero Philemenus*] *Haec omnia convenerunt. Philomenus* Hearnii L. 1.

§. 10. *Donabat aut praefecto, aut custodibus portarum*] Polyb. [8, 20.] Διὸ τούτῳ μὲν ἐπέτρεψαν ἐξιδιάσασθαι διὰ τῶν ἁλισκομένων θηρίων, πρῶτον μὲν τὸν ἐπὶ τῆς πόλεως τεταγμένον Γάϊν Λίβιον, δεύτερον δὲ τοὺς φυλάττοντας τὸν πυλῶνα. Quo in loco *C. Livium* praefectum appellat, quem postea Livius *L. Livium Macatum*, Cicero in Cat. *M. Livium Salinatorem*. SIG.

§. 11. *Sibilo dedisset signum*] Monet Gronov. pr. ed. not. ad 25, 3. duabus literis superfluis, *sibiloco* praeferre Put. et duos post illum probissimos. Idem scripturae vitium obfendi in Flor. Voss. et Lov. 1. Utraque lectione recepta *sibilo sibi locum dedisset signum* est in Lovel. 4. ac 5.

§. 12. *Tridui via aberat*] Sic Polyb. [8, 21.] Ἀπεῖχε τῷ στρατοπέδῳ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν τοῦ

Digitized by Google

tione velocitate corporum ac levitate armorum aptissimos esse ratus est, electis, quarta vigilia noctis
2 signa movit. praemissisque octoginta fere Numidis equitibus praecepit, ut discurrerent circa vias, perlustrarentque omnia oculis, ne quis agrestium pro-
3 cul spectator agminis falleret; praegressos retraherent, obvios occiderent, ut praedonum magis, quam exercitus, adcolis species esset. ipse, raptim agmine acto, quindecim ferme millium spatio castra ab Ta-

Τάραντος. SIG. Put. et Pet. *Tridui viam aberat*. J. FR. GRON. Nec aliter Florent. Infra c. 32, 4. *Quinque ferme dierum iter ab Romanis aberant*. 30, 29, 2. *Zama quinque dierum iter ab Karthagine abest*. V. ad 6, 32, 9. Quin et altera locutio Livio placuit 38, 58, 9. *P. Scipio Eleae dierum aliquot via abesset*.

Aegrum simulabat] Polyb. [8, 21.] *Ὁ δὲ πάλαι ἐπεπόριτο σκῆψιν ὡς ἀῤῥώστων*. SIGON.

§. 13. *Suspecta esse jam segnis mora ejus desierat*] Libri omnes nostri *segnis ejus mora suspecta esse desierat*. GEBH. Ita et Lovel. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina priores. *Τὸ jam* etiam deest in Voss.

§. 1. *Decem millibus peditum atque equitum* etc.] Polybius [8, 21.] *Παρεσκευακὼς ἐκ τε τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν τοὺς διαφέροντας ἐυκινησίᾳ καὶ τόλμῃ περὶ μυρίους ὄντας τὸν ἀριθμόν*. SIGON.

Quos in expeditione etc. *aptissimos esse*] Ant. Perizon. ad marginem Livii legit *in ea expeditione*. At Cl. Crevier. magis sibi placere testatur *in expeditionem*. Infra 38, 21, 7. *Erant deprehensi genere pugnae, in quod minime apti sunt*.

Quarta vigilia noctis] Polyb. [8, 21.] *ὑπὸ τὴν ἑωθινήν*. SIG.

§. 2. *Praemissisque octoginta fere Numidis equitibus* etc.] Polyb. *Τῶν δὲ Νομαδικῶν ἱππέων εἰς ὀγδοήκοντα προχειρισάμενος, ἐκέλευε προπορεύεσθαι*, etc. SIG. Copulam *que* ignorant Lovel. 2. et Hav. Hinc *ferme* est in Ber. et edd. ante Aldum. V. ad 37, 38, 5. Tum *praecipit* Florent. Lovel. 2. 4. et Hav. Deinde *praelustrarent*, pro *perlustrarent*, Lov. 5. Vox autem *oculis* non adparet in Hav.

Spectator agminis falleret] Id est, deciperet, ut Gronov. 3. Obs. 20. Nec tamen quidquam obstat, quo minus possit esse lateret, et clam illis in urbem nunciaret. Et sic etiam in aliis quibusdam, quae ibi adferuntur, accipi potest. De hac significatione verbi *fallere* v. Lambin. ad Hor. 1. carm. 10, 16. DUKER.

§. 3. *Progressos retraherent*] Poll. tres *praegressos*. GEBH. Scripti *praegressos*. J. FR. GRON. Ita etiam Hearnii Oxonienses, omnesque mei, praeter unum Gaertner. V. ad 9, 10, 7.

Raptim agmine facto, quindecim fere millium spatio] Malim *agmine acto*, quod est moto. Quod

Digitized by Google

rento posuit: et, ne ibi quidem nunciato, quo 4
pergerent, tantum convocatos milites monuit, via omnes irent; nec diverti quemquam, aut excedere ordinem agminis paterentur, et in primis intenti ad imperia accipienda essent; neu quid nisi ducum jussu facerent: se in tempore editurum, quae vellet agi. Eadem ferme hora Tarentum fama perve- 5
nerat, Numidas equites paucos populari agros, terroremque late agrestibus injecisse. Ad quem nun- 6

Livius *quindecim millia*, Polybius *ὡς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους*. SIG. Contra Sigonium stat triga MSS. Pall. ut et prisca ed. et ipse Livius, qui vult, praedonum speciem istam accolis objectam, cum haud procul Tarentum venisset Annibal, raptim in agmen redactam. confirmat quippe paullo post: *via omnes irent, nec diverti quemquam, aut excedere ordinem agminis paterentur*. Polyb. *Ἁπλῶς δὲ παρεκάλει, συνέχειν ἕκασον τῇ πορείᾳ τοὺς ὑφ' ἀυτόν ταττομένους*. GEBH. Vere Sigonius *raptim agmine acto*. 7. [37, 6.] *Relictisque impedimentis castrorum valido praesidio, raptim agitur agmen*. 21, [61, 4.] *Scipio raptim ad famam novorum hostium agmine acto*. J. FR. GRON. *Agmine facto* Livius infra dixit 38, 33, 6. *Lacedaemoniis ad portam castrorum agmine facto obcurrerunt*. et Virg. 1. Aen. 82. *velut agmine facto, Qua data porta, ruunt*. Hic tamen, pace Gebhardi, sensus requirit, ut cum Sigonio et Gronovio legamus *raptim agmine acto*. Supra 6, 28, 2. *Raptim agmine acto, ad portam Collinam signa intulere*. ubi vide, quae notantur. Deinde *XII. ferme millium* Voss. Lov. 1. 4. Harlej. in contextu, Gaertn. et Hearnii N. Verum, quum Polyb. centum viginti stadia memoret, et mille passus octo admodum stadia efficiant, vulgatum verius esse patet. Solent autem notae numerales *II* et *V* commutari. V. ad 37, 22, 4.

§. 4. *Et ne ibi quidem nunciato, quo pergerent, tantum convocatos milites monuit* etc.] Malim *quo pergeret*. De Annibale enim loquitur, de quo sic Polyb. *Καὶ συναθροίσας τοὺς ἡγεμόνας, κυρίως μὲν οὖν διεσάφει τὴν ἐπιβολήν· ἁπλῶς δὲ παρεκάλει, συνέχειν ἕκασον τῇ πορείᾳ τοὺς ὑφ' ἀυτόν ταττομένους*. etc. Quo in loco legendum est ex Livio: *κυρίως μὲν οὐ διεσάφει*. Illud etiam interest, quod Livius *milites*, Polyb. *duces convocatos* scribit. SIG. *quo pergerent* est, quem finem profectionis suae haberent. Falso ergo legit Sigonius *pergeret*, tanquam non de militibus, sed de solo Annibale, scriptor loqueretur. GEBH. *Nunciamus* ea fere, quae videmus, audivimus, aut aliunde ipsi didicimus. Plaut. Merc. 5, 2, 62. *An de auditu nuncias? Enunciamus* quum caetera arcana, tum praecipue animi nostri consilia. Plancus ad Cic. 10. ad fam. 8. *Optimae mentis cogitata jam pridem maturo tempore enunciare*. Neutiquam igitur recte imperator militibus suis *nunciat*, quo

Digitized by Google

cium nihil ultra motus praefectus Romanus, quam ut partem equitum postero die luce prima juberet
7 exire ad arcendum populationibus hostem. in cetera adeo nihil ob id intenta cura est, ut contra pro argumento fuerit illa procursatio Numidarum, Han-

ipse in animo habeat eos ducere. Qua propter malim hic *enunciato*, *quo pergeret*, hoc est, edito. ut mox, *se in tempore edituruum*, *quae velles agi*. JAC. PERIZ. Proprium huic rei verbum esse *enunciare*, constat ex illis, quae notantur ad 9, 16, 7. Clericus malebat *pronunciato*, quo in simili re utitur Liv. 27, 43, 11. *Pronunciat, occupare se in Lucanis proximam urbem velle*. Sed et *nunciare* pro enunciare utitur Front. 1, 1, 6. *Non ignarus Pharnacem omnia, quae apud ipsos agebantur, nunciare Parthis*. Codd. autem hic nihil mutant.

Convocatos milites monuit, via omnes irent.] Polyb. συναθροίσας τοὺς ἡγεμόνας. Qua de caussa hic *milites* pro ducibus perperam accipiuntur. Mox enim ait, *neu quid nisi ducum jussu facerent*. Livius igitur vult *milites convocatos*, Polyb. *duces*. GEBH. *monuit*, *recta via* Ber. a m. 2. Mox autem malim *deverti*, pro *diverti*. V. ad 1, 51, 8.

§. 5. *Terroremque late agrestibus injecisse*] Gronov. ad 21, 60, 7. monet, Put. per errorem, qui in cod. illo frequens est, legere *agrestis*. Similiter peccatur in Florent. Voss. et Lov. 1. Paullo ante *fama praevenerat* Florent. Lovel. 5. Gaertn. et Hav. V. ad 22, 2, 1.

§. 7. *Interea adeo nihil obedienter curatum est, ut* etc.] Brevius Polyb. [8, 22.] Τῆς γε μὴν ὅλης πράξεως διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον ἀνύποπτος ἦν ὁ Λίβιος. Id est, *Ex his minus suspecta tota actio Livio praefecto erat*. Quod autem ait Livius: *Nihil obedienter curatum est*, ab equitibus intellige, quos ad arcendas populationes Numidarum praefectus emiserat. SIG. Non vacat menda in his verbis. Quomodo enim de obedientia equitum querela esse potest? Luce prima jussi erant exire. At nocte oppidum ab Annibale captum. quomodo vult Livius, ut paruerint mandatis? Sed nec sequentia faciunt huic sententiae. Consului librum MS. in eo est, *nihil obedient' cura est*. Ex iis vestigiis quis negabit verum esse *nihil ob id intenta cura est*? Eo nuncio, inquit, adeo non aucta cura est in custodienda urbe, ut contra egerint negligentius. etc. Perperam concreverant voces, literis tamen fere comparentibus. LIPSIUS 2. Ep. Quaest. 23. Pall. duo, pr. et tert. *Interea adeo nihil obedienter cura est*. Sagacissimus inde Lipsius *nihil ob id intenta cura est*. Qua re nihil verius cortina Delii profata esse mihi videtur. GEBH. Partim ex Put. et Pet. partim ex Lipsii sagace conjectura praeclare restituimus. Est enim illic *in caetera adeo nihil obedienter cura est*. Posteriorem varietatem habent et Men. duo Pall. Voss. Scribe ergo: *in caetera adeo nihil ob id intenta cura est*. Sic 5, [7, 13.] *Ab urbe commeatus intentiore, quam antea, subvehi cura*. Et ibidem [c. 8, 2.] *Dum cura omnium in Vejens bellum intenta est*. Frustra interpre-

Digitized by Google

nibalem exercitumque castris non moviſſe. Hanni- 8
bal concubia nocte movit. dux Philemenus erat, cum solito captae venationis onere. ceteri prodi- tores ea, quae composita erant, exspectabant. Convenerat autem, ut Philemenus, portula adsue- 9

tatur vulgatum Sigonius. Nam et Livium apparet de praefecto loqui, non de equitibus; et id Polybius satis significat: *Τῆς γε μὲν ὅλης πράξεως διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον ἀνύποπτος ἦν ὁ Λίβιος.* J. FR. GRON. *in cetera adeo nihil obedienter curatum est* Voſſ. a m. 2. qui *interea* et *cura est* habebat a m. 1. quod etiam servat Cant. *interaado nihil obedienter cura est* Florent. a m. 1. *cetera adeo nihil obedienter curatum est* a m. 2. Vera omnino lectio est Gronovii, nisi forte ab initio praepositionem abjicere malis, ut *cetera* sit, quod ad cetera adtinet. V. ad 1, 32, 2. *Intenta cura*, ut 4, 26, 4. *Intentiorque munienti cura ducibus erat.* 25, 22, 4. *Haec omnia intentiſſima cura acta.* 39, 2, 4. *Conquisita cum intentiore cura arma.* 42, 32, 5. *Delectus multo intentiorem, quam alias, curam habebant.* Neque tamen *in cetera* damno. Nam *in aliquid intendi* saepe apud Livium obcurrit. 1, 25, 2. *In minime gratum spectaculum animo intendunntur.* V. ad 4, 27, 11. et ad 6, 23, 12. Mox *castra non moviſſe*, pro *castris*, Voſſ. et Lovel. 2. Male. V. ad 10, 4, 9.

§. 8. *Hannibal concubia nocte movit. Dux Philemenus erat*] Polyb. [8, 21.] *Ἐκίνει τὴν πρωτοπορείαν κνέφατος ἄρτι γενομένου, σπουδάζων συνάψαι τῷ τείχει περὶ μέσας νύκτας· καθηγεμόνα τὸν Φιλίμενον ἔχων, καὶ παρεσκευακὼς σὺν ἄγριον αὐτῷ πρὸς ἣν διατεταγμένην χρείαν.* SIG. V. Victor. 8. Var. 3.

Cum solito captae venationis onere] Bene exponit Langlaeus 1. Senecfr. 6. in extr. praedae venando captae, adversus nescio quos, qui hic *venationem* apparatum venatorum, vel ipsam persecutionem ferarum intelligebant. Adde Lips. ad Senec. 1. de Benef. 12. Burm. ad Quintil. 13. Declam. 8. et quos laudant Lexica. DUK. Livius 35, 49, 6. *Quum miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa et varia venatio.* V. Savar. ad Sidon. Apoll. 4. ep. 9.

§. 9. *Parte alia portam Temenitidam adiret Hannibal*] Vet. lib. *Temenida.* Sic etiam Polybius [8, 23.] *Κατὰ τὴν ἀπὸ τῆς μεσογαίου, πρὸς ἕω δὲ κειμένην πλευρὰν ὡς ἐπὶ τὰς Τημενίδας προσαχρρευομένας πύλας.* SIG. Polyb. vocat *Τημενίδα.* Vet. ed. *Temenitida.* Pal. 1. *portantem eunitidia.* tert. *parte alia pantemenitida adiret.* quae scribarum somnolentiae tribuenda sunt, qui ultimam syllabam prioris, et primam subsequentis vocabuli contraxerunt. Paullo ante Pal. tert. *referens*, pro *inferens.* GEBH. Video ab Sigonio hanc lectionem repositam esse, pro *Temenitidam*, idque ex vet. lib. Testor tamen, quidquid penes me collationum est, ut codicum Put. Pet. Gud. Voſſ. Cantabrig. in iis apparere *Temenitida.* Sane Polybius vocat *Τημενίδας πύλας*, et a *Τήμενος* potest recte deduci *Τημενίς.* Sed id nihil moratur, quin Livius maluerit agnoscere *Temenitis.* Immo for-

Digitized by Google

ta venationem inferens, armatos induceret: parte
10 alia portam Temenida adiret Hannibal. Ea mediterranea regione orientem spectabat. aliquantum intra moenia includuntur. Quum portae adpropinquaret, editus ex composito ignis ab Hannibale est, refulsitque. idem redditum ab Nicone signum: ex-

sam et apud Polybium legit *Τημενίτιδας*; eo verisimilius, quod Thucydides prope Syracusas agnoscat munitionem, quam vocat *Τημενίτην*, l. 6. et 7. Ipse tamen *Τημενιδας πύλας* formatas semper judicavi, ut *Βηλίδας πύλας* Babylone. JAC. GRON. *portam Emiciam* Hearnii L. 1. *portantem Enitida* Lovel. 4. et Gaertn. *portam Emitida* Hearnii D. *portam Enitida* ejusdem N. Hav. et Lov. 2. *portam Temenitida* Florent. Lov. 1. 5. et Ber. a m. 1. cum omnibus editis ante Sigonium. *Temenitidam* Ber. a m. 2. *Temnitidam* Harlej. *Temnicida* Hafn.

§. 10. *Ea mediterranea regione orientem spectabat aliquantum intra moenia includitur*] Hunc alii asterisco notarunt locum, et recte, nam mutilus est haud dubie. GLAR. Quod ait *aliquantum intra muros includitur*, intelligendum est, nihil ejusmodi de porta a Polybio afferri, sed de sepulchris quibusdam, ad quae Nico et socii ejus venerunt, unde ignem excitarunt, ut et Polybius et Livius ait. *Editus ex composito ignis ab Annibale refulsit. Idem redditum ab Nicone signum.* Haec autem sepulchra intra moenia atque intra portas fuisse scribit Polybius [8, 23.] *Ἦκον ἐπὶ τοὺς τάφους. Τὸ γὰρ πρὸς ἕω μέρος τῆς τῶν Ταραντίνων πόλεως, μνημάτων ἐστὶ πλῆρες, διὰ τὸ τοὺς τελευτήσαντας θάπτεσθαι ἔτι καὶ νῦν ἐντός.* Et post: *διὰ τοῦτο θάπτειν ἔτι καὶ νῦν τοὺς μεταλλάξαντας ἐντὸς τῶν πυλῶν.* In vet. lib. est, *Aliquantum intra moenia includuntur.* ut omnino locus hic totus videatur ita esse supplendus: *Convenerat autem, ut Philomenus, portula assueta venationem inferens, armatos induceret, parte alia portam Temenida adiret Annibal. Ea mediterranea regione orientem spectabat. Nico cum sociis ad monumenta esset. Ea aliquantum intra moenia includuntur.* Nam nisi ita suppleas, vanum erit, quod sequitur: *Cum portae appropinquaret, editus ex composito ignis ab Annibale refulsit. idem redditum ab Nicone signum.* Neque enim, quid cum Nicone Annibali convenisset, praecessit. SIG. Palatinus 2. continet *aliquantum intra moenia includunt.* tert. *Ea mediterranea regio est, orientem spectat, aliquantulum intra moenia includuntur.* GEBH. Put. Pet. Men. *Ea mediterranea regio est orientem spectabest aliquantum intra moenia includuntur.* vel *spectabat.* Certe omnes, *includuntur.* Lege, *Ea mediterranea regione Orientem spectat, ad monumenta, quae intra moenia includuntur.* V. Sigonium. Nam de Nicone necesse non est hic interponi: satis intelligitur ex sequentibus. J. FR. GRON. Verba haec Liviana miris modis intorta non componentur, nisi attentiore oculo in unicum Put. codicem conjecto. Etsi enim sanus sensus appareat in iis, quae hic

Digitized by Google

flinctae deinde utrimque flammae sunt. Hannibal 11
silentio ducebat ad portam. Nico ex inproviso adortus sopitos vigiles in cubilibus suis obtruncat, portamque aperit. Hannibal cum peditum agmine 12
ingreditur, equites subsistere jubet: ut, quo res postulet, obcurrere libero campo possent. Et 13

publicata sunt, tamen unde illa *ad monumenta quae* bono more exsculpi queant, nullus scio. Vide igitur, an non propius sit: *Ea mediterranea regione in Orientem est ad busta, quae Tarenti intra moenia includuntur.* Livius ita loquitur; *porta est mediterranea regione.* 10, 34, 7. *Portam unam alteramque eadem regione in propinquo patentes.* 3, 66, 5. *Ad moenia ipsa Romae populabundi regione portae Esquilinae accessere.* V. ad 25, 25. *in Orientem est* nempe versa, vel si placet quasdam repetere literas, potes *in orientem spectat, ad busta.* Et id praeferebat Cel. Graevius. 28, 17, 5. *Massaesyli in regionem Hispaniae, maxime qua sita Nova Carthago est, spectant.* JAC. GRON. Ex codd. nostris nulla ulterioris auxilii spes Livio adlucet. *Ea mediterranea regio est* praeferunt Florent. Lovel. 5. Harlej. et Hav. quod librariorum errori tribuendum est. V. ad 9, 8, 13. *Ea*, nempe porta, dicitur esse regione mediterranea, id est ab illa parte urbis, quae obversa erat continenti Italiae, non quae ad mare vergebat. V. ad 3, 66, 5. Mox *includ'r* ambigue Ber. *includ* Florent. a m. 1. *includunt* a m. 2. ut et Cant. Voss. et Lov. 2. ac 4. plerique reliqui *includuntur.* Clericus J. Fr. Gronovii conjecturam probat; mihi vero emendatio filii ejus propius ad lectionem praestantissimi Put. accedere videtur. In eo tamen ab ipso dissentio, quod, omissa praepositione, legam *Ea mediterranea regione orientem spectat ad busta, quae Tarenti intra moenia includuntur.* Agnosco equidem, recte dici potuisse *spectat in orientem.* V. quae notantur ad 28, 17, 5. Verum praepositionis nullum est vestigium vel in Put. vel in aliis codd. Quin et ipse Livius non tantum *spectare in orientem*, verum etiam *spectare orientem*, pro eo vergere, dicere solitus est. 33, 17, 5. *Acarnania universa solem occidentem et mare Siculum spectat.* 36, 7, 19. *Litus Italiae, quod Sardiniam Africamque spectat.* 38, 4, 2. *Arx, quae posita in tumulo est, orientem spectat.* Apud geographos Melam, Plinium, aliosque locutio illa frequens est. V. etiam Corte ad Plin. 2. ep. 17, 12. Meoum sentire Cl. Crevier. gaudeo.

Editus ex composito ignis ab Hannibale est, refulsitque] Vet. lib. *ab Annibale refulsit.* SIG. Meorum codicum nullus Sigonio adsentitur.

§. 11. *Nico ex inproviso ad portas sopitos vigiles*] Put. *adportus.* Lege *adortus sopitos.* J. FR. GRON. Verissime. Non enim *ad portas*, sed ad unam portam Temenida, quam etiam Hannibali aperuit, vigiles obtruncavit. Polyb. 8, 23. Ὥρμησαν ἐπὶ τὴν πύλην μετὰ δρόμου καὶ σπουδῆς, βουλόμενοι φθάσαι φονεύσαντες τοὺς ἐπὶ τοῦ πυλῶνος τεταγμένους.

Digitized by Google

Philemenus portulae parte alia, qua commeare adsuerat, adpropinquabat. nota vox ejus et familiare jam signum quum excitasset vigilem, dicentis, vix sustinere grandis bestiae onus, portula aperi-
14 tur. inferentes aprum duos juvenes secutus ipse cum expedito venatore, vigilem, incautius miraculo magnitudinis in eos, qui ferebant, versum, ve-
15 nabulo trajicit. ingressi deinde triginta fere armati,

portam quoque modo praecessit, mox etiam sequitur.

§. 12. *Hannibal cum peditum agmine ingreditur, equites subsistere* etc.] Polybius apertius. ait enim Annibalem in forum venisse, equites intra moenia subsistere jussisse: quare paulo post Livius: *cum silentio in forum ducti Annibali se junxerunt.* SIG. Sed Polyb. clare 8, 24. *Τούς γε μὲν ἱππεῖς ἀπέλιπεν ἐκτὸς τοῦ τείχους*, et caussas consilii addit. Mox *postulet* videtur requirere *possint.* DUK.

§. 13. *Portulae parte alia*] Vertit ex Polybio *ῥινοπύλην* et *πυλίδα portulam.* SIGON.

Dicentis vix sustinere grandis bestiae onus] Polyb. *εἰπόντος ὅτι βαρύνονται. φέρουσι γὰρ ὖν ἄγριον.* SIG. *dicens* Lovel. 5. *dicentem* Gaertn. *dicente* Florent. Lovel. 2. 4. Hav. et Voss. a m. 1. *dicenti* a m. 2. consentiente Lovel. 1. quod non videtur spernendum. *grande bestiae onus* Hafn.

§. 14. *Inferentes aprum duos juvenes secutus ipse cum expedito venatore*] Polyb. *Καὶ σὺν αὐτῷ νομαδικὴν ἔχων διασκευὴν ἕτερος.* SIG. *duo juvenes secutus* Voss. Lovel. 1. 2. Harlej. et Gaertn. quod se etiam in duobus Pall. reperisse, ac recepisse, testatur Gebhard. ad 7, 40, 9. V. ad 35, 21, 5. *Τὸ duos* neglegentia librarii omissum est in Hearnii L. 1. Certe duos hos etiam memorat Polyb. 8, 24.

Venabulo trajicit] Pal. tert. *transfigit.* GEBH. Nostri nihil mutant, nisi quod *trajecit* sit in Lov. 2. et Ber. a m. 2. Infra 41, 11, 6. *Trajecit ferro pectus, ne vivus caperetur.*

§. 15. *Ingressi deinde triginta fere armati*] Polybius Afros triginta fuisse ait. SIG. Voculam *fere* male omittit Hearnii L. 1. Nam et Polyb. *Λίβυας ὄντας εἰς τριάκοντα* dixit.

Refringuntque portam maximam] Antiquissimi *proximam.* J. FR. GRON. Ita et Florent. atque alii. V. ad 22, 22, 7. Mox *irrumpit* Voss. Lovel. 4. 5. et Gaertn. *irrumpunt* Lovel. 1. Insuper *se junxerunt* invitis scriptis edidit Sigonius; quem recte non audierunt posteriores editores.

§. 16. *Tum duo millia Gallorum Poenus in tres divisa partes per urbem dimittit, Tarentinos et infra quam maxime frequentia*] Emendo *Tarentinos et Afros quam maxime frequentia occupare jubet.* VALLA. Saepe fit, ut, qui locum se emendare existimet, is non solum non emendet, sed

Digitized by Google

ceteros vigiles obtruncant, refringuntque portam proximam: et agmen sub signis confestim inrupit. inde cum silentio in forum ducti, Hannibali sese conjunxerunt. Cum duobus millibus Gallorum Poe- 16
nus, in tres divisis partes, per urbem dimittit Tarentinos, et itinera quam maxime frequentia occupare jubet: tumultu orto, Romanos passim cae- 17
di, oppidanis parci. sed, ut fieri id posset, prae-

magis etiam depravet, ac cujusdam sensus specie ceteris facultatem cognoscendae labis omnem eripiat, ut hoc loco Valla, qui, quum legatur in veteribus libris *Tarentinos et infra*, putavit emendatum esse locum, si, pro *infra*, *Afros* reposuisset. Ceterum Polybius docet, non ita legendum, multo vero minus ita interpretandum hunc locum esse. neque enim aut Tarentini aut Afri ab Annibale ad occupanda frequentia missi sunt, sed Galli ducibus juvenibus Tarentinis, quod etiam addit Livius: quamquam quid est *frequentia?* quis sic Latine locutus est umquam *occupare frequentia?* Polybius Gallis mandatum esse ab Annibale ait, ut aptissimas quasque in forum ferentes vias occuparent. Hinc ego voces *Tarentinos et* foedissime depravatas esse existimo, pro *et ferentes vias*, vocem autem *infra*, *in fora* legendum esse: ut ita sit, *Tum duo millia Gallorum Poenus in tres divisa partes per urbem dimittit, et ferentes vias in fora quam maxime frequentia occupare jubet.* Atque sensum hunc esse exploratum habeo. Polybius [8, 25.] Ἀπομερίσας δὲ τῶν Κελτῶν εἰς δισχιλίους, καὶ διελὼν εἰς τρία μέρη τούτους συνέστησε τῶν νεανίσκων δύο πρὸς ἕκαστον μέρος τῶν χειριζόντων τὴν πρᾶξιν, προσάξας διαλαβεῖν τῶν εἰς τὴν ἀγορὰν φερουσῶν ὁδῶν τὰς εὐκαιροτάτας. Et paulo post: παραγενόμενοι δὲ ταῖς πλατείαις εὐτάκτως. id est, *cum Tarentini in fora concurrerent.* Livius paulo post [c. 25, 2.] *Viam ferentem in agros.* et 26, [5, 8.] *Via quae Suessulam fert.* SIG. Pal. 1. habet, *Tarentinos et intra.* sec. vero *per urbem dimisit. Tarentinos et infra maxima freq. occ. jubet.* Vocem *Tarentinos*, quam foede depravatam clamitat Sigonius, hinc non exterminandam certum me reddit vet. ed. cujus scripturam Sigonianae praefero lectioni: *Tarentinos et interiora quam maxime frequentia occupare jubet.* GEBH. Stare non potest commentum Vallae *Tarentinos et Afros* ob rationes, quas reddit Sigonius. Sed, quod hic doctus vir contra Laurentium praefatur, saepe fieri, ut, qui se locum emendare existimet, is non solum non emendet, sed magis etiam depravet, ac cujusdam sensus specie facultatem cognoscendae labis omnem eripiat, id ad se primum quoque pertinere (adeo sumus homines) non animadvertit. MSS. quod initio posuimus. Hinc ille *et ferentes vias in fora:* testatur enim Polybius missos Gallos, et jussos occupare τῶν εἰς ἀγορὰν φερουσῶν ὁδῶν τὰς εὐκαιροτάτας. Sed addit idem Polybius, Gallis duces datos Ta-

Digitized by Google

cipit juvenibus Tarentinis, ut, ubi quem suorum procul vidissent, quiescere et silere, ac bono animo esse juberent.

1 X. Jam tumultus erat clamorque, qualis esse in capta urbe solet: sed, quid rei esset, nemo satis
2 pro certo scire. Tarentini Romanos ad diripiendam urbem credere coortos: Romanis seditio ali-
3 qua cum fraude videri ab oppidanis mota. Prae-

rentinos: τούτοις συνέσησε τῶν νεανίσκων δύο πρὸς ἕκαστον μέρος. Hoc expressit, si quid video, Livius. Put. etiam et Voss. *in tres divisas partis.* Scribe *Cum duobus millibus Gallorum in tres divisis partes per urbem dimittit Tarentinos, et itinera quam maxime frequentia occupare jubet.* Numerus cum significatus esset notis, *duo millia* reddiderunt pro *duobus millibus:* et ex *cum* fecerunt *tum*, quibus non satis connexa videbatur oratio, de quibus saepe querimur. Sic 4, 9, 13. ubi vulgo *tria millia passuum*, Pall. *tribus millibus.* at 6, 32, 9. iidem cum Thu. *duo millia inde aberat*, cum edatur *duobus millibus. Τὰς εἰς τὴν ἀγορὰν φερούσας ὁδοὺς* contentus fuit reddere *itinera quam maxime frequentia:* et alioqui *τὴν ἀγορὰν* agnoscit modo Polybius, non *ἀγοράς.* Prisca editio: *Tarentinos et interiora, quam maxime frequentia.* Aurigatur, quo nos pervenisse putamus. J. FR. GRON. Gronovius in pr. ed. not. legebat: *Tum duo millia Gallorum Poenus in tres divisa partes per urbem dimittit cum Tarentinis, et itinera* etc. eamque conjecturam repetiit in pr. ed. not. ad 39, 1, 5. At propius ad Mstorum lectionem accedit, quod ipsi postea curis iteratis placuit; praesertim si ponamus, numerum Gallorum per notas scriptum fuisse, unde frequens errandi occasio librariis indoctis data est. Praeter exempla, quae ipse laudavit, v. supra ad 1, 43, 5, 2, 39, 5. 3, 13, 8. 7, 35, 6. 9, 45, 9. 10, 2, 11. c. 3, 2. c. 25, 15. c. 37, 3. c. 46, 12. 30, 7, 13. 33, 4, 4. 40, 18, 5. c. 36, 8. 42, 12, 9. 45, 25, 7. Similiter etiam lapsos esse scribas in adsequendo casu aliarum vocum, quae per compendium scribebantur, vidimus ad 10, 10, 2. *Tum* autem et *Cum* saepissime commutantur. V. ad 6, 23, 3. Deinde *divisas* etiam Florent. Lovel. 1. 2. Harlej. et Gaertn.

§. 1. *Sed, quid rei esset*] *sed qui ei essent* Pal. tert. GEBH.

§. 3. *Praefectus primo excitatus tumultu*] Polybius *C. Livium* praefectum ad portam, atque inde in arcem pervenisse, item scribit. Livius nomen praefecti omittit, ne notam familiae suae nomini aliquam inureret; siquidem *C. Livii praefecti* culpa, quem ebrium etiam tum fuisse ait Polybius, Tarentum amissum esse constet. SIG. Pal. 1. *excitus.* GEBH. His a Sigonio notatis addi possunt, quae scribit Jac. Gronovius ad Polyb. 8. p. 437. qui praenomen *Marci*, quod ei tribuit Livius 26, 39, 1. et 27, 25, 3. corruptum, et pro eo *C.* scribendum esse suspicatur. Sed *Marcum* etiam Plut.

Digitized by Google

fectus primo excitatus tumultu, in portum effugit: inde, acceptus scapha, in arcem circumvehitur. Terrorem et tuba audita ex theatro faciebat. nam 4
et Romana erat, a proditoribus ad hoc ipsum praeparata: et inscienter a Graeco inflata, quis, aut quibus signum daret, incertum efficiebat. Ubi in- 5
luxit, et Romanis Punica et Gallica arma cognita, tum dubitationem exemerunt; et Graeci, Romanos

in Fabio, et in Apophth. vocat. De cognomine v. ad Liv. 27, 25, 3. DUK. Non eo animo, quo credidit Sigonius, Livium praefecti nomen omittere, ex eo conligendum videtur, quod alibi ejus meminerit locis a Cl. Dukero laudatis, et, si vera est Sigonii conjectura, 24, 20, 12. Quin etiam Doujatius dubitat, utrum Livius ex eadem gente fuerit, ex qua natus est praefectus Tarentinus.

In portum effugit: inde, acceptus scapha, in arcem confugit] Comparet in Pall. 1. et 2. *in arcem circumvehitur*. GEBH. Scilicet placuisse sibi rhetoriscos correctores in *effugit* et *confugit*. At quis dedit illis potestatem spernendi, quod habet unicus ille Put. neque ab eo discedentes melior Petav. duoque Florentini: *inde acceptus scapha in arcem circumvehitur?* 8, [26, 1.] *Simeret se classe circumvehi ad Romanum agrum*. 37, [27, 2.] *Circumvecti ab urbe ad adversa insulae*. Est ipsum Polybii verbum: ἐμβὰς, μετὰ τῶν οἰκετῶν εἰς ἄκραν παρεκομίσθη. J. FR. GRON. Pejori aliquanto lectione bis *confugit* legunt Lov. 1. 2. 4. 5. et Harlej. qua offensus scriba Hav. dedit *in portum, deinde exceptus scapha in arcem confugit*. At *circumvehitur* etiam Florent. et, ut videtur, Cant. Cap. seq. §. 19. *Classis instructa ac parata circumvehitur arcem*. Ceterum *circumvehitur* non est ipsum Polybii verbum, ut Gronov. credidit. Non enim περικομίζεσθαι utitur, sed παρακομίζεσθαι, quod est *devehi, deportari*.

§. 4. *Terrorem et tuba*] Conjecturam Lipsii 4. de Mil. Rom. 10. *Errorem* et praecedentia et sequentia apud Livium confirmant. 10, 9, 13. *Id credo cognomen errorem in aedilibus fecisse*. 27, 47, 4. *Castra nihil aucta errorem faciebant*. Horum alterum saepe pro altero positum ostendit Gronov. ad 10, 14, 20. 23, 17, 6. et 24, 30, 6. DUKER.

Inscienter a Graeco inflata] Vet. lib. *scienter*. idque recte. Sic enim Polyb. [8, 25.] Οἱ περὶ τὸν Φιλίμενον ἡτοιμασμένοι σάλπιγγας Ῥωμαϊκὰς, καὶ τινῶν ἀυταῖς Χρῆσθαι δυναμένων διὰ τὴν συνήθειαν, σάντες περὶ τὸ θέατρον, ἐσήμαινον. SIG. Sigonius *scienter*. Sed vulgatum defendunt libri omnes, et ipse Livius: quippe quia inscienter et non Romano more inflata erat, quis aut quibus signum daret, incertum efficiebat. GEBH. Lectio libri Sigoniani hic locum habere non potest: nam si *scienter* inflata fuisset tuba, non effecisset incertum, quis, aut

Digitized by Google

passim caede stratos cernentes, ab Hannibale ca-
6 ptam urbem senserunt. Postquam lux certior erat,
et Romani, qui caedibus superfuerant, in arcem
confugerant, conticescebatque paullatim tumultus,
tum Hannibal Tarentinos sine armis convocare ju-
7 bet. Convenere omnes, praeterquam qui, cedentes
in arcem, Romanos ad omnem adeundam simul
8 fortunam prosecuti fuerant. Ibi Hannibal, benigne
adlocutus Tarentinos, testatusque, quae praestitisset
civibus eorum, quos ad Trasimenum aut ad
9 Cannas cepisset, simul in dominationem superbam
Romanorum invectus, recipere se in domos suas
quemque jussit, et foribus nomen suum inscribere:

se

quibus signum daret. Livii narratio hic aliquantum abit a Polybiana. DUK. Omnes etiam nostri servant *inscienter*.

§. 5. *Tum dubitationem exemerunt*] *tum* hic mihi frigere videtur. Pro eo malim *omnem*, e quo per compendium scripto potuit fieri *tum*. Cicero v. ad Att. 6. *Ut mihi quidem omnem dubitationem tolleret*. DUK. Cl. Crevier. *tum* vacare monet. Olim etiam Ant. Perizon. ad oram Livii notarat, se vix dubitare, quin particula haec delenda foret, verum postea conjecturam induxit.

§. 6. *Postquam lux certior erat*, etc. *tum Hannibal* etc.] Polybius [8, 26.] Ὅυτος δὲ φωτὸς εἰλικρινοῦς, ὁ μὲν Ἀννίβας ἐκήρυττε τοὺς Ταραντίνους ἄνευ τῶν ὅπλων ἀθροίζεσθαι πάντας εἰς τὴν ἀγοράν. SIGON.

Conticescebatque paullatim tumultus] *conticescebantque* Lov. 1. 5. et Voss. *conticiscebantque* Gaertner. *conticiscebatque* Florent. V. ad 4, 1, 5.

Sine armis convocare jubet] Muretus e lib. vet. *convocari*. J. FR. GRON. Similiter legunt Lovel. 4. et Ber. V. ad 24, 15, 5.

§. 7. *Ad omnem adeundam simul fortunam persecuti fuerant*] Vet. lib. *prosecuti*. est enim officii verbum, quod huic loco convenit. Polyb. ἀπεχώρουν εἰς τὴν ἄκραν. SIG. *prosecuti* etiam multi ex meis. Id autem pro sequi, comitari aliquo, deducere, poni, sive, ut Sigonius dicit, officii verbum esse, certum est. V. ad 6, 34, 7. Adde Cel. Bentlej. ad Horat. 1. sat. 9, 16. Servant tamen hic *persecuti* Florent. Lovel. 4. Gaertn. et forte quidam alii. Id autem suspicionem injicit, pristinam lectionem veram esse, ac *persequi* hic poni pro simplici sequi, constanter vel ad finem usque sequi. V.

Digitized by Google

se domos eas, quae inscriptae non essent, signo extemplo dato, diripi jussurum. Si quis in hospitio civis Romani (vacuas autem tenebant domos) nomen inscripsisset, eum se pro hoste habiturum. Concione dimissa, quum titulis notatae fores discrimen pacatae ab hostili domo fecissent, signo dato, ad diripienda hospitia Romana passim discursum est. et fuit praedae aliquantum. 10

XI. Postero die ad obpugnandam arcem ducit: 1 quam quum et mari, quo in peninsulae modum pars major circumluitur, praealtis rupibus, et ab ipsa urbe muro et fossa ingenti septam videret, eoque nec vi, ne operibus expugnabilem esse; ne 2 aut se ipsum cura tuendi Tarentinos a majoribus

ad 5, 40, 4. Solent autem haec verba innumeris locis commutari. V. ad Epit. Liv. 99.

§. 9. *Recipere se in domos suas quemque jussit*] Polybius [8, 26.] Συντάξας ἕκαστον εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἐπανελθόντας μετὰ σπουδῆς ἐπὶ τὴν θύραν ἐπιγράψαι, Ταραντίνου. Inde τῷ δὲ ἐπὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν κατάλυσιν ἐπιγράψαντί ταὐτὸ τοῦτο, θάνατον ὥριζε τὴν ζημίαν. Livius: *Si quis in hospitio civis Romani nomen inscripsisset, eum se pro hoste habiturum.* Idem affert rationem, quae non est apud Polybium, *vacuas autem cernebat domos.* SIGON.

§. 10. *Vacuas autem tenebat domos*] Opinor legendum *sciebat*, vel *petebat*, vel *volebat domos.* VALLA. Omnis lectio vetus *tenebat domos.* Sigonius [immo Valla] *sciebat*, vel *petebat.* Sed nihil horum Livius dixit. Scribo *tenebant domos.* Ait, cum Romani proprias et vacuas aedes haberent, non permixtim cum civibus deversarentur, facile fuit separare milites a civibus sola inscriptione aedium. Haec Livii mens. quisquis aliud adfert, campas loquitur. Videatur Polybius. LIPS. 4. Ep. Quaest. 16. Pal. 1. 3. *tenebat.* Rectius sec. *tenebant*, ut et sensit acutissimus Lipsius. GEBH. *cernebat* edd. consentientibus Lovel. 5. Ber. et Gaertn. Reliqui *tenebat.* Sed, quin vera sit Lipsii conjectura, non dubito.

§. 1. *Quum et mari, quo in peninsulae*] Lege *et a mari.* J. FR. GRON. *in pene insulae* Florent. a m. 1. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. V. ad §. 11. *quo pene in insulae modum* Florent. a m. 2. Paullo ante *expugnandam* Lovel. 5. V. ad 21, 57, 6.

Pars major circumluitur, et praealtis rupibus, et ab ipsa ur-

Digitized by Google

rebus moraretur; aut in relictos sine valido praesidio Tarentinos inpetum ex arce, quum vellent, Romani facerent, vallo urbem ab arce intersepire
3 statuit: non sine illa etiam spe, cum prohibentibus opus Romanis manum posse conseri; et, si ferocius procucurrissent, magna caede ita adtenuari praesidii vires, ut facile per se ipsi Tarentini ur-
4 bem ab iis tueri possent. Ubi coeptum opus est, patefacta repente porta, in munientes inpetum fecerunt Romani: pellique se statio passa est, quae

be muro] Haec verba ut quadrent cum iis, quae, aliquot deinde versibus interpositis, postea subjicit, *et est*, inquit, *non altitudine, ut caetera, tuta, sed loco plano posita*, judicandum lectori offero: nam ego haesito. GLAR. *et* [priori loco] vacat ex vet. lib. et sensu ipso. Intelligit autem arcem a mari praealtis rupibus septam fuisse, ab urbe muro et fossa. Itaque quod Glareanus hunc locum sequenti repugnare ait: *et est non altitudine, ut caetera, tuta, sed loco plano posita*, non procedit: hic enim de altitudine, quae mare spectat, post de ea, quae terram, loquitur; siquidem in plano positam esse ait. SIG. Conjunctio *et* exsulat a Pall. tribus, ac vet. ed. Paullo post libri iidem omnes, *eoque nec vi, nec operibus expugnabilem fore*. GEBH. Superest particula *et*: nam hoc vult, qua mare arcem alluit, praealtis eam rupibus impositam, eoque situ ipso munitam fuisse. Praevertit hoc monere Sigonius, sed supini editores, qui tot stigmata ab errante ejus librario inusserunt Livio, hic ei parere recusarunt. J. FR. GRON. Conjunctionem ignorant omnes scripti, et priores edd. Primus Ascens. eam anno 1513. recepit. Deinde *circuitur* Ber. a m. 2. reliquis omnibus invitis. Mox *fore* Lovel. 2. 4. 5. Harl. Hav. et Rec.

§. 2. *Intersepire statuit*] Polyb. [8, 27.] διατειχίσαι τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἄκρας. SIG.

§. 3. *Non sine illa etiam spe*] Ita Gronov. edidit, secutus auctoritatem Put. et antiquioris Pet. ut profitetur in pr. ed. not. ad 21, 8. quomodo etiam in Flor. Harlej. et plerisque aliis meorum fuit. Antea edebatur *sine ulla*; quod se in L. 1. et D. invenisse, Hearnius testatur, et ex meis servant Lov. 1. 2. 4. Rec. et Ber. Solent autem haec vocabula passim commutari. Exempla v. ad 2, 56, 12. c. 59, 7. c. 61, 5. 3, 7, 4. c. 50, 10. 7, 28, 9. 8, 31, 5. cap. 38, 10. 25, 6, 11, 32, 11, 4. (*34, 44, 5. 35, 38, 10.) Adde N. Heinsium ad Silii 14, 654. et Bentlej. ad Hor. 1. ep. 18, 37.

Et, si ferocius procurrissent] Priscianus [10, 901.] Livium ait hoc loco scripsisse *procucurrissent*, ut Cato dixit *concucurrisse*. Polyb. θρασέως τῶν Ῥωμαίων καὶ τετολμηκότως ἐπιχειρούντων τοῖς ὑπεναντίοις. SIG. Ita

Digitized by Google

pro opere erat, ut successu cresceret audacia; plures-
que et longius pulsos persequerentur. Tum signo dato 5
coorti undique Poeni sunt, quos instructos ad hoc
Hannibal tenuerat; nec sustinere impetum Romani,
sed ab effusa fuga loci angustiae eos, impeditaque
alia opere jam coepto, alia adparatu operis, mo-
rabantur. plurimi in fossam praecipitavere, occisi- 6
que sunt plures in fuga, quam in pugna. Inde
et opus nullo prohibente fieri coeptum. Fossa in- 7
gens ducta, et vallum intra eam erigitur: modico-

plane legunt Florent. Voss. Lov. 1. 5. Gaertn. et forte adhuc alii. V. ad 1, 12, 8. Mox *Tarentum urbem*, pro *Tarentini*, Floreat. Lovel. 2. 4. et Gaertn.

§. 4. *Longius pulsos prosequerentur*] Ita edidit Gruterus in ultima ed. eamque lectionem firmant Florent. a m. 1. et plerique reliqui codd. Antea edebatur *persequerentur*, quod servant Florent. a m. 2. Ber. et Hearnii L. 1. Et id quidem praestare judico. V. ad Epit. Liv. 99.

§. 5. *Impedimentaque alia*] Placet vetus lectio *impeditaque alia*: ut sit, alia loca impedita opere jam coepto, alia impedita apparatu operis. SIG. Et hic omnes, ut Sigonius, *impeditaque alia opere jam coepto*. J. FR. GRONOV. Ita et N. ac D. praeferre, Hearne notavit; neque ullus meorum damnatam lectionem servat. *impeditamentaque* tamen est in Lovel. 4. *impeditaque* etiam edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 6. *Plurimi in fossam praecipitati occisique sunt*] Annuit vulgatae huic lectioni Pall. pr. et tert. biga. Prisca contra ed. *morabantur, plurimum fossam praecipitati; occisique sunt plures in fuga, quam in pugna*. At Pal. 2. *plurimi in fossamse* (inculcatum hoc provocabulum *se* ab sciolo) *praecipitavere, occisique sunt. plures in fuga, quam in pugna. perierunt*. Ita et legerem infra c. 16, 15. *Duce hospite in insidias praecipitavit*. quandoquidem incerta ibidem Pall. codd. scriptura. 27, 16, 4. *Creditum vulgo est, in puteum apertum ex equo praecipitasse*. GEBH. Put. *praecitavere*. Cui proximus, sed tamen vitiatus, Pal. unus *se praecipitavere*. Nam Livii erat *in fossam praecipitavere*. ut Petav. 27, [16, 4.] *Creditum vulgo est, in puteum apertum ex equo praecipitasse*. J. FR. GRON. *in fossam praecipitavere* Florent. quod manus altera interpolavit, perperam inter versus adscribendo pronomen, ut sit *in fossam se praecipitavere*. Amat Livius hoc verbo tamquam neutro uti, sine casu. Supra 2, 51, 5. *Praecipitavere in insidias*. ubi v. iterum Gebhard. alia Livii loca laudantem et emendantem. 6, 30, 4. *Ipsi in insidias praecipitavere*. ubi unus codex denuo pronomen *se* addit. 27, 40, 3. *Quum in Italia ad Trasimenum et Cannas praecipitasset*

Digitized by Google

que post intervallo murum etiam eadem regione addere parat, ut vel sine praesidio tueri se adversus
8 Romanos possent. Reliquit tamen modicum praesidium, ut simul in faciendo muro adjuvaret. ipse, profectus cum ceteris copiis, ad Galaesum flumen
9 (quinque millia ab urbe abest) posuit castra. Ex iis stativis regressus ad inspiciendum opus (quod aliquantum opinione ejus celerius creverat) spem cepit, etiam arcem expugnari posse. Et est non altitudine, ut cetera, tuta, sed loco plano posita,
10 et ab urbe muro tantum ac fossa divisa. Quum jam machinationum omni genere et operibus obpu-

Romana res. 43, 23, 4. *In vallem insessam ab hostibus praecipitant.* V. Sigon. ad 5, 18, 7. Livinej. ad Mamert. paneg. Maximiano dictum c. 4. Periz. ad Sanctii Minerv. 4, 3. p. 545. et Corte ad Sall. Jug. 14. 23. et 41.

§. 7. *Vallum intra eam erigitur*] Polyb. 8, 27. et 28. proxime fossam et murum arcis vallum ab Hannibale factum scribit, hinc fossam, et post eam versus urbem murum; sed praeterea aliquid munitionis inter hunc murum et fossam memoraverat; quod quale fuerit, quia locus mutilus est, non satis intelligi potest. Livius quoque proxime murum et fossam arcis primo vallum, tum fossam, et rursus vallum, ac denique murum structum dicit. Itaque quod hic est *vallum intra eam*, puto munitionem esse, quam Polybius inter fossam et murum versus urbem posuerat. DUK.

§. 8. *Modicum praesidium, ut simul interfaciendo muro adjuvaret*] Vet. lib. *in faciendo.* SIG. Aliquid latet: nam Put. Pet. Men. Voss. *praesidium simul interfaciendo.* At Pal. unus *praesidium, ut munientes ab impetu Romanorum tuerentur, simul interfaciendo muro adjuvarent.* Scribe potius: *praesidium; simul, ut in faciendo.* Hoc est, reliquit aliquid copiarum, simul ut praesidium urbi essent, et munientes adjuvarent. J. FR. GRON. Quum sic habeant optimi libri, videtur fuisse, *simul ut in perficiendo.* 31, 46, 12. *Relictis, quos satis videbatur ad opera perficienda, militibus.* Saepe *p* transiisse in *t* discimus ex 27, 15, 11. JAC. PERIZ. *praesidium, ut intus faciendo* Gaertn, *praesidium simul inter ut faciendo* Hav. *praesidium simul ut faciendo* Hearnii L. 1. et Brancal. Latinii. *praesidium simul interfaciendo* Florent. Lovel. 1. 2. 4. 5. Ber. Cant. et Harlej. Gronovius in pr. ed. not. proposita Pal. cujus etiam hic meminit, lectione, monuerat, ea si placeret, scribendum esse *simul in perficiendo.* Florent. a manu altera inter versus adscripta voce legit, *praesidium, quod simul interfaciendo muro adjuvaret.*

Digitized by Google

gnaretur, missum a Metaponto praesidium Romanis fecit animum, ut nocte ex inproviso opera hostium invaderent. Alia disjecerunt, alia igni conruperunt. isque finis Hannibali fuit ea parte arcem obpugnandi. Reliqua erat in obsidione spes, nec 11
ea satis efficax, quia arcem tenentes, quae in peninsula posita inminet faucibus portus, mare liberum habebant: urbs contra exclusa maritimis commeatibus, propiusque inopiam erant obsidentes, quam obsessi. Hannibal, convocatis principibus 12
Tarentinorum, omnes praesentes difficultates exposuit: *neque arcis tam munitae expugnandae viam*

Ad Galesum flumen (quinque millia ab urbe abest) posuit castra] Polyb. [8, 28.] Κατεςρατοπέδευσε περὶ τετταράκοντα ςαδίους ἀπέχων τῆς πόλεως παρὰ τὸν ποταμόν, παρὰ μέν τισι Γαλαῖον, παρὰ δὲ τοῖς πλείςοις προσαγορευόμενον Ἐυρώταν. SIG. *Galaesum* Flor. V. ad Silii 1, 438. et N. Heins. ad Virg. 4. Georg. 126.

§. 9. *Et est non altitudine, ut cetera, tuta*] Intelligendum videtur, arcem non altitudine tutam esse a parte urbis; nam a parte maris cetera pars arcis, quae tamquam peninsula mari circumluitur, praealtis rupibus septa est, ut inquit Livius §. 1. ubi v. Sigonium. Ita necesse non erit, ut cum Cl. Crevier. conjiciamus scribendum *ut ceteras*.

§. 10. *Missum a Metaponto praesidium Romanis fecit animum*] Polyb. [8. 29.] Παραπεσούσης ἐκ Μεταπόντου βοηθείας εἰς τὴν ἄκραν κατὰ θάλατταν, βραχύ τι ταῖς ψυχαῖς ἀναθαρρήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι νυκτὸς ἐπέθεντο τοῖς ἔργοις. SIG. Mox *oppugnare*, pro *oppugnandi*, Florent. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. et Gaertn.

§. 11. *Quae in peninsula posita*] Put. et Pet. semper *peninsula*. J. FR. GRON. Ita in vetustissimis libris scribi, adnotat Salmas. ad Flor. 3, 6, 11. quod etiam de MSS. Melae testatur Perizon. ad Mel. 1, 16. DUK. Ita etiam Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. V. ad §. 1. *in pene modum insulae* Ber. a m. 2.

Propiusque inopiam erant obsidentes, quam obsessi. Hannibal] Meus codex *propinsque inopiam obsidentes. Annibal.* Reliquorum nec vola nec vestigium in eo; vereorque, ut sint a scholio. LIPS. 4. Ep. Quaest. 16. Defenditur vulgata lectio consensu omnium nostrorum MSS. codicum, tum etiam priscae ed. Lipsio igitur non parui. GEBH. Mihi non major caussa esse videtur, ea, quae Lipsius ex scholio esse suspicatur, hinc expel-

Digitized by Google

cernere, neque in obsidione quidquam habere spei, donec
13 *mari potiantur hostes. Quod si naves sint, quibus*
commeatus invehi prohibeant, extemplo aut abscessuros,
14 *aut dedituros se hostes.* Adsentiebantur Tarentini;
ceterum ei, qui consilium adferret, opem quoque
15 in eam rem adferendam esse, censebant. *Punicas*
enim naves ex Sicilia adcitas id posse facere: suas, quae
sinu exiguo intus inclusae essent, quum claustra portus

lendi, quam aliis locis, quibus *quam* comparativum *propius* subsequitur. 8, 11, 8. *Supplemento vel Latium propius esse, vel Volscos, quam Romam.* 28, 40, 9. *Ut propius fastidium ejus sim, quam desiderium.* DUK. Unus meorum Lovel. 1. codici Lipsii succinit: etiam unus tantum Voss. ignorat *τὸ erant.* Reliqui omnia vocabula a Lipsio scholii accusata tuentur. Recte itaque viros doctos ab eo dissentire puto. Gronov. etiam in pr. ed. not. testatus est, eadem illa verba in omnibus suis constanter superesse, ideoque Lipsium imitari ausum non fuisse.

§. 11. *Hannibal, convocatis principibus Tarentinis, omnes praes. diff. exposuit*] Polybius [8, 29.] Ἀθροίσας τοὺς Ταραντίνους, ἀπεδείκνυε διότι κυριώτατόν ἐστι πρὸς τοὺς ἐνεστῶτας καιροὺς τὸ τῆς θαλάττης ἀντιλαμβάνεσθαι. Et paulo post: Ἐδίδαξε τοὺς Ταραντίνους, ὡς ἐὰν ἀποκλεισθῶσι τῆς κατὰ θάλατταν ἐλπίδος οἱ τὴν ἄκραν τηροῦντες, παρὰ πόδας ἀυτοῖς δι' ἀυτῶν ἐξαντες, λείψουσι ταύτην, καὶ παραδώσουσι τὸν τόπον. SIG. Plusculi *principibus Tarentinorum.* J. FR. GRONOV. Consentiunt plerique meorum, ut et Hearnii L. 1. cum edd. antiquioribus. *Tarentinorum principibus* etiam Lovel. 4. Verum *principibus Tarentinis*, quod Aldus primus recepit, servant Florent. et Cantabr. quibus invitis alterum probare vix audeo; praesertim quum nesciam, utrum inter plusculos Gronovii fuerint ejus optimi, et quidem nominatim Put. Infra 38, 7, 2. *Aetolos principes, quod agendum esset, consuluit.* Ubi tamen variant codd. Mox *cernere viam* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. Praeterea *hostes potiantur* Flor.

§. 13. *Quo si naves sint*] Vet. lib. *Quod si naves sint.* SIG. Hoc inter operarum errores referri praestitisset. Ita enim non tantum omnes eodd. sed et edd. praeter Sigonianas quasdam.

Extemplo aut abscessuros, aut dedituros se hostes] Put. Pet. Voss. *arcessuros.* Men. *accersuros.* An *arce cessuros?* J. FR. GRON. *arcessuros* etiam Florent. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. et Hav. *escepsuros* Lovel. 5. Mox id exprimit hoc cap. *Arcem brevi aut relictam ab hostibus, aut cum hostibus capiemus.* Paullo ante *prohibeantur* Lovel. 2. et 4. V. ad 39, 22, 8.

§. 14. *Adsentiebantur Tarentini*] Polyb. Ὧν ἀκούοντες οἱ Ταραντῖνοι, τοῖς μὲν λεγομένοις συγκατετίθεντο, etc. SIG. *Adsentiebant* Lovel. 2. Ber. et Hav. V. ad 10, 10, 1. Mox τὸ *si* exsu-

Digitized by Google

hostis haberet, ecquem ad modum inde in apertum mare evasuras? Evadent, inquit Hannibal. *Multa, quae* 16
inpedita natura sunt, consilio expediuntur. Urbem in campo sitam habetis. planae et satis latae viae patent in omnes partes. Via, quae in portum per mediam 17
urbem ad mare transmissa est, plaustris transvehant naves haud magna mole. et mare nostrum erit, quo nunc hostes potiuntur: et illinc mari, hinc terra circumside-

lat a Voss. Lovel. 1. Harlej. Ber. a m. 1. et ed. Rom. anni 1472.

§. 15. *Punicas enim naves ex Sicilia adcitas id posse facere*] Polybius addit, fieri hoc per ea tempora non potuisse. SIG. *Τὸ enim* non adparet in Lovel. 5.

Suas, quae sinu exiguo interclusae essent] Put. *intus inclusae sunt*. Manus sec. fecit *inclusas*. Pet. melior, et Voss. *intus inclusas esse*. Illud tamen vetustissimi libri vestigiis propius videtur. J. FR. GRON. *sinu exiguo inclusas esse* Hearnii Oxon. *suasque sinu exiguo interclusas esse* Lovel. 5. *suasque sinu exiguo intus inclusas essent* Florent. *esse* a m. 2. quod posterius servant etiam Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Hafn. Gaertn. et Hav. Illud autem *sinu exiguo intus* N. Heinsius ad Vell. Pat. 2, 25. eodem modo dictum censebat, quo *aede intus* supra 24, 10, 6. Ceterum Gronov. pr. ed. not. se ambigere dicit, malitne, *quae sinu exiguo intus inclusae sint*, an *quas sinu exiguo intus inclusas esse*.

Hostis haberet, quemadmodum] Put. et Pet. *haberet et quemadmodum*. Scribe: *quum claustra portus hostis haberet, ecquem ad modum inde in apertum mare evasuras?* Semper fere antiqui codices *ecquis*, pro *ecquis*. et utatur illo sane, qui malit. J. FR. GRON. Sic in Ter. Eun. 3, 3, 13. alii libri *rus Sunii ecquod haberem*, alii *et quod*. Hoc probat Faërnus, illud Rivius, cui adsentior. Et quod in Festo v. *Quadrata Roma* est,

Et quis extiterat Romae regnare quadratae,

Columna et Merula in 1. Ann. Ennii ediderunt *Ecquis*. Adde Gronov. ad Liv. 21, 42, 1. DUK. *haberet, et quemadmodum* similiter Florent. Cant. et Hearnii N. In reliquis codd. vocula illa hausta est ab ultimis literis vocis praecedentis. V. ad 35, 41, 7. pro eo autem recte Gronovius conjecit *ecquem ad modum*. Cic. 9. ad Att. 9. *Palpabaque ecquonam modo possim voluntate ejus nullam reipublicae partem adtingere*. Passim autem librarios *ecquis* atque *et quis* commutasse, vidimus ad 5, 36, 5.

§. 16. *Evadent, inquit Hannibal*] Ficta a Livio verba, quae non sunt apud Polybium. SIG.

Urbem enim in campo sitam habetis] Ignorant nostri *τὸ enim* J. FR. GRON. *Urbem enim compositam habetis* edd. principes, pro quo *urbem enim in campo sitam* dedit ed. Mediol. anni 1505. quod Ascens. anno 1513. et hinc reliqui adoptarunt. Verum solus ex scriptis meis Ber.

Digitized by Google

bimus arcem. immo brevi, aut relictam ab hostibus, aut
18 *cum ipsis hostibus capiemus.* Haec oratio non spem modo effectus, sed ingentem etiam ducis admirationem fecit. Contracta extemplo undique plaustra, junctaque inter se: et machinae ad subducendas naves admotae, munitumque iter, quo faciliora plaustra minor-
19 que moles in transitu esset. Jumenta inde et homines contracti, et opus inpigre coeptum: paucosque

habet *τὸ enim*, at loco ejus omisit praepositionem *in*. Eadem vox *enim* exsulat etiam ab Hearnii N. Paullo ante *quae inpeditae naturae sunt*, pro *inpedita natura*, Lovel. 1. 2. 4. et Voss. *natura inpedita* Gaertn.

§. 17. *Via, quae in portum per mediam urbem ad mare transmissa est*] Polybius [8, 29.] Ὁ δὲ συνεωρακὼς τὴν πλατείαν εὐδιακόσμητον οὖσαν, τὴν ὑπάρχουσαν μὲν ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος, φέρουσαν δὲ παρὰ τὸ διατείχισμα ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν ἔξω θάλατταν, ταύτῃ διενοεῖτο τὰς ναῦς ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν πόντιον ὑπερβιβάζειν πλευράν. Ex his apparet, legendum esse apud Livium *ex portu*, non *in portum*. Vet. quidam libri *in portu* habent. Transtulit enim plaustris naves e portu per urbem ad mare, quod ad meridiem spectat. SIG. Ex Polybio legit Sigonius *ex portu*. Pall. 2. ac 3. *via, quae est in portu*. GEBH. Si schema Tarentinae urbis ante oculos mihi foret, certior de his verbis pronunciatio edi posset. Saltem ex Polybii verbis nihil apparet de media urbe; et quum is clarissime describat viam, quae sit intra murum, feratque juxta murum ex portu in mare exterius, apparet, quum in altero hujus urbis angulo, ut Polybius aït, versus septentrionem esset portus, cujus fauci ad mare imminebat arx, alterum ejus angulum alluisse ipsum patens mare versus meridiem, ita ut ab uno angulo ad alterum via lata pertineret. Ex hac tam manifesta descriptione colligo, Livium scripsisse: *via, quae in portu praeter moenia urbana ad mare transmissa est.* Illud *in portu* ita praeter Sigonianos recte servant Put. Voss. Gud. Cantab. et subaudiendum *τὸ incipiens* aut simile quid. *Τὸ urbem* vides seq. cap. ac 27, 22, 12. etiam in optimo libro corruptum fuisse. *Praeter moenia* semper aït Livius, *παρὰ τὸ διατείχισμα* interpretans, 7, 8, 6. *Quum praeter moenia eorum infrequentia signa conspecta essent*, 38, 3, 11. *Arethontem praeter ipsa moenia fluere.* JAC. GRON. *via, quae est in portu* Lovel. 5. *via, quae in portu* Florent. Lovel. 1. 4. Harlej. Gaertn. et Hav. Mox *mare vestrum erit* Voss. et Lovel. 2. Hinc *illinc mare*, pro *mari*, Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harlej. et Gaertn. V. ad 28, 6, 2. Deinde *circumsedebimus* Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. Sed v. ad 9, 2, 3.

Aut cum hostibus capiemus] Cantabrig. *cum ipsis hostibus.* JAC. GRON. Se vocem *ipsis* in Put. aliisque repertam addidisse, monuit Cl. Crevier. Eamdem non tantum servant omnes codd. mei,

Digitized by Google

post dies classis instructa ac parata circumvehitur arcem, et ante os ipsum portus anchoras jacit. Hunc statum rerum Hannibal Tarenti reliquit, regressus ipse in hiberna. Ceterum, defectio Tarentinorum utrum priore anno, an hoc, facta sit, in diversum auctores trahunt. plures propioresque aetate memoriae rerum hoc anno tradunt factum. 20

ut et Hearnii L. 1. ac N. sed etiam omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, quae, nescio qua incuria, omisit.

§. 8. *Contracta extemplo undidique plaustra*] Latius rationem exponit Livius, qua transvectae naves sint, quam Polybius, qui brevissime eam est complexus. SIG. Industrium hoc Hannibalis inventum narrat et describit graphice Silius [12, 434. et seqq.] MODIUS.

Minorque moles in transitu esset] An non *mora?* Alioqui *moles* pro *molitio*. Sed ibi *molitio* nihili esset. T. FABER. Nihil muto. Plaustra onusta magna mole, id est, difficultate ac labore tam hominum, quam jumentorum, per vias asperas, lutosas, aliave ratione impeditas ducuntur. Huic difficultati ut occurreretur, et facilior transitus esset plaustris, Annibal vias ante muniri jussit. Nec magis hic quisquam ea voce offendi potest, quam paullo ante in oratione Annibalis ad Tarentinos, *plaustris transveham naves haud magna mole.* 6, 2, 11. *Ut minor moles supprantibus vallum in castra Volscorum Romanis fuerit, quam transcendentibus sepem incendio absumtam fuerat. plaustra faciliora* sunt, quibus facilior est transitus. Varro 1. de Re rust. 27. *Globas aptiores facere ad accipiendum imbrem et ad opus faciliores.* id est, ut facilius opus in iis fieri possit. DUKER.

§. 19. *Et ante ipsum portum anchoras jacit*] Scribe cum Put. et Pet. *et ante os ipsum portus ancoras jacit.* Cic. 5. in Verr. [12.] *In ipso aditu atque ore portus ut primum ex alto sinus ad urbem ab litore inflectitur.* Nofter 28, [6, 9.] *Speciem intuenti primo gemini portus in ora duo versi praebuerit.* J. FR. GRON. Gronov. codicibus consentit Florent. a m. 1. nisi quod *eos*, pro *os*, praeferat, litera initiali ex fine vocis praecedentis perperam repetita. *Os portus* est ejus ostium. Ita *os Tiberis* 1, 33, 9.

§. 20. *Hunc statum rerum Hannibal Tarenti reliquit, regressus* etc.] Polyb. Ἀννίβας δὲ φυλακὴν ἀπολιπὼν τῆς πόλεως, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παρεγένετο τριταῖος ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς Χάρακα, καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ Χειμῶνος ἐνταῦθα διατρίβων ἔμενε κατὰ Χώραν. SIG.

Plures propioresque aetate memoriae rerum hoc anno tradunt factum] Pal. 1. *plures propiore si que aetate* etc. sec. *plures prioresque aetates memoria rerum hoc anno credo factum.* GEBH. Et cur non *factam?* quod habent prio-

Digitized by Google

1 XII. Romae consules praetoresque usque ante diem quintum Kalendas Majas Latinae tenuerunt. 2 eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisque provincias proficiscuntur. Religio deinde nova ob- 3 jecta est ex carminibus Marcianis. Vates hic Marcius inlustris fuerat, et, quum conquisitio priore

res. Id omnino revocandum fuit. JAC. GRON. Non credo ex editis revocandum, quod non esse in scriptis ex silentio eorum, qui Livium ediderunt, colligo. Multa hujus generis sunt, quae per ellipsin expediri possunt, ac debent. V. ad 1, 3, 2. et 4, 54, 4. DUK. *factum* prima praefert ed. Paris. anni 1573. cujus auctoritati parum tribuo, quia, qui ei praefuit, nullis se scriptis instructum memorat. Et tamen nunc eidem lectioni favent omnes codd. quibus utor. Contra vero modo memorata editione antiquiores typis descripti, qui *factam* exhibent, adsentientem unum habent Crevierii Mstum; qui cujus auctoritatis sit, non additur. Ei itaque, reliquis omnibus spretis, obedire iniquum putavi. Tum *credunt* Rec. Sed v. ad Ep. Liv. 60.

§. 1. *Latinae tenuerunt*] *Latinae feriae tenuerunt* librarii Lov. 5. et Hafn. de suo addentes, quod Livius intelligendum reliquerat. V. ad 38, 44, 7. Ejusdem generis est, quod mox §. seq *in monte Albano* praeferat Brancal. Latinii. V. ad 21, 63, 8. Tum *proficiscitur* Ber. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Male. V. ad 2, 22, 7.

§. 3. *Vates hic Marcius inlustris fuerat*] Sic Cic. 1. de Divin. 50. et Macrob. 1. Saturn. 17. Alibi Cic. et Serv. ad Virg. *Marcios vates*, et *Marcios fratres* dicunt. Vide Davis. ad Cic. 1. de Divin. 40. DUK. Amm. Marc. 14, 1. *Velut Amphiarao referente aut Marcio, quondam vatibus inclitis*. Ubi de Marcio vate v. Lindenbr. et Meurs. in Critic. Arnob. 1, 14.

Et quum inquisitio priore] Put. Pet. *et quum conquisitio*. Jam probavimus, et juvat ex l. 39, [16, 8.] *Vaticinos libros conquirerent*. J. FR. GRON. *conquisitio* etiam Flor. V. hoc lib. ad c. 7, 5.

M. Aemilii praetoris urbis] Jam bis admonui, priore anno *M. Atilium* praetorem urbanum fuisse, non *M. Aemilium*, qui ad Luceriam cum exercitu fuit. Quare et hic *M. Atilii praetoris urbani* legendum. SIG. Et hic substituit Sigonius *M. Atilii praetoris urbani*. Sed Pal. 2. *M. Aemilii praefecti urbis*, cui subscribit Pal. 3. Infra 27, 33, 8. *Senatus, quo die primum est habitus, ludos magnos facere dictatorem jussit, quos M. Aemilius praetor urbis C. Flaminio, Cn. Servilio consulibus fecerat*. ubi Pall. codd. *praefectus urbis* iterando reponi suadent. At Sigonius oblivione, quae huc connotarat, ibidem putare se ait, hunc *M. Aemilium* fuisse *M. Aemilium Regillum*, qui postea fuit flamen Quirinalis. GEBH. Scribe *M. Atilii praetoris urbani*. Nam Put. et Pet. *urbem*. Nomen autem et hic et superius c. 1, 11. et 3, 12. de sententia Sigonii, quamvis no-

Digitized by Google

anno ex senatusconsulto talium librorum fieret, in M. Atilii praetoris urbani, qui eam rem agebat, manus venerant. is protinus novo praetori Sullae tradiderat. Ex hujus Marcii duobus carminibus, 4 alterius post rem actam editi cum rato auctoritas eventu, alteri quoque, cujus nondum tempus ve-

lentibus libris, ita concipiendum censemus. Clare enim auctor l. 24, [44, 2.] *M. Aemilius praetor, cujus peregrina sors erat, jurisdictione M. Atilio collegae praetori urbano mandata, Luceriam provinciam haberet.* Et ne quis putet, ejus rei quidquam ex incidenti occasione mutatum, l. 25, [3, 4.] ubi in sequentem annum sortes praetorum recensentur: *Fulvii Flacci, quae Luceriae sub Aemilio praetore fuissent, legiones essent.* At fuit, qui objiceret Sigonio ex l. 27, [33, 8.] *Ludos magnos facere dictatorem jussit, quos M. Aemilius praetor urbis C. Flaminio, Cn. Servilio consulibus fecerat.* Ibi tam fuisse obliviosum Sigonium, ut, qui hic Aemilium praetorem urbanum non fert, notaret, hunc M. Aemilium fuisse cognomento Regillum, qui postea fuerit flamen Quirinalis. At non haec Sigonii oblivio est, sed reprehensoris imperitia. M. Aemilius hic fuit praetor urbis, consulibus C. Flaminio, Cn. Servilio, ut patet ex l. 22, 9, 11. ubi dicitur inter alia, ludos magnos votos, eosque, quoniam Fabium dictatorem belli cura occupatura esset, M. Aemilium praetorem ex collegii pontificum sententia curare jussum. At ejus M. Aemilii Lepidi, de quo nunc agimus, sors peregrina, et deinde, ut Luceriam provinciam haberet, fuit, consulibus Q. Fabio Maximo, Ti. Sempronio Graccho. Statim Put. Petav. aliique probiores *manus venerant.* Rectius, et intellige de libris vel carminibus Marcianis. J. FR. GRON. Gebhardi notas inditas Gronovium vidisse, eumque esse, adversus quem recte Sigonium defendit, ex illis publicatis nunc patet. *praefecti*, pro *praetoris*, etiam Lovel. 4. Sed error natus est ex similitudine vocum per compendium scriptarum *PRAEF.* et *PRAET.* (* v. ad 32, 31, 6.) Deinde *praetoris urbem* Florent. a m. 1. *urb.* a m. 2. *urbani* Hav. et quidam alii. V. ad c. 1, 11. Praeterea *venerant* non tantum omnes mei, Crevier. et Hearnii Oxon. codd. verum etiam omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, quae, sine dubio operarum lapsu, *venerat* dedit. De cognomine autem *Sullae*, quod in hoc magistratu accepit, v. Pighium in Ann. ad ann. DXLI. p. 177. et mox ad §. 14.

§. 4. *Alterius postea est acta, didici curato auctoritas eventu*] Opinor legendum, *alterius post rem actam editi cum rato auctoritas eventu.* VALLA. Omnia vetera et recentia, quae vidimus, exemplaria habent *alterius postea est aucta dedit curato auctoritas eventu.* Verum non inepte, ut mihi videor, pro *dedit curato*, *declarato* reposui: ut sit ordo: alterius carminis aucta est auctoritas declarato eventu. SABELL. Valla sic legit, *alterius post rem actam editi cum rato auctoritas eventu.* at ex fide antiqui

Digitized by Google

5 nerat, adferebat fidem. Priore carmine Cannensis praedicta clades in haec ferme verba erat: *Amnem Trojugena Cannam Romane fuge: ne te alienige-*
6 *nae cogant in campo Diomedis conserere manus. Sed neque credes tu mihi, donec compleris sanguine campum; multaque millia occisa tua deferat amnis in pontum ma-*

exemplaris ita legendum: *alterius post ea acta editi certo auctoritas eventu.* quamquam malim *post acta.* Duo enim Marcii vatis carmina erant, inquit, quorum priore Cannensis clades jam accepta praedicta erat, posteriore Poenorum fugatio ex ludis Apollini Deo vovendis. Factum est autem, ut auctoritas prioris versus, qui post acta editus fuerat, ex certo rei eventu comparata, fidem quoque altori, qui ante rem editus erat, attulerit. SIG. Vallae emendationem, quae ab vet. ed. admissa est, configit Sigonius, substituta alia, ex veteri, ut ait, libro. Pall. vero tres *alterius postea est acta* (sec. *aucta*) *dediti curato auctoritas eventu*, alludunt omnino ad vulgatum. GEBH. Neque integrius Sigonianum *post ea acta editi certo auctoritas eventu*, [quam vulgatum a Sabellico ortum.] Omnes vulgares scripti *postea est aucta*, et *curato.* Sed Put. *postramoacta dediti cum rato.* A quo nihil vel minimum discrepant Pet. melior, et duo optimi Florentiae. Nihili sit in hac parte Critices, qui non videat veram esse, frustra Sigonio repudiatam, Vallae conjecturam: *alterius post rem actam editi cum rato auctoritas eventu.* Singulae phrases alibi Livio frequentes. 21, [28, 6.] *Id ut tutius consilium ante rem foret, ita acta re ad fidem pronius est.* 26, [15, 10.] *Serum ad impediendam rem actam.* Sed *tò editum* in hujusmodi religiosis amat. 21, 62, 7. *Hostiaeque majores, quibus editum est, Diis caesae.* Ita MSS. et sic reponere memineris: nam male vulgo publicatur *edictum.* 22, [10, 10.] *Quia ita ex fatalibus libris editum erat.* 40, [45, 5.] *Ob ea decemviri, jussi adire libros, edidere, quibus Diis et quot hostiis sacrificaretur.* J.FR.GRON. Admodum hic variant codd. *postero dediti acuta est curata auctoritas* Lovel. 5. *postea rerum aucta ediei certo auctoritas* Hafn. *alteri post rerum aucta dediti certo auctoritas* Brancal. Latinii. *postero est aucta dediti curato auctoritas* Gaertn. Et ita Hearnii L. 1. et D. nisi quod *postea* praeferant. *postea est acta editi certo auctoritas* Hafn. *postra est acta dediti curato auctoritas* Lovel. 2. et 4. *postra est acta dediti curato auctoritas* Lovel. 1. et Harlej. *postra est acta dediti cum rato auctoritas* Flor. et Voss. Nihil vel minimum a Put. differre Oxoniensem N. auctor est Hearnius. Quod autem Sabell. dicit, omnia, quae vidit, exemplaria, id est editiones, habere *dedit curato*, inveni id in edd. Mediol. anni 1480. et Tarvis. utraque; at *dediti curato* in Rom. anni 1472. ac Parm. De verbo *edere* eo sensu, quo hic Gronov. inlustrat, v. etiam Cel. Burm. ad Ovid. 11. Met. 647. At nunc hic aliter accipiendum. Alterum carmen post rem actam *editum*, id est, evulgatum, in lucem emissum

Digitized by Google

gnum ex terra frugifera; piscibus atque avibus ferisque, quae incolunt terras, iis fiunt esca caro tua. nam mihi ita Jupiter fatus est. Et Diomedis Argivi campos et Cannam flumen, qui militaverant in iis locis, juxta atque ipsam cladem agnoscebant. Tum alterum carmen recitatum, non eo tantum obscu-

7 8

erat. Ita 8, 84, 6. *Rumores hominum de unoquoque legum capite edito.* Hoc lib. c. 9, 4. *Se in tempore editurum, quae vellet agi.*

§. 5. *Amnem Trojugenam Cannam Romanae fugae*] Mendose et hoc carmen vulgo notatum video. quasi Ausidus aut Canna *Trojugena* dici possit, *Amnem Trojugenam Cannam* legere perseverarunt. Ego *Trojugena* reor legendum, ut cum *Romane* jungatur. Nam *Romane* ibi vocandi casus est, ut sit ordo, o Romane Trojugena, fuge amnem Cannam. SABELL. *Amnem Trojugenam* Florent. Lovel. 2. Harlej. Hafn. et Hearnii N. ac D. Deinde *Romane fuge Cannam* Florent. Hearnii D. et Exc. Pithoei. Sed Sabellico adsentior. De amne Canna v. Cluver. 4. Ital. ant. 12. p. 1223. Ceterum carmen hoc Marcianum in versus hexametros digessit Alciatus, quem v. 5. Parerg. 18. Hinc sequi videtur, hoc carmen ac sequens, quod et alii metro restituere conati sunt, Latine conscripta fuisse. Certe Marcium Romanum fuisse, non obscure indicat Cic. 1. de Divin. 40. Contra tamen, carmina illa Graece scripta fuisse, suspicatur Crevier. et redolere putat Graecos versus in Latinum sermonem translatos: a quo dissentire liceat. Mox *te alienigenam* Florent. De campo autem Diomedis v. Cluver. ibid. p. 1222.

§. 6. *Deferet amnis in pontum magnum*] Ita primum editum vidi Francof. anno 1578. Omnes priores habent *deferat*: neque aliter legunt Florent. Lovel. 4. Harlej. Ber. Hav. et Hearnii Oxon. pluresque alii. Ita conveniet sequenti *fuat*, ut recte viri docti restituerunt. Praecedit quidem *compleveris*; at, alibi futurum et praesens jungi vidimus ad 4, 33, 4. Priscam igitur lectionem reduxi.

Iis fiat esca caro tua] Vet. lib. *fuat*. Ego *fuat*. Festus: *Fuam, sim, vel fiam.* Virgil. [10. Aen. 108.] *Tros Rutulusve fuat.* Verbum antiquum est; haec autem carmine redolent antiquitatem. SIG. Pal. 1. ac 3. *fuat*. Lege *fuat*. quod primus observavit Alciatus, frustra a Sigonio pro proprio invento venditatum. Vet. ed. *fuerat*. GEBH. *iis fiunt* Gaertn. *infuat* Harlej. *iis locis fuat* Hafn. *iis fiunt* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Rec. Hav. et Florent. a m. 1. *iis fuat* a m. 2. ut Sigonius emendat. Neque aliter est in ed. Rom. anni 1472. pro quo *fuit* dedit ed. Parm. *fiat* Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae. *fuat* autem est fit, ab antiquo *fuo*, unde est *fuerem* et contracto *forem*, ac praeteritum *fui* vel *fuvi*. V. Vossium 5. Gramm. 36.

§. 7. *Diomedis Argivi campos*] Strabo l. 6, [283.] *Λέγεται δὲ ἀμφότερα Διομήδους κτίσμα. καὶ τὸ πεδίον καὶ ἄλλα πολ-*

Digitized by Google

rius, quia incertiora futura praeteritis sunt, sed
9 perplexius etiam scripturae genere. *Hostem, Romani, si expellere vultis, vomicamque, quae gentium venit longe, Apollini vovendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant: quum populus dederit ex publico partem, privati uti conferant pro se suisque.*

λὰ δείκνυται τοῦ Διομήδους ἐν τούτοις τοῖς τόποις δυνασσίας σημεῖα. SIG.

§. 8. *Sed perplexius etiam scripturae genere*] *perplexioris etiam scripturae*, ultima voce omissa, Florent. a m. 2. quum *perplexius* a m. 1. scriptum fuisset. Nihil puto mutandum. Nepos in Praef. *Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturae leve judicent. genus scripti* vocat Ovid. 2. Trist. 517. Insuper paullo ante *prae ceteris*, pro *praeteritis*, idem Florent.

§. 9. *Hostem, Romani, expellere vultis*] Hic totus locus tractatur iisdem verbis a Macrobio 1. Saturn. [17.] quo in loco legitur *Hostem, Romani, si ex agro pellere vultis*. SIG. *pellere* et *communiter* legitur in vetustis quibusdam edd. Macrobii. in recentioribus *expellere*, et *comiter*. ex MSS. an ex Livio, non scio. Voces *quum populus dederit* etc. *suisque* non recte absunt a Macrobio: nam, populum Apollini stipem contulisse, dicit Livius, quod sine dubio ex hoc carmine factum est. Praeterea ibi nonnulla aliter leguntur, sed non maximi momenti. DUKER. *Hostis*, vel *Hostes*, Florent. Cant. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertner. Hav. Exc. Pithoei, Hearnii Oxon. et edd. vett. Primum *Hostem* apud Sigonium inveni, quod constanter est apud Macrob. Ceterum carmen hoc Marcii vatis in versus hexametros redegit Scalig. ad Varr. 4. de Ling. Lat. p. 23. Mox *vomica quae gentium* Florent. Voss. Lovel. 4. Harlej. et Rec.

Qui quotannis comiter Apollini fiant] Vet. lib. et Macrob. *communiter*, quod est sumptibus populi et privatorum, ut se exponens subdit. SIG. *communes* Hearnii L. 1. *communiter* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Saepe *communiter* et *comiter*, *communis* etiam et *comis* inter se commutantur. Ita apud Colum. 1, 7. vulgo editur *comiter agas cum colonis*: ubi quum scriba cod. Sangerm. dederit *cuiter*, maluisse videtur *communiter*. Alia exempla v. ad 3, 31, 7. 4, 10, 8. c. 35, 4. 7, 12, 12. Adde Cel. Burm. ad Suet. Claud. 21. Scheff. epist. ad Heinsium, quam edidit Burm. in syll. epist. tom. 5. p. 9. et Gracv. ad Cic. de Sen. 17. 4. ad fam. 9. Pro Mur. 31. et pro Balbo 16. ubi *comiter* hoc loco pro magna benignitate, secunda omnium voluntate, libenter, non gravate, poni docuit. Ita supra 1, 22, 5. *Comiter regis convivium celebrant*. ubi plura vide. 9, 36, 8. *Comi hospitio acceptum, nunciare Romanis jussum*.

Privati uti conferant pro se suisque] Malim *pro se quisque*. SIG. Sigonius *pro se quisque* contra omnes libros. GEBH. Omnes et-

Digitized by Google

Iis ludis faciendis praeerit praetor is, qui jus populo 10
plebeique dabit summum. Decemviri Graeco ritu hostiis sacra faciant. Haec si recte faxitis, gaudebitis semper, fietque res vestra melior. nam is Divus exstinguet perduelles vestros, qui vestros campos pascunt placide. Ad id carmen explanandum diem unum sum- 11

iam mei vulgatum tuentur. At vicissim male *privatis* legunt Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harlej. Gaertn. et Hav.

§. 10. *Iis ludis faciendis praeerit praetor is*] Vet. lib. et Macrob. *His ludis*. SIG. Ita et Lovel. 2. 5. Hav. Hearnii L. 1. N. et Exc. Pithoei. Vox *Iis* deficit in Gaertn. Tum *is praetor* Exc. Pithoei.

Decemviri Graeco ritu hostiis sacra faciant] Ampliss. Brissonio videtur, omisso τοῖ *hostiis*, legisse *Graeco ritu sacra faciant*. Alii vero non dubitant confirmare, ex Macrob. esse legendum *Graeco ritu hisce hostiis sacra faciant*. De quo ut non valde contenderim, ita lubentius stem a Brissonio propter sequentia aliquot in ejus libris eruditissimis de Formulis [l. 1. p. 127.] hoc carmen exempla. MOD. Omnes libri vocem *hostiis* constanter tuentur. Mox *Hoc si recte* Florent. Voss. Lovel. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Tum *faxitis*, pro *faxitis*, Voss. Lov. 1. 2. 4. Harlej. et Hearnii L. 1. *facitis* Florent. Cant. Lovel. 5. Gaertn. Hearnii N. D. et Excerpta Pithoei. Verum ita librarii interpretati sunt vocem antiquatam, quam Livius ex ipso Marcii carmine retinere veritus non est. V. ad 36, 2, 2. Ita carmine priori habuimus *fuat*.

Nam is Divus exstinguet] Vet. lib. et Macrob. *is Divus*. SIG. Pall. 1. et 2. *is Divum*. vet. ed. *Nam iis Deus*. Pal. 3. *Nam is dum*. GEBH. *is Dium* Florent. Voss. et Harlej. *is Dius* Ber. a m. 1. et edd. ante Sigon. *is Deum* Lov. 2. *is diu* Lov. 5. [?] et Gaertn. *is dum* Lov. 5. Vossius 5. Gramm. 27. legebat, ut merus versus spondaïcus foret,

Namque ollus Dius stinguet perduelles vestros.

Qui vestros campos pascit placide] Vet. lib. et Macrob. *pascunt*. SIG. *pascit* servant Florent. Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. et Gaertn.

§. 11. *Ad id carmen explanandum unum diem sumserunt*] Facit Macrob. ut putem, mendum esse in voce *explanandum*. Inquit enim, *Ex hoc carmine cum procurandi gratia dies unus rebus divinis esset impensus*. Puto autem apud Livium legendum esse *expiandum*. Est enim idem *expiare*, quod *procurare*. Eadem macula multos etiam Ciceronis locos foedavit, ab nemine, quod sciam, adhuc notatos. Nam in orat. de Responsis [7.] *Religionis explanatio vel ab uno pontifice perite recte fieri potest*. ubi legendum est *expiatio*. Nam in eadem ait [c. 5.] *Expiabo religionem sodium meorum*. Et in Philipp. 1, [6.] *Ut inexpiabiles religiones in rempublicam inducerentur*. Item in eadem de Responsis [9.] cum ait: *Portentorum explanationes Etrus-*

Digitized by Google

serunt. postero die senatusconsultum factum est, ut decemviri libros, de ludis Apollini re-
12 que divina faciunda, inspicerent. Ea quum inspecta relataque ad senatum essent, censuerunt Patres: *Apollini ludos vovendos faciundosque: et,*

scorum disciplina contineri voluerunt: expiatione restituendum. Etenim Valer. qui iisdem fere verbis eundem locum l. 1, 1. tractat, ait: *Portentorum depulsas Etrusca disciplina expiari voluerunt.* At vereor etiam, ne cum Cic. ait de Divin. 2, [64.] *Si ea Dii nobis objiciunt, quorum neque scientiam, neque explanationem habeamus:* legendum sit *expiationem.* SIG. Excludunt hic manus Sigonii, corrigendi pruritu laborantes *expiandum*, Pall. tres, et vet. ed. Et quando umquam ille audivit *carmen expiare?* Concurrite omnes aruspices, procurate tam scaevum caput. GEBH. In vulgatum omnes mei consentiunt; idque mutandum non videtur. Macrobius enim, cujus verbis conjectura Sigonii innititur, non idem dicit, quod Livius; quemadmodum utrumque locum conferenti patebit. *Explanare* est rem vel sermonem obscurum vel ambiguum interpretatione explicare. Cic. in Bruto 41. *Didicisset artem, quae doceret rem obscuram explanare interpretando.* 1. de Divin. 51. *Somniis, vaticinationibus, oraculis, quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitae sunt interpretum.* Supra autem alterum hoc carmen vatis Marcii *non eo tantum obscurius, quia incertiora futura praeteritis sunt, sed perplexius etiam scripturae genere* fuisse dixit. Recte igitur *ad id carmen explanandum* dies unus sumtus est. Cel. Dukerus etiam vulgatum servandum putavit.

Ut decemviri libros de ludis etc. *inspicerent*] Quos illos, cedo, libros? Sane quum sic loquutus est Livius, perpetuo Sibyllinos intellexit. At quo hic Sibyllinos? quum agatur de carminibus Marcianis. Intelligo illud *libros* in nullo MS. prorsus extare. Itaque me auctore reddenda haec vox liberalitati donatoris supervacuae. Nam SCtum vult, ut decemviri, ipso carmine considerato et inspecto, de religione, quae in eo aperiebatur, et ludis decernerent. Id quod ipse innuit Livius, subnectens, *Ea quum inspecta relataque essent.* nempe carmina, non libri. JAC. GRON. *libros* etiam a scriptis suis abesse, testatur Hearnius; de quo alios nihil monuisse miror. Livium tamen de libris Sibyllinis sensisse, et vocem, quam Cl. Gronovius ejicit, necessariam esse, ostendunt Macrobii de hac re verba 1. Saturn. 17. *Postea senatusconsultum factum, ut decemviri, quo magis instruerentur de ludis Apollini agendis, reque divina recte facienda, libros Sibyllinos adirent, in quibus quum eadem reperta nunciatum esset, censuerunt Patres, Apollini ludos vovendos faciendosque.* Carmen Marcii sine dubio ante hoc senatusconsultum tam a decemviris, quam ab aliis, inspectum lectumque fuerat. Sed quum ex brevi illo et obscuro carmine,

Digitized by Google

et, quando ludi facti essent, duodecim millia aeris praetori ad rem divinam, et duas hostias majores dandas. Alterum senatusconsultum factum est, *Ut decem-* 13
viri sacra Graeco ritu facerent, iisque hostiis. Apollini bove aurato et capris duabus albis auratis, Latonae bove femina aurata. Ludos praetor in circo 14

quod nihil aliud, quam Apollini ludos et rem divinam faciendam, monebat, nihil certi de ratione ludorum ac sacrorum illorum discere possent, senatus eos adire libros Sibyllinos jussit, qui ipsos de omnibus his rebus adcuratius instructuri putabantur: nam quae ibi de iis scribebantur, illis, nondum prolato hoc carmine, non observata, vel non intellecta fuerant. Quod Livius dicit, *ea quum inspecta relataque essent*, potest expleri vocibus *scripta, monumenta*, vel etiam *carmina*, nempe Sibyllina, non Marciana: nam etsi duo erant Marcii carmina, tamen Romani uno tantum Apollini ludos et sacra facere jubebantur. DUK. Vocem *libros* ignorant etiam codd. mei, ut et quos adhibuit Cl. Crevier. qui tamen eam servandam esse recte opinatur.

§. 12. *Duodecim millia aeris praetori ad rem divinam, et duas hostias majores dandas*] Doujatius conjicit *danda* hoc sensu: tot millia aeris danda ad rem divinam et ad hostias. Ita sane locum intellexisse videtur librarius Lovel. 2. qui *ad rem divinam et ad duas hostias* legit. Omnes tamen libri *dandas* tuentur. Paullo ante *vovendos faciendos* Lovel. 5. *vovendos faciendosque* reliqui cum editis usque ad Jac. Gronov. qui substituit *faciundesque*.

§. 13. *Sacra Graeco ritu facerent, iisque hostiis*] Ex Macrob. legendum *hisce hostiis*. SIG. Pal. 3. *hique hostiis*, prim. *sacrum Graeco ritu facerent, iisque hostiis*. GEBH. lege *hisque hostiis*. Nam et scripti quidam *hiisque*. J. FR. GRON. Non sacra tantum Graeco ritu facta, sed ludis etiam fabulas Graecas datas esse, ex Cic. 16. ad Att. 5. ostendit Dodwell. de Cyclis diss. 4, 16. Huc pertinere locum Varr. 6. de Ling. Lat. p. 79. *Nos dicimus duodecimviros Graeco ritu sacra, non Romano, facere*, quod ibi Vertranius putat, non improbabile est. DUK. *sacrum Graeco ritu* Lovel. 1. 5. Gaertn. et Hearnii Oxon. *sacrum Graecorum ritu* Harlej. *sacrum* videtur tueri locus Macrob. 1. Saturn. 17. *Decemvirisque praeceptum est, ut Graeco ritu hisce hostiis sacrum facerent*. ubi tamen Pontan. vocem *sacrum*, quae a scripto ejus abest, delendam putat. Si tamen locus Varr. a Cl. Dukero laudatus huc facit, ejus auctoritas firmat vulgatum *sacra*, quod reliqui codd. tuentur. Deinde *hiisque hostiis* Voss. Lovel. 1. 2. et Gaertn. *hisque hostiis* Lovel. 5.

Apollini bove aurato et capris duabus albis auratis, Latonae bove] Annon cogimur suspicari, *Dianam* hinc excidisse: *Apollini bove aurato, Dianae capris duabus* etc. Quid enim caprae ad Apollinem? Habes utique pulvinar Apollini ac Dianae 22, 10, 9. et 5, 13, 6. decemviri per dies octo A-

Digitized by Google

maximo quum facturus esset, edixit, ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantam commo-
15 dum esset, conferret. Haec est origo ludorum Apollinarium, victoriae, non valetudinis, ergo, ut plerique

pollinem Latonamque et Dianam stratis lectis placavere. JAC. GRON. Macrobius, apud quem haec prope ad verbum leguntur, nihil de Diana habet. Itaque si huic suspicioni locus dandus est, jam illius aetate hinc excidisse *Dianae* oportet. nam probabile est, eum haec ex Livio descripsisse. Sed mihi suspicio viri doctissimi parum firma videtur. In carmine Marcii solus Apollo, non etiam Diana, nominatur. Et quae de sacris aliis Apollini ac Dianae factis proferuntur, nihil ad rem faciunt. nam hoc de his ipsis sacris ostendendum fuerat, non de aliis. DUK. Crevier. Gronovii conjecturam probat: mihi vero rationes, quibus Cl. Dukerus vulgatum tuetur, praeferendae videntur. Certe Apollini capras Graeco ritu, qui hic observatur, inmolari, (quae quid ad eum? Gronovius rogat) constat ex Hom. ubi Chryses se Apollini inmolasse dicit πίονα μηρία ταύρων ἠδ' αἰγῶν, in Il. A. v. 40. et Graeci, pestilentia laborantes, eum placaturi sacrificant τελήεσσας ἑκατόμβας ταύρων ἠδ' αἰγῶν, ibid. v. 315. Ad priorem autem locum caussam reddit Eustath. cur caprae Apollini inmolatae sint. Et quidem utroque loco simul taurorum et caprarum Apollini oblatarum mentio fit, quemadmodum etiam hoc loco. Mox *Latonae femina bove* Ber. et edd. antt. Sed vox *bove* non adparet in Hearnii N.

§. 14. *Ludos praetor in circo maximo quum facturus esset, edixit*] Praetor erat urbanus P. Cornelius Sulla, idemque Apollinares hos ludos, qui deinde solennes praetorum urbanorum fuerunt, primus fecit. Eundem decemvirum vocat Macrob. [1. Saturn. 17.] sic: *Bello Punico secundo ludi Apollinares ex libris Sibyllinis primum sunt instituti, suadente Cornelio Rufo decemviro, qui propterea Sibylla cognominatus est, et postea corrupto nomine primus Sulla coepit vocitari.* Hinc etiam Vellej. l. 2, [17.] *L. Cornelium Sullam*, sic enim in lapidib. Capitol. non *Syllam*, dictatorem, sextum esse a P. Cornelio Rufino, qui Pyrrhi bello floruit, ait: quod ita esse cum diuturna Romanarum familiarum observatione compererim, placuit etiam hoc loco subtexere.

P. Cornelius Rufinus dictator 421.

I. P. Cornelius Rufinus consul 462. 475. dict. 476. bello Pyrrhi floruit.

II. P. Cornelius Rufinus, de quo nihil comperi.

III. P. Cornelius Rufus, praet. 538. Sibylla, post Sulla dictus. Macrob.

Digitized by Google

rentur, votorum factorumque. populus coronatus spectavit: matronae supplicavere: vulgo apertis januis in propatulis epulati sunt, celeberque dies omni ceremoniarum genere fuit.

IV. P. Cornelius Sulla praetor 564. — Ser. Cornelius Sulla legatus in Maced. 583.

V. L. Cornelius Sulla, de quo nihil.

VI. L. Cornelius L. F. P. N. Sulla consul 662. 671. Dict. 668. sextus a Cornelio Rufino. Vell. lap. Capit. — Ser. Cornelius Sulla.

L. Cornelius Sulla Faustus. Paedian. — Fausta Cornelia.

P. Cornelius Sulla consul abdic. 585. pro quo Cic. — Ser. Cornelius Sulla.

Hi Ser. Sullae, dictatoris fratris, filii dicuntur a Sallust. in conjuratione Pisonis.

816. De cognomine *Sullae*, unde originem habeat, vide, quae notat Glandorp. in Onomast. p. 263. et supra ad §. 3.

Stipem Apollini, quantum commodum esset, conferret] Pall. 1. 3. et princeps ed. *quantam commodum esset.* GEBH. Gronov. 4. de Pec. vet. 11. in extr. sacerdotes stipes Diis datas accepisse, et inter se partitos putat. De hoc amplius quaerendum, et interim videndus est Lipsius ad Tac. 14. Ann. 15. DUH. Quae ad hunc locum notarat Modius, omisi, quia verbo tenus descripta erant ex d. loco Lipsii ad Tac. *quantum commodum* Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et, quas vidi, edd. ante Aldum, qui *quantam* edidit: verum quum deinceps in primis Gruteri iterum *quantum* excusum foret, inde Gebh. necesse putavit, ut moneret, quid, quibus utebatur, codices praeferrent. At ipse Gruter. etiam in ed. postuma sponte *quantam* revocavit.

§. 15. *Non valetudinis ergo* etc. *votorum. factosque populus coronatus spectavit*] *votorum. factos populus* Lovel. 5. *factoque* Florent. a m. 1. *votorum factorumque. populus* Crevier. edidit ex Put. Mihi etiam ejus lectio vera videtur. Ceterum *valetudinis gratia* Lovel. 1. 2. 4. Ber. Hec. et Hav. V. ad 37, 47, 4.

Matronae supplicavere] Livius saepe dicit, supplicatum iisse *viros foeminasque*, frequentes supplicatum iisse *cum conjugibus ac liberis.* V. 3, 7, 7. 10, 23, 2. 27, 11, 6. et alibi. Cur id his ludis a solis matronis factum dicat, non scio. Dodwell. de Cyclis diss. 4, 16. et in Append. Praelect. p. 758. recte, ut puto, scribit, ex Livio non posse col-

Digitized by Google

1 XIII. Quum Hannibal circa Tarentum, consules ambo in Samnio essent, sed circumsessuri Capuam viderentur; quod malum diuturnae obsidionis esse solet, jam famem Campani sentiebant; quia sementem facere prohibuerant eos Romani exerci-
2 tus. Itaque legatos ad Hannibalem miserunt, orantes, ut prius, quam consules in agros suos educerent legiones, viaeque omnes hostium praesidiis insiderentur, frumentum ex propinquis locis
3 convehi juberet Capuam. Hannibal, Hannonem ex Bruttiis cum exercitu in Campaniam transire, et dare operam, ut frumenti copia fieret Campanis,
4 jussit. Hanno, ex Bruttiis profectus cum exercitu, vitabundus castra hostium consulesque, qui in Sam-

ligi, ludis Apollinaribus plures dies, quam unum, datos, ac demum recentioribus temporibus aliquid in ea re mutatum fuisse; de quo etiam agit Noris. Cenot. Pisan. diss. 2, 6. p. 137. Si hoc ita se habet, etiam sequi videtur, matronas, quae supplicatum ibant, spectaculis eorum exclusas fuisse: nisi fortassis eas ante commissionem ludorum supplicasse dicendum est. DUKER.

In propatulo epulati sunt] Put. et Pet. uterque, *in propatulis epulati sunt*. J. FR. GRON. *In propatulo* Livius dixit 5, 13, 7. *Patentibus januis promiscuoque usu rerum omnium in propatulo posito*. 24, 16, 27. *Adparata convivia omnibus in propatulo aedium fuerant*. 26, 13, 18. *Parati erunt, qui magno rogo, in propatulo aedium accenso, corpora exanima injiciant*. Nihilominus *in propatulis* etiam Florent. et alii.

§. 1. *Consules ambo in Samnio essent*] Vocem *ambo* ignorant Voss. et Lovel. 2. Mox *prohibuerat eos Romanus exercitus* Voss. et Lovel. 1. ac 4. *eos prohibuerat Romanus exercitus* Lovel. 2. Deinde §. seq. *τὸ orantes* exsulat a Lovel. 2. et Hav.

§. 4. *Triginta passuum millia ab ipsa urbe*] Si quis attendat, quae non multo post sequuntur, facile deprehendat, mendose numerum hunc positum. Id ego secutus, quum ad vetustum codicem confugissem, *tria millia* habere repperi. quae lectio verior vero est. SABELL. *triginta*, vel *XXX passuum millia* Voss. Cant. Lovel. 1. 2. 5. Harlej. Ber. Hafn. Hav. et Hearnii L. 1. ↂ ↂ ↂ *passuum ab ipsa urbe* Florent. Passim denarii numeri nota *X* pro millenarii nota ↂ a librariis substituta est. V. ad 33, 14, 5. *tria millia passuum* Gaertn.

§. 5. *Praesidiis datis, qui com-*

Digitized by Google

nio erant, quum Benevento jam adpropinquaret, tria passuum millia ab ipsa urbe loco edito castra posuit. inde ex sociis circa populis, quo aestate 5
comportatum erat, devehi frumentum in castra jussit; praesidiis datis, quae commeatus eos prosequerentur. Capuam inde nuncium misit, qua die 6
in castris ad accipiendum frumentum praesto essent, omni undique genere vehiculorum jumentorumque ex agris contracto. Id pro cetera socordia negle- 7
gentiaque a Campanis actum. paullo plus quadringenta vehicula missa, et pauca praeterea jumenta. ob id castigatis ab Hannone, quod ne fames quidem, quae mutas accenderet bestias, curam eorum stimulare posset, alia prodita dies ad frumentum

mentus eos prosequerentur] Aut *praesidio* scribendum est; aut *quae*, quod vetus codex habet, et non *qui*, legas oportet. SABELL. *quae* etiam omnes mei.

§. 6. *Qua die ad accipiendum*] Pall. tres, *qua die in castris ad accipiendum*, ingrata iteratione. Paucis enim verbis praecesserat: *devehi frumentum in castra jusserat*. GEBH. Omnes scripti *qua die in castris ad accipiendum*. J. FR. GRON. Non aliter etiam Hearnii Oxon. omnesque mei, praeter unum Ber. qui voces *in castris* omisit. *qui quo die in castris* legit Brancal. Latinii. *quo die in castris* Hav.

§. 7. *Id pro cetera socordia negligentiaque a Campanis actum*] Pall. 2. et 3. *negligentiaque Campanis actum*. GEBH. Ita et Lovel. 4. ac Gaertn. V. ad 6, 11, 4. Deinde *socordia* Gaertn. et quaedam ex vett. edd. V. ad 6, 6, 8. Tum *neglegentiaque* Florent. a m. 2. *neglegentiaque* a m. 2. V. ad 2, 48, 7.

Paullo plus quadringenta vehicula missa] Vet. lib. *quadraginta* habent, non *quadringenta*: quod ad socordiam Campanorum demonstrandam magis valet, de qua castigati ab Annone sunt, atque ita profecto legendum. SIG. Probo hanc lectionem (*quadraginta*,) ut ex paucitate plaustrorum redarguatur Campanorum socordia. Pall. tres numerant *CCCC vehicula*. princeps ed. *trecenta*. GEBH. *quadraginta* ab Sigonio. Omnes veteres, scriptique et editi, *quadringenta*. et haud putem nimium esse pro magnitudine urbis et frequentia incolarum: praesertim quum paullo post habeas *duo millia*. J. FR. GRON. *XL*^{ta} *vehicula* Hearnii L. 1. *CCC*^{ta} *vehicula* Ber. *tricenta*, vel *trecenta vehicula* edd. ante Aldum. *CCCC*, vel *quadringenta vehicula* Hearnii N. D. et reliqui eodd. quibus utor.

Digitized by Google

8 majore adparatu petendum. Ea omnia, sicut acta erant, quum enunciata Beneventanis essent, legatos decem extemplo ad consules (circa Bovianum castra 9 Romanorum erant) miserunt. Qui quum, auditis, quae ad Capuam agerentur, inter se comparassent, ut alter in Campaniam exercitum duceret; Fulvius, cui ea provincia obvenerat, profectus, nocte Bene- 10 venti moenia est ingressus. Ex propinquo cognoscit, Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum: per quaestorem Campanis datum frumentum; duo millia plaustrorum, inconditam iner-

Ob id castigatis ab Hannone.] Teneatur et haec lectio vulgata. nam deterius Pall. tres, ac prisca ed. ingerunt, *ob id castigati ab Annone sunt*, GEBH. *castigati sunt ab Hannone* Gant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii Ox. Brancal. Latinii, et edd. ante Aldum. De scribarum hoc lapsu in Mstis admodum frequenti v. ad 45, 17, 5.

Alia producta dies.] Vet. lib. *prodita*. Festus: *Referri diem proditam*. SIG. Pal. 1. *praedicta*. Reliqui duo *prodita dies*. GEBH. *praedicta dies* Lovel. 2. et Hav. *predicta dies* Florent. a m. 1. et Voss. Id etiam Crevier. in uno e suis codd. reperit, ac verum putavit, quum proprium hoc verbum sit de die longiore dicta. De hoc verbo eo sensu v. ad 2, 61, 7. et 8, 57, 6. Verum eodem etiam sensu *prodita dies* est apud Ter. And. 2, 1, 13. *Ut aliquot saltem nuptiis prodat dies*. ubi v. Donat. et Non. Marc. v. *Prodere*.

§. 8. *Legatos decem extemplo ad consules (circa Bovianum castra Romanorum erant) miserunt*] Confusus ordo verborum in Pall. MSS. quorum prim. *legatos decem extemplo circa ad consules Bovianum castra R. e.* sec. *extemplo ad Bovianum ad consules Romanos, ubi castra R. e.* tert. *extimplo circa ad consules Bovianum, ubi castra R. e.* GEBH. Pal. primo consentiunt Gant. et Lovel. 1. at tertio Lov. 2. et Gaertn. *circa ad consules Bovianum castra* Lovel. 4. *ad consules Bovianum ubi castra* Harlej. Hav. et Brancal. Latinii. *ad consules circa Bovianum ubi castra* Lovel. 5. Ber. Hafn. et pleraeque edd. antt. *circa Bovianum ad consules Romanos ubi castra* Ree.

§. 9. *Cui ea provincia evenerat*] Meliores *cui ea provincia obvenerat*. J. FR. GRON. V. Gronov. 1, Obs. 10. p. 92. DUK. *obvenerat* etiam Florent. Lovel. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum. V. ad 9, 31, 1. et Gebhard. ad 7, 16, 8.

Profectus nocte Beneventum moenia est ingressus] Voss. *Benevento*, et postremae literae superposi-

Digitized by Google

nemque aliam turbam, advenisse: per tumultum ac trepidationem omnia agi, castrorumque formam et militarem ordinem, inmixtis agrestibus iis ex 11
terris, sublatum. His satis compertis, consul militibus edicit, signa tantum armaque in proximam noctem expedirent: castra Punica obpugnanda esse. Quarta vigilia profecti, sarcinis omnibus inpedi- 12
mentisque Beneventi relictis, paullo ante lucem quum ad castra pervenissent, tantum pavoris injecerunt, ut, si in plano castra posita essent, haud dubie primo inpetu capi potuerint. altitudo loci et 13

tum est *i.* Gud. *Beneventi.* Legendum *profectus nocte, Beneventi moenia est ingressus.* J. FR. GRON. *Benevento* Florent. Harlej. et Hearnii N. *Beneventi* Lovel. 1. 2. 5. et Hearnii L. 1. Nec aliter in tribus codd. invenit Crevier. Legerem ac distinguerem, *profectus, nocte Beneventi moenia est ingressus.*

§. 10. *Profectum frumentatum, duo millia plaustrorum, inconditam inermemque*] Reperitur in Pal. 1. et 3. *plaustrorum inermemque.* GEBH. Interposuimus nobile fragmentum ex Put. Petav. duobus Flor. Barberino: *Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum: per quaestorem Campanis datum frumentum: duo millia plaustrorum, inconditam inermemque aliam turbam, adeunisse.* An fuit *ad duo millia?* J. FR. GRON. Eadem addita verba agnoscunt Lovel. 2. 4. Hafn. Hav. et Hearnii N. Deinde *inconditam* male neglegunt Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. et Hav. Infra 27, 32, 8. *Eam inconditam inermemque multitudinem primo statim terrore adveniens cepit.* Mox *agrestibus his exteris*, pro *iis ex terris*, Lovel. 5. *agrestibus his turmis* Hafn. *agrestibus his ex turmis* Brancal. Latinii. Interdum librarii *terrae* et *turmae* confuderunt. V. Nic. Heins. ad Silii 7, 723.

§. 11. *Castra Punica obpugnanda esse*] Libri omnes nostri *expugnanda.* GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. V. ad 40, 33, 9. *To esse* deficit in Harlej. et Ber.

§. 12. *Si in plano castra posita essent*] Vocem *castra*, nescio quam ob caussam, omisit Clericus: nisi sit, quod modo praecesserit. Omnes codd. eamdem servant.

§. 13. *Nulla ex parte adiri, nisi arduo ac difficili adscensu, poterant*] Gud. Voss. Mureti, *aditu* pro *ascensu.* An fuit, *quae nulla ex parte, nisi ardua ac difficili, adiri poterant?* J. FR. GRON. *ac difficili aditu* Hearnii L. 1. quod ex grammatici glossa natum puto. Certe, juncta utraque lectione, *difficili aditu sive*

Digitized by Google

munimenta defenderunt, quae nulla ex parte adiri, nisi arduo ac difficili adscensu, poterant.
14 Luce prima proelium ingens accensum est: nec vallum modo tutantur Poeni, sed, ut quibus locus aequior esset, deturbant nitentes per ardua hostes.

1 XIV. Vicit tamen omnia pertinax virtus, et aliquot simul partibus ad vallum ac fossas perventum est; sed cum multis vulneribus ac militum
2 pernicie. Itaque convocatis tribunis militum consul, *absistendum temerario incepto*, ait: *tutius sibi videri, reduci eo die exercitum Beneventum: dein postero castris se hostium jungi, ne exire inde Campani,*

adscensu Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Hafn. Rec. Gaertn. et Hav.

§. 2. *Dein postero castris se hostium jungi*] *castro se hostium* Voss. Lov. 1. et Flor. a m. 2. *castros hostium* a m. 1. *castris hostium* in Put. inveni; Crevier. qui existimat, ita tolerabiliorem esse orationem; in vocibus enim, *castris se hostium jungi*, aliquid inconcinni esse, quod vix a manu Livii proficisci potuisse videatur. Paullo post *possent* Hearnii L. 1.

§. 3. *Totumque eo versuros bellum*] Vet. lib. *versurum*. SIG. Put. et meliores cum editis ante Sigonium *versuros*: nempe se et collegam junctos. J. FR. GRON. Cum Sigonio faciunt Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Rec. et Hav. Malo tamen cum Gronovio *versuros*, quod servant Florent. et Hearnii N. ac D.

§. 4. *Proxima portae hostium erat cohors*] Pall. 1. ac 2. *Proxime*. GEBH. Put. *Proxime portas*. Ita scribe, vel *portam*. J. FR. GRON. *Proximae portae* Florent. et Lovel. 1. ac 2. *Proxime portae* Voss. Harlej. et Hav. *Proxime* Livium cum casu quarto libenter construxisse, saepius supra dictum est. V. ad 1, 21, 1. 2, 48, 5. et 8, 32, 12.

Cujus praefectus Vibius ereptum vexillum trans vallum hostium trajecit] Pal. 2. *praefectus Lubius erectum*. Sed legitimum est *ereptum*. GEBHARD. Put. *Vibius acausarreptum*. Neque aliter Petav. melior ante lituram. Scribe *Vibius Accuaeus arreptum*. Sic et infra scribendum *ante alios Accuaeus Pelignus*. Nam Put. Pet. tres Florent. *Accaeus*, alii *Acceus* vel *Accvius*. Oppidum est *Accua*, nominatum Livio libro praeced. [c. 20, 8.] Inde *Accuaeus*. Atque ita etiam reponendum apud Valerium l. 3, 2. ubi idem *Vibius Acceus* vocatur. Forte etiam scribendum *trans vallum jecit*. Sed

Digitized by Google

neve Hanno regredi posset. Id quo facilius obtineatur, 3
collegam quoque et exercitum ejus se adciturum, totumque eo versuros bellum. haec consilia ducis, quum jam receptui caneret, clamor militum adspernantium tam segne imperium disjecit. Proxima por- 4
tae hostium erat cohors Peligna: cujus praefectus Vibius Accuaeus adreptum vexillum trans vallum hostium trajecit. Exsecratus inde seque et cohor- 5
tem, si ejus vexilli hostes potiti essent, princeps ipse per fossam vallumque in castra inrumpit. Jam- 6
que intra vallum Peligni pugnabant, quum altera parte, Valerio Flacco tribuno militum tertiae legionis exprobrante Romanis ignaviam, qui sociis

et illud probum. Plautus Milit. [2, 5, 58.] *commeatus transtinet trans parietem.* J. FR. GRON. De conjectura *Accuaeus* scrupulum injicere potest, quod *Accua* 24, 20, 8. in Apulia videtur poni, non in Campania, ut scribit Ortelius: haec autem cohors Peligna fuit, cui cur Apulum praefecerint Peligni, causa non apparet. Socios militibus, quos delecta in suis civitatibus habito scripserant, praefectos dedisse, auctor est Polyb. 6, 19. Jam vero non valde vero simile est, eos civibus suis praefectos, qui ejusdem civitatis non essent, praeponere voluisse. Ceterum ab his praefectis diversi erant duodecim praefecti sociorum, quos a consulibus constitutos tradit Polybius 6, 24. De utrisque est in Lipsio 1. de Mil. Rom. 7. et 2, 10. cujus dubitationem, *praetores* melius dicantur, quos socii creabant, ut in Liv. 9, 18, 17. et 23, 19, 17. an *praefecti*, hic locus solvit, e quo intelligitur, eos recte utroque nomine vocari. *Trajicere trans* est etiam 21, 26, 6. *Omnibus ferme suis trans Rhodanum trajectis.* et 41, 4, 2. *Quum trans vallum signum trajecisset.* DUK. Quum infra hoc cap. Vibius in plerisque codd. *Accaeus* vocetur, propius eam lectionem fore existimat Doujatius, si hoc loco *Vibius Accaeus*, et infra *Accaeus Peligius* legatur, ab oppido *Accis*, cujus Liv. 24, 20, 5. meminit. Quum tamen neque Accua, neque Accae in Pelignis sint, cognomen illud Vibii aliunde esse posse agnoscit. De locutione *trajicere trans* v. ad 21, 26, 6.

Arreptum vexillum] *Signa* et *Vexilla* interdum quidem sine discrimine dicuntur. V. Lipsium 4. de Mil. Rom. 5. Sed quia Livius hic cum cura videtur distinguere, non dubitandum est, quin jam illo tempore socii habuerint ea, quae proprie *vexilla* dicuntur, quum legionarii *signa* haberent. Sic 39, 20, 7. quem locum etiam Lipsius

Digitized by Google

7 captorum castrorum concederent decus, T. Pedanius, princeps primus centurio, quum signifero signum ademisset, *Jam hoc signum, et hic centurio*, inquit, *intra vallum hostium erit. Sequantur, qui vapi signum ab hoste prohibituri sunt.* Manipulares sui primum transcendentem fossam, dein legio tota su-
8 outa est. Jam et consul, ad conspectum transgredientium vallum mutato consilio, ab revocando ad incitandos hortandosque versus milites, ostendere, in quanto discrimine ac periculo fortissima cohors
9 sociorum et civium legio esset. Itaque pro se quisque omnes per aequa atque iniqua loca, quum undique tela conjicerentur, armaque et corpora ho-

laudat, *Legionis secundae signa tria, undecim vexilla sociorum Latini nominis in potestatem hostium venerunt.* Sed utrum totius cohortis socialis tantum unum, an singularum illius partium singula vexilla fuerint, et quae fuerit distributio cohortium socialium, de qua se non firmiter scire fatetur Lipsius, post eum nondum a quoquam traditum inveni. DUK. *ereptum* plerique mei. *erectum* Lovel. 4. *receptum* Lovel. 5.

§. 5. *Si ejus vexilli hostes potiti essent*] *ejus vexillo* Ber. a m. 2. *ejus vexillum* Hafn. quo modo Livium alibi locutum esse, nondum observavi. V. ad 31, 45, 6. Infra c. 17, 6. *Capitis tantum Graeci hostes potiti sunt.* 34, 21, 5. *Hujus potitus loci consul.* Et forte ita accipiendus est Livius 32, 13, 10. *Transgressi inde in Thessaliam Cyminos et Angeas primo impetu potiti sunt.* Haec tanto libentius exempla laudavi, ut pateret, ita Livium non semel locutum esse; quod me non meminisse notaram ad 8, 2, 5. Praeterea *potirentur* Ber. In sequentibus *castra irrupit*, sine praepositione, solus Lovel. 4. V. igitur, quae notantur 4, 49, 9. *irrupit* etiam Florent. Lovel. 2. Hearnii D. et ed. Rom. princeps Aler. V. ad 1, 56, 12. Sed forte ita dederunt librarii, quia praecessit *irrujecit.* Sed v. ad 3, 46, 9. Deinde §. seq. *castrorum* ignavia scribarum exculat a Florent. Lovel. 1. 2. 4. et Havlej.

§. 7. *T. Pedanius, princeps primus centurio*] Lips 2. Mil. Rom. 8. conjicit *primae centuriae.* putarem potius ab inepta esse manu vocem *primus*, interpretamentum scilicet illius *princeps.* GRUT. Lipsius suspicatur, ultimam vocem abjiciendam, vel legendum esse *princeps primae*, aut *prioris centuriae.* Alterutrum verum arbitror. 26, 5, 15. c. 6, 1. *secundus hastatus, primus princeps.* DUK. Clericus exponit, primus centurio legionis tertiae,

Digitized by Google

ſtes objicerent, pervadunt, inrumpuntque. multi vulnerati, etiam quos vires sanguisque desereret, ut intra vallum hoſtium caderent, nitebantur. Ca- 10
pta itaque momento temporis, velut in plano sita, nec permunita caſtra. Caedès inde, non jam pugna erat, omnibus intra vallum permixtis. supra 11
sex millia hoſtium occisa, supra septem millia capitum, cum frumentatoribus Campanis omnique plauſtrorum et jumentorum adparatu, capta. et alia ingens praeda fuit, quam Hanno, populabundus paſſim quum iſſet, ex sociorum populi Romani agris traxerat. Inde, dejectis hoſtium caſtris, 12
Beneventum reditum est, praedamque ibi ambo

omnium princeps, aut ante alios: mox etiam *princeps tertiae legionis*, primus omnium ex tertia legione. Et tamen nos remittit ad l. laud. Lipsii. Hinc patet, quanta diligentia in Livio edendo versatus sit. Ceterum Pedanii praenomen omittitur in Ber. et Hearnii L. 1. ac D.

Manipulares sui primum transcendentem foſſam] Vet. lib. *primum transcenderunt foſſam*. SIG. Pal. 3. *Manipulares sui primi transcenderunt foſſam; deinde leg. tota soc. est*. GEBH. Sic (*transcendentem*) optimi ac fere omnes. Et audet Sigonius venditare *transcenderunt*: nec videt, orationem sic fieri solocecam. Etenim *Manipulares ejus primum transcenderunt* dicendum fuerat. J. FR. GRON. *transcenderunt* Lovel. 4. Harlej. Hearnii D. et Brancal. Latinii. *transcendere* Hav. Sed rectius reliqui vulgatum tuentur.

§. 8. *Ab revocandis ad incitandos*] Meliores *ab revocando ad incitandos hortandosque versus milites*. Put. solemni errore *ad revocando*. alii *ad revocandos*. J. FR. GRON. *ad revocando* Florent. a m. 1. *a revocando* a m. 2. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. Plerique reliqui scripti *ab revocando*, consentientibus Hearnii Oxon. et Brancal. Latinii. Mox *oſtendit*, pro *oſtendere*, male Florent. a m. 2.

§. 9. *Quos vires sanguisque desereret*] Omittunt copulam Florent. Voſſ. Lovel. 1. 2. et Harlej. *vires ac sanguis* Lovel. 5. *vires et sanguis* Hav. Tum *deserverent* Lovel. 1. et Hav.

§. 10. *Capta itaque momento temporis, velut in plano sita, nec permunita caſtra*] Paulo ante negavit, Poenorum caſtra in plano eſſe, cum dixit [c. 13, 12.] *Tantum pavoris injecerunt, ut, si in plano caſtra posita eſſent, haud dubie primo impetu capi potuerint. altitudo loci et munimen-*

Digitized by Google

consules (nam et Ap. Claudius eo post paucos dies
13 venit) vendiderunt, diviseruntque. et donati, quorum opera castra hostium capta erant: ante alios Accuaeus Pelignus, et T. Pedanius princeps tertiae
14 legionis. Hanno ab Cominio Cerito, quo nunciata castrorum clades est, cum paucis frumentatoribus, quos forte secum habuerat, fugae magis, quam itineris, modo in Bruttios rediit.

1 XV. Et Campani, audita sua pariter sociorumque clade, legatos ad Hannibalem miserunt, qui nunciarent, *duos consules ad Beneventum esse, diei iter a Capua; tantum non ad portas et muros bellum esse. ni propere subveniat, celerius Capuam, quam Ar-*

ta defendere. Nunc ait, ea castra momento capta, aeque atque si in plano sita nec permunita fuissent. Itaque non sibi repugnat. SIG. *Captaque momento* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Hav. et typis descripti antiquiores: qui iidem codd. mox, consentiente etiam Gaertn. legunt *sita castra, nec permunita.* Mox *erat* non adparet in Voss. et Lovel. 1.

§. 11. *Supra sex millia hostium caesa, supra septem millia capiuntur*] Put. et Petav. *hostium occisa, supra septem millia capitum.* Voss. quoque *capitum.* Nempe mutanda distinctio, et vox *capta* ab sequenti periodo retrahi, atque huic annecti debet, hoc modo: *supra sex millia hostium occisa, supra septem millia capitum cum frumentatoribus Campanis omnique plaustrorum et jumentorum apparatu capta. Et alia praeda ingens fuit, quam* etc. J. FR. GRON. Optimis Gronovii per omnia adsentitur hoc loco Florent. quod etiam de L. 1. auctor est Hearnius. *captum,* pro *capitum,* est in Hav. Mox *populabundus passim quum esset,* pro *isset,* Florent. Cant. Voss. a m. 1. Lovel. 2. 4. Harlej. Hafn. Gaertn. et Hav. V. ad 27, 44, 3.

§. 13. *Ante alios Vibius Pelignus*] Pall. 1. et 2. *ante alios Acceus Pelignus.* tert. vero *Acceius Vibius Pelignus.* GERH. *Accaeus,* vel *Acceus,* Florent. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harlej. et Hav. Sed v. ad §. 4. Praeterea Pedanii praenomen exsulat a Lovel. 4. 5. duae voces *et T.* a Florent. Voss. Lovel. 1. 2. Harlej. Gaertn. et Hav. At §. praec. *τὸ est* non adparet in Florent. et Cant.

§. 14. *Hanno ab Cominio Cerito, quo nunciata*] Hanno frumentatum ierat, ut puto, in Samnium, quod Beneventio proximum est. At, *Cominio Cerito* quo pacto dictum sit, non intelligo. *Cominii* quidem in Samnio l. 10. ab urbe condita multa mentio

Digitized by Google

pos, in potestatem hostium venturam. Ne Tarentum 2
quidem, non modo arcem, tanti debere esse, ut Capuam, quam Karthagini aequare sit solitus, desertam indefensamque populo Romano tradat. Hannibal, cu- 3
rae sibi fore rem Campanam pollicitus, in praesentia duo millia equitum cum legatis mittit, quo praesidio agros populationibus possent prohibere. Romanis interim, sicut aliarum rerum, arcis Ta- 4
rentinae, praesidiique, quod ibi obsideretur, cura esse. C. Servilius legatus, ex auctoritate Patrum a P. Cornelio praetore in Etruriam ad frumentum coëmendum missus, cum aliquot navibus onustis in portum Tarentinum inter hostium custodias perve-

est, sed *Cerito* additum nos turbat. Cominios ex Aequicolis interiisse, ait Plinius 3, 12. At nihil ad hunc locum. GLAR. Pal. 1. ostendit talem scripturam: *Anno ab quomino Ocrito, quo nunciata clades est.* sec. *Hanno a Comino Cerito, quo nunciata clades est.* GEBH. *ab Comino Ocrito* Florent. Voss. Hav. Lovel. 2. Harl. Hearnii Oxon. et ed. Rom. princeps Aler. *ab Comino Ocerito* Lovel. 4. *ab Comino Accito* Rec. *ab Comino Atico* Gaertn. *ab Comino Cerito* Lovel. 5. et plerae que edd. usque ad Froben. anni 1535.

§. 1. *Et Campani, audita sua pariter sociorumque clade*] Pall. 1. et 3. *Et legati Campani, sua audita suorumque sociorum clade.* Non probo. GEBH. *Et legati Campani* etiam Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Tum *sua suorumque sociorum clade* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. et Hav. *sua suorumque pariter sociorum clade* Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. *sua pariterque sociorumque clade* pro varia lectione Lovel. 5.

Tantum non ad portas et muros bellum esse] *tantum jam ad portas* Lovel. 2. Hafn. et Ber. a m. 2. erasa priori scriptura. *tantum et jam ad portas* Harlej. *tantum nunc ad portas* Hav. *diei iter tantum a Capua, ad portas* Brancal. Latinii. *diei iter a Capua tantummodo ac portis et muris* edd. ante Aldum. Adparet, librarios vim particularum *tantum non* ignoraffe, quas propterea passim conruperunt. V. ad 4, 2, 12. Mox *in potestate hostium venturam* Florent. Voss. et Lovel. 1. 2. ac 4. V. ad 8, 20, 6. c. 25, 4. et 9, 25, 3.

§. 2. *Ne Tarentum quidem, non modo arcem*] Id est, nedum, multo minus arcem. Cic. 2. de Divin. 55. *Quorum partim ficta aperte, partim temere effutita, numquam ne mediocri quidem cui-*

Digitized by Google

5 nit. Cujus adventu, qui ante, in exigua spe, vocati saepe ad transitionem ab hostibus per conloquia erant, ultro ad transeundum hostes vocabant sollicitabantque. et erat satis validum praesidium, traductis ad arcem Tarenti tuendam, qui Metapon-
6 ti erant, militibus. Itaque Metapontini extemplo, metu, quo tenebantur, liberati, ad Hannibalem defecere. Hoc idem eadem ora maris et Thurini
7 fecerunt. movit eos non Tarentinorum magis defectio Metapontinorumque, quibus, indidem ex Achaja oriundi, etiam cognatione juncti erant, quam ira in Romanos propter obsides nuper inter-

quam, non modo prudenti, probata sunt. In ejusdem Paradoxo 2. Lambin. Gruter. et Graevius ediderunt: *Mihi vero quidquid acciderit in tam ingrata civitate, ne recusanti quidem evenerit, non modo non repugnanti.* Sed magis placet lectio ed. Gronov. *non modo repugnanti*, quam et Aldus in MSS. et Lambinus in aliis edd. esse testantur. DUK. *nedum arcem* Hafn. et Brancal. Latinii. quod ex interpretis glossa natum censendum est. Ceterum Cic. *τοῖς νε quidem* interdum particulas *non modo non* subjunxit. Ita 14. ad Att. 19. *Cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non lubere.*

§. 3. *Agros populationibus possent prohibere*] *a populationibus* Gaertn. Sed non est necesse. Infra 31, 25, 5. *Nec tantum agros sociorum populationibus prohibiturum.*

§. 4. *Praesidiique, quod ibi obsideretur, cura esse*] Pal. tert. *praesidii quoque, quod ibi.* GEBH. Ita et Lovel. 4. V. ad 5, 27, 1. Tum *cura est* Florent. Cant. Voss. Lovel. 2. 4. Harlej. Ber. a m. 2. Hav. Hearnii N. et Brancal. Latinii.

§. 5. *In exigua spe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant*] Quia nihil ex ea lectione sequebatur, ex vetustioris codicis collatione *vocati erant* reposui. SABELL. Mediol. anno 1505. potius ediderunt *exigua spe, vocati saepe ad transitionem.* atque ita omnes codd. nisi quod *vocati spe* sit in Hav. unde simul patet caussa erroris, nempe voces *vocati saepe* omissas esse ob praecedentis *spe* similitudinem. Mox voces *qui Metaponti erant* Florent. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. omittunt.

§. 6. *Itaque Metapontini extemplo* etc. *defecere. Hoc idem eadem ora maris et Thurini fecerunt*] Anno DXXXIIII, post Cannensem cladem acceptam, ad Poenos Graecorum omnem ferme oram, Tarentinos, Metapontinos, Cro-

Digitized by Google

fectos. Eorum amici cognatique literas ac nuncios 8
ad Hannonem Magonemque, qui in propinquo in
Bruttiis erant, miserunt, *si exercitum ad moenia ad-*
movissent, se in potestatem eorum urbem traditures esse.
M. Atinius Thuriis cum modico praesidio praeerat. 9
quem facile elici ad certamen temere ineundum re-
bantur posse; non militum, quos perpaucos habe-
bat, fiducia, quam juventutis Thurinae. eam ex
industria centuriaverat armaveratque ad tales casus.
Divisis copiis inter se, duces Poeni quum agrum 10
Thurinum ingressi essent, Hanno cum peditum a-
gmine infestis signis ire ad urbem pergit. Mago

tonienses, Locrosque defecisse, scripsit l. 22, [61, 11.] Quod dixi ita intelligendum esse, ut non statim eos defecisse accipiamus, sed sequentibus deinceps annis, ut cuique populo facultas oblata est. Nam Locrenses Crotoniensesque defecerunt anno DXXXV. Nunc demum vero anno DXXXVII. Tarentini et Metapontini. Thurini et Consentini priore anno a Poenis ad Romanos redierant, ut initio hujus libri dixit. Ergo Thurini iterum hoc anno deficiunt ad Poenos. Itaque, quoniam mirabile videri potest, eosdem quotannis deficere, neque suspectam eorum, a quibus semel defecerint, fidem haberi, in altero horum locorum mendum esse suspicor, duosque populos esse *Terinaeos* et *Thurinos*; supra autem [c. 1, 2.] *Terinaei* et *Consentini*, hoc loco *Metapontini* et *Thurini* legendum. Nam et Strabo [6, 256.] et Plinius [3, 5.] *Consentiae Terinam*, Ptolemaeus [3, 1.] *Thurio Metapontum* adnectunt. De *Terina* quidem Bruttiorum urbe ab Annibale hoc bello eversa, quod se eam tueri posse desperaret, Strabo l. 6. [p. 256.] SIG.

§. 7. *Quibus, indidem ex Achaja oriundi*] Gud. *identidem*. Forte *quibus itidem ex Achaia oriundis*. J. FR. GRON. *quibus indigenae ex Achaia* Hav. *quibus itidem ex Achaia* Lovel. 2. Ber. et Hearnii L. 1. Neque aliter in Victor. invenit Grevier. qui fortasse futuros inquit, qui id malint. Ex eorum numero me non esse profiteor. Ut enim hic *indidem ex Achaia*, ita *indidem ex Celtiberia* 28, 1, 6. *indidem ex Aventino* 39, 12, 1. Et ita alii. V. Bosii indic. Corn. Nepot. ea voce. Amavit autem hoc vocabulum Livius. V. ad 39, 8, 8.

§. 9. *M. Atinius Thurinis*] Vet. lib. *Thuriis*. Recte. *Thuriae* enim etiam dicuntur. SIG. Pal. 1. 2. *Thuris*. tert. *M. A. Thurii praeerat cum modico praesidio*. GEBH. *Thuriis*, vel *Thuris* etiam mei. *Thurinis* in nullo inveni.

Non militum etc. *fiducia, quam juventutis Thurinae*] Ita J. Fr.

Digitized by Google

cum equitatu, tectus collibus, ad tegendas insi-
11 dias obpositis, subsistit. Atinius, peditum tantum agmine per exploratores comperto, in aciem copias educit, et fraudis intestinae, et hostium in-
12 sidiarum ignarus. Pedestre proelium fuit persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis; Thurinis exspectantibus magis, quam adjuvantibus,

Gronovius edidit, et quidem fide optimorum codd. ut testatur ad 2, 56, 9. Neque aliter Florent. Cant. Voss. Lovel. 1. Harl. Gaertn. aliique cum Hearnii Oxoniensibus. Ante Gronov. vulgabatur *non tam militum*. V. plura ad eum locum.

§. 10. *Tectus collibus, ad tegendas insidias obpositis, subsistit*] Dicendum *appositis*, id est, idoneis. T. FABER. Non placet illud *tectus ad tegendas*. Sic tamen omnes libri. Forte *celandas*. J. FR. GRON. Propius crediderim: *septus collibus ad tegendas insidias oppositis*. 25, 25, 7. *Castraque tectis parietum pro muro septa*. JAC. GRON. Certe minus a vulgato recedit, si cum Jac. Gronovio legamus *septus collibus*. Et ita fere loquitur Liv. cap. seq. *Paucis a multitudine in valle, silva ac montibus septa, circumventis*. Interdum etiam librarii illa vocabula inter se commutarunt. V. ad Silii 2, 691. Hic tamen minus placet *septus collibus obpositis*. Malim igitur cum J. Fr. Gronovio *tectus collibus ad celandas insidias*. Ita 29, 34, 9. *tegentibus tumulis, qui peropportune circa viae flexus obpositi erant, occultus processit*. Unde et male Fabrum, pro *obpositis*, substituisse *adpositis* patet: verum de eo plura ad 28, 13, 6. *ad abtegendas insidias* Florent. a m. 1. *ad obtegendas* a m. 2. Deinde *subsistit obpositis* Voss. Lovel. 1. 4. 5. Ber. et Hav. *subsistit* etiam Lovel. 2.

§. 11. *Et fraudis intestinae et hostium insidiarum ignarus*] Emenda *hostilium*. J. FR. GRON. Emendationi huic admittendae nullam video necessitatem, praesertim invitis omnibus Mstis. Saepissime enim plures junguntur genitivi, quorum alter ex altero pendet. Livius in praefat. *Me ipsum consuluisse memoriae rerum gestarum principis terrarum populi*. 9, 42, 1. *Alienae sortis victor belli*. 22, 45, 5. *Cui sors ejus diei imperii erat*. c. 49, 7. *Quem unum insontem culpae cladis hodiernae Dii respicere debent*. 23, 30, 3. *Absumtis frugum alimentis, carnisque omnis generis quadrupedum*. hoc lib. c. 27, 5. *Bomilcaris adventus fama*. 26, 17, 1. *Sociûm Latini nominis peditum numerum parem decernunt*. 27, 1, 1. *Hic status rerum Hispaniae erat*. c. 30, 5. *Aetolis ferocioribus, quam pro ingeniis Graecorum gentis*. Val. Max. 1, 8, 11. *In vestibulo templi Matris Deûm posita*. V. Perizon. ad Sanctii Min. 2, 3. circa fin. et Th. Wopkens 1. Lect. Tull. 16. qui eodem loco hinc etiam praesidium quaesivit vulgatae lectioni apud Silium 5, 391.

— — *gelidusque sub ossa*

Digitized by Google

bus, eventum: et Karthaginiensium acies de industria pedem referebat, ut ad terga collis ab equite suo insessi hostem incautum pertraheret. Quo ubi ventum est, coorti cum clamore equites, 13
propere inconditam Thurinorum turbam, nec satis fido animo, unde pugnabat, stantem, extemplo in fugam averterunt. Romani, quamquam circum- 14
ventos hinc pedes, hinc eques urguebat, tamen

Pervasit miseris conspectûs consulis horror.

Sed videat, rogo, quam illud infirmum sit adversus codicum et vett. edd. auctoritatem, cui nemo prudens posteriorum deliria praeferre sustinet. Neque defendendae Gronovii hoc Livii loco conjecturae facit, quod praecedit, *fraudis intestinae*. Ei enim, ut orationem variaret, optime Livius subjungere potuit *hostium insidiarum*. Ita *praesidium Attali Romanique*, non *Romanumque*, vel *Romanorumque*, infra 31, 25, 1. *Macedonum Romanaque castra* 36, 29, 5. V. utroque loco. (*et ad 36, 10, 4.) Ceterum prius *et* deficit in Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Hav. et quibusdam edd. Sed voculam illam perperam hauserunt ultimae literae vocis praecedentis. V. ad 9, 41, 10. Quin etiam alibi, ubi similis erroris caussa dari nequit, prius *et* hoc sensu geminatum librarii saepe omiserunt. V. ad 2, 44, 3. Paullo ante *peditum agmine*, omissa media voce, Voss. Lovel. 2. 4. Harlej. et Hav. *peditum agmine tantum* Ber. Tum *copias in aciem ducit* Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. Ber. Hav. et typis descripti ante Aldum.

§. 12. *Pedestre proelium fuit pertinaci*] Libb. omnes *insigne* contra sequentia. GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldum,

§. 13. *Propere inconditam Thurinorum turbam* etc.] Video sane 22, 19, 10. *Raptimque omnia praepropere agendo*, tamquam Livius non abhorruerit istas adverbiorum geminationes. At *propere extemplo* qui possint jungi, parum liquet, et videtur mutanda sic distinctio: *coorti cum clamore equites propere, inconditam Th. turbam nec satis fido* etc. Etiam in advocato loco pater aliquando inseri particulam voluit *raptimque omnia ac praepropere*. Quomodo loquitur 22, 3. 5. *Ferociter omnia ac praepropere acturum*. JAC. GRON. Admissa hac distinctione ἁπλῶς *incondita* vocatur Thurinorum turba, quos tamen, ut supra dicitur, Atinius centuriaverat armaveratque. Hinc Crevier. ex codd. duobus malebat *prope inconditam*. Similiter praefert Ber. a m. 2. Solent autem hae voces commutari. V. ad 39, 31, 4. *prope inconditam* autem vocatam putat, quod parum exercitata et disciplinae militari adsuefacta erat. Mox *in fugam converterunt* Cant. Vulgatum, quod reliqui codd. tuentur, elegantius est. V. ad 1, 37, 3. et 38, 20, 3.

§. 14. *Hinc pedes, hinc eques*

Digitized by Google

aliquamdiu pugnam traxere. postremo et ipsi terga
15 vertunt, atque ad urbem fugiunt. Ibi proditores conglobati, quum popularium agmen patentibus portis accepissent, ubi Romanos fusos ad urbem ferri viderunt conclamant, *instare Poenum, permixtosque et hostes urbem invasuros, ni propere portas claudant.* Ita exclusos Romanos praebuere hosti
16 ad caedem. Atinius tamen cum paucis receptus. Seditio inde paullisper tenuit; quum alii urbem tuendam, inde alii cedendum fortunae, et traden-
17 dam urbem victoribus censerent. ceterum, ut plerumque, fortuna et consilia mala vicerunt: Atinio cum suis ad mare ac naves deducto, magis quia

urguebat] *Hinc pedites, hinc equites urguebant* Voss. Lovel. 2. 5. Gaertn. Ber. et Hav. cum edd. ante Aldum, quae lectio placere nequit, et ab illis subposita videtur, qui non cogitabant, *pedes, eques, miles*, ac similia pro peditibus, equitibus, militibus poni. V. ad 2, 20, 12. et 7, 35, 2. Forsitan tamen scribendum *hinc pedes, hinc eques urguebant.* Ita enim praeferunt Lovel. 1. 4. et Harlej. Et quidem *urguebant* indoctis librariis praetextum dedisse potuit, ut *pedites* et *equites* emendarent, quum tamen innumeris locis voces illae etiam numero singulari adsciscant verbum plurale. V. ad 3, 42, 5. et 8, 38, 5. Similia plura v. ad 35, 26, 9.

§. 15. *Permistosque hostes urbem invasuros*] Optimi *permixtosque et hostes urbem invasuros.* J. FR. GRON. Pariter Florent.

§. 16. *Atinius tamen cum paucis receptus*] Vet. lib. *cum paucis se recepit.* malim tamen *receptus:* a Thurinis enim primum receptum, post ad naves deductum Atinium ait. SIG. Perperam etiam Rec. *se recepit.*

Quum alii urbem tuendam, inde alii cedendum fortunae] Pall. tres, *cum inde alii cedendum fortunae*, exclusis illis *alii urbem tuendam.* GEBH. Haec verba [*alii urbem tuendam*] ignorant omnes scripti: continenter vero exhibent: *tenuit; quum inde alii cedendum.* Videndum, an nihil desit, quod prudens lector ex sensu non suppleat. Dicendo enim, receptum esse Atinium, et seditionem ortam, quod alii fortunae cedendum et Poenis urbem dedendam censerent, satis indicat, alteram partem fuisse illorum, qui Atinium receperint, eoque manendum in fide statuisse. Posteriore loco τὸ *inde* significat nunc tandem, post talem casum. J. FR. GRON. Eadem verba omittuntur etiam in Hearnii Oxon. meisque codd. sine quibus sen-

Digitized by Google

ipsi, ob imperium in se mite ac justum, consultum
volebant, quam respectu Romanorum, Karthagi-
nienses in urbem accipiunt. Consules a Beneven- 18
to in Campanum agrum legiones ducunt, non ad
frumenta modo, quae jam in hibernis erant, con-
rumpenda, sed ad Capuam obpugnandam; nobilem 19
se consulatum tam opulentae urbis excidio rati fa-
cturos, simul et ingens flagitium imperio demtu-
ros, quod urbi tam propinquae tertium annum in-
punita defectio esset. Ceterum, ne Beneventum 20
sine praesidio esset, et ut ad subita belli, si Hanni-
bal (quod facturum haud dubitabant) ad opem fe-
rendam sociis Capuam venisset, equites vim sufti-

sum constare non posse existimat Crevier. ita tamen ut *inde* ei suspectum sit, idque redundare, et ex superiori versu temere huc inmigrasse judicet. Olim etiam Gronov. *τὸ inde* huic loco inconveniens putavit in pr. ed. not. et verba ita interpolavit, *quum in fide manendum alii, alii cedendum fortunae.* Verum mox in addendis p. 759. eam, quae hic sub ejus nomine conspicitur, conjecturam proposuit. Mox §. seq. *in urbe accipiunt* Lovel. 1. Harlej. et Gaertn. *in urbem recipiunt* Hav. Utrumque male. V. ad 4, 15, 3. et 9, 16, 2.

§. 18. *Quae jam in hibernis erant*] Nugacissima narratio. Quomodo enim in Campanum agrum inducere potuerunt ad frumenta corrumpenda, si ea jam in hibernis erant? et tamen c. 18. passim populati fuisse dicuntur. Deinde non potuit jam extremum aestatis fuisse, quum tot alia deinceps adhuc gesta videamus. Sed nec locutio placet, *frumenta jam in hibernis erant.* Itaque video patrem in ora libri sui aliquando annotasse *forte horreis.* Sed rursus plane induxit. Et sane tantundem foret. Omnino enim frumenta adhuc in agris apparet fuisse. Lego igitur, *quae jam in herbis erant.* Nihil potuerunt suscipere opportunius oppugnaturi consules, quam ut a Capua istam annonam pene maturam averterent, et inde suis sufficerent. Ovidius 5. Metam. 482.

— — *primis segetes moriuntur in herbis.*

8, 290.

Is modo crescenti segetes proculcat in herba.

Epistola Helenae [17, 263.]

Sed nimium properas: et adhuc tua messis in herba est.

JAC. GRON. Conjecturam Gronov. probavit etiam Crevier. V. viros doctos ad postremum Nason. locum. Supra 23, 48, 1.

Digitized by Google

nere possent, Ti. Gracchum ex Lucanis cum equitatu ac levi armatura Beneventum venire jubent: legionibus stativisque ad obtinendas res in Lucanis aliquem praeficeret.

1 XVI. Graccho, priusquam ex Lucanis moveret,

Nec ante violavit agrum Campanum, quam jam altae in segetibus herbae pabulum praebere poterant. Ita *herbescere* dicuntur frumenta, quum ex terra prorumpunt. Cic. de Senect. 15. *Elicit herbescentem ex eo viriditatem.*

§. 19. *Tertium annum inpunita defectio*] Atqui post L. Aemylium ac C. Terentium, sub quibus Capua post cladem Cannensem defecit, hi quinti sunt consules. Tres igitur anni praeterierunt. quare legendum puto vel *quintum*, vel *quartum*. Porro hae locutiones per accusativos in Latina lingua saepe fefellerunt, ut de lustri tempore alibi admonuimus. GLAR. Capua defecit anno DXXXIIIII. Ex quo apparet, cum *tertium annum* dixit, annos medios intelligere, extremos imperfectos non numerare. Alioquin *quintum* erat scribendum. SIG. V. ad 42, 10, 5.

§. 20. *Ad obtinendas res in Lucanis aliquem praeficeret*] Conjiciebam *praeficere*, ut suspensa esset oratio ab *τοῦ jubent*. Video nunc id e lib. vet. notasse Muretum. J. FR. GRON. Ita et Lovel. 4. atque Hearnii L. 1. Eorum tamen auctoritas non satis gravis videtur mutandae vulgatae lectioni, pro qua stant reliqui scripti; praesertim quum non ubique Livius modo, quo voluit Gronovius, locutus sit. Supra 24, 10, 3. *Jussique in provinciis manere, Ti. Gracchus Luceriae*, etc. *ex praetoribus prioris anni pro praetore Q. Mucius obtineret Sardiniam.* 27, 13, 9. *Cohortibus* etc. *hordeum dari jussit; centurionesque manipulorum* etc. *destrictis gladiis discinctos destituit.* ubi Gronov. iterum malebat *destitui.* 39, 3, 3. *Arma reddita Cenomanis, decedere provincia praetor jussus.* non *reddere*, ut plures legunt edd. V. Cel. Duker. ad 26, 22, 7. et quae infra notabo ad 29, 14, 10. Paullo ante *equitum vim sustinere*, pro *equites vim*, Brancal. Latinii.

§. 1. *Priusquam ex Lucanis moveret, sacrificanti*] *moveret exercitum*, addita voce, Brancal. Latinii. Verum non utor liberalitate librarii, qui ignorasse videtur, *movere* absolute pro movere castra, exercitum, poni. V. ad 10, 4, 9. Praeterea *sacrificante* Florent.

§. 2. *Ad exta, sacrificio perpetrato*] De eodem sacrificio Valerius [1, 6, 8.] de prodigiis. SIG.

Angues duo ex occulto adlapsi, edere jecur] Pal. 3. *collapsi*. *Allabi* eodem modo signate usurpatum Horat. [epod. 1, 19.]

Ut assidens implumibus pullis avis
Serpentium allapsus timet.

Praeterea pro *edere* constat in Pal. 1. *enere*, superque primum *e* scriptum *a*. ad marginem *tenere*, *lambere*. in tert. denique *collapsi adenere jecur*. GEBH. Put. *adlapsi anuere jecur*. Petav. *anae rejetur*. Florent. *anere*. Pal.

Digitized by Google

sacrificanti triste prodigium factum est. ad exta, 2
sacrificio perpetrato, angues duo ex occulto adlapsi, edère jecur, conspectique repente ex oculis abierunt. id quum aruspicum monitu sacrificium 3
instauraretur, atque intentius exta reserata serva-

unus, Men. Voss. *enere*. Pet. alter, Barber. *lambere*. Pal. *ademere*. Videtur scribendum *addere*, vel *ambedere*. Valer. Max. [1, 6, 8.] *Angues duo ex occulto prolapsi repente hostiae, quam immolaverat, adeso jecinore*. J. FR. GRON. *lambere* Harlej. et inter versus Florent. *exedere* Lovel. 4. sed malim cum Gronov. *addedère*, id est partem ejus consumserunt. Liv. 1, 7, 13. *Pinarii, exitis adesis, ad ceteram venirent dapem*. Cic. pro Quinct. 12. *Non adesa jam, sed abundanti etiam pecunia*. ubi v. Passer. Mox *libato jecinore* Liv. dixit.

§. 3. *Id quum aruspicum monitu sacrificium instauraretur*] Cl. Crevier. malebat *et quum aruspicum*. Verum omnes codd. τὸ *id* servant; neque video legitimam caussam, cur displicere possit.

Atque intentius exta reserata servarentur] Pal. 2. *atque in intensius exta reserata serv.* tert. *atque inmitius exta*. GEBH. Put. *exta resereservarentur*. Scribe cum Salmasio: *atque intentius extares ollae servarentur*. Varro 4. de LL. [p. 25.] *Hae sunt, quarum in sacrificiis exta in olla, non in veru, coquuntur*. Plautus Rudente [1, 2, 47.] *Aut aulam extarem*. Adi commentatores. Meminit et Arnobius *ollae extorum*. ubi, quamquam recordor *aulam auri* apud Plautum, dubitavi aliquando, an rescribendum esset *ollam extarem*. Livius 41, [15, 2.] *Ipsum aquam effundi ex olla, ubi exta coquerentur, jussisse*. Rubenius: *extar servaretur*. Quod quum non intelligerent librarii, existimat eos primum *exta reservarentur*, dein caetera fecisse. Glossarium: *extar, olla, ubi exta coquebantur*. J. FR. GRON. Omnia haec verba desunt in Harlej. *exta reserata servarentur* legunt Voss. Lovel. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et priscae edd. *exta reservata servarentur* Lov. 1. Rec. et vet. lib. Sigonii, ut in prima ed. Scholiorum monuit. *exta reservarentur* Florent. et Cant. quod Crevier. etiam in uno codd. regiorum invenit, unde cum Rubenio *extar*, vel, ut quam proxime ad veterem scripturam accederet, *extare servaretur* scribendum conjicit, et *extar* vel *extare* dici putat, ut *laquear* et *laqueare*, *pulvinar* et *pulvinare*. Hearnii L. 1. *exta resecata servarentur*. Unde suspicio incidit, Livium scripsisse *atque intentius exta prosecta servarentur*. Supra 5, 21, 8. *Qui ejus hostiae exta prosecuisset, ei victoriam dari*. ubi vide. Nemini quidem invito hanc conjecturam pro vera obtrudo; probare tamen nequeo inceptum magni Gronovii, qui Salmasii emendationem, nullius Msti consensu nisam, in contextum recepit. Vulgatam lectionem, licet aperte falsam, quum tamen codd. testimonio muniatur, reduxi, donec certiora manus Livianae indicia aliunde suppetant.

Iterum ac tertium venisse tro-

Digitized by Google

rentur: iterum ac tertium veniſſe tradunt, libato-
4 que jocinore intactos angues abiiſſe. Quum aru-
spices, ad imperatorem id pertinere prodigium,
praemonuiſſent, et ab occultis cavendum homini-
bus consultisque; nulla tamen providentia fatum
5 inminens moveri potuit. Flavius Lucanus fuit, ca-
put partis ejus Lucanorum, quum pars ad Hanni-
balem defeciſſet, quae cum Romanis stabat: et
jam anno in magiſtratu erat; ab eisdem illis crea-

dunt, libatoque jecinore] Gallici omnes et Voſſ. spernunt *τὸ veniſſe*. dein habent *jocinore*. Lege, *iterum ac tertio tradunt libato jecinore intactos angues abiisse*. Observavimus alibi non semel, *τὸ que* in optimo supervacaneum. J. FR. GRON. Si *tertio* ex MSS. eſt, recipi debet, etsi non minus recte dicitur *tertium*. Contenti eſſe poſſumus uno loco Livii 3, 19, 5. *Iterum atque tertium tribuni peſſimis artibus regia licentia vivunt*. Plura habent Scioppius in Paradox. Ep. 1. et qui de particulis linguae Lat. scripserunt. DUK. *tertio* Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. anto Aldinam. Verum ex Florent. et Cant. optimis codd. nihil ad eam vocem in excerptis notatur. Ut igitur dubia videtur haec pars emendationis Gronovianae, ita reliquam veram puto. *veniſse* enim non adparet etiam in Florent. Cant. Lov. 1. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Copulam autem *que* servant quidem omnes membranae; eam tamen in hac operis Liviani parte saepe perperam a librariis additam, vel detractam eſſe, observavit etiam Jac. Gronov. diſſert. epiſt. ad Livii loca Geogr. ep. 2. p. 15. Deinde *jocinore* Lovel. 4. 5. Ber. et Hav. et quaedam edd. vett. *jocinere* Florent. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Id etiam videntur voluiſſe librarii Voſſ. Lovel. 1. et Harlej. qui perperam *eo cinere* scripserunt. V. ad 41, 14, 7. Tandem *abiiſſe* Florent. Voſſ. Lovel. 2. 3. 5. et edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm. V. ad 2, 4, 2.

§. 4. *Ab occultis cavendum hominibus consiliisque*] Pal. 3. *consultisque*. GEBH. Omnes *consultisque*. Virgil. 6. Aen. [151.]

Dum consulta petis, dum noſtro in limine pendes.

Noſter 10, [39, 10.] *Nocte rediit, approbare collegam consulta referens*. Salluſt. Jug. [108.] *Colloquio diem, locum, tempus, ipse deligeret, consulta sese omnia cum illo integra habere*. J. FR. GRON. *consultisque* similiter Florent. Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Hav. et Hearnii N. ac D. V. ad 3, 62, 2.

§. 5. *Flavius Lucanus fuit*] Put. *Flavos Lucanis*. Et mox, *Flavus ad Romanum*. Denique *Flavus is se adjungit*. J. FR. GRON. *Flavus Lucanis*, et bis hoc cap. *Flavus* Florent. Eamdem scripturam in quibusdam Val. Max. codicibus 1, 6, 8. adparere, Jac.

Digitized by Google

tus praetor. Is, mutata repente voluntate, locum 6
gratiae apud Poenum quaerens, neque transire
ipse, neque trahere ad defectionem Lucanos satis
habuit, nisi imperatoris et ejusdem hospitis proditi
capite ac sanguine foedus cum hostibus sanxisset.
ad Magonem, qui in Bruttiis praeerat, clam in 7
conloquium venit: fideque ab eo accepta, si Ro-
manum iis imperatorem tradidisset, liberos cum
suis legibus venturos in amicitiam Lucanos; dedu-

Perizon. ad oram Livii monuit. Φλάβιος tamen vocatur App. Alex. in Hannib. p. 333.

Ejus partis Lucanorum, cujus pars ad Hannibalem defecisset, qui cum Romanis stabat] Opinor hic perturbatum verborum ordinem, ideoque sic restituendum: *Lucanorum, qui cum Romanis stabant, cujus pars*, vel *cum pars ad Annibalem defecisset*. VALLA. Minori mutatione id, quod nunc vulgo exstat, substituit Aldus; cum quo faciunt Florent. Voss. et nonnulli alii codd.

Et jam Hanno in magistratu erat) *Anno* superfluam habet adspirationem, quod non proprium nomen est, sed ablativus. VALLA. *et jam* vel *etiam Hanno* Cant. Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. et Gaertn. *et jam anno* Florent. cum edd. plerisque omnibus. *et jam eo anno* Hafn. et Hav. *et eo anno* Lovel. 2. et Ber. Idem etiam in Victor. invenit Clar. Crevier. quam expeditiorem scripturam vocat. Jac. Gronov. edidit *et jam anno in magistratu erat*; quod etiam Cleric. recepit. Verum ita nullus cod. neque refert etiam, utrum annuus, an diuturnior fuerit magistratus, quo fungebatur. Priorum itaque editionum lectionem revocavi.

§. 6. *Foedus cum hostibus sanxisset, ad Magonem*] Ita quaedam et antiquiores et recentiores edd. distinguunt. Sed melius alii orationem finiunt post vocem *sanxisset*, et novam periodum a verbis sequentibus incipiunt: quos secutus sum. In praecedentibus *repente* deest in Voss. Lovel. 1. 2. et Harlej. Tum *non transire ipse, non trahere* legit Lovel. 5.

§. 7. *Si Romanum is imperatorem tradidisset*] Puto legendum esse, *si Romanum sibi imperatorem*. In vet. enim lib. saepe est *si* pro *sibi*, quod imperiti ejus scripturae fecerunt *is*. SIG. Pal. 1. *si Romanum is imperatorem sibi trad.* sec. cum tert. *si Romanum imperatorem iis trad.* GEBH. Put. Pet. et duo Pall. *si Romanum iis imperatorem tradidisset*. Similiter Pet. alter, Voss. Pal. tertius, *is*. Men. *his*. intellige ex superiori *hostibus*. J. FR. GRON. Post Sigonium, qui *sibi imperatorem* conjecit, contra ejus mentem ubique editum est *imperatorem sibi*, quum proximae ante eum edd. cum antiquioribus Rom. anni 1472. ac Parm. praeferrent *is imperatorem*. Et ita, praeter codd. a Gronov. laudatos, legunt Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertner. Hav.

Digitized by Google

cit Poenum, in locum pacis Gracchum adducturus.
8 Magonem ibi pedites equitesque armare, et capere eas latebras, ubi ingentem numerum occuleret,
9 jubet. Loco satis inspecto atque undique explorato, dies composita gerendae rei est. Flavius ad
10 Romanum imperatorem venit: *Rem se*, ait, *magnam inchoasse, ad quam perficiendam ipsius Gracchi opera opus esse. omnium populorum praetoribus, qui ad Poe-*

Hearnii N. L. 1. et regius major, ac Colbert. apud Doujatium. *Romanum iis imperatorem* Flor. et pleraeque edd. ante Moguntinam: quod recepi, quemadmodum etiam Crevier. fecit.

In amicitiam Lucanos, dedit Poenus in locum pacis Gracchum adducturus] Vos sic emendatis, *in amicitiam Lucanos hunc deducere Poenum in loco quo sic Gracchum adducimus*. Ego sic, *in amicitiam Lucanos dedit, ipse se illo cum paucis Gracchum adducturus. Illo* adverbialiter, pro eo, quod est in illum locum. VALLA. Hic locus non abs re asterisco notatus est in plerisque codicibus. est enim perquam obscurus. Nam, de quo Poeno loquatur, vix intelligi potest, cum continuo Magonem subjiciat, quasi de alio locutus sit. Atqui de Hannibale dici non potest, quod exanimem Gracchum Mago ad eum postea mittat. De Hannone autem hic nulla mentio. In hoc nobis notatus, ut studiosius exemplaria vetusta inspiciantur. GLAR. Verba illa *deducit Poenum in locum pacis* depravata sunt valde. Vet. lib. *dedit Poenus*. Hinc hanc ego lectionem elicio. *Fideque ab eo accepta, si Romanum sibi imperatorem tradidisset, liberos cum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos; dein edit, quem sit in locum cum paucis Gracchum adducturus.* Valer. 1, [6, 8.] *Gracchus hospitis insidiis in eum locum deductus, in quo Poenorum dux Mago cum armata manu delituerat.* Hunc tamen locum, quousque melior lectio inveniatur, signandum esse asterisco puto. SIG. Locus valde vexatus. Quid Laur. Valla et Sigonius conati sint, potest apud illos videri. Put. *deducit poenum in locum paucis Gracchum adducturum mago ibi pedites equitesque armaret et capere eos latebras ubi ingentem numerum occuleret.* Vox *jubet* nusquam, ne in aliis quidem membranis. Scribe, *deducit Poenum, quo cum paucis Gracchum ait ducturum: Mago, ubi pedites equitesque armasset, caperet eas latebras, quae ingentem numerum occulerent.* J. FR. GRON. *dedit Poenum* Lovel. 1. et 4. *dedit Poenus* Regius major, et Colbert. apud Doujat. quorum tamen hic in margine praefert *deducit Poenum*, quod est in reliquis omnibus. *deduci Poenum in locis opacis Gracchum adducturus* Brancal. Latinii. *deducit Poenum in locum, quo erat cum paucis Gracchum adducturus* unus e Pall. apud Gronov. pr. ed. notar. Deinde *adducturum. Mago ibi* Cant. et Florent. in quorum posteriore *adducturus* manus altera substituit. *Mago ibi* etiam Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. a m. a. Gaerta.

Digitized by Google

num in illo communi Italiae motu descissent, persuasisse, ut redirent in amicitiam Romanorum: quando 11
res quoque Romana, quae prope exitium clade Cannensi venisset, in dies melior atque auctior fieret; Hanni-
balis vis senesceret, ac prope ad nihilum venisset. Ve- 12
teri delicto haud inplacabiles fore Romanos: nullam umquam gentem magis exorabilem, promtioremque veniae dandae fuisse. quoties rebellioni etiam majorum suo-

et Hav. *jubet* vero omittunt Florent. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Ber. a m. 2. et Hav. Gronovius pr. ed. not. vestigia Put. secutus ita legi posse putabat: *seducit Poenum: illo cum paucis Gracchum adducturum: Mago ibi pedite equiteque armatis caperet eas latebras, ubi ingentem numerum occuleret.* Et *illo* capit δεικτικῶς, voce *loco* ex sequenti periodo subintellecta. Deinde ita exponit: ducit Poenum in lectum et secretum locum insidiarum, atque illo se aït adducturum eum paucis Gracchum. Addit insuper, legi posse *adductum iri*, sed prius praefert. Verius tamen puto, quod ex secundis curis hic proponitur. Neque audiendus est Clericus, qui minori mutatione, ut aït, legebat *deducit Poenum in locum, cum paucis Gracchum adducturus*, vel *in locum, quo cum paucis erat Gracchum adducturus.* illa enim, si quid video, longius a Put. discedunt, licet posterius illud non longe abeat a lectione unius e Pall. supra memorata.

§. 10. *Ad quam perficiendam ipsius Gracchi opera opus esset*] Quandoquidem caetera per infinitivos proferuntur, ego hunc locum legerem: *ad eam perficiendam ipsius Gracchi opera opus esse.* quomodo saepe Livius loquitur. quamquam nihil definio. GLAR. Glareano non assentio. MOD. Optimi quique *esse.* Est enim obliqua oratio. Ut et mox: *reliquum autem quid esse.* non *esset*, ut vulgo. J. FR. GRON. *ad quam perficiendum* Florent. et ita optimos libros habere, Gronov. testatur priori ed. not. ad 30, 37. V. ad 40, 49, 1. Deinde *opus esse* tantum non omnes codd. V. Gronov. pr. ed. not. ad 1, 50, et 2. Obs. 14. p. 324.

Omnium populorum praeteribus] Quomodo *omnium populorum?* Certe de solis Lucanis sermo: et subjunxit ipse: *Ibi paucis verbis rem transigi posse, ut omne nomen Lucanum in fide ac societate Romana sit.* Itaque lego *omnium popularium.* LIPS. 4. Ep. Quaest. 16. Lipsio assentio. MOD. Non mutandum hoc cum Lipsio, diximus ad 5, [34, 5.] J. FR. GRON.

§. 11. *In dies melior atque auctior fieret*] *atque altior* praeferunt Pall. MSS. GEBII. Pariter Lovel. 1. 2. 4. Voss. Harlej. Rec. et Hav. Male. Supra 3, 68, 4. *Numquam vestrum quisquam re, fortuna, domum auctior rediit.* 4, 2, 4. *Majestatem liberis traditurí essent ut auctiorem amplioremque.* cap. 19, 1. *Memor generis, quod majus auctiusque reliquit posteris.* V. Duker. ad Flo-

Digitized by Google

13 *rum ignotum? Haec ab se*, ait, *dicta: ceterum ab ipso Graccho eadem haec audire malle eos, praesentisque contingere dextram: id pignus fidei secum ferre.*
14 *Locum se consciis dixisse a conspectu amotum, haud procul a castris Romanis. Ibi paucis verbis transigi rem posse, ut omne nomen Lucanum in fide ac societate Ro-*
15 *mana sit.* Gracchus, fraudem et sermoni et rei abesse ratus, ac similitudine veri captus, cum lictoribus ac turma equitum e castris profectus, du-

ri 4, 2, 10. unde, *altior* et *auctior* a librariis confundi, etiam constabit.

§. 12. *Veteri delicto haud inplacabiles*] *veteri delictu haud implicabiles fore Romanos* Pal. 2. GEBH. Quomodo *vetus delictum* eorum dicit, qui ante paucos annos desciverant? rebellio majorum vetus delictum erat, ipsorum defectio novum. DUR.

§. 13. *Haec ab se, ait, dicta*] Pall. 1. 3. ac vet. ed. *Haec ab se sint dicta.* sec. *Ab se haec sint dicta.* GEBH. Omnes scripti ἀντὶ τοῦ *ait* habent *sint*. Lege *Haec ab se sane dicta.* J. FR. GRON. *Haec ab se sint dicta* Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 5 Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Ascens. anni 1513. *Haec ab se dicta* Lovel. 4. *Haec ab sesindicta* Put. et Florent. a m. 1. in quo deinceps secundum *s* deletum, et supra *n* adscriptum est *t*, quasi vellet *Haec ab se, inquit, dicta.* Cl. Crevier. ex Put. vestigiis conjicit *Haec ab sese dicta.*

§. 14. *Locum se consiliis edixisse*] Omnes *conciliis:* optimi etiam *dixisse.* Scribe *locum se consciis dixisse.* Debebat enim occulte res agi; itaque *concilio* non est hic locus. At *τὸ dicere* appositum. Caesar 1. Gall. 34. *Qui ab eo postularent, ut aliquem locum medium utriusque colloquio diceret.* Sic scriptum invenimus in opt. membranis, ubi vulgo *deligeret.* Idem Caesar 5, [27.] *Omnibus hibernis Caesaris oppugnandis hunc esse dictum diem.* Ibid. (55.] *Equitesque undique convocat; iis certam diem conveniendi dicit.* J. FR. GRON. Non omnes mei *conciliis.* Certe *consiliis* superest in Cant. Lovel. 2. 4. 5. Ber. a m. 1. et Rec. Non displicet tamen *consciis.* Praeterea *edidisse* Hav. *dixisse* Florent. et Cant. Ita emendat ex conjectura Gronov. infra 33, 13, 1. *Is dictus erat locus conloquio.* ubi nunc legitur *datus erat.* Similiter *dicere diem* pro constituere. V. ad 36, 8, 2. Mox *procul castris Romanis*, pro *procul a castris*, Flor. Harlej. et Hav. V. ad 24, 28, 1. Tum *paucis verbis transigere posse* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. et Hav. Infra 32, 28, 2. *Prius de praetoribus transacta res, quae transigi sorte poterat.* 38, 25, 4. *Principes gentis, per quos aeque res transigi posset, venturos.*

§. 15. *Fraudem et sermoni et rei abesse ratus*] *abesse credens* haeret in omnibus libris. GEBH.

Digitized by Google

ce hospite in insidias praecipitatur. Hostes subito 16
exorti: et, ne dubia proditio esset, Flavius his se
adjungit. tela undique in Gracchum atque equites
conjiciuntur. Gracchus ex equo desilit, idem ce- 17
teros facere jubet, hortaturque, *Ut, quod unum*
reliquum fortuna fecerit, id cohonestent virtute. Reli- 18
quum autem quid esse paucis, a multitudine in valle
silva ac montibus septa circumventis, praeter mortem?
id referre, utrum praebentes corpora pecorum modo in- 19

Non aliter Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harlej. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldinam. quod ex interpretis expositione receptum videtur.

Duce hospite in insidias praecipitatus] Lego *praecipitatur*. J. FR. GRON. Hanc conjecturam firmant Voss. Lovel. 1. et Hav. idem de duobus e suis testatur Crevier. *praecipitavit* conjicit Gebh. supra ad c. 11, 6. Paullo ante *turba equitum* Voss. Lovel. 1. 4. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. et edd. Ascensiana anni 1513. priores. Saepissime librarii voces *turba* et *turma* commutarunt. V. ad 8, 8, 5. c. 38, 12. 26, 22, 3. 28, 36, 8. 37, 34, 6. N. Heins. ad Nas. 3. Art. Am. 2. et quae notantur ad Silium 5, 277.

§. 17. *Gracchus ex equo desiliit*] *desilit*. J. FR. GRON. Unus meorum Gaertn. *desiliit*. Reliqui omnes cum Hearnii Oxon. et edd. antt. ante Basil. anni 1539. servant *desilit*. Certe, vulgatum minus probum esse, evincunt dicta ad 2, 10, 11.

Id honestent virtute] Princeps ed. *id ostenderent virtute*. Pal. tert. *ideo obstent virtute*. Perperam. GEBH. Men. *id obstent*. Voss. *id eo obstent*. Put. melior *ideo honestent*. Put. denique: *id cohonestent virtute*. J. FR. GRONOV. *eo obsistent* Hafn. *adeo obstent* Lovel. 4. *id eo obstent* Lovel. 2. *ideo honestent* Florent. Sed recte Gronov. ex Put. recepit *id cohonestent virtute*. Infra 38, 47, 3. *Quod consilium dispensandae cohonestandaeque victoriae imperatoribus majores dederunt*.

§. 18. *Reliquum autem quid esset paucis* etc.] Sed et hoc loco *esse* malim, quam *esset*. Verum lectoris judicio relinquo. GLAR. Ita et Gronov. legendum monuit supra hoc cap. §. 10. quem etiam v. in pr. ed. not. ad 1, 50, et 2. Obs. 14. p. 324.

In valle silva ac montibus septa] Comparet in libris omnibus *silva montibusque*. GEBH. *silva montibusque* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. *silva ac montibusque* Lovel. 5. et Ber.

§. 19. *Id referre, utrum praesenti torpore pecorum more inulti trucidentur*] Comprobata est haec lectio, etiam ex prisca ed. Interim Pal. 1. ac 3. *praesentes corpora*. sec. autem *utrum praebentes corpora pecorum more trucidentur inulti*. GEBH. Quid,

Digitized by Google

ulti trucidentur, an, toto animo a patiendo exspectandoque eventu in inpetum atque iram verso, agentes audentesque, perfusi hostium cruore, inter exspirantium
20 *inimicorum cumulata armaque et corpora cadant. Lucanum proditorem ac transfugam omnes peterent. qui eam victimam prae se ad inferos misisset, eum decus eximium egregiumque solatium suae morti inventurum.*
21 Inter haec dicta, paludamento circum laevum brachium intorto, (nam ne scuta quidem secum extu-
22 lerant) in hostes inpetum fecit. Major, quam pro numero hominum, editur pugna. jaculis maxime

quaeso, est *praesens torpor? animos* potius *praesentes* dicimus. Neque apparet, ullo torpore in re tam trepida fuisse defixos fortes viros. Putean. Petav. uterque, Men. Voss. duo Pall. *praesentes corpora*. Emenda, ut plane est in uno Pall. *praebentes corpora*. 4, [28, 4.] *Hic praebituri vos telis hostium estis, indefensi, inulti?* 27, [48, 17.] *Sitisque et calor hiantes caedendos capiendosque adfatim praebebat.* 28, [2, 9.] *Quod ad fugam impedimento hostibus erat, id ad caedem eos velut vinctos praebebat.* 38, [40, 12.] *Thracas praeda ipsa impeditos oneribus, et plerosque, ut ad rapiendum manus vacuas haberent, inermes ad caedem praebet.* J. FR. GRON. *praesentes corpora* itidem Florent. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Hav. Hearnii L. 1. N. et Regius, ac Colbert. apud Doujatium. *praebentes corpora*, quod recte Gronov. probat, se etiam in vet. cod. invenisse, testatur Pierius ad Maron. 2. Aen. 670. Supra cap. praec. *Exclusos Romanos praebuere hosti ad caedem.* Similiter Gronov. quum apud Plin. 20. Hist. Nat. 19. *praesentibus* in optimo cod. invenisset, id in *praebentibus* mutandum esse, feliciter conjecit.

An, toto animo a patiendo exspectandoque eventu in inpetum atque iram verso] Vox *animo* non conspicitur in Putean. Petav. Men. Voss. Scribe: *an, toti a patiendo exspectandoque eventu in impetum atque iram versi, agentes.* Horat. [1. Sat. 9, 2.] *totus in illis.* Noster [23, 14, 7.] *Plebs novarum rerum atque Annibalis tota esse.* J. FR. GRON. Vox *animo* exsulat etiam a Florent. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. Hav. Hearnii N. atque omnibus Cl. Crevier. qui insuper unius *toti* praeferentis lectione novam Gronovii emendationi auctoritatem accedere recte monuit. Supra 3, 36, 7. *Hominum, non caussarum, toti erant.* c. 59, 4. *Quod adeo toti plebis fuissent.* 35, 31, 4. *Totique Antiochi et Aetolorum erant.* c. 33, 1. *Multitudo Antiochi tota erat.* 37, 49, 5. *Totos adhuc Antiochi Aetolos esse.* Ter. Ad. 4, 2, 50. *Ctesipho in amore totus est.* Huc etiam refer *totus horreo, totus friget*, et similia apud eumdem obvia.

§. 20. *Solatium suae morti in-*

Digitized by Google

aperta corpora Romanorum, et quum undique ex altioribus locis in cavam vallem conjectus esset, transfiguntur. Gracchum, jam nudatum praesidio, 23
vivum capere Poeni nituntur. ceterum ille, conspicatus Lucanum hospitem inter hostes, adeo infestus confertos invasit, ut parci ei sine multorum pernicie non posset. Exanimem eum Mago extem- 24
plo ad Hannibalem misit, ponique cum captis simul fascibus ante tribunal imperatoris jussit. Haec 25
vera fama est. Gracchus in Lucanis ad campos, qui Veteres vocantur, periit.

venturum] *suae mortis* Gaertn. et Hav. Eo quidem modo *solatium mortis* est apud Phaedr. 1, 9, 8. ubi v. Cel. Burm. et *solatiolum doloris* apud Catull. carm. 2. in Livio tamen, cujus reliqui Msti vulgatum tuentur, nihil mutandum. Nam *solatium morti* dictum, ut *remedium timori*, *tegumentum corpori*, et similia alia, quae Livio frequentissima esse, vidimus ad 3, 46, 2.

§. 21. *Paludamento circum laevum brachium intorto*, (*nam ne scuta quidem* etc.] Haec pulchre inlustrat Schelius ad Hygin. p. 1030. tom. 10. Antiq. Rom. DUK. Adde viros doctos, et praesertim Cel. Burm. ad Petron. 80. Ceterum *circa laevum brachium* Ber. et Hav. quod placere posset illis, qui trium vocum similiter desinentium concursum evitandum censent. Sed v. quae dicta sunt ad 26, 46, 5. Vulgatum itaque servo. Deinde *nec scuta quidem* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Male. V. ad 1, 10, 3. Mox *in hostem* Lovel. 5. Tum *impetum facit* idem cod. cum Ber. a m. 2.

§. 22. *Et quum undique ex altioribus locis in cavam vallem conjectus esset, transfiguntur*] Pal. 1. *quo jecur esset*; superscriptum tamen *item*. sec. *quo ictus esset*. tert. *quo jecur esset*, *suffiguntur*. GEBH. *vallem quae recurva esset* Lovel. 2. *vallem quo jecur esset* Voss. Lovel. 4. Harlej. Cant. et Hav. *quo jecus esset* Florent. Tum *de altioribus locis* Ber. et edd. Aldina priores. Duplex redditur caussa, cur Romani jaculis maxime transfixi sint: primo, quia corpora eorum aperta erant, scuta enim secum non extulerant; deinde, quia ex montibus, quibus Poeni insederant, undique in Romanos, qui in subjecta valle erant, facillime tela conjici poterant.

§. 23. *Ceterum ille, conspicatus Lucanum hospitem*] *To ille* non conspicitur in Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. Neque etiam mox *confertos* in Lovel. 2. 4. Harlej. Ber. et Hav. Similiter §. seq. *extemplo* exsulat a Ber.

§. 25. *Haec vera fama est*] *Haec fama*, omissa media voce, Cant.

Digitized by Google

1 XVII. Sunt, qui in agro Beneventano, prope Calorem fluvium, ostendant a castris cum lictoribus ac tribus servis lavandi caussa progressum, 2 quum forte inter salicta innata ripis laterent hostes, nudum atque inermem, saxisque, quae vol- 3 vit amnis, propugnantem, interfectum. Sunt, qui aruspicum monitu quingentos passus a castris progressum, uti loco puro ea, quae ante dicta prodigia sunt, procuraret, ab insidentibus forte locum

Haec fera fama Florent. a m. 1. *Haec sera fama* Lov. 1. 2. 4. 5. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Moguntinam. Interdum librarii has voces commutarunt. V. Broekh. ad Prop. 3, 11, 66. *Haec gvis fama*, id est *gravis*, Ber. In posteriorum Ascensii editionum margine, pro *sera* conjicitur *ferme*, vel *sacra*, vel *vera*. Apud Latinium vero *Haec varia fama est*. Sed vulgatum, quod Moguntini receperunt, et in reliquis superest Mstis, probum est.

§. 1. *Sunt, qui in agro Beneventano, prope Calorem fluvium, ostendant*] Forte *contendant*. ALB. RUBEN. Conjectura haec displicet Doujatio, qui non magnam *contendendi* materiam fuisse putat. Contra *ostendant* exponit declarent, narrando significent. Si codd. accederent, Rubenio favere mallem. *ostentant* est in Gaertn. Tum *juxta Calorim fluvium* Lovel. 5. Sed *Calorem* etiam effert 24, 14, 2. et mox hoc cap.

§. 2. *Inter salicta innata ripis*] Pal. 2. *salicta innatae rupis*, tert. *saliceta*. GEBHARDUS.

Nudum atque inermem, saxisque, quae volvit amnis, propugnantem] Pal. tert. *undique saxis nudum et inermem, quae volvit amnis, propugnantem*. GEBH. *saxis, quae volvit amnis* Lovel. 5. intercepto τῷ *que* a proximo pronomine. V. ad 41, 2, 11. *saxisque, velut armis, propugnantem* Lovel. 4.

§. 3. *Uti loco puro ea, quae ante dicta prodigia sunt, procuraret*] Nulla sollicitandi has voces causa esset, (quippe sic quoque 1, [44,4.] *aliquid puri soli*, sed alia notione) nisi quod oblivisci non queo, egregium illum cod. Cantabrig. destitutum fuisse vocula *loco*. Nec id sine Musarum numine. Videtur enim sub τοῦ *procurare puro* subintelligendum flumine; praesertim quum et in proxime antecedente narratione de Gracchi morte dicatur *lavandi causa* progressus; ut in caeteris diversae, in causa saltem negotioque hae duae relationes conveniant, cum lavandi causa, vel puro flumine procurandi prodigia exisse, quod exigebant istae caerimoniae. 1, 45, 6. *Quidnam tu, hospes, paras inceste sacrificium Dianae facere? Quin tu ante vivo perfunderis flumine.* Idque dicebant *pure lautum*. Festus: *Pure lautum, aqua pura lavatum*. Livius 5, 22, 4. *Delecti ex omni exercitu juvenes, pure lotis corporibus, candida veste, venerabundi templum iniere*. 39,

Digitized by Google

duabus turmis Numidarum circumventum scribant. adeo nec locus, nec ratio mortis in viro tam claro et insigni constat. Funeris quoque Gracchi varia est fama. Alii in castris Romanis sepultum ab suis, alii ab Hannibale (et ea vulgatior fama est) tradunt in vestibulo Punicorum castrorum rogum exstructum esse. armatum exercitum decucurrisse cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum et corporum suae cuique genti adsuetis, ipso Han-

9, 4. *Deinde puro lautum in sacrarium deducturam.* 27, 37, 10. *Pureque et caste a matronis sacrificatum.* JAC. GRON. Unum hunc cod. quamvis ex optimis sit, audiendum non puto. Partim enim reliqui omnes vulgatum tuentur, partim etiam prodigia, quae sacrificanti facta erant, puro flumine et abluendo procurari vix credo. Sed neque adsentior Doujatio, qui *locum purum* hic dici putat, in quo nihil obstat, qui nulla re visum inpediente occupatur. Nam ita quidem *purum solum* in loco Livii a Gronov. laudato, et *purus ac patens campus* lib. 24, 14, 6. Verum hoc loco alio sensu accipi debet. Ideo enim Gracchus *loco puro*, quingentos passus a castris remoto, prodigia procurare ab aruspicibus monetur, quia ipsa castra multiplici illo ac saepius repetito infausto anguium omine quasi polluta et incesta erant. Simili fere sensu *locus purus* infra est 31, 44, 5. *Loca* etc. *detestabilia esse, neque in iis quidquam postea poni dedicarique placere eorum, quae in loco puro poni dedicarique fas esset.*

In viro tam claro et insigni constat] Pal. 2. *tam claro insignique.* tert. *tam claro insigni.* GEBH. *tam claro insignique* etiam Lov. 4. Tum *constant* Lovel. 5. nempe *nec locus, nec ratio.* V. ad 1, 31, 7. Reliquorum tamen consensus in vulgatam lectionem efficit, ut eam veriorem credam.

§. 4. *Funeris quoque Gracchi varia fama est*] Pall. tres *varia fama*, amputato *est.* GEBH. Amputant τὸ *est* Putean. Pall. Pett. Men. At Putean. etiam *varia si fama.* Possis *variavit.* sed propius *varia est fama.* nam, posterius elementum *i* an *t* signet in antiquissimo codice, ambiguum est. J. FR. GRON. Neque *est* adparet in Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

Alii ab Hannibale (et ea vulgatior fama est) Et hanc vulgatiorem famam sequitur etiam Silius meus [12, 473.] qui ait:

Exsequiae tantum famam nomenque volentem
Mitificae mentis tenuerunt funere laeto. etc.

vulgo contra mentem poëtae *Horrificae.* MODIUS.

In vestibulo Punicorum castrorum] Lipsius reperisse videtur in libris suis *vestibulo primorum castrorum.* Ex quo, an forte legendum, conjiciebat *vestibulo pri-*

Digitized by Google

nibale omni rerum verborumque honore exsequias celebrante. Haec tradunt, qui in Lucanis rei ge-
6 ſtae auctores sunt. Si illis, qui ad Calorem fluvium interfectum memorant, credere velis, capitis
7 tantum Gracchi hoſtes potiti sunt. eo delato ad Hannibalem, miſſus ab eo confeſtim Karthalo, qui in caſtra Romana ad Cn. Cornelium quaeſtorem deferret. is funus imperatoris in caſtris, celebrantibus cum exercitu Beneventanis, fecit.

XVIII.

more caſtrorum. MOD. Libri noſtri omnes stant a vulgato. GEBHARDUS.

§. 5. *Armatum exercitum decurrisse*] Solet hic honos ab antiquiſſimis temporibus haberi clarorum virorum funeri. Teſtis Homerus de Patroclo: noſter Virgilius de Pallante [11. Aen. 188.]

Ter circum accensos, cincti fulgentibus armis,
Decurrere rogos.

Neque aliud intellexit Lucanus, dum ait [8, 734.]

— — — totus ut ignem
Projectis moerens exercitus ambiat armis.

Optime autem hunc decurrendi morem descripsit Statius [6. Theb. 213.] *Tunc septem numero turmas* etc. MOD. Pal. 1. *decucurrisse.* Probe. Sic ipse Livius supra c. 11, 3. *Et si ferocius procucurrissent.* Forte et infra hoc eodem libro c. 41, 1. legendum: *Qui Annibalem subnixum victoria Cannensi ab Nola repepulisset.* Pal. 1. *repupulisset.* GEBH. Voſſ. *decucurrisse.* J. FR. GRON. Ita et Florent. Lovel. 1. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. quod recepi. V. ad 1, 12, 8.

Cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum et corporum suae cuique] Voſſ. *suae quisque genti assuetis.* J. FR. GRON. *motibusque Gallorum* Voſſ. inter versus a m. 2. qui etiam cum Harlej. Hav. et Hearnii L. 1. voces *et corporum* non agnoscit. Deinde Gronov. ad 3, 22, 6. praefatus, recte dici *suam rem cuique domino tribuere*, vel *suo quidque domino*, non *suum quidque*, aut *suo cuique*, hoc loco, qui in hanc formulam loquendi peccat, legit *unicuique genti adsuetis*; quod longius a scriptorum veſtigiis recedere videtur. *suae quique genti* Harlej. Put. et Florent. *suae quisque genti* Lovel. 1. 2. 4. 5. et Hav. unde Cl. Crevier. legit *suae quibusque genti*, et *quisque* pro *quibusque* eodem errore scriptum putat, quo *principiis* pro *principibus.* V. ad 21, 60, 7. Verum, quamvis ita corrigendo se evitare locutionem a Gronovio damnatam indicat ad d. l. Livii, in eamdem tamen incidit. Si enim *suae cuique genti* dicendum non est, non licebit etiam dicere *suae quibusque genti assuetis.* At *suae cujusque genti* Ber. quod ferri potest: nam ita *suum ipsorum exemplum* est supra 7, 38, 6. *suae q̃mque genti*,

Digitized by Google

XVIII. Consules, agrum Campanum ingressi, 1
quum passim popularentur, eruptione oppidanorum
et Magonis cum equitatu territi et trepidi, ad si-
gna milites palatos passim revocarunt: et, vixdum
instructa acie fusi, supra mille et quingentos mili-
tes amiserunt. Inde ingens ferocia superbae suo- 2
pte ingenio genti crevit, multisque proeliis lacesse-
bant Romanos: sed intentiores ad cavendum con-
sules una pugna fecerat, incaute atque inconsulte
inita. Restituit tamen his animos, et illis minuit 3

id est *quamque*, Gaertn. unde minima mutatione legam *suae quemque genti adsuetis*. Tradunt exercitum armatum decucurrisse, quemque militum cum motibus suae genti adsuetis. V. etiam Cel. Burm. ad Suet. Aug. 66. Pauci librarii, qui *suae cuique genti* dederunt, errorem commiserant, quem supra iis familiarissimum esse docui ad 6, 3, 8.

§. 6. *Capitis tantum Gracchi hostes potiti sunt*] *capite tantum Gracchi* Rec. Sed reliqui scripti nihil mutant. V. ad c. 14, 5. Paullo ante *Calorim* iterum Lovel. 5. V. ad §. 1.

§. 7. *Ad Cn. Cornelium quaestorem*] Ipsius Gracchi imperatoris. SIG. *ad Cn. quaestorem* Hearnii L. 1. Paullo ante *Karthalo*, pro *Carthalo*, scripsi. V. ad 22, 15, 8.

Is funus imperatoris in castris etc. *fecit*] Videndum est, an vel Livius alibi, vel alii sic loquantur. Livius potius dixit 3, 43, 7. *Ni decemviri funus militare ei publica impensa facere maturassent*. DUK. Etiam 38, 53, 8. *Ne funus sibi in ingrata patria fieret*. Alterum est apud Auct. Epit. Liv. 48. *Cato filii funus tenuissimo sumtu fecit*. Mox *cum exercitu* deest in Lovel. 5.

§. 1. *Eruptione oppidanorum et Magonis cum equitatu territi ac trepidi*] Quid sit, non delibero. Sed Hannonem vocat 26, 5, 6. *Campani omnes pedites equitesque, et cum iis Punicum praesidium, cui Bostar et Hanno praerant*. JAC. GRON. Et ibid. c. 12, 10. *Summa curae omnis in Bostarem Hannonemque, praefectos praesidii Punici, versa erat*. Dignum est consideratione. Nam c. 15. et 16. Magonem in Bruttiis, et c. 21. in Annibalis exercitu fuisse scribit. DUK. Voces *ac trepidi* desunt in Hearnii D. *et trepidi* legunt Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. et Hav. quos sequor.

§. 2. *Multisque proeliis lacessebant Romanos*] Proeliis multis lacessitos non intelligo, nisi qui ad manus jam venerunt: at Romani ad proelia, quae refugiebant, sollicitabantur. Scribe una litera expuncta, *multique proeliis lacessebant Romanos*. hoc est, identidem, saepe lacessebant eos; multique erant in lacessendis

audaciam, parva una res. sed in bello nihil tam leve est, quod non magnae interdum rei momen-
4 tum faciat. T. Quinctio Crispino Badius Campanus hospes erat, perfamiliari hospitio junctus. crevcrat consuetudo, quod aeger Romae apud Crispinum Badius ante defectionem Campanam liberali-

proelio Romanis. Sallust. Jugurth. [84.] *Antea jam infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox.* Et rursus [96.] *In operibus, in agmine, atque ad vigilias multus adesse.* Florus 4, 2. *Multus in eo proelio Caesar fuit, mediusque inter Imperatorem et Militem.* Nazarius Paneg. [c. 26.] *Tu tamen, imperator, non intutior tempore, quam Deo tectior, saevissimo hosti multus instare.* Rubenius *minutisque.* J.FR.GRONOV. Doujatius existimabat, emendationem Gronovii non tollere difficultatem, quam ipse sibi movit; nisi forte *lacessebant proeliis* accipiamus pro ad proelia. Cum Rubenio igitur malebat *minutisque proeliis.* Paullo ante *crevit genti* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. quod primus Aldus mutavit.

§. 3. *Restituit tamen his animos*] Desideratur in Pal. 1. ac vet. ed. τὸ *tamen.* tert. vero *Restituit tum.* GEBH. Eadem vox non conspicitur in Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Ber. Hav. et ed. Parm. Tribus vocibus auctior Brancal. *animos, qui adjecti erant:* pro quo Latinius emendat *abjecti.*

Quod non magnae interdum rei momentum faciat] Pal. tert. oggerit *quod non magnae interdum rei momento faciat.* Eleganter, ut mihi videtur, ut et Propert. [3, 1, 20.]

Non faciet capiti dura corona meo.

Ea sententia iteratur 27, 45, 5. *Famam bellum conficere, et parva momenta in spem metumque impellere animos.* 30, 34, 1. *Ad hoc dictu parva, sed magni eadem in re gerenda momenti res.* 32, 17, 9. *Id consul aegre passus, nec eam ignominiam ad unius modo expugnandae moram urbis, sed ad summam universi belli pertinere ratus, quod ex momentis parvarum plerumque rerum penderet.* GEBH.

§. 4. *T. Quinctio Crispino*] Non eo, quem 24, 39. a Marcello classi castrisque veteribus in Sicilia praefectum fuisse scribit: nam is eo tempore adhuc in Sicilia erat infra c. 26. Nec in eum convenit, quod paullo post dicit, *diu cunctantem Crispinum perpulere turmales.* DUK. V. supra ad 24, 39, 12.

§. 5. *Tum Badius, progressus ante stationes*] Hanc totam rem, aliis tamen verbis, expressit Valerius [5, 1, 3.] SIG. Cl. Crevier. in Put. invenit *Stum Badius:* pro quo emendandum conjecit *Is tum Badius*, ut ita melius connectatur oratio.

Evocari Crispinum jussit] Omnes MSS. *vocari Crispinum jussit.* J. FR. GRON. Consentiunt omnes mei, et Oxonienses Hearnii, cum edd. antt.

Manente memoria, etiam in dissidio publicorum foederum, privati juris] Rectius Pal. 1. *etiam*

Digitized by Google

ter comiterque curatus fuerat. Tum Badius, pro- 5
greſſus ante ſtationes, quae pro porta ſtabant, vocari Crispinum juſſit. quod ubi est Crispino nunciatum, ratus conloquium amicum ac familiare quaeri, manente memoria, etiam in discidio publicorum foederum, privati juris, paullum a ceteris proces-

in discidio publicorum foederum. Ita enim poſtulant legi verba ſequentia, *publicis foederibus ruptis dirempta simul et privata jura esse.* GEBH. Put. Petav. Voſſ. et quicquid vidimus et summae et mediae sanctitatis codicum: *in discidio publicorum foederum.* ne veteres libros desiderent viri docti, negantes *discidium* esse diſtractionem, et quidem corporis aut quasi corporis, *dissidium* vero diſſensionem animorum. Neque enim si *dissidere* Propertius alicubi pro longe situm esse dixit, ideo sequitur, *dissidium* quoque de corporibus semotis dici, quum derivata non semper aeque late, quam primitiva, porrigantur. Potuiſſent addere, ubi per hiatum *terra dissedisse* dicitur, et ex Silii 7, [736.] de Minucio magiſtro equitum: *qui partitis dissederat ante maniplis:* neque tamen illa nos movent. Faſtidium hoc est usus, quale notavimus in *discernere* et *discrimen.* V. 3. Obs. 13. Multo minus obest Terentianum [in Andr. 4, 2, 13.] *valeant, qui inter nos discidium volunt.* Non enim hi liticulam aut friguſculum quaerebant inter Pamphilum et Glycerium; sed ut ille hanc desereret, aliam duceret; ut inter eos, verbis Plauti, *diſtractio, discidium, vastitias veniret.* Itaque pro animo, quo erga eam erat quasi jam ductam, illos, qui adversentur, divortium velle ait. Bello foedus, si quod antea erat, rumpitur atque discinditur. ideo *discidium foederum* dicimus, non *dissidium:* neque enim et *dissidere* foedus potest dici. At apud Plautum in Milite 3, 1. *Neque per vinum unquam ex me oritur dissidium in convivio:* male Lambinus et qui eum sequuntur *discidium.* Rixam enim significat et contentionem, quae est animorum diſſensio verbis explicata. Sequitur enim, *si quis ibi odiosus est, abeo domum.* Si prius *discidium* diximſſet, nunc adfirmaret, quod statim ante negaverat: abeundo enim a sodalicio *discidium* facit. Cicero in Laelio c. 7. *Quae enim domus tam stabilis, quae tam firma civitas est, quae non odiis atque dissidiis funditus possit everti?* Perperam hic Gulielmius et Gruterus *discidiis.* Amicitiae enim et concordiae non diversum *discidium*, sed *dissidium:* quod *dissensiones et discordias* ante dixit Cicero. Philippus ad filios apud Livium 40, [8, 11.] *Quoties ego, audientibus vobis deteſtatus exempla discordiarum fraternarum, horrendos eventus eorum retuli, quibus se stirpemque suam, domos, regna funditus evertissent?* Cicero ad Atticum 4. ep. 1. *Te acerbissime discidium noſtrum tulisse.* quod nempe fiebat locorum separatione, amicitia illaesa. Apud Trogum 23, [2.] *crudele discidium* Agathoclis et uxoris ejus, integra concordia et pietate conjugali. In divortio autem etsi plerumque sit animorum quoque dis-

Digitized by Google

6 sit. Postquam in conspectum venere, *Provoco te*, inquit, *ad pugnam, Crispine*, Badius: *conscendamus equos, submotisque aliis, uter bello melior sit, decer-*
7 *namus.* Ad ea Crispinus, *nec sibi, nec illi*, ait, *hostes deesse, in quibus virtutem ostendant: Se, etiamsi in acie obcurrat, declinaturum, ne hospitali caede dex-*

sensus, tamen is proprie non explicatur verbo *discidium*, sed distractio tori, domus, familiae. Tiberius Agrippinam coactus est dimittere, quam tenerrime amabat: hoc *discidium* fuit absque *dissidio*. Idem, postquam Juliam duxisset, primum concorditer cum ea vixit, mox *dissedit* (ait Sueton. c. 7.) et aliquanto gravius, ut etiam perpetuo secubaret: *dissidium* id fuit hactenus, etiam *discidium* lecti genialis, nondum *discidium* matrimonii. Tacitus 2. Ann. 28. *Sed exscidium procul abfuisse.* Pichena *dissidium*, duplici errore: primum quod *dissidium* putat esse idem, quod *discidium*; dein quod divortium metuere putat, qui domus exscidium et interitum verebantur. Sed omnium pessime illi, quibuscum Gulielmius *discidium* vult scribi, quoties agitur de amicitia quasi discidenda; *dissidium* autem, quoties tantum dissidemus, hoc est, ut ait, locorum intercapedine sejungimur. Nihil improbandum magis. Symmach. 6. ep. 70. *Domi corruptorum parietum discidia sarciuntur.* Optime: nam *discidium* est discessus: unde ei *concilium* facit contrarium Lucretius. In rimis discedit paries. Aut est divortium. At *dissidium* numquam pro dissessu ponitur, numquam pro divortio, sed pro discordia, dissensione, jurgio. Membranae priscae alicujus dignitatis satis observant discrimen. Ex his judicari potest de J. Passeratio ad Propert. 1, 11. J. FR. GRON. *in dissidione* Rec. *in disidio* Lovel. 2. et Ber. Reliqui mei, omnesque Hearnii Oxon. recte *in discidio*. Discrimen inter *discidium* et *dissidium* ante Gronov. observavit etiam Gisan. Conlect. in Lucret. v. *Discidium*; post Gronov. vero Broekhus. ad Prop. 2, 19, 16. et Tibulli 1, 5, 1. Recte itaque Jac. Gronov. edidit apud Cic. de Amic. 21. *Danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant; sin tale aliquid evenerit, ut exstinctae potius amicitiae, quam obpressae esse videantur.* ubi male ex mente Lamb. Graevius vulgavit *discidia*, quod perperam etiam probat Ciofan. ad Nas. 14. Met. 79. discrimen illud neglegens.

§. 6. *Provoco te, inquit, ad pugnam, Crispine, Badius*] *inquit, ad pugnam, Crispino* Voss. Florent. Lovel. 1. 5. et Harlej. *inquit, Crispine, ad pugnam* Lovel. 2. Mox *uter melior*, pro *uter bello melior*, male Hav. V. ad 4, 2, 2.

§. 7. *Se ab eo, etiamsi in acie obcurrat, declinaturum*] *Tà ab eo* nec in Gall. nec Voss. duobus Pall. habentur. J. FR. GRON. In pr. ed. not. Gronov. insuper verba illa ex codd. auctoritate delenda monuerat: cujus judicium inde firmatur, quod exsulent etiam a Florent. Cant. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn.

Digitized by Google

tram violet. conversusque abibat. Enimvero fero- 8
cius tum Campanus increpare mollitiem ignaviamque, et se digna probra in insontem jacere, *hospitalem hostem* adpellans, *simulantemque parcere, cui sciat parem se non esse. si parum publicis foederibus ru-* 9
ptis diremta simul et privata jura esse putet, Badium

Hav. et Hearnii Oxon. Eadem in pluribus Mstis non conspici, et, ut minime vitiant orationem, si adsint, ita et abesse posse sine sensus dispendio, monuit Crevier. Codicibus itaque morem gerendum, et voces delendas judicavi. Mox §. seq. *mollitiam*, pro *mollitiem*, Florent. et Gaertn. V. ad 31, 6, 5.

§. 9. *Diremptа simul et privata jura esse*] *direptа* Voss. Lovel. 2. Ber. a m. 2. Gaertn. et Hav. cum ed. Tarvis. priore. V. ad 37, 32, 7. *dirupta* Lovel. 4. quod ex *direptа* ulterius conruptum est. V. ad 5, 20, 6.

Palam omnibus, duobus exercitibus audientibus, renunciare hospitium] Hic *τὸ omnibus* Put. et optimi quique refutant. Vereor, ne et *τὸ audientibus* sit inculcatum ab improvido correctore, et fuerit ab Livio: *palam duobus exercitibus renunciare hospitium.* Ut 6, [14, 5.] *Creditori rem palam populo solvit.* Aurelius Vict. Schotti in Nerone: *Amictus nubentium virginum speciem, palam senatu, dote dicta in manum conveniret.* Immo maneat vetus lectio: *palam, duobus exercitibus audientibus, renunciare.* Quod non multum abit ab illo Caesaris 1. Gall. [47.] *Quos quum apud se in castris Ariovistus conspexisset, exercitu suo praesente clamavit.* Cic. contra competitores: *Praesente populo Romano factum est.* Apud Festum: *Pube praesente est populo praesente.* J. FR. GRON. Nos videntes a Cantabrig. libro etiam abesse *τὸ omnibus*, locum hunc ita formandum censuimus: *palam, ducibus, exercitibus audientibus.* Plane ut contraria vice 27, 19, 10. *Inscio avunculo clam.* Non etiam id faciebat Badius duobus tantum exercitibus audientibus, ubi erant Claudianus ac Fulvianus, Campanusque ac Punici milites. Praeterea amat Livius jungere duces exercitusque, ubi id necessarium non est. 10, 25, 13. *Non suffecturum ducem unum, nec exercitum unum.* 25, 24, 12. *Duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus deleti.* add. 35, 2. et 36, 4. 26, 7, 7. *Abstracturam duces atque exercitus Romanos.* JAC. GRON. Vix credo corruptum esse *duobus.* Duo Romani exercitus ab una parte pro uno, et Campanus immixtis Poenis ab altera itidem pro uno exercitu haberi possunt. DUK. Vocem *omnibus* non agnoscit etiam Florent. Ulterius itaque in contextu conspici non debere judicavi. Deinde neque mihi *duobus* in *ducibus* mutandum videtur ob caussam a Cl. Dukero datam. Illud autem *palam exercitibus audientibus* eodem pleonasmi genere dictum est, quo *palam ante oculos* apud Cic. 5. in Verr. 26. *Quam libenter eum palam ante oculos omnium esse patiatur.* Quae autem Modius de renunciatione amicitiae vel hospitii ad hunc locum notat, expunxi, quia

Digitized by Google

Campanum T. Quinctio Crispino Romano palam, duo-
10 *bus exercitibus audientibus, renunciare hospitium. Ni-*
hil sibi cum eo consociatum, nihil foederatum hosti cum
hoste, cujus patriam ac penates publicos privatosque ob-
11 *pugnatum venisset. Si vir esset, congrederetur.* Diu
cunctantem Crispinum perpulere turmales, ne in-
12 pune insultare Campanum pateretur. itaque tantum
moratus, dum imperatores consuleret, permitte-
rentne sibi extra ordinem in provocantem hostem
pugnare, permissu eorum arma cepit, equumque
conscendit, et Badium, nomine compellans, ad
13 pugnam evocavit. Nulla mora a Campano facta
est. infestis equis concurrerunt. Crispinus supra
scutum sinistrum humerum Badio hasta transfixit,
superque delapsum cum vulnere ex equo desiluit,
14 ut pedes jacentem conficeret. Badius, priusquam
obprimeretur, parma atque equo relicto, ad suos
15 aufugit. Crispinus, equum, armaque capta, et

commode videri possunt apud Lips. ad Tac. 2. Ann. 70. in excursu L. Quaedam etiam videnda sunt apud Sigon. ad Liv. 42, 25, 1.

§. 10. *Nihil foederatum hospiti cum hoste*] Meliores codd. omnes *hosti cum hoste*, ut olim conjeceramus [in Diatr. Stat. c. 44. p. 295.] J. FR. GRON. Consentiunt Lovel. 1. Harlej. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. Praeterea *confoederatum* Lovel. 5. quod barbarum esse, et tantum apud nonnullos scriptores ecclesiasticos reperiri, docuerunt Voss. de Vit. Serm. 1, 19. et Vorst. de Lat. mer. susp. c. 31.

§. 11. *Diu cunctantem Crispinum perpulere*] Vox *Crispinum* exsulat ab Hearnii L. 1. Deinde *pepulere* Ber. *pertulere* Florent. a m. 1. *perculere* a m. 2. Voss. a m. 1. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. V. ad 3, 30, 5. Mox §. seq. *equumque ascendit*, pro *conscendit*, Harlej. Deinde *nomine appellans*, pro *compellans*, Lovel. 5. utrumque male.

§. 13. *Infestis equis concurrere*] Parum refert, sed optimi *concurrerunt*. Et mox *desiluit*, non *desiliit*. J. FR. GRON. *concurrerunt* etiam Florent. Harlej. Rec. et Hav. *concurrunt* Lovel. 1. *concurritur* Lovel. 2. Optimos secutus sum.

Ex equo desiliit] Probat hanc

Digitized by Google

cruentam cuspidem insignis spoliis ostentans, cum magna laude et gratulatione militum, ad consules est deductus, laudatusque ibi magnifice, et donis donatus.

XIX. Hannibal ex agro Beneventano castra ad 1
Capuam quum movisset, tertio post die, quam venit, copias in aciem eduxit: haudquaquam dubius, quod Campanis, absente se, paucos ante dies se- 2
cunda fuisset pugna, quin multo minus se suumque toties victorem exercitum sustinere Romani possent. Ceterum, postquam pugnari coeptum est, 3
equitum maxime incursu, quum jaculis obrueretur, laborabat Romana acies: donec signum equitibus datum est, ut in hostem admitterent equos. ita e- 4
questre proelium erat; quum procul visus Sempronianus exercitus, cui Cn. Cornelius quaestor praeerat, utrique parti parem metum praebuit, ne hostes novi adventarent. Velut ex composito utrim- 5

scripturam et vetus editor. Reliqui tres codd. *desiluit*. GEBH. Ita et Florent. Harlej. pluresque alii: quod jam Gronov. recepit. V. ad 2, 10, 11. Paullo ante *superque se delapsum* Lovel. 4. *super quem delapsum* Ber. Gaertn. et editi ante Aldum.

§. 14. *Parma atque equo relicto*] *relictis* Hav. et Brancal. Latinii. Sed nihil mutantes alii vulgatum verum esse indicant.

§. 15. *Equum, armaque capta, cruentam cuspidem*] Scripti *armaque capta et cruentam*. J. FR. GRON. Consentiunt non tantum scripti mei, et Hearnii Oxon. verum etiam omnes edd. ante Gruterum, qui male τὸ *et* omisit. De hac compositione orationis v. ad 2, 31, 1. Deinde *equo parmaque capta* Lovel. 2. *equum parmaque capta* Hav. *equum parmamque captam* Brancal. Latinii. Verum et hic omnes alii in vulgatum conspirantes id praeferendum evincunt. Similiter *armatus* et *parmatus* commutantur supra 4, 38, 3.

Cum magna laude et gratulatione militum] Pal. 3. *cum magna laude congratulatione militum*. Forte *cum magna laude, cum gratulatione militum*. GEBH. Omnes mei receptam lectionem tuentur.

§. 3. *Ut in hostem admitterent equos*] Pal. sec. *dimitterent*. Non laudo. GEBH. Neque ego. V. ad 2, 19, 6.

Digitized by Google

que signum receptui datum: reductique in castra prope aequo Marte discesserunt. plures tamen ab
6 Romanis primo incursu equitum ceciderunt. Inde consules, ut averterent Capua Hannibalem, nocte, quae secuta est, diversi, Fulvius in agrum Cuma-
7 num, Claudius in Lucanos abiit. Postero die, quum vacua castra esse Romanorum nunciatum Hannibali esset, et duobus agminibus diversos abiisse; incertus primo, utrum sequeretur, Appium institit
8 sequi. Ille, circumducto hoste, qua voluit, alio itinere ad Capuam rediit. Hannibali alia in his lo-
9 cis bene gerendae rei fortuna oblata est. M. Centenius fuit cognomine Penula, insignis inter pri-

§. 4. *Itaque equestre proelium erat*] Vet. lib. *ita equestre proelium erat*. SIG. Pall. tres *ita equestre proelium*. GEBH. Non aliter plerique mei. V. ad 21, 53, 7. *jam equestre proelium* Hav. *equestre bellum* Hearnii D. Sed v. ad 3, 61, 2. Mox *cui cum Cornelius quaestor* Lovel. 2. *cui M. Cornelius quaestor* Hearnii L. 1. V. ad 7, 12, 1. *praetor*, pro *quaestor*, Voss. a m. 1. Male. Intelligitur enim Cn. Cornelius quaestor, c. 17, 7. memoratus. Vox *quaestor* deest in Ber. a m. 1.

§. 6. *Diversi, Fulvius in agrum Cumanum, Claudius in Lucanos abierunt*] Comparet in Pall. tribus et vet. ed. *in Lucanos abiit*. Malo tamen vulgatum. GEBH. *divisi* Rec. Hav. Hearnii N. et Brancal. Latinii. Male. V. ad 10, 33, 10. Deinde *abit* Put. et Florent. *abiit* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Frobcn. anni 1535. Similiter apud Crevier. Victor. a qua lectione is non abhorrere videtur. Et sane ita Livius supra 10, 27, 8. *Diversae ferae, cerva ad Gallos, lupa ad Romanos, cursum deflexit*. Contra vero ibid. c. 44, 9. *Diversi, Papirius ad Sepinum, Carvilius ad Volanam obpugnandam, legiones ducunt*. Quum igitur utrumque recte dici, et Livio etiam in usu fuisse pateat, caussam non video, quae codd. lectionem recipi prohibeat. Paullo ante §. praec. *signum receptui datur*, pro *datum*, Lovel. 1. 2. 4. 5. et Hav.

§. 7. *Vacua castra Romanorum nunciatum*] Optimi *castra esse Romanorum*. J. FR. GRON. Meorum nulli consentiunt, nisi forte Voss. et Lovel. 1. ex quibus nihil notatum video. Certe optimi eorum, quos adhibui, Florent. Cant. et Harlej. verbum a Gronovio additum ignorant. Mox *instituit sequi*, pro *institit*, Ber. Gaertn. et edd. antt. usque ad Aldum. Sed optimi stant pro vulgato, quos sequi malo. V. ad 28, 46, 11.

§. 8. *Hannibali alia in aliis lo-*

Digitized by Google

nipili centuriones et magnitudine corporis et animo. is, perfunctus militia, per P. Cornelium Sullam praetorem in senatum introductus, petit a Patribus, uti sibi quinque millia militum darentur. 10
Se, peritum et hostis et regionum, brevi operae pretium 11
facturum; et, quibus artibus ad id locorum nostri et duces et exercitus capti forent, iis adversus inventorem usurum. Id non promissum magis stolide, quam 12
stolide creditum: tamquam eaedem militares et imperatoriae artes essent. data, pro quinque, octo 13
millia militum; pars dimidia cives, pars socii: et ipse aliquantum voluntariorum itinere in agris concivit, ac, prope duplicato exercitu, in Lucanos

cis bene gerendae rei fortuna oblata est] Pall. tres *alia in his locis*. vet. ed. *alia in iis locis*. GEBH. Illud *alia in aliis* primum adparuit in edd. Grut. contra omnium codd. fidem. Recte igitur Gronov. jam priscam lectionem revocavit. *τὸ est* non conspicitur in Harlej. Paullo ante *circumducto hoste*, *quam voluit*, pro *qua*, Florent. Cant. Voss. Lovel. 5. Harlej. et Gaertn. V. ad 6, 35, 9. *quem voluit* Lovel. 1. Deinde *ad Capuam redit*, pro *rediit*, Hav. V. ad 36, 35, 2. *Capuam rediit*, omissa praepositione, Lovel. 4.

§. 9. *M. Centenius fuit, cognomine Penula*] *M. Centenius, cui fuit cognomen* Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Male. V. ad 24, 34, 2. Ceterum Gronov. anno 1665. edidit *Poenula*, quod Jac. Gronov. et Cleric. servarunt; quum priores ediderint *Penula*. Quod cur mutarint, caussam non intelligo; nisi forte ex operarum errore natum sit.

Et magnitudine corporis et animi] Scripti *animo*. Sallust. Jug. [113.] *Voltu corporis pariter atque animo varius*. J. FR. GRON. *animo* etiam Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. et alii, cum Hearnii Oxon.

§. 11. *Et, quibus artibus ad id locorum*] *se quibus artibus* Cant. Voss. Lovel. 2. 5. Harlej. Gaertn. Hav. et Ber. a m. 2. *e quibus artibus* a m. 1. *est quibus artibus* Florent. in quo tamen *est* postea manus altera expunxit.

§. 12. *Id non promissum magis stolide, quam stolide creditum*] Alterum *stolide* vacare puto. J. FR. GRON. Omnes codd. vocem illam utroque loco servant, sine quorum consensu expungenda non videtur. Unus quidem Harlej. eam altero loco omisit, verum simul vocem vel sequentem vel praecedentem *quam*; unde constat, culpa librarii neglectam esse. V. ad 9, 11, 11.

§. 13. *Aliquantum voluntariorum itinere in via concivit*] *in iti-*

Digitized by Google

pervenit; ubi Hannibal, nequidquam secutus Clau-
14 dium, substiterat. Haud dubia res est, quippe inter Hannibalem ducem et centurionem, exercitusque, alterum vincendo veteranum, alterum novum totum, magna ex parte etiam tumultuarium ac se-
15 miermem. Ut conspecta inter se agmina sunt, et neutra pars detrectavit pugnam, extemplo instructae acies. pugnatum tamen, ut in nulla pari re, duas amplius horas, concitata et, donec dux ste-

nere in via Lovel. 5. In reliquis igitur prius *in* videri potest interceptum esse a praecedentis vocis litera finali. V. ad 10, 13, 3. Quum tamen alii omnes codd. praepositionem eo loco ignorent, *itinere*, pro in itinere, dictum esse puto eodem modo, quo *acie*, pro in acie, inlustratur ad 9, 32, 12. et *comitari expeditione patrem* apud Cel. Burm. ad Suet. Calig. 10. V. etiam ad 26, 44, 5. In duobus igitur illis codd. nata est praepositio ex repetita ultima vocis proximae litera. V. ad 37, 11, 4. Deinde *conscivit* Florent. Lov. 2. 4. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. librariorum lapsu. V. ad 33, 49, 2.

§. 14. *Quippe inter Hannibalem ducem et centurionem*] Silius meus [12, 463.]

Obvius huic sparso Centenius agmine raptim etc.

MODIUS.

Alterum novum totum, et magna ex parte] Put. et Pet. ignorant copulativam. J. FR. GRON. Eamdem ignorant quoque Florent. Cant. et Lovel. 2. ac 4. *alterum novum totum et semiermem*, omnibus mediis omissis, Harlej. et Hçarnii L. 1.

§. 15. *Pugnatum tamen, ut in nulla parte duabus amplius horis, concitata, et donec dux stetisset Romanam aciem*] Opinor legendum *etiam donec dux stetisset Romana acie*. VALLA. Hujus lectionis auctor fuit Laur. Valla, cum antea legeretur: *pugnatum tamen ut in nulla parte duabus amplius horis concitata donec dux stetisset Romanam aciem*. Ex quibus verbis melior et sententiae aptior lectio mihi videtur elici posse, quam quae a Valla collecta est, hoc modo: *pugnatum tamen duabus amplius horis vi in nullam partem concitata, donec dux stetit, Romana acie*. Sic loquitur etiam 27, [12, 14.] *Pugnatum amplius duabus horis est, decedere inde cepere*. et 42, [7, 5.] *Pugnatum est amplius tres horas, ita ut neutro inclinaret spes*. Sensus est: Quamquam pugnae haud dubius eventus erat, quod et imperator et exercitus apud Romanos deterior multo erat, pugnatum est tamen per duas amplius horas ita egregie, ut in nullam partem Romana acies inclinari posset, donec dux eorum stetit; postquam autem cecidit, fusa est extemplo Romana acies. SIG. Pall. 1. ac 3. *pugnatum tamen, ut in nulla pari re duas amplius horas, concitata et dux stetisset Romanam aciem*. Sec. ita quoque, nisi quod *duabus amplius horis*. GEBH. Put. et Pet. *ut in nulla*

Digitized by Google

tisset, Romana acie. Postquam is, non pro vetere 16
fama solum, sed etiam metu futuri dedecoris, si sua temeritate contractae cladi superesset, objectans se hostium telis, cecidit, fusa extemplo est Romana acies. sed adeo ne fugae qui- 17
dem iter patuit, omnibus viis ab equite insessis, ut ex tanta multitudine vix mille evaserint; ceteri passim, alii alia peste, absumti sint.

pari re duas amplius horas concitata et, donec dux stetisset, Romanam aciem. Recte igitur Valla, frustra obnitente Sigonio; nisi quod particulam, supposito *etiam*, mutare non fuit necesse. Pall. duo, Florent. Voss. Barber. Men. non dissentiunt, praeterquam quod nonnullis excidit *donec*. J. FR. GRON. Quemadmodum ad caput emendationis Vallae legitur, ipsius tempore vulgo exstabat. In prima eorum verborum parte ipse nihil mutavit, sed postea primi editores vulgarunt: *pugnatum tamen, ut in nulla pari re, duas amplius horas.* Hanc lectionem servant Florent. Cant. Lovel. 4. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. D. et N. Neque dissentiunt reliqui, nisi quod vox ultima *horas* desit in Voss. et Lovel. 1. et *duabus amplius horis* legant Lov. 2. et 5. Deinde in ultima parte, quam emendatione indigere censuit Valla, *concitata et, donec dux stetisset, Romanam aciem* praeferunt plerique codd. mei, et Hearnii Oxon. Pauci tantum ab ea lectione in quibusdam discedunt. *Τὸ et* omittunt Lovel. 1. Harlej. et Hav. ejus loco *etiam* legunt Ber. et Hearnii N. Deinde *donec* omittunt Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. et Hearnii D. Tandem *Romana acies* est in Hafn. et Hav. Ego ita sentio: quum aeque dici possit *amplius duabus horis*, ac *duas horas*, ut ab ipso Sigonio prolata loca docent, posterius cum plerisque scriptis praefero. Deinde, reposita particula *et*, quam perperam Gronov. ejusque exemplo reliqui posteriores editores neglexerunt, lego *concitata et, donec.* Intelligo autem *concitata et Romana acie*, nempe in hostem, ut plene exprimit 8, 39, 7. et alibi. id est, eo tempore non tantum Romanos hostem adgredientem repulisse, sed eumdem vicissim invasisse, in eum procurrisse.

§. 16. *Objectans se hostium telis, cecidit*] Pal. 3. *recidit*. prisca ed. *decidit*. GEBH. *decidit* etiam Ber. Gaertn. et edd. antt. *occidit* Lovel. 4. quomodo saepe variarunt librarii in scriptis. V. ad 36, 36, 6. Vulgatum malo propter ἀντίθεσιν praecedentis *stetisset*.

§. 17. *Sed adeo ne fugae quidem iter patuit*] Pal. 1. *sed ad se nerve quidem.* et alludens eo tert. *sed ad se neve quidem.* sec. *sed ne ad fugam quidem.* Statim contumaci consensu libri omnes mihi consulti, *ut ex tanta multitudine vix decem evaserint.* GEBH.

Digitized by Google

1 XX. Capua a consulibus iterum summa vi obsideri coepta est: quaeque in eam rem opus erant,
2 comportabantur parabanturque. Casilinum frumentum convectum: ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs

Puto hoc bene conjectum ex Put. et Pet. lectione: *sed adsenervae quidem iter patuit.* J. FR. GRON. *sed ad se nerve* Florent. Voss. Lovel. 1. et Gaertn. *sed ad severne* Harlej. *sed ad id se neve* Lovel. 4. *sed a se vetare ne quidem iter potuit* Lovel. 2. *sed ad fugam quidem iter patuit* Lovel. 5. *sed ad fugam quidem iter minime patuit* Hav. *sed ad fugam minime quidem iter patuit* Hafn. Deinde *vix decem*, vel *vix X evaserint* Cant. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum. Optimi servant *mille.* Et recte. Librarii enim pro minus cognita millenarii numeri nota ∞ notiorem denarii *X* substituerunt, ut saepissime soliti sunt. V. ad 33, 14, 5.

Ceteri passim, alii alia peste, absumti sunt] Scripti *sint.* J. FR. GRON. Id etiam inveni in Florent. Voss. Lovel. 1. Harlej. et Hearnii N. ac D.

§. 1. *Capua a consulibus interim summa vi obsideri*] Put. Pet. uterque, Voss. Men. *iterum.* Vere. Infra c. 22, 15. *Annibal magnifice respondit, et antea solvisse obsidionem, et nunc adventum suum consules non laturos.* J. FR. GRON. *iterum* non tantum omnes codd. sed et vett. edd. Solent autem hae voces commutari. V. ad 10, 18, 1.

§. 2. *Casilinum frumentum convectum: ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs est, castellum communitum: (ante Fabius Maximus munierat)*] Incertum, quae sit illa urbs: incertius, quod de duobus castellis maritimis subnectit. Fabius tertio suo consulatu, quum in L. Posthumii locum subrogatus esset, Puteolos ex authoritate senatus communierat, ut libro praec. non multis foliis ab initio [c. 7, 10.] tradidit Livius. Praeterea in hoc libro non ita multo post [c. 22, 5.] Ap. Claudius consul D. Junium ad ostium Vulturni, M. Aurelium Cottam Puteolis praeposuit, ut, ut quaeque naves ex Hetruria ac Sardinia accessissent, extemplo in castra mitterent frumentum. Quare si de Puteolis loquitur, de Fabio procedit. Immo ibidem Livius continuo subnectit, Ap. Claudium, ad Capuam regressum, collegam Q. Fulvium invenisse Casilino omnia importantem, molientemque ad oppugnandam Capuam. Quod si verum est, neque hic aliquis est historiae defectus, videtur vere dubium, de quo castello loquatur Livius ad Vulturni ostium. Casilinum enim ad Vulturnum quidem erat, sed non ad ejus ostium. GLAR. Quod dicat, *ubi nunc urbs est*, non est, quod desiderari quicquam putet Glareanus. *Vulturnum* enim oppidum intelligit, quod ad ipsius Vulturni fluminis ostium fuit, ut Strabo l. 5. [p. 243.] tradit. Duo autem maritima castella hoc loco nominat, *Vulturnum*, quod in ore fluminis, et *Casilinum*, quod ad flumen Vulturnum fuit. Quod autem inquit, Vulturnum ante a Fabio Maximo communitum fuisse, κατὰ διωπεώμενον intelligendum est: non enim su-

Digitized by Google

est, castellum communitum: (ante Fabius Maximus munierat) praesidium inpositum, ut mare proximum et flumen in potestate essent. In ea duo ma- 3
ritima castella frumentum, quod ex Sardinia nuper

pra Vulturnum, sed Puteolos communitos esse a Fabio scripsit 24, [7, 10.] Tria autem fuisse castella hoc bello communita, Vulturnum, Casilinum, Puteolos, ipse paulo post tradit [c. 22, 5.] Ita Ap. Claudius consul D. Junio *ad ostium Vulturni*, M. Aurelio Cotta *Puteolis* praeposito, ipse Capuam regressus, Q. Fulvium collegam invenit *Casilino* omnia comportantem, molientemque ad oppugnandam Capuam. SIG. Sane Puteolos intelligit; sed ut alterius nomen non expressit, ita hoc quoque aliunde requiri voluisse videtur. Lego, *alterum Fabius Maximus*. Mitius hoc certe, quam inserere *Puteolos* cum Cluverio 4, 2. [p. 1097.] Habes utraque c. 22, 5. Sed fortassis, *ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs est, castello communito, quodque Fabius Maximus munierat, praesidium impositum, ut mare proximum et flumen in potestate essent. in ea duo maritima castella*, etc. Vulturnum nempe et Puteolos. Vulgo quoque *ut et mare*. Exigunt copulativam Put. Voss. Gud. J. FR. GRONOV. Cl. Crevier. conjicit *ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs est, castellum communitum. Puteolis (ante Fabius Maximus munierat) praesidium impositum*. Codices hic conruptos esse, et alterius castelli maritimi a Fabio Maximo muniti mentionem requiri, idque Puteolos esse, certum puto. Utrum vero Livius ejus nominatim meminerit, an obscure tantum, omisso nomine, indicarit, controvertitur. Quidnam praeferendum sit, constituere nequeo, sed integriores codd. exspectandos censeo. Unus Hafn. *castellum communitum* (*quod ante Fabius*. An igitur *castello communito, quodque ante Fabius?* Praeterea *ut mare*, sine media copulativa, etiam Florent. Cant. Lovel. 1. 2. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et N.

§. 3. *Quodque Minucius praetor ex Etruria coëmerat*] Alii *Mutium* emendarunt, quod Q. Mutius Scaevola prorogatum imperium habebat in Sardinia. At non opinor illum, e sua egressum provincia tam gravi bello, in Hetruriam emptum isse frumentum. Paulo ante C. Servilius legatus ex authoritate Patrum a P. Cornelio praetore in Hetruriam ad frumentum coëmendum missus erat, qui Tarentinae arci, onustis frumento navibus, succurrit, quod author antea scripsit [c. 14, 4.] Verisimile est, frumenti aliquid Hostiae mansisse ad Capuae obsidionem, quod Servilius legatus, non Q. Mutius praetor, ex Hetruria coëmerat, cum alioqui ab eodem Mutio nuper missum narretur. Ipse lector Livii verba pensitet, ut sese sequantur, et inveniet, non temere hunc annotatum locum. Sed ut finem inveniat haec dubitatio, quando M. Junius Syllanus Hetruriae praetor erat hoc anno, ut patet ab initio hujus libri [c. 3, 2.] ubi novi creantur magistratus, pro *Mutius praetor*, legendum puto *M. Junius praetor*. GLAR. Vet. lib. alii *Minutius*, alii *Mutinius* habent. Ego *M. Junius*. †. „ Hinc „ vide annotationes Glareani, et,

Digitized by Google

missum erat, quodque M. Junius praetor ex Etruria coëmerat, ab Ostia convectum est, ut exercitui per
4 hiemem copia esset. Ceterum super eam cladem, quae in Lucanis accepta erat, volonum quoque exercitus, qui, vivo Graccho, summa fide stipendia fecerat, velut exauctoratus morte ducis, ab
5 signis discessit. Hannibal non Capuam neglectam, neque, ut tanto discrimine, desertos volebat socios: sed, prospero ex temeritate unius Romani ducis successu, in alterius ducis exercitusque opprimen-
6 di occasionem inminebat. Cn. Fulvium praetorem Apuli legati nunciabant, primo, dum urbes quas-

„an Sigonius vel ipse hunc locum emendarit, cognosces." †. Est enim M. Junius Silanus is, cui Tusci, ut supra diximus [ad cap. 3, 2.] evenerunt. Neque enim *Minucius* ullus per haec tempora praetor fuit, et *Q. Mucius* triennio ante in Sardinia, non in Etruria fuit, et nunc in eadem provincia prorogato imperio erat. Error natus est ex *M. Junius*, *Miunius*, *Minucius*, *Mucius*. SIG. Prisca ed. *quodq; Minucius*. Pal. pr. *Mutinius*. sec. *Mutinus*. tert. *mittimus*. GEBH. *Mutinius* exhibent libri: quod cur dubitem debere esse *M. Junius*, ut Glareano et Sigonio visum? J. FR. GRON. *quodque Mutinius* Florent. Lovel. 2. 4. et Hav. *quodque Minucius* Lovel. 5. Ber. et Gaertn. *quodque Mututius* Harlej. *quodque Mucius* Lovel. 1. *quodque Munitius* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *quodque M. Junius* emendantibus consentit Pighius in Ann. ad ann. DXLI. p. 178. Voces *ex Etruria* desunt in Harlej. et Hearnii L. 1.

Ubi exercitui per hiemem copia esset] Libri omnes *ut exercitui*. GEBH. Scripti *ut*. J. FR. GRON. Ita non tantum scripti mei, cum Hearnii Oxon. verum et omnes, quas vidi, edd. antt. usque ad Basil. anni 1539. quae prima *ubi*, forte operarum errore, dedit. Quamvis autem interim Vascos. Gryph. Sigonius priscam scripturam reduxerint, recentiores tamen usque ad Gronov. *τὸ ubi* servare maluerunt.

§. 4. *Ab signis decessit*] Meliores *discessit*. Caesar 5. Gall. [16.] *Neque ab signis discedere auderent*. Et iterum [c. 33.] *Quod fieri necesse erat, ut vulgo milites ab signis discederent*. 1. Civ. [44.] *Ordines servare, neque ab signis discedere*. J. FR. GRON. *discessit* non tantum edd. usque ad Aldum, sed ex codd. meis etiam Florent. et pauci alii, licet plerique alterum perperam tueantur. Ita *discedere ab Janiculo* 2, 14, 3. *discedere ab armis* 9, 14, 1. *ab sua parte belli discedere* 37, 26, 13. V. ad 3, 17, 1. et 27, 10, 1. Solent autem hae voces in Mstis saepissime con-

Digitized by Google

dam Apulorum, quae ad Hannibalem desciviſſent, obpugnaret, intentius rem egiſſe: poſtea nimio
succeſſu et ipsum et milites, praeda impletos, in
tantam licentiam socordiamque effusos, ut nulla
disciplina militiae eſſet. Quum saepe alias, tum 7
paucis diebus ante expertus, qualis sub inscio duce exercitus eſſet, in Apuliam caſtra movit.

XXI. Circa Herdoneam Romanae legiones et 1
praetor Fulvius erant. quo ubi adlatum est, hoſtes adventare, prope est factum, ut injuſſu praetoris signis convulsis in aciem exirent. nec res ulla magis tenuit, quam spes haud dubia, suo id arbitrio,

fandi. V. ad 2, 31, 11. Paullo ante *cui summa fide* non conspiciuntur in Ber. Deinde *fecerant* Hav.

§. 5. *Neque in tanto discrimine desertos volebat socios*] Libb. omnes *neque ut tanto*. GEBH. *ut tanto* etiam Florent. Voſſ. Lovel. 1. Harlej. et Gaertn. Atque ita ex consensu omnium et Galnc. et Pall. legendum eſſe monuit Gronov. infra ad 29, 1, 22. Tot igitur teſtium auctoritati cedendum judicavi. *neque ut in tanto*, utraque lectione juncta, praefert Hav.

§. 6. *In tantam licentiam socordiamque effusos*] Pal. sec. et tert. *diffusos*. GEBH. Similiter Lovel. 4. Sed male. Infra 29, 23, 4. *Sunt ante omnes Numidae barbaros effusi in Venerem*. 36, 11, 3. *Eadem omnes praefectos regios cepit luxuria: in eamdem et milites effusi sunt*. Praeterea *socordiam* Gaertn. et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae. V. ad 6, 37, 8. Paullo ante *et ipsum et militem* Harlej. *et militem et ipsum* Lovel. 4. a m. 1, *et milites et ipsum* a m. 2. Tum *praedae impletos* Hav. Sed v. quae dicta sunt ad 5, 21, 12.

§. 7. *Hannibal, quum saepe alibi*] Deoſt optimis nomen a fronte: et facile intelligitur o praecedentibus. J. FR. GRON. Eamdem vocem hinc exigunt non tantum omnes mei calamo exarati, sed et typis descripti ante Ascens. qui primus anno 1513. illam adsumsit. Mox *sub imperito duce*, pro *sub inscio duce*, Hearnii L. 1. quod ex interpretis gloſſemate natum est.

§. 1. *Circa Herdoneam Romanae legiones et praetor Fulvius erant*] Supra [24, 20, 8.] *Ardoneus* dixit, ut puto, per mendum, dum de Q. Fabio, praetore Apuliae, loqueretur, in qua nunc est Cn. Fulvius. SIG. Pall. tres, et vet. ed. *Herdoneam*. C. 22, 14. vocatur a Pal. 2. *Herdonia*. GEBH. *Herdoniam* ediderunt Moguntini, idque praeter Sigonium omnes servant recentiores. Antiquiores vulgarunt *Herdoneam*, quod

Digitized by Google

2 ubi vellent, acturos. Nocte insequenti Hannibal, quum tumultuatum in castris, et plerosque ferociter, signum ut daret, institisse duci ad arma vocantes sciret, haud dubius prosperae pugnae occasio-
3 nem dari, tria millia expeditorum militum in villis circa, vepribusque, et silvis disponit; qui, signo
4 dato, simul omnes e latebris exsisterent: et Magonem ac duo ferme millia equitum, qua fugam inclinaturam credebat, omnia itinera insidere jubet. his nocte praeparatis, prima luce in aciem copias
5 educit. Nec Fulvius est cunctatus, non tam sua ulla

omnes codd. verum esse testantur. V. etiam ad 24, 20, 8. Ceterum, *erat*, pro *erant*, se in Put. invenisse, monuit Crevier. ad c. 19, 6.

Prope est factum, ut injussu praetoris signis convulsis] Pall. 2. ac 3. *propere est factum, ut jussu praetoris*. GEBH. Ita et Voss. ac Lovel. 2. et 5. *prope* et *propere* saepissime a scribis commutari, videbimus ad 39, 31, 4. *jussu praetoris* etiam Florent. Lovel. 1. 4. Harlej. et Gaertn. Sed syllaba initialis *in* ob similitudinem vel praecedentis vel sequentis intercidit. Verbum insuper *est* exsulat a Cant.

Spes haud dubia, suo arbitrio, ubi vellent, acturos] Pall. iidem *suo id arbitrio*. et paullo ante *nec res magis ulla*. GEBH. *suo arbitrio* primum ediderunt Francofurtenses anno 1578. Omnes non modo typis descripti priores, verum etiam codd. constanter *suo id arbitrio*, quod propterea revocavi. Deinde alio ordine *nec res magis ulla* Florent. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. et Hav.

§. 2. *Institisse duci ad arma vocantes*] Pall. 1. ac 3. *vocatis*. sec. *convocatis*. GEBH. *vocatis* mendose praeferunt quoque Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. et Gaertn. olim *vocātis*, id est *vocantis*, pro *vocantes*, scriptum fuerat: certe *vocantis* adhuc praeferunt Lovel. 3. et edd. antt. Postea perperam omissa est virgula a superiore parte adscripta.

§. 3. *Qui, signo dato, simul omnes e latebris exsilirent*] Pall. 1. *e latebris existerent*. sec. *exirent*. tert. *esilirent*. GEBH. Put. Pet. Men. Pal. Voss. *existerent*. Rectius. Cic. 4. in Verr. [48.] *Qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse*. Auctor de bello Afric. [7.] *Latent enim in insidiis cum equis inter convalles, et subito existunt*. Ibid. [69.] *Agmini ejus extremo se offerunt, atque ex collibus primis existunt*. Noster 39, [37, 3.] *Si existat hodie ab inferis Lycurgus*. J. FR. GRON. Vulgatum in solo Ber. superest. *exirent* legunt Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Hafn. Rec. Hav. et

Digitized by Google

ulla spe, quam militum inpetu fortuito tractus. itaque eadem temeritate, qua processum in aciem est, instruitur ipsa acies ad libidinem militum forte procurrentium consistentiumque, quo loco ipsorum tulisset animus, deinde per libidinem aut metum deserentium locum. prima legio et sinistra ala 6
in primo instructae, et in longitudinem porrecta acies. clamantibus tribunis, *nihil introrsus roboris* 7
ac virium esse, et, quacumque inpetum fecisset hostis, perrupturos: nihil, quod salutare esset, non modo ad animum, sed ne ad aures quidem admittebant. Et Hannibal, haudquaquam similis dux, neque si- 8

Hearnii Oxon. Reliqui *existerent:* cujus ex interpretatione et *exirent* et *exsilirent* orta puto. Certe *existere* et *exsilire* commutantur etiam apud Ovid. 2. Met. 264. ubi vim verbi *exsistere* optime inlustravit Cel. Burmann. Adde Torr. ad Suet. Aug. 32. et Corte ad Plinii 4. ep. 25. Livius 42, 2, 5. *In Gallico agro, qua induceretur arätrum, sub exsistentibus glebis pisces emersisse.*

§. 4. *Et Magonem ac duo ferme millia equitum*] Pal. 2. *et Magonem cum duobus ferme millibus.* GEBH. In nullo meorum hanc lectionem obsendi. Vocula tamen *ac* deficit in Florent. Cant. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. 1. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. Jam vero, si per notas scriptum fuit, *II. ferme M*, id aeque suppleri *cum II. ferme M*, id est *cum duobus ferme millibus*, quam *ac II ferme M*, id est *ac duo ferme millia* poterit sine ulla ulteriori mutatione.

Omnia itinera insidere jubet] Non facile dixerim, τὸ *omnia* ab Livio prodiisse. Certe in Cantabr. libro lectum mihi non est. Et habes 23, 33, 8. *Dat, qui praesequantur; itinera cum cura demonstrent.* 25, 9, 16. *Itinera quam maxime frequentia occupare jubet.* JAC. GRON. 9, 31, 8. *Ibi ingens hostium exercitus itinera occultus insederat.* Uni tamen illi cod. adversus alios, non modo ejusdem bonitatis, verum etiam integriores et vetustiores, libros, tantum tribui nolim, ut, reliquis invitis, totam vocem ejiciamus. Supra 9, 43, 8. *Omnia itinera obsepserant hostes.* 25, 13, 2. *Priusquam viae omnes hostium praesidiis insiderentur.*

§. 5. *Instruitur ipsa acies ad libidinem militum*] Vox *ipsa* non adparet in Florent. Ea tamen non videtur otiosa esse. Paullo ante *non tam ulla sua spe* Voss. Lovel. 1. et Ber.

§. 6. *Prima legio et sinistra ala primo instructae*] Optimi *in primo*, de quo dictum ad l. 10, [14, 17.] J. FR. GRON. *in primo* etiam Florent. V. etiam Cortium ad Sallust. Jug. 68. Mox *porrecta*

Digitized by Google

mili exercitu, neque ita instructo aderat. ergo ne clamorem quidem atque inpetum primum eorum
9 Romani sustinuere. Dux, stultitia et temeritate Centenio par, animo nequaquam comparandus, ubi rem inclinatam ac trepidantes suos vidit, equo
10 adrepto cum ducentis ferme equitibus effugit: cetera a fronte pulsa, a tergo atque alis circumventa acies, eo usque est caesa, ut ex duodeviginti millibus hominum, duo millia haud amplius evaserint. castris hostes potiti sunt.

acies Gronov. anno 1665. edidit, verisimiliter codd. suos secutus; ita enim in Florent. exstitit, et forte etiam in Cant. ex quo nihil notatur. Priores cum reliquis codd. praeferunt *porrectae acies*.

§. 7. *Quacumque inpetum fecissent hostes, perrupturos*] Scripti *quacumque inpetum fecisset hostis, perrupturos*. Simillimam mutationem numeri restituimus ex libris scriptis l. 7, 35. J. FR. GRON. Similiter praeferunt Florent. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. Videnda etiam, quae Gronov. notavit in pr. ed. not. ad 38, 29. ubi eamdem hujus loci emendationem proposuit. Mox *nihil*, pro *nil*, Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad 6, 40, 3. Tum *admittebat*, pro *admittebant*, Florent. Voss. Lovel. 1. et Gaertn. *admittebatur* Hafn. et Hav.

§. 8. *Et Hannibal quidem haudquaquam simili sua, neque simili exercitu*] Legendum est, opinor, *simili via*. VALLA. Liber Vallae habuit ita: *haudquaquam simili sua neque simili exercitu*. Ex quo ille correxit, *haudquaquam simili via*. Ego vero reperi in vet. lib. *haudquaquam simili sententia, neque simili exercitu*. Idque probo. SIG. Mirifice variant hic libri, quia scriptores eorum audaciam sumserunt non intellectam lectionem veterem interpolandi. Put. *haudquaquam similis dua neque simili exercitu*. Significat: *Et Hannibal quidem haudquaquam similis dux neque simili exercitu*. J. FR. GRON. *haudquaquam simili exercitu*, reliquis omissis, non tantum omnes ante Sigon. edd. sed et Ber. a m. 1. qui *haudquaquam simili sua*, *neque simili* obfert a m. 2. in margine. *haudquaquam simili sententia*, *neque simili* Lovel. 2. Hafn. et Hav. *haudquaquam simili sua neque simili* Flor. Cant. Voss. Lovel. 4. 5. Harl. et Gaertn. *haudquaquam similli sua*, *neque simillis* Hearnii L. 1. *haudquaquam sua neque simili* Lovel. 1. *haudquaquam simili sua exercitu* Hearnii N. *haudquaquam simili gente sua exercitu* ejusdem D. Similes aliasque varietates v. apud Gronov. 4. Obs. 4. p. 52. ubi eamdem, quam hoc loco, lectionem ex vestigiis Put. eruit, ac docet, loco corrumpendo originem id dedisse, quod librarii *x* in *dux* commutarint in *a*, ejusque loco *dua* dederint.

Digitized by Google

XXII. Hae clades, super aliam alia, Romam 1
quum essent nunciatae, ingens quidem et luctus et
pavor civitatem cepit. sed tamen, quia consules,
ubi summa rerum esset, ad id locorum prospere
rem gererent, minus his cladibus commovebantur. Legatos ad consules mittunt C. Laetorium, 2
M. Metilium, qui nunciarent, ut reliquias duorum
exercituum cum cura conlegerent: darentque ope- 3
ram, ne per metum ac desperationem hosti se de-
derent, (id quod post Cannensem accidisset cladem)

De ea re v. ad 40, 59, 8. Ceterum Gronov. in ed. anni 1665. primus omisit vocem *quidem*, quam tamen hic in notis agnoscere videtur. At ex dicto loco Observ. constat, eum secutum esse in illa expungenda fidem Put. cui consentit Florent. et forte etiam Cant. ex quo nihil in excerptis monetur. Mox voces *primum eorum* perperam non conspiciuntur in Ber. et edd. Aldina vetustioribus.

§. 9. *Animo nequaquam comparandus*] Prima vox exsulat a Voss. *nequaquam animo*, ea transposita, legit Lovel. 2. *animo haudquaquam* Florent. qui etiam mox *videt* exhibet, pro *vidit*.

§. 10. *A tergo atque alis*] Put. Pet. Men. *a fronte pulsa, in tergo atque alis circumventa*. J. FR. GRON. *in tergo* etiam Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Hav. et Hearnii L. 1. Cogitatione igitur adsequi nequeo, cur postea Jac. Gronovius, quem Clericus secutus est, *tergo atque alis* sine praepositione ediderit. Mox *est* non adparet in Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Hav. et edd. antt.

§. 1. *Hae clades, super aliam alia, Romam quum essent nunciatae*] *Romae* Lovel. 5. et Hearnii L. 1. ac N. quomodo locutus est Justin. 34, 2. *Haec ubi Romae nunciata sunt*. 43, 5. *Quam rem domi nunciatam publico funere Massilienses prosecuti sunt*. Sed aliter potius Livius loqui maluit. 4, 9, 13. *Quod ubi Romam est nunciatum*. c. 50, 6. *Facinus postquam est Romam nunciatum*. c. 56, 8. *Quae ubi tumultu majore nunciantur Romam*. 5, 7, 4. *Quod ubi Romam est nunciatum*. 9, 15, 5. *Nunciare Luceriam jussit*. 10, 4, 1. *Nunciata ea clades Romam terrorem excivit*. 37, 18, 8. *Quae postquam Samum sunt nunciata*. 45, 25, 6. *Haec Rhodum nunciata in gaudium verterunt*. Huc refer *nunciare domum*, de quo v. ad 1, 23, 1. et *nunciare in urbem*, de quo v. ad 2, 26, 1.

Ad id locorum prospere gererent] *Summam rerum* intellige ex praecedenti. Quod pusillum adnoto, ne quis e Pal. 2. inferciat *res prospere gererent*. GEBH. Put. et Pet. *prosperem gererent*. Forte *prospere rem gererent* J. FR. GRONOV. Facile *rē*, id est *rem*, e. lidi potuit ab ultima syllaba vocis praecedentis. V. N. Heins. ad Vell. Pat. 2, 102, 1. et quae

Digitized by Google

et ut desertores de exercitu volonum conquirerent.
4 Idem negotii P. Cornelio datum, cui et delectus mandatus erat: isque per fora conciliabulaque edixit, ut conquisitio volonum fieret, iique ad signa reducerentur. Haec omnia intentissima cura acta.
5 Ap. Claudius consul, D. Junio ad ostium Vulturni, M. Aurelio Cotta Puteolis praeposito, qui, ut quac-

infra notantur ad 28, 15, 7. (* v. ad 40, 57, 9.) Simili modo vocem *rem*, sive *rē*, interceptam conjeci a syllaba initiali verbi *rejiciebant* 42, 32, 7.

§. 2. *Legatos ad consules mittunt* etc. *qui nunciarent*] Suspecta mihi *rē nunciarent*, propter ea, quae notavi ad 8, 23, 1. J. FR. GRON. De hoc compendio sermonis aliquot locis ad Cic. epistolas monuerunt Victorius et Manutius, et rursus Gronovius ad Liv. 34, 29, 9. Neque tamen nulla exempla plenae orationis sunt. Liv. 36, 13, 7. *Mittunt ad Philippum, qui moneret, ne vim ultimam experiri vellet.* Corn. Nepos Themist. 4. *De servis suis, quem habuit fidelissimum, ad regem misit, ut ei nunciaret suis verbis, adversarios ejus in fuga esse.* Caesar 1. B. G. 34. *Placuit ei, ut ad Ariovistum legatos mitteret, qui ab eo postularent, uti aliquem locum medium utriusque colloquio diceret.* Hic abesse potuissent, *qui moneret, ut ei nunciaret suis verbis*, et *qui ab eo postularent*. neque tamen ob id solum suspecta esse possunt, quod veteres saepe aliter loquuntur, praesertim libris scriptis argumentum suspicionis non praebentibus. DUKER.

C. Lectorium, M. Metilium] *C. Laetorium* lap. Capit. et nummi argentei. SIG. V. ad 2, 27, 6. et viros doctos ad Suet. Aug 5. Et ita hic legunt Florent. ac nonnulli alii libri. Posterioris autem praenomen abest ab Hearnii N. Verum id intercepit prima litera vocis sequentis. V. ad 40, 34, 1.

Ut reliquias duorum exercituum cum cura colligerent] 22, 56, 2. *Canusii se esse, reliquias tantae cladis veluti e naufragio colligentem.* GEBH.

§. 3. *Ne per metum ac desperationem hosti se dederent*] Vet. lib. *ne qui p r metum.* SIG. Illud *qui* in uno tantum Hav. inveni. Recte igitur ceteri editores spreverunt. Tum *aut desperationem* Voss. Lovel. 1. 2. et Ber. V. ad 21, 53, 3. Deinde *ob id quod* Harl. et Florent. a m. 1. Male. V. ad 23, 5, 9. Hinc *plagam*, pro *cladem*, Lovel. 4.

De exercitu Volonum] Festus, *Volones dicti sunt milites, qui post Cannensem cladem usque ad octo millia, cum essent servi, voluntarie se ad militiam obtulere.* SIG.

§. 4. *P. Cornelio*] *Sullae* praetori urbano. SIGON.

Omnia intentissima cura acta] *intensissima* Lovel. 2. Ita etiam variabant Msti supra 5, 47, 11. Sed Livius potius *intentus*, quam *intensus*, adhibere solet.

Digitized by Google

que naves ex Etruria ac Sardinia accessissent, extemplo in castra mitterent frumentum; ipse ad Capuam regressus, Q. Fulvium collegam invenit Casilini, omnia inde portantem molientemque ad obpugnandam Capuam. Tum ambo circumsederunt urbem, et Claudium Neronem praetorem ab Suessula ex Claudianis castris exciverunt. Is quoque, modico

6 7 8

§. 6. *Q. Fulvium collegam invenit, Casilino omnia inportantem*] Omnes Gallicani et Voss. *inde portantem molientem ad opp.* J. FR. GRON. Restituo unica tantum mutata litera *invenit Casilini, omnia inde portantem.* Quod probatione non indiget. JAC. PERIZ. *omnia inde portantem* Florent. Lovel. 1. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. At plane, ut Periz. emendabat, *invenit Casilini, omnia inde portantem* Lov. 2. et Hav. quod etiam in Victor. invenit Crevier. eodem etiam ducunt vestigia Hafn. qui *invenit Salini omnia inde portantem* praefert; quare lectioni huic locum in contextu dedi. Mox etiam *molientem ad opp.* Florent. Lovel. 2. 5. Harlej. Ber. et edd. ante Ascens. anni 1513. At saepius dictum est, copulam *que*, praesertim in hac historiae Livianae parte, frequenter a librariis praeter mentem Livii vel additam vel omissam esse. V. Gronov. Diss. epist. ad loca Geogr. Liv. ep. 2. p. 15.

§. 7. *Tum ambo consules circumsederunt urbem*] Optimis est τὸ *consules*: nec videbitur opus praecedentia recte consideranti. J. FR. GRON. Exsulat etiam a Florent. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Recte igitur hanc vocem, quam et ejus codd. omittunt, Crevier. expunxit.

Ab Suessula ex Claudianis castris] Claudiana castra supra Suessulam a M. Claudio Marcello communita intelligit, de quibus supra. SIG. V. ad 23, 31, 3.

§. 8. *Modico ibi praesidio ad tuendum locum relicto*] *ad tenendum locum* praestant Pall. tres, nec non vet. ed. GEBH. Put. aliique haud spernendi libri *ad tenendum locum.* J. FR. GRON. Unus Lovel. 5. *tuendum* servat: reliqui non tantum scripti mei, et Oxon. Hearnii, verum etiam omnes edd. ante Paris. anni 1573. legunt *tenendum.* Saepe haec verba a librariis commutantur. V. ad 10, 3, 2.

Cum ceteris omnibus copiis ad Capuam descendit] Meliores omittunt praepositionem *cum.* Ut 5, [34, 5.] *Profectus ingentibus peditum equitumque copiis in Tricastinos venit.* Eodemque [c. 53, 6.] *Quid restat, nisi ut jam novis copiis veniant?* Lib. 10, [5, 4.] *Etrusci contra omnibus copiis.* 27, [48, 3.] *Advenit Livius omnibus copiis* Et [35, 44, 2.] *Quod tanto minoribus spe atque opinione omnium copiis venisset.* Et hoc libro infra [24, 7.] *Marcellus omnibus copiis urbem ingressus.* J. FR. GRON. Omiserunt etiam praepositionem Florent. Cant. et Voss. 10, 27, 7. *Tertio descensum in campum omnibus copiis est.* 23, 29, 2. *Atque omnibus copiis*

Digitized by Google

ibi praesidio ad tenendum locum relicto, ceteris omnibus copiis ad Capuam descendit. ita tria praetoria circa Capuam erecta, tres et exercitus diversis partibus opus adgressi, fossa valloque circumdare urbem parant, et ca-
9 stella excitant modicis intervallis: multisque simul locis cum prohibentibus opera Campanis eo eventu pugnant, ut postremo portis muroque se contineret Campanus.
10 Prius tamen, quam haec continuarentur opera, legati ad Hannibalem missi, qui quererentur, desertam ab eo Capuam, ac prope redditam Romanis: obtestarenturque, ut tunc saltem opem non circum-
11 sessis modo, sed etiam circumvallatis, ferret. Consulibus literae a P. Cornelio praetore missae, *Ut, priusquam clauderent Capuam operibus, potestatem Campanis facerent, ut, qui eorum vellent, exirent ab*
12 *Capua, suasque res secum auferrent. Liberos fore suaque omnia habituros, qui ante Idus Martias exissent. post eam diem quique exissent, quique ibi mansissent,*
13 *hostium futuros numero.* ea pronunciata Campanis,

in campum descensum est. 31, 36, 4. *Postero die omnibus copiis consul in aciem descendit.* Frequentissima hujus praepositionis ellipsis apud Liv. est. V. ad 22, 9, 5.

Ita tria praetoria circa Capuam erecta, tres exercitus] Put. Pet. haud otiose, ut puto, *tres et exercitus.* J. FR. GRON. V. Perizon. de Praetorio c. 17. p. 671. DUK. *tres et exercitus* etiam Florent. Mox §. seq. *multisque locis simul* Florent. Ber. et Gaertn. cum edd. antt.

§. 11. *Consulibus litterae a P. Cornelio praetore missae*] Clericus, caussatus, praetorem nihil consuli, majori potestati, imperare posse, scribendum conjecit *consulibus literae a P. C. a P. Cornelio praetore missae.* Ego subintelligi malim, praetorem literas jussu senatus scripsisse, ac misisse ad consules, quod expresse additur 22, 33, 9. *Ab eodem praetore ex senatusconsulto literae ad consules missae, ut, si iis videretur, alter eorum ad consules creandos Romam veniret.*

Exirent ab Capua, suasque res secum auferrent] Pal. 2. *e Capua.* GEBH. Male. Meorum etiam nullus consentit. 10, 37, 6. *Quod tardius ab urbe exisset.* V. ad 22, 2, 10.

Digitized by Google

itque ita spreta, ut ultro dicerent contumelias, minarenturque. Hannibal ab Herdonea Tarentum 14
duxerat legiones; spe, aut vi aut dolo, arcis Tarentinae potiundae. Quod ubi parum proceſſit, ad Brundisium flexit iter, prodi id oppidum ratus. ibi 15
quoque quum fruſtra tereret tempus, legati Campani ad eum venerunt, querentes simul, orantesque. quibus Hannibal magnifice respondit, et antea solviſſe obsidionem, et nunc adventum suum consules non laturos. Cum hac spe dimiſſi legati, 16
vix regredi Capuam, jam duplici foſſa valloque cinctam, potuerunt.

XXIII. Quum maxime Capua circumvallaretur, 1
Syracusarum obpugnatio ad finem venit, praeterquam vi ac virtute ducis exercitusque, inteſtina etiam proditione adjuta. Namque Marcellus initio 2
veris incertus, utrum Agrigentum ad Himilconem et Hippocraten verteret bellum, an obsidione Syracusas premeret, quamquam nec vi capi videbat

§. 13. *Ea pronunciata Campanis, atque ita spreta, ut ultro dicerent contumelias, minarenturque*] Pal. 2. *ea promisse Campanis atque ita spreta, ut ultro minarentur, dicerentque contumelias.* Atque eo ordine poſtrema verba conspiciuntur in omnibus libris. GEBH. *atque spreta* Voſſ. et Lovel. 1. ac 4. *atque ita aspernata* Lovel. 5. Deinde *contumelias dicerent, minarenturque* Florent. *minarentur, dicerentque contumelias* Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber, Gaertn. Hav. et edd. antt. Mox *ab Herdonea* Florent. Voſſ. Lov. 4. 5. Ber. et Hav. V. ad cap. praec. §. 1. Tum *Brundisium* Florent. V. ad 42, 17, 2.

§. 15. *Ibi quoque quum fruſtra tereret tempus*] Libri omnes *quum fruſtra teteretur.* GEBH. Ita et Lovel. 1. 2. 4. 5. Ber. Harlej. Hav. et edd. antt. V. ad 39, 22, 8. *quum fruſtraretur tempus* Gaertn. Mox *et ante solviſse* Lovel. 5. *et antea se solviſse* Florent. Deinde §. seq. τὸ *jam* non conspicitur in Florent. et Lovel. 2.

§. 1. *Syracusarum quoque obpugnatio*] Pal. 1. *Syracusarumque opp.* a reliquis duobus exsulat τὸ *quoque.* GEBH. Put. duo Pet. duoque Pall. conjunctionem inducunt. J. FR. GRON. *Syracusarumque* Voſſ. Lovel. 1. 2. et Gaertn. Sed conjunctionem igno-

Digitized by Google

3 posse inexpugnabilem terrestri ac maritimo situ urbem, nec fame, quam prope liberi ab Karthagine
4 commeatus alerent, tamen, ne quid inexpertum relinqueret, transfugas Syracusanos (erant autem apud Romanos aliqui nobilissimi viri, inter defectionem ab Romanis, quia ab novis consiliis abhorrebant, pulsi) conloquiis suae partis tentare hominum animos jussit, et fidem dare, si traditae forent Syracusae, liberos eos ac suis legibus victuros
5 esse. Non erat conloquii copia, quia multorum animi suspecti omnium curam oculosque converte-
6 rant, ne quid falleret tale admissum. Servus unus exsulum, pro transfuga intromissus in urbem, con-

rant etiam Florent. Cant. Lovel. 4. Harlej. et Hearnii L. 1. et D.

§. 3. *Nec fame, quam prope liberi ab Karthagine commeatus alerent*] Pal. 1. *commeatus haberent*. GEBH. Duo optimi, *nec fame umquam prope*. Scribe, *nec fame, ut quam prope*. Valet utpote. J. FR. GRON. Optimis illis consentit Florent. in quo deinde a m. 2. *nec fame, cum eam prope* interpolatum est. Sed non improbabilis est Gronovii conjectura. De vocula *ut* hoc sensu v. ad 29, 1, 22. Eamdem eodem sensu a librariis omissam recte Rhenanus infra restituit ad 29, 34, 15. *qm*, id est *quoniam, prope liberi a Karthagine commeatus haberentur* Lovel. 2. *haberent* Voss. et Lovel. 1. *agerent* Gaertn.

§. 4. *Inter defectionem ab Romanis*] Pal. 1. a m. 2. *in defectione*. Reliqui duo *inter factionem*. GEBHARD. *inter factionem* Voss. a m. 1. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. et Gaertn. *interfectionem* Florent. a m 1. *in defectione* a m. 2. et Voss. pro varia lect. Nihil mutandum. *Inter defectionem* est, interea dum deficiunt. Plura v. ad 4, 18, 4. et 6, 24, 10.

Liberos eos ac suis legibus victuros esse] Supra [c. 16, 7.] *liberos cum suis legibus*. Graeci uno verbo *αὐτονόμους* vocant. SIG. (* v. ad 37, 54, 26.)

§. 6. *Deinde in piscatoria quidam navi*] *in* abest a vet. lib. SIG. Sigonius notat, in suis non apparere *τὸ in*. Nostri etiam *dein piscatoria*. Forte: *dein piscatoria quidam navi, retibus operti, circumvecti usque ad castra Romana*. J. FR. GRON. *deinde piscatoria* Lovel. 2. et 4. *dein piscatoria* Florent. Cant. Voss. Lovel. 1. 5. Harlej. Hav. Gaertn. et Hearnii Oxon. Tum *quidam nave* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. et Hav. V. infra ad c. 30, 7. *quadam nave* Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Digitized by Google

ventis paucis, initium conloquendi de tali re fecit. deinde in piscatoria quidam navi, retibus operti, circumvectique ita ad castra Romana, conlocutique cum transfugis: et idem saepius eodem modo alii atque alii. postremo ad octoginta facti. Et, quum 7
jam composita omnia ad proditionem essent, indicio delato ad Epicyden per Attalum quemdam, indignantem sibi rem creditam non esse, necati omnes cum cruciatu sunt. Alia subinde spes, post- 8
quam haec vana evaserat, excepit. Damippus quidam Lacedaemonius, missus ab Syracusis ad Philippum regem, captus ab Romanis navibus erat. hujus utique redimendi et Epicydae cura erat in- 9

Circumvectique ita ad castra Romana] *ita* abest a vet. lib. SIG. At omnes mei eam vocem servant; contra vero *que* non adparet in Lovel. 4.

§. 7. *Necati omnes et cruciati sunt*] Pal. 1. *necati omnes concruciati sunt*. tert. vero cum prisca ed. *necati omnes et concruciati sunt*. GEBH. Placebit magistris ὕστερον πρότερον. Sed scripti *necati omnes concruciati sunt*. Put. *omnes cum cruciati*. Ergo *necati omnes cum cruciatu sunt*. J. FR. GRON. Freinshem. ad Curtii 8, 8, 20. conjicit *necati omnes excruciati sunt*. quod placere posset, nisi aliud plane vellent Msti. *necati omnes et concruciati sunt* Lov. 5. Ber. a m. 1. Gaertn. Hearnii N. D. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *necati omnes et trucidati sunt* Ber. a m. 2. *necati omnes concruciati sunt* Florent. a m. 1. Voss. Lovel. 1. 4. et Harl. *necati omnes cruciati sunt* Hearnii L. 1. *necati omnes cruciatu sunt* Hav. *necati omnes cum cruciatu sunt*, ut Gronov. conjecit, Florent. a m. 2. et Lovel. 2. Recte. Infra 41, 18, 3. *Captivos cum foeda laceratione interficiunt*. (* 34, 56, 10.) Ceterum paullo ante *octoginta* constanter omnes manu et typis descripti. At *septuaginta* memorantur infra 26, 30, 3. Praeterea *indicio delegato* Florent. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. quomodo saepe lapsi sunt scribae. V. ad 9, 13, 11. 10. 19, 3. et alibi.

§. 8. *Damasippus quidam Lacedaemonius*] Vet. lib. *Damippus*. Plutarchus etiam in Marcello [p. 308.] Δάμιππόν τινα Σπαρτιάτην vocat. SIG. Prisco editori vocatur *Damnippus*. Pal. 1. *Dampnippus*. Probo tamen *Damippus*. quam scripturam adjuvat Pal. 1. *Dampus*. GEBH. Ut vult Sigonius, fac *Damippus*. Nam ita appellat Plutarch. et omnes libri *Damnippus*, aut *Damippus*, non *Damasippus*. J. FR. GRON. *Damnippus* Florent. Cant. Lovel. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii D. *Dampnippus* Lovel. 4. et Harlej. *Damnipus* Lovel. 2. et Ber. *Da-*

Digitized by Google

gens; nec abnuit Marcellus, jam tum Aetolorum, cujus gentis socii Lacedaemonii erant, amicitiam
10 adfectantibus Romanis. Ad conloquium de redemtione ejus missis, medius maxime atque utrisque opportunus locus, ad portum Trogiliorum, propter turrim, quam vocant Galeagram, est visus.
11 quo quum saepius commearent, unus ex Romanis,

nippus ed. Rom. anni 1472. *Damippus* Voss. et Hearnii L. 1. ac N. Novum hic diligentiae specimen, qua in Livio versatus est, edidit Doujatius, Sigonium reprehendere non dubitans, quod *Damasippus* scribendum conjecerit; quum tamen locum Plutarchi, unde *Damippus* veriorem lectionem esse constat, ipsi debeat.

§. 9. *Aetolorum, cujus gentis socii Lacedaemonii erant*] Probissimi carent *τῷ gentis*. An *quibus socii*, vel *queis socii?* J. FR. GRON. *gentis* deest etiam in Florent. Voss. Lov. 2. Hav. et Hearnii N. Neque eam vocem se in suis invenisse, testatur Crevier. *Aetolorum, quorum socii* legit Harlej. Paullo ante *Epicydi* Lovel. 1. Gaertn. Ber. Hearnii Oxon. et edd. usque ad Modium, qui dedit *Epicyde*, pro quo tandem *Epicydae* substituit Gruterus. Id etiam probare videntur Florent. Hav. et nonnulli alii, qui praeferunt *Epicyde*. Reliqui aperte *Epicydae* probant. Et ita infra est c. 25, 12. *Navibus Epicydae et Syracusanis relictis*. V. ad 24, 31, 2.

§. 10. *Medius maxime atque utrisque opp.*] Malim *medius maxime utrisque opportunus locus visus*. Vacat enim vox *atque*. SIG. Contra omnes libros exigit Sigonius *τὸ atque*. GEBH. *τὸ atque* servant omnes nostri. Sed *medius maxime utrisque atque opportunus* legit Lovel. 5.

Ad portum Trogiliorum] *Τρώγιλον* locum ad septentrionem Syracusis Thucydides l. 6. non ita longe a fine describit. Livius hic plurativo numero protulit, si codex non fallit, et *portum* ait, quod non intelligo. GLAR. De hoc loco sic Thucyd. l. 6, [99. p. 408.] *Οἱ δὲ λίθους καὶ ξύλα συμφορούντες πιρέβαλον ἐπὶ τὸν Τρώγιλον καλούμενον, ᾗπερ βραχύτατον ἐγίγνετο αὐτοῖς ἐκ τοῦ μεγάλου λιμένος ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλασσαν τὸ ἐπιτείχισμα.* SIG. Loci Thucydidis primum mentionem fecit Glareanus: quem si recte perpendisset, non ignoraret, cur Livius scripserit *ad portum*. Vetus quidem ed. praestat *ad portum Trogiliorum*, ut et in Pal. 1. a quodam correctorum scriptum invenitur. Pal. 3. *ad portus*. GEBH. *ad portum* etiam Ber. Hafn. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. Parm. et Tarvis. utraque. *ad portus* Rec. cum ed. Mediol. anni 1480. aliisque. Deinde *Tragidorum* Gaertn. *Troylorum* Florent. *Trogylorum* Voss. et Lovel. 1. *Trogilorum* Lovel. 4. 5. Harlej. Rec. et Hearnii N. *Trogilarum* Hafn. *Trogillorum* Lovel. 2. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Sed, *Trogiliorum* legendum

Digitized by Google

ex propinquo murum contemplatus, numerando lapides, aestimandoque ipse secum, quid in fronte paterent singuli, altitudinem muri, quantum proxime 12
conjectura poterat, permensus, humilioremque aliquanto priſtina opinione sua et ceterorum omnium ratus esse, et vel mediocribus scalis superabilem, ad Marcellum rem defert. Haud spernenda visa. sed, 13

esse, docuit Cluver. 1. Sicil. ant. 12. p. 152. quod mox Gruteri posterior ed. et postea recentiores omnes receperunt.

Propter turrim, quam vocant Galeagram] Plut. in Marc. [p. 308.] πύργον τινὰ vocat, omisso turris nomine. SIG. *prope turrim* Lovel. 5. Sed v. ad Epit. Liv. 49. ubi etiam de hoc usu ejus vocis agam. Tum *Galagram* Lovel. 2. *Galleagram* Ber. *Gelleagram* Hav. Sed nihil mutandum. De hac turri v. Cluver. loco laud.

§. 11. *Aestimandoque ipse secum, qui in fronte paterent, simul altitudinem muri*] Scribendum conjicio: *aestimandoque ipse secum, quid in fronte paterent.* Haec vetus conjectura nostra contra codices *quid* facit, pro *qui*. Sed et juvant codices Put. duo Pet. Men. Voss. Gud. Mureti, qui habent *singuli* ἀντὶ τοῦ *simul*. Scribe igitur: *aestimandoque ipse secum, quid in fronte paterent singuli, altitudinem muri, quantum proxime conjectura poterat, permensus. Singuli* puta lapides. *Quid paterent*, ut Caesar 6. de Gall. [24.] *Hujus Hercyniae sylvae latitudo novem dierum iter expedito patet.* 7, [72.] *Fossam pedum viginti directis lateribus duxit, ut ejus solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant.* 1. de Civ. [45.] *Ac tantum in latitudinem patebat, ut tres instructae cohortes eum locum implerent.* Lucan. 2, [133.] *mensoque, homini quid fata paterent.* Seneca: *Aetas bene disponenti multum patet.* J. FR. GRON. Non dissimile est, quod de Plataeensibus, a Peloponnesiis et Boeotis obsessis, narrat Thucydides 3, 20. E quo loco confirmari potest scriptura codd. Livianorum, qui habent *singuli*. DUKER. *paterent singuli* etiam Florent. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et regius unus ac Colbert. apud Doujat. Non dubito igitur, quin recte emendarit Gronov. *quid in fronte paterent singuli*. Interdum *quid* et *qui* commutantur. V. ad 3, 50, 16. 6, 37, 8. (* 36, 7, 7.) et alibi. Verbum autem *patere* hoc sensu etiam supra inlustravi ad 6, 36, 11. Mox *quam proxime*, pro *quantum*, Lovel. 5. V. ad 24, 26, 7. *quantum proxima* Gaertn. Hinc *mensus*, pro *permensus*, Harlej. aliis omnibus invitis.

§. 12. *Ad Marcellum rem refert. Haud spernenda res visa*] Libri omnes *defert*. GEBH. Put. Pet. melior: *ad Marcellum rem* (sic omnes alii quoque scripti) *defert. Haud spernenda visa.* Vulgo *refert*, et repetitur τὸ *res* ex scholio manifesto. J. FR. GRON. *defert* non tantum omnes, quibus utor, codd. verum

Digitized by Google

quum adiri locus, qui ob id ipsum intentius custo-
14 diebatur, non posset, occasio quaerebatur: quam obtulit transfuga, nuncians, diem festum Dianae per triduum agi, et, quia alia in obsidione desint, vino largius epulas celebrari, et ab Epicyde praebito universae plebei, et per tribus a principibus
15 diviso. Id ubi accepit Marcellus, cum paucis tribunorum militum conlocutus, electisque per eos

etiam omnes edd. usque ad Paris. anni 1573. V. ad 21, 6, 5. Vocem deinde *res* non agnoscit etiam Florent. et potest ea commode ex praecedenti hic intelligi. Solitos autem fuisse librarios passim eamdem interponere, vidimus ad 2, 18, 2. ubi etiam Gronov. huic loco veram lectionem vindicavit. *visa est* legit Lovel. 4.

§. 13. *Qui ob id ipsum intentius custodiebatur*] Plutarch. [Marc. p. 308.] vertit *negligentius*, cum ait, φυλαττόμενον μὲν ἀμελῶς. SIG. Vir doctissimus, qui ante annos non ita multos in Britannia vitas parallelas Plutarchi edidit, putat, pro ἀμελῶς legi posse ἐμμελῶς. Optime ad Livium cum Plutarcho conciliandum. Si ita scripsisse credimus Plutarchum, eadem medicina adhibenda est Polyaeno 8, 11. quem ibi pleraque ex Plutarcho descripsisse apertum est. DUK. *quod ob id ipsum* Lovel. 1. *quia ob id ipsum* Florent. Cant. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Ber. a m. a. et Hav. Utrumque salvo sensu admitti potest. Et solent quidem librarii voces *qui* et *quia* inter se commutare, ut videbimus ad 36, 33, 5. Quum tamen tot codd. et inter eos etiam optimi, *quia* malint, illorum consensum vix spernere audeo.

§. 14. *Diem festum Dianae per triduum agi*] Eandem rem Plutarch. [in Marc. p. 308.] SIG. Nondum mihi placet τὸ *diem*, nec persuadeor Livii esse. Frontinus ait: *die festo, quo Epicydes praebiturus esset vini epularumque copiam.* Polybius, observante Henr. Valesio, ὅτι ἑορτὴν ἄγουσι πάνδημον. JAC. GRONOV. Credo virum eruditissimum eo offensum fuisse, quod *dies festus* tantum unum diem denotare videtur, qui per triduum agi non potest, et putasse, si per triduum agebatur, dicendum fuisse *dies festos*, vel, quod ipsi placet, *festum*. Sed Latini fortassis etiam plurium dierum solennia *diem festum* dicunt, ut unius diei plurali numero *dies festos*. Ita enim Cicero 2. Verr. 21. 63. et 4. Verr. ult. Marcellea et Verrea modo *diem festum*, et *unum diem festum*, modo *dies festos* dicit. Nec juvat conjecturam locus Frontini 3, 3, 2. Nam si verum putabat, quod Livius scribit, solenne illud per triduum actum fuisse, in Frontino itidem delere debuerat *die*; sin autem falsum, in Livio tollere *per triduum*, et relinquere *die festo*, ut in Frontino. Sed Frontinus haud dubie ibi, ut saepe alibi, descripsit, quod in Livio legerat, etsi, quod hic de numero dierum dicit, praeteriit. Quid autem huc pertineat, quod hoc solenne a Polybio (addi possunt

Digitized by Google

ad rem tantam agendam audendamque idoneis centurionibus militibusque, et scalis in occulto comparatis, ceteris signum dari jubet, ut mature corpora curarent, quietique darent. nocte in expeditionem eundum esse. Inde ubi id temporis visum, 16
quo de die epulatis jam vini satias principiumque somni esset, signi unius milites ferre scalas jussit; et ad mille fere armati tenui agmine per silentium

Plutarchus et Polyaenus) ἑορτὴν dici adnotat, non intelligo. Nam ἑορτὴν Graeci et de uno et de pluribus dicunt. Athenaeus 4, 8. *Καὶ γίνεται ἡ τῶν Καρνείων ἑορτὴ ἐπὶ ἡμέρας ἐννέα.* Et Herodian. 3, 8. extr. ludos saeculares, quos trinoctio factos scribit Valer. Max. 2, 4, 5. ἑορτὴν vocat. Nec probabunt conjecturam ejus, qui apud optimos scriptores prosae *festum* substantive, ut vulgo dicunt, inveniri negant. DUK. Se quoque *diem festum per triduum* ferre non posse, fatetur Cl. Crevier. et hinc expungit similiter *τὸ diem*, quum Ovidius non semel *festum* sic nude et absolute usurparit. cujus usus ex ipso Livio exemplum prolatum maluissem: qui saepius *dies festus* dixit, alibi vero simpliciter *festum* dicere non memini. De festo Dianae die v. Meursii Graec. Feriat. l. 1. voce Ἀρτεμίσια. Mox *alia obsidione desint*, omissa praepositione, Voss. et Lovel. 2.

§. 15. *Id ubi accepit Marcellus*] *Dubia accepit* Florent. a m. 1. Cant. Voss. et Lovel. 1. ac 4. *Quod ubi accepit* Florent. a m. 2. *H' ubi accepit* Lovel. 2. Mox voces *per eos* desunt in Ber. a m. 2. et Hav.

Ut mature corpora curarent, quietique darent] Pal. 1. sed liberalitate correctoris, offert *quietique se darent*. GEBH. V. Scholium ad Polyb. c. 8. DUK.

§. 16. *Quo die epulatis jam vinoque satiatis principium somni esset*] Lego *quo de die epulatis*. De die epulari probrosum, nisi si in communi laetitia. Malim etiam *vinoque sauciatis*. LIPS. 4. Epist. Quaest. 16. Pal. 1. *quo die epulatis jam vini satietas, principiumque somni esset*. Illud *vino sauciatis* ingeniosum quidem, sed non legitimum. Livius 26, 13, 18. *Satiatis vino ciboque poculum idem, quod mihi datum fuerit, circumferetur*. GEBH. Suum cuique. Recte Lipsius *de die*, hoc est, tempestivo convivio. *vinoque sauciatis* doctius, quam verius. Scribendum enim ex Put. et Florent. optimo *jam vini satias principiumque*, ut produxit ad Histor. Aug. Salmasius. 23, [8, 6.] *Coeperunt epulari de die*. id est ante consuetam frugalibus coenae horam. J. FR. GRON. Ante Salmas. ad Vopisci Florian. c. 6. ita correxerat Scaliger, ad Catull. carm. 48. *vinoque sauciatis* etiam Columna emendat ad Ennii Alcestin p. 442. DUK. *de die*, ut apud Ter. in Ad. 5, 9, 7. *Adparare de die convivium*. V. Priscaeum ad Apul. Apol. p. 137. Deinde *vino satiatis principiumque* Harlej. Lovel. 1. 2. 4. et Hav. *vini satiatis prin-*

Digitized by Google

17 eo deducti. Ubi sine strepitu ac tumultu primi evaserunt in murum, secuti ordine alii; quum priorum audacia dubiis etiam animum faceret.

1 XXIV. Jam mille armatorum ceperant partem, quum ceterae admotae, pluribusque scalis in mu-
2 rum evadebant, signo ab Hexapylo dato; quo per ingentem solitudinem erat perventum, quia magna pars, in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant. paucos tamen eorum ob-

eipiumque Voss. et Harl. *principiumque* etiam Ber. et Gaertn. Sed *jam vini satias principiumque somni esset* legisse etiam videtur Cant. ex quo in excerptis nihil adfertur. De voce *satias* v. ad 27, 49, 8. Hic autem notetur, in Florent. a m. 2. emendari *satietas*. Mox *signo muris milites* Hav. et Brancal. Latinii.

Ad mille fere armati] Libb. omnes *ad mille ferme milites armati*. GEBH. *ad mille ferme* Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina priores. V. ad 37, 38, 5. Deinde *milites armati* Voss. Lovel. 2. 5. Harlej. Gaertn. Ber. Hav. et eaedem edd. Sed vocem additam, quae modo praecessit, et ideo in reliquis codd. ac praesertim integerrimis, neglegitur, recte Aldus omisit. *equites armati* praefert Rec.

§. 1. *Quum ceterae admotae, pluribusque scalis in murum evadebant*] *Caeterae* scalae intelliguntur. Dura sane compositio, cum sensus non sit admodum obscurus. GLAR. Lege *quum caeteri admoti*. 26, [30, 3.] *Quia ad praedictum tempus exercitum ad Syracusas non admovisset*. Vel cum Mureto, *quum caeteri admotis pluribus scalis in murum evadebant*. J. FR. GRON. Idem Gronov. in pr. ed. not. ad 30, 7. ad vocem *ceterae* ex proximo membro huc refert τό *scalae*, et adversus Glareanum notavit, familiaritatem Livii hanc ejus compositionem sibi familiarem fecisse. Postea tamen in secundis curis recte sententiam mutavit, tacite etiam duritiem in hac compositione agnoscens. Cl. Crevier. a Mureti conjectura alienus non est, praesertim quum unus e suis codd. praeferat *pluribus scalis* sine τῷ *que*. Praepositio *in* apud me deest in Voss. Lovel. 2. et Ber. Verum elisa est a prima litera vocis sequentis V. ad 37, 1, 2.

§. 2. *Aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant*] Forte, *aut somno graves potabant*. LIPS. 4. Ep. Quaest. 16. Libri omnes retinent *semigraves*. GEBH. Nihil mutandum videtur. *gravis* et *gravatus vino* aeque recte dicuntur, ac *gravis* et *gravatus somno*. Quum ergo *semigraves potabant* dicit Livius, facile ex eo, quod praecedit, suppleri potest *vino*. Nempe alii jam sopiti erant vino, alii eo gravati, sed hactenus, ut adhuc vigilare et perseverare in potando possent. *Semigravis* quidem fortassis alibi non invenitur, sed etiam alia cum *semis*

Digitized by Google

pressos in cubilibus interfecerunt. Prope Hexapylon est portula magna vi refringi coepta; et e muro ex composito tuba datum signum erat. Et jam undique, non furtim, sed vi aperta, gerebatur res. quippe ad Epipolas, frequentem custodiis locum, perventum erat, terrendique magis hostes erant, quam fallendi; sicut territi sunt. nam simul ac tubarum est auditus cantus, clamorque tenentium muros partemque urbis; omnia teneri custo- 3 4 5

composita aeque rara sunt. DUKER.

Paucos tamen eorum comprehensos in cubilibus interfecerunt] Pall. 1. 3. et princeps ed. *paucos tamen eorum impressos*. Nimirum verum est *oppressos*, ut reposui. Sic infra c. 38, 17. GEBH. Put. Petaviani, duo Pall. Men. *impressos*, vel *inpressos*. Videntur velle *oppressos*. Sic infra [c. 38, 17.] *Tum inter torpidos somno, paventesque ad necopinatum tumultum, et inermes in cubilibus oppressos illa caedes edatur*. J. FR. GRON. *inpressos* Florent. Lov. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. vett. plures, pro quo *comprehensos*, quod in nullo scripto obvium fuit, jam inveni in edd. Tarvis. ac deinde aliis. Sed *oppressos*, ut viri doeti conjecerunt, Voss. Lovel. 1. 5. et unus eorum, quos Crevier. consuluit: quin ita etiam praefert ed. Ven. anni 1498. neque aliter edidit Sigonius.

§. 5. *Prope Hexapylon est portula. ea magna vi refringi coepta*] Plutarchus [p. 308.] *Καὶ τὰ Ἑξάπυλα διακόψας*. SIG. *Τὸ ea* omisit ed. Gronov. anni 1665. sine dubio praeeuntibus codd. Certe non adparet apud me, nisi in uno Ber. Mox *ex muro* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. et Hav.

Non furtim, sed vi aperta, gerebatur res] Ita primus vulgari jussit Gronov. quum antea ederetur *sed vi aperte*; quod servant Hearnii Oxon. *sed aperte*, omissa media voce, Lovel. 5. Ber. et Hav. *sed ut aperte* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. et Gaertn. Voculas *vi* et *ut* saepius in Mstis commutari, vidimus ad 4, 51, 6. Deinde *gerebantur res* Lovel. 5. Sed v. ad 10, 43, 6.

§. 4. *Quippe ad Epipolas, frequentem custodiis locum*] Ἐπιπολαὶ apud Thucyd. eodem l. 6, [96, p. 406.] locus praeruptus, urbi imminens. Livius duntaxat nominat. GLAR. Stephanus: *Ἐπιπολαὶ Χωρίον ἀπόκρημνον προσεχὲς Συρακούσαις. Θουκυδίδης ἑκτῇ*. Thucyd. autem l. 6. [p. 406.] *Καὶ ὠνόμασται ὑπὸ τῶν Συρακουσίων διὰ τὸ ἐπιπολῆς τοῦ ἄλλου εἶναι Ἐπιπολαί*. SIG. V. Cluver. 1. Sic. Ant. 12. p. 149. Mox *sicut et territi*, addita media voce, Hav.

§. 5. *Nam simul ac tubarum est auditus cantus*] *simul ut* Lovel. 1. et Voss. a m. 2 et id videtur voluisse librarius Gaertn. qui tamen aberrans dedit *simul et*. Si codd. auctores essent, utramvis particulam delerem, ac legerem, *nam simul tubarum*.

Digitized by Google

des rati, alii per murum fugere, alii salire de mu-
6 ro, praecipitarique turba paventium. Magna pars tamen ignara tanti mali erat, et gravatis omnibus vino somnoque, et, in vastae magnitudinis urbe,
7 partium sensu non satis pertinente in omnia. Sub luce, Hexapylo effracto, Marcellus, omnibus copiis urbem ingressus, excitavit convertitque omnes ad arma capienda, opemque, si quam possent, jam

V. ad 6, 1, 6. Praeterea *tubarum sunt auditi cantus* Lovel. 5.

Omnia teneri custodes rati, alii per murum fugere] *Τὸ rati* subnotavit in postrema editione *ὁ μακαρ.* Nec amplius. Vossian. Gud. id ignorant. Ignorat et Cantabr. Videtur latere aliud; neque culpam in voce *rati* haerere, sed sequente *alii*, ita: *Omnia teneri custodes rati per murum fugere, alii salire* etc. Eam enim vocem speciose inculcarunt, quibus ignota erat Liviana et optimorum scriptorum phrasis, de qua ad 3, 37, 8. tamquam si absorpta fuisset a convenientia literarum *rati*. JAC. GRON. *rati* non adparet etiam in Florent. Lovel. 1. 2. et Harlej. An tamen ea satis justa caussa fuerit Cl. Jac. Gronovio credendi, vocem sequentem *alii* a mala manu interpositam esse, licet ejus sententiam etiam probet Cl. Crevier. non nihil dubito. Cedere tamen, quam pertendere, malo.

§. 6. *In vastae magnitudinis urbe, partium sensu non satis pertinente in omnia*] Opinor *pertingente in omnia*. VALLA. Tu vide, ne *pertendente* sit potius legendum. SABELL. Quidam pro *pertendente* emendarunt *pertinente*. Sed non placet. Tolerabilius erat, si *pertingente* emendassent, ut Valla fecit. Sed *pertendente*, quod veteres habent codices, placet, et *sensu partium* conjungendum est. GLAR. Sic [*pertinente*] vet. lib. At Valla mavult *pertingente*, Glareanus *pertendente*: quasi vero Cic. non ita dixerit de Nat. Deor. [2, 55.] *Venae in omnes corporis partes pertinentes*. SIG. Valla olim correxerat *pertingente*, quod et conspicitur in vet. ed. Glareanus vero *pertendente*, quod aït contineri in quibusdam codd. probat. Inepte, quippe omnes codd. MSS. *pertinente*, et ipse Livius defensitat. Sic enim superius 23, 49, 3. et 26, 38, 4. GEBH. Non bonus magister Latinitatis est ille alioqui magister optimus Valla, cum reponit *pertingente*. nec veteres codices habent *pertendente*, ut creditum Glareano, sed *pertinente*. Et sic auctor 23, [49, 3.] *Hi mores eaque caritas patriae per omnes ordines velut tenore uno pertinebat*. 26, [38, 4.] *Ad plures exemplum, quam calamitas, pertinebat*. Caesar 1. Gall. [1.] *Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni*. Cui frequens id verbum hoc sensu. Sallust. Jug. 48. *Ex eo medio quasi collis oriebatur, in immensum pertingens*. Certe poterat suspi-

Digitized by Google

jam captae prope urbi ferendam. Epicydes, ab 8
Insula, quam ipsi Nason vocant, citato profectus
agmine, haud dubius, quin paucos, per neglegen-
tiam custodum transgressos murum, expulsurus fo-
ret, obcurrentibus pavidis, tumultum augere eos, 9
dictitans, et majora ac terribiliora vero adferre,
postquam conspexit omnia circa Epipolas armis
completa, lacessito tantum hoste paucis missilibus,
retro in Achradinam agmen convertit, non tam 10

cari jure Gruterus, *pertingens* esse ab commentatoribus, non tamen ut deleretur, sed ut multaretur una litera. Fuerat enim Sallustii *in immensum pertinens*. J. FR. GRON. Vulgatum, quod in omnibus codd. meis superest, recte viri docti defendunt. Infra 34, 28, 12. *Inde vallem Taygeto subjectam agrosque ad mare pertinentes evastat*. Saepissime hoc sensu Mela ea voce usus est. 1, 3. *In Aegei partem pertinens Thracia*. c. 10. *Arabia ad rubrum mare pertinet*. 2, 1. *Rhipaei montes huc pertinent*. 3, 2. *Hinc Belgae ad Rhenum pertinent*. Et simili modo Graevius accipiendum docuit illud Cic. de Amic. 14. *Eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet*. Adde Gronov. ad Plauti Milit. 2, 5, 58. et quae notantur ad Livii 23, 49, 3. — Cl. Triller. 1. Obs. Critic. 10. praefert Vallae lectionem *pertingente*, quam sensu longe clariorem, et huic loco convenientiorem esse existimat. —

§. 8. *Epicydes, ab insula, quam ipsi Nason vocant*] Iidem *Nasson* duplici *ss* exhibuerunt. Sed *Nason* legendum. Nam Dores (cujus gentis et Syracusani sunt) νᾶσον pro νῆσον, ut παγὰν pro πηγὴν, dicunt, et mille similia, ut videre est apud Theocritum. Insula autem illa a caetera urbe muro separabatur, quem post tyranni caedem diruerant. In ea erant horrea publica, eratque in arcis modum aedificata. GLAR. Partem Syracusarum eo nomine intelligit. SIG. *Noxon* legit Lov. 5. qui *Naxon* voluisse videtur, quod exstat in Ber. et ex vet. cod. perperam emendat Pierius ad Mar. 3. Aen. 125. Id autem ex *Nasson* natum videtur, quod praefert Florent. qui etiam alibi vocem per duplicem sibilum scripsit. Frequenter enim duplex *s* et *x* in Mstis commutantur. V. viros doctos ad Rutil. Iter 1, 371. (* et Burm. ad Virg. 3. Aen. 125.) Ceterum utroque modo Syracusanos protulisse *Nason* et *Nasson* existimat Cluver. 1. Sic. ant. 12. p. 154. *ab insula Apon quam ipsi Nasson vocant* Brancal. Latinii. *ab insula Capon, quam ipsi Nason vocant* Hav.

§. 9. *Majora ac terribiliora vero adferre*] Penultima vox non conspicitur in Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. *afferri* insuper Gaertn.

§. 11. *Inlacrimasse dicitur*] Plutarchus [in Marc. p. 308.] idem tradit. SIG. Eum *ingemuisse* di-

vim multitudinemque hostium metuens, quam ne qua intestina fraus per occasionem oriretur, clausasque inter tumultum Achradinae atque Insulae
11 inveniret portas. Marcellus, ut, moenia ingressus, ex superioribus locis urbem, omnium ferme illa tempestate pulcherrimam, subjectam oculis vidit, inlacrimasse dicitur, partim gaudio tantae perpetra-
12 tae rei, partim vetusta gloria urbis. Atheniensium classes demersae, et duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus deleti, obcurrebant, et tot bella cum Karthaginiensibus tanto cum discri-
13 mine gesta; tot tam opulenti tyranni regesque; praeter ceteros Hiero, quum recentissimae memo-

cit Silius 14, 670. *lacrimasse* legunt Hearnii L. 1. et D. Sed *inlacrimare* utitur 40, 56, 6. *Meo infelici errori unus inlacrimasti.* et 45, 4, 2. *Ipse inlacrimasse dicitur sorti humanae.* Et ibi quidem huic verbo adjungitur casus tertius; at sine casu, pariter ut Liv. h. loco, adhibet Cic. de Senect. 9. *Adspexisse lacertos suos dicitur, inlacrimansque dixisse: at si quidem jam mortui sunt.* Mox *tantae* deest in Ber. Sed *partim gaudio perpetrato tantae rei* Voss. et Lovel. 1. ac 4. *partim gaudio perpetratae tantae rei* Lovel. 5. et Hav.

§. 12. *Atheniensium classes demersae*] Hanc historiam breviter tangit Justinus l. 4. Plutarch. in Alcib. Thucydides. SIG.

Cum duobus clarissimis ducibus] Intelligit opinor Niciam et Demosthenem, quos a Syracusanis, quum se iis dedidissent, interfectos narrat Thucyd. 7. in fine. Praeter hos etiam Lamachus et Eurymedon, non ignobiles duces Atheniensium, ad Syracusas perierunt. V. Thucyd. 6, 101. et 7, 52. DUKER.

Tot bella cum Karthaginiensibus] His de rebus l. 19. et 20. Diodorus agit. SIG.

§. 13. *Tot ac tam opulenti tyranni regesque*] Copulativam non admittunt meliores. Sic 21, [9. 3.] *Inter tot tam efferatarum gentium arma.* Adde 26, 13, 17. J. FR. GRON. Nulli meorum, uno excepto Ber. ut nec Hearnii Oxon. copulam illam agnoscunt. Supra 5, 54, 5. *Non conjuncti cum Aequis Volsci, tot tam valida oppida, non universa Etruria bello nobis par est.* hoc lib. c. 37, 13. *Ad haec tot tam necopinata primo omnium incerti fluentesque referunt pedem.* ubi v. Gronov. 28, 28, 12. *Tot tam praeclaris imperatoribus uno bello absumtis.* Mox *tum recentissimae memoriae*, pro *quum*, Voss. Lov. 1. 2. Ber. a m. 1. et edd. antt. V. ad 6, 23, 3. *tunc recentissimae memoriae* Lovel. 5.

Digitized by Google

riae rex, tum ante omnia, quae virtus ei fortunaque sua dederat, beneficiis in populum Romanum insignis. ea quum universa obcurrerent animo, subiretque cogitatio, jam illa momento horae arsura omnia, et ad cineres reditura; priusquam signa Achradinam admoveret, praemittit Syracusanos, qui intra praesidia Romana, ut ante dictum est, fuerant, ut adloquio leni perlicerent hostes ad dedendam urbem. 14 15

XXV. Tenebant Achradinae portas murosque maxime transfugae, quibus nulla erat per conditiones veniae spes: ii nec adire muros, nec adloqui quemquam passi. itaque Marcellus, postquam id 1 2

§. 15. *Priusquam signa Achradinae admoveret*] Put. et Pet. *Achradinam*. quae varia lectio notabilis est. J. FR. GRON. 27, 25, 12. *Quia Laciniam Annibal admoverat copias*. 28, 46, 13. *M. Livium ex Etruria volonum exercitum admovere Ariminum jusserunt*. JAC. GRON. *ad Achradinam admoveret* Lovel. 2. quod et Crevier. in Victor. invenit, qui testatur reliquos suos *Achradinam admoveret* praeferre. Ita vero apud me etiam Florent. Lovel. 1. et Hearnii L. 1. *Achradinem* Harlej. Hav. et Lov. 5.

Qui inter praesidia] Vetustiores *Syracusanos*, *qui intra praesidia Romana fuerant*. Infra [c. 31, 8.] *Per domos eorum, qui intra praesidia Romana fuerant*. Neque aliter scribendum c. 31, 3. Cic. epist. ad Pompejum. *Qui intra praesidia atque arma aliene venissent*. Caesar 7. Gall. [8.] *Quod intrare intra praesidia periculosum existimabat*. J. FR. GRON. *intra praesidia Romana* plerique mei. Solent autem praepositiones *inter* et *intra* passim confundi. V. plura exempla ad 5, 27, 2. Adde ad 5, 3, 10. c. 7, 5. c. 12, 8. c. 15, 4. 43, 7, 4. (*41, 19, 1.) ad Epit. Liv. 119. *intra praesidium Romanum* Hav. *intra praesidia, ut dictum est, Romana* Lovel. 2. Mox *adloquio levi* Lovel. 2. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. antt. V. ad 36, 31, 8. posterior vox deest in Lovel. 1. et Ber. a m. 1.

§. 2. *Postquam id inceptum irritum fuit*] Pal. 1. *postquam inceptum irrisum fuit*. A sec. quoque et tert. nec non a vet. ed. abest τὸ *id*. GEBH. *postquam inceptu inrisum fuit* Voss. et Gaertner. *postquam inceptum inrisum fuit* Lovel. 1. Pronomen autem *id* exsulat etiam a Lovel. 2. 4. 5. Ber. et Hav. cum excusis Aldo prioribus.

Ad Euryalum signa referri jussit] Εὐρύηλος est apud Thucydidem [l. 6, 97. p. 407. et 7, 43. p. 438.] quo loco adscenditur ad Epipolas. Tu vide, an cum

Digitized by Google

inceptum irritum fuit, ad Euryalum signa referri jussit. tumulus est in extrema parte urbis versus a mari, viaeque inminens ferenti in agros mediterraneaque insulae, percommode situs ad commea-
3 tus excipiendos. Praeerat huic arci Philodemus Argivus, ab Epicyde inpositus, ad quem missus a Marcello Sosis, unus ex interfectoribus tyranni, quum, longo sermone habito, dilatus per frustrationem esset, retulit Marcello, tempus eum ad de-
4 liberandum sumsisse. Quum is diem de die differret, dum Hippocrates atque Himilco admoverent castra legionesque, haud dubius, si in arcem ac-

Livii verbis congruat. GLAR. Stephanus Ἐυρύηλος ἡ ἀκρόπολις τῶν Ἐπιπολῶν, πολίχνιον δὲ ταῦτο Συρακουσῶν ἀπόκρημνον. SIG. V. Cluverii Sicil. ant. 1, 12. p. 148.

Mediterraneaque insulae, percommodus ad commeatus excipiendos] Put. Pet. Men. Voss. *percommodestus ad.* Significant, quod clare unus e Pall. *percommode situs.* J. FR. GRON. *percommodestus* etiam Florent. Lovel. 1. 4. Harlej. et Hearnii N. *percommoda est* Lovel. 2. *mediterraneaque, quae insulae pars commoda est ad comm.* Hav. et Brancal. Latinii. Tum *ad commeatus accipiendos* Lovel. 4. *ad commeatus recipiendos* Cantabr.

§. 5. *Inter Neapolim et Thicam*] Sic Plutarch. [Marcello p. 308.] πρὸς τὴν ἔξω πόλιν, ἧς τὸ μὲν Νέαν, τὸ δὲ Τύχην ὀνομάζουσιν. Cic. etiam in Verr. 6. [4, 53.] unam Syracusarum partem *Insulam*, alteram *Achradinam*, tertiam, quod ibi fanum Fortunae esset, *Tychen*, quartam, quod postremo aedificata sit, *Neapolim* nominatam esse tradit. Ergo *Tychen* hoc etiam loco scribendum. SIG. Sed Latini η Graecorum in multis in *a* mutant. In hoc ipso loco Cic. Gruterus, Graevius et Gronovius e MSS. ediderunt *Tycha*, quod Lambinus in vet. cod. *Tucha* legi notat; et Gulielmius, Syracusanos Dorice dixisse Τύχα. DUK. Omnes codd. optimi et reliqui, licet alii alia, et plerique vitiosa, orthographia vocem illam scribant, in id tamen conspirant, ultimam syllabam non ad imitationem Graecorum per *e* sed per *a* efferendam, adeoque hic *Tycham*, et mox *Tycha*, legendum esse. De Neapoli autem et Tycha, ac posterioris hujus scribendae apud Graecos et Latinos, praesertim vero apud Livium, ratione v. Cluver. 1. Sicil. ant. 12, 151.

Nomina partium urbis, et instar urbium sunt] Put. *nomine a partium.* Pet. *nomine apertium.* Scribe *nomina ea partium.* J. FR. GRON. Posteriori cod. consen-

Digitized by Google

cepisset eos, deleri Romanum exercitum inclusum muris posse; Marcellus, ut Euryalum neque tra- 5
di, neque capi vidit posse, inter Neapolim et Tycham (nomina partium urbis, et instar urbium sunt) posuit castra, timens, ne, si frequentia intrasset loca, contineri ab discursu miles avidus praedae non posset. Legati eo ab Tycha et Neapoli cum infulis 6
et velamentis venerunt, precantes, ut a caedibus et ab incendiis parceretur. De quorum precibus, quam po- 7
stulatis, magis consilio habito, Marcellus ex omnium sententia edixit militibus, *ne quis liberum corpus violaret. cetera praedae futura.* castraque tectis parie- 8

tit Florent. Livius in simili per parenthesin addita enunciatione pronomen *ea* vel addere, vel omittere solet. V. ad 40, 57, 3. Hic vero Gronovii illud addentis sententiam probare nequeo. Quae enim varietas in Mstis est, inde nata videtur, quod librarii duplicem lectionem *nomine* et *nomina* in codd. repererint, easque ambas in contextum receperint; quod illis frequens fuisse vidimus ad 3, 44, 4. Mox *continere ab discursu milites avidos praedae posset* Lovel. 2.

§. 6. *Precantes, ut a caedibus et ab incendiis parceretur*] Vet. lib. *ut caedibus et incendiis parceretur*. SIG. Similiter Hav. At reliqui omnes vulgatum tuentur, nisi quod *ab caedibus et ab incendiis* sit in Lovel. 2. et 5. *ab caedibus et incendiis* in Ber.

§. 7. *Edixit militibus, ne quis liberum corpus violaret*] Plutarch. [Marc. p. 308.] Τῶν δ' ἐλευθέρων σωμάτων ἀπείπεν ἅψασθαι. SIG. Vox *militibus* exsulat a Lovel. 4. et Ber. *militibus edixit* legit Gaertn. Nec aliter typis impressi ante Aldum.

§. 8. *Castraque pro muro tectis parietum septa*] Quidam, transpositis aliquot verbis, ita legunt: *castraque tectis parietum pro muro septa*, manente nihilominus sensus obscuritate, cui ego sane mederi nequeo. GLAR. Glareanus obscuritati mederi se non posse fatetur. Cluverius [1. Sic. ant. 12. p. 153.] *castra pro tectis parietum muro septa.* Hoc dicit, castra Marcelli, inter Neapolim ac Tychen posita, aedificiorum parietes pro muro aut vallo habuisse: sive *tecta parietum* dixit pro parietibus ipsis structis ad tegendas aedes; sive scripsit, *castraque tectorum parietibus.* J. FR. GRON. Sententiam satis aperit haec explicatio, sed oratio tamen scabra est. nam *edixit* etc. *castraque septa* etc. et *stationes praesidiaque disposuit*, non cohaerent. DUK. Locum etiam pro deposito habet Crevier. qui sine integriorum codicum ope curari nequit. Non tantum enim haeret ad vo-

Digitized by Google

tum pro muro septa. portis regione platearum patentibus stationes praesidiaque disposuit, ne quis in discursu militum inpetus in castra fieri posset.
9 Inde, signo dato, milites discurrerunt: refractisque foribus, quum omnia terrore ac tumultu streperent, a caedibus tamen temperatum est. rapinis nullus ante modus fuit, quam omnia diuturna fe-
10 licitate cumulata bona egessere. Inter haec et Philodemus, quum spes auxilii nulla esset, fide accepta, ut inviolatus ad Epicyden rediret, deducto
11 praesidio, tradidit tumulum Romanis. Aversis omnibus ad tumultum ex parte captae urbis, Bomilcar,

ces *tectis parietum*, verum etiam ad sequentes *pro muro*, quasi vero castra muris saepiri soleant. Neque tamen ullum praesidium est in scriptis, qui in vulgatum omnes conspirant, nisi quod in ordine tantum vocabulorum varient: optimi ea serie illa digerunt, qua nunc eduntur, alii ea, qua in capite adnotationis Glareani leguntur. Ego etiam manum abstineo, et acutiores videre jubeo, quid censendum sit.

Portis regione platearum patentibus] Portae, inquit, castrorum patentes partem et regionem eam, quae in plateas ferebat, spectabant. Sic paulo post [c. 30, 7.] *Exponitque milites regione portae, quae prope fontem Arethusae est.* forte dictum pro *a regione.* ut Caesar [7. Gall. 35.] *Cum uterque utrique esset exercitui in conspectu, fereque e regione castris castra poneret.* SIG. *portis regione platearum patentibus* est, quas aperuerat et fecerat in locis urbis, qua eâ non claudebantur tectis, sed qua patebant ac directae erant viae. Virgil. 9, [385.] *fallitque timor regione viarum.* 11, [530.] *nota fertur regione viarum.* Sed τὸ *regione* Livio est versus. J. FR. GRON. V. ad 3, 66, 5. Ita plures codd. infra legunt 31, 26, 1. *Regione Eleusinis saltum Cithaeronis transcendit.* ubi vulgo editur *e regione.* 33, 17, 6. *Tum peninsula erat, occidentis regione artis faucibus cohaerens Acarnaniae.*

§. 9. *Rapinis nullus ante modus fuit*] *rapiendi ante nullus modus fuit* Pal. tert. GEBH. *ante nullus modus* trajectis vocibus etiam Lovel. 2. Paullo ante *discurrere* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antiquae. *discurrerunt* substituit Aldus. Deinde *a caedibus tm̄ temperatum est*, id est *tantum*, pro *tamen*, Hav. V. ad 9, 12, 6. Mox *gessere*, pro *egessere*, Harlej. *gesserunt* Florent. a m. 1. *egesserunt* a m. 2. V. ad 6, 3, 5.

§. 10. *Inter haec Philodemus*] Put. et alii *Inter haec et Philodemus.* J. FR. GRON. Ita non tantum omnes Msti mei, sed et

Digitized by Google

noctem eam nactus, qua propter vim tempestatis stare ad anchoram in salo Romana classis non posset, cum triginta quinque navibus ex portu Syracusano profectus, libero mari vela in altum dedit, quinque et quinquaginta navibus Epicydae et Syracusanis relictis: edoctisque Karthaginiensibus, in quanto res Syracusana discrimine esset, cum centum navibus post paucos dies redit, multis (ut fama est) donis ex Hieronis gaza ab Epicyde donatus.

12 13

XXVI. Marcellus, Euryalo recepto praesidioque addito, una cura erat liber, ne qua ab tergo vis hostium in arcem accepta inclusos impeditosque

1

edd. ante ultimam Gruteri, quae male τὸ *et* neglexit.

Reducto praesidio tradidit tumulum] *deducto* libri, et poscit Latinitas. J. FR. GRON. Ita et Florent. Cant. Gaertner. et Hearnii N. ac D. Infra 26, 17, 6. *Leges conscriberent de tradendis arcibus urbium, disque statuenda, ad quam praesidia deducerentur.* c. 38, 2. *Deductis praesidiis spei liberam vel obnoxiam timori sociorum relinquere fidem.* 34, 35, 3. *Ab Argis ceterisque oppidis praesidia omnia deducerentur.* 39, 26, 14. *Placere, deduci praesidia Macedonum ex iis urbibus.* c. 53, 10. *Cogebatur decedere Thracia, praesidiaque deducere.* 45, 34, 2. *Qui se dicerent ad praesidia deducenda venisse.* et alibi passim. Saepissime autem τὰ *deducere* et *reducere* commutantur. V. ad 6, 26, 8.

§. 11. *Aversus omnibus ad tumulum ex parte captae urbis*] Haec flagitiose corrupta sunt, ut ne intelligi quidem possint. Debuissent autem, si postremus editor diligentiae jam apud omnes praeceptae satisfacere voluisset, correcta esse. Ne longioribus agam, emendandum ex libb. tribus Pall. et prisca edd. *Aversis omnibus ad tumultum.* GEBH. Ita operarum errore edd. primae Grut. Parisiensis deinde anni 1625. servato *Aversus*, recte *tumultum* emendavit: ultima vero Grut. bene substituens *Aversis* retinuit *tumulum*. et ita Heins. Elzevir. unde demum Gronov. *tumultum* pr. ed. not. restituit, perperam tamen existimans, *tumulum* omnes ante suam editiones pervasisse.

Bomilcar, noctem eam nactus] V. Perizon. Animadv. Hist. c. 4. p. 165. DUK. Mox vocem *Romana* ignorat Hearnii N. Tum *ne posset*, pro *non posset*, Voss. Lovel. 1. et Gaertn.

§. 13. *In quanto res Syracusana discrimine esset*] Voces *res Syracusana* desunt in Voss. et Lovel. 1. Paullo ante *et Syracusis* Lovel. 1. 2. 4. Ber. Harlej. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et edd. vett. *et Syracusanis* primus Aldus recte vulgavit.

Digitized by Google

2 moenibus suos turbaret. Achradinam inde, trinis castris per idonea dispositis loca, spe ad inopiam omnium rerum inclusos redacturum, circumsedit. 3 Quum per aliquot dies quietae stationes utrimque fuissent, repente adventus Hippocratis et Himilconis, ut ultro undique obpugnarentur Romani, fecit. 4 nam et Hippocrates, castris ad magnum portum communitis, signoque iis dato, qui Achradinam tenebant; castra vetera Romanorum adortus est, quibus Crispinus praeerat; et Epicydes eruptionem in stationes Marcelli fecit: et classis Punica litori, quod inter urbem et castra Romana erat, adpulsa est; ne quid praesidii Crispino submitti a Marcel-

1 *Cum C navibus post paucos dies redit*] Hic *C* aït *naveis*: post paululum vero [c. 27, 4.] *CXXX naveis longas*, *LXX onerarias* memorat, duplum sane numerum de eadem utique profectione, ut puto. Nam eum bis rediisse mihi non fit verisimile, etiamsi Livius dicat *iterum cum classe profectus*. GLAR. *rediit* Lov. 2. et Ber. V. ad 36, 35, 2.

§. 1. *Una cura erat libera*] Opinor *una cura erat liber*. vel *una cura tenebatur*, vel *turbabatur*. VALLA. *libera* male servant Florent. Voss. Lovel. 2. 4. Harlej. Ber. a m. 2. et Rec. *liberatus* Lovel. 5. Sed *una cura erat liber*, ut Valla emendat, et reliqui codd. exhibent, praeferendum videtur. V. ad 2, 36, 3. Mox in *arcem recepta*, pro *accepta*, Ber.

§. 2. *Achradinam inde ternis castris*] Meliores *trinis*, ut ante monitum. J. FR. GRON. *tribus castris* Hearnii D. *trinis castris* Florent. cum fere omnibus meis, et Hearnii L. 1. ac N. V. ad 23, 49, 6.

Spe ad inopiam omnium rerum inclusos redacturum se] Pronomen abigunt Put. et omnes Gall. et Voss. Utrum subaudire mavis, an legere, *inclusos redactum iri*? V. ad 40, 42, 1. J. FR. GRON. Abigunt etiam Florent. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Mihi praestare videtur, ut pronomen subaudiatur, quam ut invitis codd. aliquid mutemus. V. ad 1, 23, 5. Voss. non illud tantum, sed et voces praecedentem ac sequentem omisit.

§. 4. *Litori, quod inter urbem et castra Romana erat, adpulsa est*] *litore* Florent. Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav.

§. 5. *Non repulit tantum a munimentis*] Pall. 1. et 3. *repulit munimentis*. Pal. 2. *repulit tantum munimento*. GEBH. Praevocabulo veniam dant omnes libri Gall. et Pall. J. FR. GRON. Abest etiam

Digitized by Google

lo posset. Tumultum tamen majorem hostes praebuerunt, quam certamen. nam et Crispinus Hippocraten 5
non repulit tantum munimentis, sed insecutus etiam est trepide fugientem: et Epicyden Marcellus in urbem compulit. satisque jam etiam in posterum vide- 6
batur provisum, ne quid ab repentinis eorum excursionibus periculi foret. Accessit et pestilentia, 7
commune malum, quod facile utrorumque animos averteret a belli consiliis. nam tempore autumni, et locis natura gravibus, multo tamen magis extra urbem, quam in urbe, intoleranda vis aestus per utraque castra omnium ferme corpora movit. Et 8
primo temporis ac loci vitio et aegri erant, et mo-

praepositio a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. Paullo ante *Hippocraten* et mox *Epicyden* edidit Gronov. consentientibus Flor. aliisque optimis. Quorum posterius Cl. Crevier. recepit, prius repudiavit. Differentiae rationem nullam video, nisi forte operae aberrarint. V. ad 24, 31, 2. Praeterea mox §. seq. *zo jam* omittitur in Lovel. 5. et Ber. a m. 2. Deinde *incursionibus* legunt idem Ber. et edd. ante Aldum.

§. 7. *Accessit et ad pestilentiam commune malum*] Opinor legendum *Accessit ad haec pestilentia*. VALLA. Put. Pet. Voss. *Accessit et ad pestilentia*. Repone *Accesserat et pestilentia*. J. FR. GRONOV. *Accessit et ad pestilentiam* servant Lovel. 2. 4. Harlej. et Hearnii L. 1. ac N. *Accessit et ad pestilentia* Florent. et Hav. Cl. Salvinius, priorem cod. cum editis conferens, inter excerpta ejus legendum conjecit *Accessit et ab pestilentia commune malum*. Vulgata lectio *Accessit et pestilentia* superest in edd. omnibus, et reliquis codd. Sed Salvinii conjectura praecipue placet. Mox *toleranda vis aestus* Florent. Voss. Lovel. 2. 4. Harlej. Ber. a m. 2. et Gaertn.

§. 8. *Postea curatio ipsa et contactus aegrorum*] Livium ante oculos habuisse Thucydidis 2, 51. et 52. descriptionem pestilentiae, quae anno secundo belli Peloponnesiaci in Atheniensis incubuit, locum conferenti patet. DUK. *et tactus aegrorum* Hav. Paullo ante *ac primo*, pro *et primo*, Florent. Voss. Lovel. 1. 4. 5. Gaertn. et Hav.

Adsidentes curantesque eadem vi morbi repletos secum traherent] *insidentes* Florent. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. a m. 2. Gaertn. et Hav. Sed *adsidere* in hac re proprium verbum est. Supra 9, 46, 9. *Consensuque nobilium adolescentium, qui ibi*, nempe apud aegrum collegam, *adsidebant*, *adsurrectum ei non*

Digitized by Google

riebantur: postea curatio ipsa et contactus aegrorum vulgabat morbos: ut aut neglecti desertique, qui incidissent, morerentur, aut adsidentes curantesque eadem vi morbi repletos secum traherent:
9 quotidianaque funera et mors ob oculos esset, et
10 undique dies noctesque ploratus audirentur. Postremo ita adsuetudine mali efferaverant animos, ut non modo lacrimis justoque comploratu prose-

esset. 21, 53, 6. *Haec adsidens aegro collegae agere.* V. Cel. Burm. ad Ov. 20. Her. 134. et Corte ad Plinii 1. ep. 22, 11. Deinde *vis morbi repletos secum traheret* Lovel. 2. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. *vis* etiam Florent. et Voss.

§. 9. *Et mors ob omnium oculos esset*] Put. Pet. ambo, Men. jubent deleri *omnium.* et cur non pareremus? 35, [1, 3.] *Caudinaeque cladis memoria non animis modo, sed prope oculis, obversabatur.* J. FR. GRON. Eamdem vocem exesse jubent omnes Hearnii Oxon. ut et, praeter unum vel alterum, omnes mei. Libens itaque Gronovio adsentior. Praeterea *essent* Lovel. 1. 2. et Gaertn. invitis reliquis. Utramque constructionem Livius adhibuit. V. ad 37, 5, 3. Ferri ergo posset et haec et illa, nisi plurium codd. in vulgatum consensus id praeferendum doceret.

§. 10. *Ut non modo non lacrimis justoque comploratu prosequerentur mortuos*] Vet. lib. *ut non modo lacrimis.* Hoc modo saepius Ciceronem esse locutum, alii collectis multis exemplis docuerunt. SIG. Negatio posterior iisdem, ut et Sigoniano ac Pall. priscaque editione exsulat, integro sensu. Sic 6, [34, 3.] *Ut non modo ad tribunatum militum inter patricios petendum, sed ne ad plebejos quidem magistratus capessendos ulli animus esset.* 39, 36, 9. *Hoc ego crimen non modo a vobis, Romani, sed ne apud vos quidem, nobis objiciendum fuisse arbitror.* Sic vett. nam vulgati adhuc eodem mendo fuere polluti. J. FR. GRON. Posteriorem negationem abjiciunt etiam fere omnes mei, omnes Hearnii Oxon. et edd. vetustae, usque ad Ascens. anni 1513. Similiter Cic. et optimos quosvis scriptores loqui solitos fuisse, viri docti saepe observarunt. V. Manut. ad Cic. 1. ad fam. 9. Bos. ad Cic. 14. ad Att. 5. Bernecc. et Vorst. ad Justin. 2, 1, 6. et Cel. Burm. ad Quinct. 11. Inst. Orat. 1. p. 960. Eadem locutio etiam Livio nostro familiarissima est. Ita 1, 40, 2. *Advenam non modo civicae, sed ne Italicae quidem stirpis.* 2, 23, 14. *Non modo inter Patres, sed ne inter consules quidem ipsos satis conveniebat.* 3, 24, 4. *Non modo visum in publico, sed ne adsurrexisse quidem ex morbo.* 4, 3, 11. *Non modo Romanae, sed ne Italicae quidem gentis.* 5, 38, 9. *Unde non modo praesidii quidquam, sed ne nuncius quidem cladis Romam est missus.* 9, 19, 14. *Non modo cum clade ulla, sed ne cum periculo quidem suo,* 22, 3, 4. *Non modo legum ac Patrum majestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens.* c. 28, 5. *Inutilis insidiatori, quia non modo*

Digitized by Google

querentur mortuos, sed ne efferrent quidem, aut sepelirent, jacerentque strata exanima corpora in conspectu similem mortem exspectantium; mortui- 11
que aegros, aegri validos, cum metu, tum tabe ac pestifero odore corporum, conficerent. et, ut ferro potius morerentur, quidam invadebant soli hostium stationes. Multo tamen vis major pestis 12
Poenorum castra, quam Romana, (diu circumse-

silvestre quidquam, *sed ne vepribus quidem vestitum habebat*. 23, 42, 4. 28, 29, 11. c. 39, 11. 29, 19, 11. 31, 22, 7. 34, 39, 3. 38, 58, 12. 39, 34, 8. et pluribus aliis locis. Etiam auctor Epit. Liv. 38. Pari modo *non solum*, pro non solum non, Liv. 5, 42, 3. *Non mentibus solum consipere, sed ne auribus quidem* etc. *non tantum*, pro non tantum non, Senecae vindicat Gronov. de Provid. 3. In his omnibus sequens membrum effertur per negationem. verum optimi scriptores ita etiam his particulis utuntur, licet posteriori membro nulla negatio insit. Id etiam interdum Livius fecit. Ita 3, 6, 8. *Non modo ad expeditiones, sed vix ad quietas stationes, viribus sufficerent*. 24, 40, 12. *Ut non modo alius quisquam arma caperet, sed etiam ipse rex ad flumen navesque perfugerit*. Et ita forte accipiendus est locus Livii 7, 32, 12. *Non factionibus modo, nec per coitiones usitatas nobilibus, sed hac dextra, mihi tres consulatus summamque laudem peperi*. Haec exempla non subcurrerunt, quum supra ad 4, 21, 6. ita Livium locutum esse negabam. Ceterum fatendum est, Florent. altera negatione inter versus ab interpolatrice manu adjecta, praeferre, *ut non modo lacrimis justoque compleratu non prosequerentur mortuos*.

Jacerentque strata exanima corpora in conspectu similem quoque mortem exspectantium] Pall. tres, et prisca ed. *exanimata corpora in conspectu similem mortem exspectantium*. Infra 26, 13, 18. *Parati erunt, qui magno rogo, in propatulo aedium accenso, corpora exanima iniciant*. ubi quoque libri omnes *exanimata*. GEBHARD. Gallici omnes et Voss. non habent *quoque*. J. FR. GRON. *strata exanimataque* Lovel. 2. *strata exanimata* Voss. Lovel. 4. 5. Harlej. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum; eo genere erroris, de quo supra v. ad 10, 37, 2. Serv. ad Virg. 1. Aen. 484. *exanimis est mortuus, ut hic indicat locus; exanimatus vero timens*. Idem vocabulum, sed diversa forma, habuimus supra 8, 39, 14. *Feciales Romam missi, et corpus Brutuli exanime*. Utraque forma autem antiquis in usu fuisse, dictum est ad Silii 5, 584. Deinde τὸ *quoque* ignorant etiam omnes mei, uno Ber. excepto, omnesque Hearnii Ozon.

§. 11. *Cum metu, tum tabe ac pestifero odore corporum, conficerent*] Vet. ed. *ac pestifero ardore*. GEBH. Ita et Ber. a m. 1. Gaertn. et multae edd. vett. *tabe a pestifero odore* Lov. 1. 4. et Voss. Praeterea *tum metu, tum tabe* Lovel. 5. Ber. Hav. et excu-

Digitized by Google

dendo Syracusas, coelo aquisque adsuerant magis)
13 adfecerat. Ex hostium exercitu Siculi, ut primum
videre ex gravitate loci vulgari morbos, in suas
14 quisque propinquas urbes dilapsi sunt. at Karthaginienses, quibus nusquam receptus erat, cum ipsis ducibus Hippocrate atque Himilcone, ad in-
15 ternecionem omnes perierunt. Marcellus, ut tanta vis ingruebat mali, traduxerat in urbem suos: infir-

si Aldo priores. *cum metu, cum tabe* Lovel. 1. 2. et Voss. V. ad 6, 23, 3.

Ut ferro potius morerentur, quidam invadebant] Vet. lib. *ferro quidam invadebant;* ut vox *ferro* iteretur. SIG. Alterutrum *ferro*, posterius quidem Put. Voss. et amb. Petav. prius Men. ignotum. Et exsulet sane: nam e Sigoniano non optimo est intrusum. J. FR. GRON. Gaertn. et forte unus et alter ex reliquis meis Sigonii vet. lib. vocem *ferro* iteranti consentiunt; ceteri omnesque Hearnii Oxon. eam ultimo loco abjiciunt.

§. 12. *Multo tamen major vis pestis Poenorum castra, quam Romana, diu circumsedendo Syracusas caede aquisque affecerat magis*] Merito haec asterisco notata sunt in quibusdam codd. Nam ea ita sonant, quasi Romanorum hostes diu circumsederint Syracusas, cum contra de Romanis hoc verum. Illud quoque, *Ex hostium exercitu*, incertae est distinctionis, ad priorane, quae mutila sunt, an ad posteriora referendum. GLAREAN. Vet. lib. *caede aquisque afferatur magis etiam hostium exercitu.* Corruptissimus locus sine aut meliorum exemplarium aut Polybii, apud quem haec historia intercidit, ope sanari non potest. Itaque signandus est asterisco. †„ Idem Glareanus habet. "†. SIG. Asterisco hunc locum a Sigonio caeterisque commentatoribus notatum hoc modo primus e Pal. sec. sincerissimo restituo: *Multo tamen vis major pestis Poenorum castra, quam Romana, quae diu circumsedendo Syracusas coelo aquisque affuerant magis, affecerat.* Ea ipsissima verba, quae Germana fide apposui, obferunt se consulenti Pal. sec. excepto ultimo *affecerat*, quod necessario requirit sententia. Et ad hanc ferme formam correctus hoc eodem loco est ab exscriptore, qui codicem (ut una atque altera vice in margine fatetur) ad meliora tria exemplaria contulerat Palat. prim. GEBH. Scribe, ut monuimus 4. Observ. 8. p. 114. *Multo tamen vis major pestis Poenorum castra, quam Romana, (diu circumsedendo Syracusas coelo aquisque adsuerant magis) adfecerat.* J. FR. GRON. In id omnes ferme codd. conspirant, quod transpositis vocibus legant *Multo tamen vis major;* quare eos secutus sum. In reliqua parte horum verborum quae plerorumque Mstorum lectio fuerit, in Observ. notavit Gronov. cujus emendatio illi Gebhardi praeferenda est. Pronomen enim *quae* in nullo praeterea cod. quam

Digitized by Google

maque corpora tecta et umbrae recreaverant. Multi tamen ex Romano exercitu eadem peste absumti sunt.

XXVII. Deleto terrestri Punico exercitu, Siculi, qui Hippocratis milites fuerant, in haud magna oppida, ceterum et situ et munimentis tuta, (tria millia alterum ab Syracusis, alterum quindecim abest) eo et commeatus e civitatibus suis compor-

in Florent. optimo a m. 2. adparet. Verum, parentheses abruptas Livio familiares esse, infra videbimus ad 40, 57, 3. Mox §. seq. *Et hostium exercitu*, pro *Ex hostium*, male Florent. Cant. Voss. a m. 1. Lovel. 2. 4. et Harlej. V. ad 26, 45, 1. *Etiam hostium exercitu* conruptius Lovel. 5. Praeterea *proximas urbes*, pro *propinquas*, Hav.

§. 14. *Ad intermecionem omnes*] *ad internitionem* Florent. a m. 1. et Lovel. 2. *ad internicionem* Lovel. 4. *ad intermectionem* Hav. *ad interempcionem* Gaertn. V. ad 9, 26, 2.

§. 15. *Adduxerat in urbem suos*] Put. Pet. melior, Pal. *traduxerat*. J. FR. GRON. Neque aliter Florent. Ber. a m. 2. et Hav. V. ad 37, 2, 5. Mox *tecto et umbra recreaverat* Hafn. et Hav. optimis aliisque omnibus invitis.

§. 1. *Deleto terrestri Punico exercitu*] Pall. 1. ac 2. cum principe editionum *terrestri Punicoque exercitu*. GEBH. Similiter male Voss. Lovel. 1. 2. 4. Ber. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. nec melius *terrestri et Punico exercitu* Lovel. 5.

Tria millia alterum ab Syracusis, alterum quindecim ab ostio, et commeatus] De quo ostio loquatur, non admodum clarum. Quamquam non ita multo post [c. 30, 6.] ubi Merico custodiae evenit portio, ita ait: *Partibus dividendis ipsi regio evenit ab Arethusa usque ad ostium magni portus*. GLAR. Suspectas habeo voces *ab ostio:* neque enim ostii supra ulla mentio. Vereor, ne corrupta vox sit, pro *distantia*, quod oppida illa, alterum tria, alterum quindecim millia ab Syracusis abfuerint. †. „ Et hic „ etiam haesit Glareanus. „ †. SIG. Jure suspectum habent Glareanus et Sigonius. Quod enim illud κατ' ἐξοχὴν *ostium?* Put. *abosteo*. Pet. *ab osteo*. Statim etiam in eadem periodo *haud in magna oppida* carent iidem τοῦ *in*, ut et Vossianus. Scribe, *Siculi, qui Hippocratis milites fuerant, in haud magna oppida, ceterum et situ et munimentis tuta, (tria millia alterum ab Syracusis, alterum quindecim abest) eo et commeatus e civitatibus suis comportabant, et auxilia arcessebant*. Illud *eo* supervacuum videtur: non est tamen, et propter usum Latinae linguae et propter interjecta verba parenthesi interclusa. Plautus Pseudolo [1, 5, 114.]

Tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit,
Eam circumducam lepida lenonem.

Cato apud Gellium [14, 2.] *Si*

Digitized by Google

2 tabant, et auxilia arcessebant. Interea Bomilcar, iterum cum classe profectus Karthaginem, ita exposita fortuna sociorum, ut spem faceret, non ipsis modo salutarem opem ferri posse, sed Roma-

ambo pares essent, illi, unde petitur, ei potius credendum esse. Noster 1, [19, 1.] *Qui regno ita potitus, urbem novam, conditam vi et armis, jure eam legibusque ac moribus de integro condere parat.* Eodemque de Lucretia [c. 58, 11.] *Cultrum, quem sub veste habebat, eum in corde defigit.* 26, [24, 15.] *Laevinus Zacynthum (parva insula est propinqua Aetoliae; urbem unam eodem, quo ipsa est, nomine habet) eam praeter arcem vi cepit.* Caesar 3. de Gall. 20. *Multis praeterea viris fortibus Tolosa, Carcassone, Narbone, quae sunt civitates Galliae provinciae finitimae, ex his regionibus nominatim evocatis.* Quae frustra duplici conjectura tentat Ciacconius. Suetonius Domit. 3. *Deinde uxorem suam Domitiam*, etc. *eandem Paridis histrionis amore deperditam.* Torrentius τὸ *eandem* ab imperito aliquo, qui periodi longitudine offendebatur, insertum putat: non ego. Arnobius l. 5. [p. 174.] *Partem illam corporis, per quam secus foemineum et sobolem prodere, et nomen solet adquirere generi, eam longiore ab incuria liberat.* Ubi male Stewichius et Romani editores *genericum*; male Behotius *parte illa corporis*, offensi repetitione pronominis. Valet igitur *eo* idem, quod ea in oppida. Parissimum Plinii l. 25, 27. *E margaritis, Magne, tam prodiga re, et foeminis reperta, quam habere gereresque te fas non sit, hinc fieri vultus tuos.* J. FR. GRON. Ex his etiam quaedam leguntur 1. Observ. 23. Hoc παρέλκον pronominum post Manutium ad Cic. 7. ad Famil. 26. et 13, 28. multi observarunt. V. Burm. ad Suet. Aug. 67. Et tamen hoc adeo obvium quidam ignorasse, et ideo nonnulla satis sana pro corruptis habuisse videntur. Sic quod l. 60. pr. D. pro Socio, ex Scaevolae l. 13. ad Sabinum scriptum est, *Socium, qui in eo, quod ex societate lucrifaceret, reddendo moram adhibuit, quum ea pecunia ipse usus esset, usuras quoque eum praestare debere, Labeo ait*, excluso pronomine *eum* temere mutare aggressi sunt: quos retinere potuerat, quod ex eodem Scaevola l. 18. §. ult. D. de Alim. legat. ad Apuleji Apol. princ. protulit Pricaeus. Et miror Casaubono, cui hoc non incognitum fuisse constat ex illius castigationibus in Apulejum, non potuisse placere in Suetonii l. d. quod in MSS. esse ipse testatur, *Thallo liberto* etc. *crura ei fregit.* Ab illius sententia merito discesserunt alii viri docti. DUK. Cluverius 1. Sic. ant. 12. p. 144. ex conjectura legit *ab Syracusis, alterum mille et quingentos passus, et commeatus.* Sed, praeterquam quod haec mutatio, invitis libris omnibus, nimia sit, amat etiam saepe Livius vocem *passus* omittere, quae contra codicum auctoritatem addenda non est. V. ad 6, 32, 9. Doujatius mire fluctuat. Voces enim *ab ostio* intelligi posse existimat vel de ostio fluminis Anapi, vel de ostio portus magni, cujus postea c. 30. meminit: id tamen in hac expositione incommodum agnoscit, quod Anapus sit juxta Syracusas, portus magnus ad ipsa

Digitized by Google

nos quoque in capta quodammodo urbe capi, per- 3
pulit, ut onerarias naves quam plurimas omni copia rerum onustas secum mitterent, classemque suam augerent. igitur, centum triginta navibus longis et 4

moenia. Hinc lectionem cod. Colbert. a m. 2. *alterum quindecim ab hasta* proponit. Verum quum hostis Siculorum non alius videatur, quam Romanus, cujus exercitus et ipse Syracusis, hinc commodius fore fatetur *alterum quindecim abest*, nisi quis tandem velit *hostis* nomine intelligi Bomilcarem, Romanorum hostem, Punicae classis praetorem, cujus statio ad Pachynum. Tot verba perdere maluit, quam Gronovio, locum hunc ex optimo cod. verissime emendanti, adsentiri. Plurimis autem locis Livius hoc loquendi genere usus est, ut post verba per parenthesin interjecta adhiberet pronomen *hic*, *is* vel similia, quae abesse poterant. Supra 1, 26, 10. *Hunccine, afebat, quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca vinctum* etc. *videre potestis?* c. 49, 9. *Octavio Mamilio Tusculano* (*is longe princeps Latini nominis erat*, etc.) *ei Mamilio filiam nuptum dat.* 3, 58, 1. *C. Claudius* (*qui* etc. *Regillum antiquam in patriam se contulerat*) *is magno jam natu quum ad pericula ejus deprecanda redisset.* c. 64, 10. *Hi tum uti, quos sibi collegas cooptassint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint.* 4, 15, 3. *Qui natus in libero populo, inter jura legesque, ex qua urbe reges exactos sciret*, etc. *in ea SP. Maelius spem regni conceperit.* 5, 37, 1. *Civitas, quae* etc. *dictatorem multis tempestatibus dixisset, ea tunc nihil extraordinarii imperii aut auxilii quaesivit.* 6, 19, 4. *Tribuni consulari potestate tribunique plebis* (*nam et* etc. *Patrum auctoritati se dediderant*) *hi tum omnes, quid opus facto sit, consultant.* c. 26, 6. *Pacem, quam nos praestitimus, eam a vobis petimus.* 21, 4, 4. *Florem aetatis Hasdrubal, quem ipse patri Hannibalis fruendum praebuit, justo jure eum a filio repeti censet.* quod male Perizonio patri displicebat. 26, 41 18. *Dii immortales, imperii Romani praesides, qui centuriis omnibus, ut mihi imperium juberent, fuere auctores, iidem omnia laeta ac prospera portendunt.* ubi etiam nonnulli codd. omittunt τὸ *qui*. 29, 15, 2. *Subjecerunt, colonias duodecim, quae* etc. *abnuissent milites dare, eas annum jam ferme sextum vacationem militiae habere.* 38, 44, 5. *Signa aliaque ornamenta, quae quererentur ex aedibus sacris sublata esse, de iis* etc. *placere ad collegium pontificum referri.* 40, 56, 4. *Regnum, quod a patruo tuo* etc. *custoditum et auctum etiam accepi, id tibi tradere in animo est.* 42, 3, 7. *Censorem moribus regendis creatum, cui sarta tecta* etc. *eum per sociorum urbes diruentem templa* etc. *vagari.* et aliis locis. Praeter viros doctos a Dukero laudatos, qui hoc genus loquendi inlustrarunt, vide Gronov. ad Gellii 11, 1. Davis. ad Cic. 3. Tusc. 8. Jensium in Lect. Lucian. 1, 9. Torren. ad Val. Max. 1, 7, 5. et Arntz. ad Aur. Vict. de Vir. inl. 27. Adde, quae notavi ad Silii 12, 441.

Et auxilia arcessebant] Pal. pr. *accersibant*. GEBH.

§. 2. *Non ipsis modo salutarem*

septingentis onerariis profectus a Karthagine, satis prosperos ventos ad trajiciendum in Siciliam habuit. sed iidem venti superare eum Pachynum prohibebant.
5 Bomilcaris adventus, fama primo, dein praeter spem mora, quum gaudium et metum in vicem Ro-
6 manis Syracusanisque praebuisset; Epicydes metuens, ne, si pergerent iidem, qui tum tenebant, ab ortu solis flare per dies plures venti, classis
7 Punica Africam repeteret, tradita Achradina mercenariorum militum ducibus, ad Bomilcarem na-
8 vigat. classem in statione versa in Africam habentem, atque timentem navale proelium, non tam quod

opem ferri posse] *non ipsos modo salutarem opem ferre posse* Hafn. *ferre* etiam Lovel. 1. 2. 5. et Harl.

§. 4. *Igitur centum triginta navibus longis et septuaginta onerariis*] Put. ambo Petaviani, reg. Men. Voss. *navibus longis, DCC. onerariis*, quod est *septingentis*. Certe in hujusmodi classibus posteriorum numerus plerumque solet esse major. Apud Polybium l. 1, [52.] Junius consul Lilybaeum obsidentibus σιταρχίας παρακομίζει ἕχων ἑκατὸν εἴκοσι σκάφη, καὶ τὴν ἀγορὰν σχεδὸν ἐν ὀκτακοσίαις ναυσὶ φορτηγοῖς. Apud eundem quinto, [c. 68.] Ptolemaei classis Perigeni data habet καταφράκτους μὲν ναῦς τριάκοντα, φορτηγοὺς δὲ πλείους τῶν τετρακοσίων. Amilcar Divus, quum in Siciliam trajiceret, naves μακρὰς πλείους τῶν δισχιλίων, καὶ χωρὶς πολλὰς ναῦς φορτίδας τὰς κομιζούσας τὴν ἀγορὰν ὑπὲρ τὰς τρισχιλίας habuisse dicitur Diodoro Siculo l. 11. [p. 253.] Quinquaginta longis, quadringentis onerariis in Africam trajecit Scipio, ut constat ex nostri [29, [26, 3.] et ducentis onerariis, triginta longis ad eundem contendit Octavius 30, [24, 6.] Hic ergo repone tuto *septingentis*. J. FR. GRON. *igitur cum triginta* Harl. *igitur centum XX* Hearnii D. *igitur centum et triginta* Hav. Deinde *et DC onerariis* Hearnii L. 1. *et VII. onerariis* ejusdem N. et D. *et DCC*, vel *et septingentis onerariis* Florent. cum plerisque reliquis meis, nisi quod in quibusdam vocula *et* desit, quod etiam de duobus Colbert. testatur Doujatius. Florentino consentiunt priscae edd. usque ad Ascensium, qui anno 1513. primus *et septuaginta onerariis* perperam edidit.

Satis prosperos eventus ad trajiciendum in Siciliam habuit] Pro *eventus* ego *ventos* reponendum ab initio putavi ob ea, quae sequuntur. Vetusti inde codicis fides accessit: qua fretus in restituenda dictione audacius perseveravi. Haec plura dixi, quia

Digitized by Google

quod inpar viribus aut numero navium esset, (quippe etiam plures habebat) quam quod venti aptiores Romanae, quam suae, classi flarent, perpulit tandem, ut fortunam navalis certaminis experiri vellet. Et Marcellus, quum et Siculum exercitum 9
ex tota insula conciri videret, et cum ingenti commeatu classem Punicam adventare, ne simul terra marique inclusus urbe hostium urgueretur, quamquam inpar numero navium erat, prohibere aditu Syracusarum Bomilcarem constituit. Duae classes 10
infestae circa promontorium Pachynum stabant, ubi prima tranquillitas maris in altum evexisset, concursuare. Itaque, cadente jam Euro, qui per 11

tentus non multum discrepat ab eo, quod dicitur. SABELL. In plerisque codd. meis, etiam in eorum optimis, error a Sabellico deprehensus et emendatus superest. Praeterea Paris. anno 1573. primi ediderunt *prosperos ventis*, trajectis vocibus; quam mutationem improbant tantum non omnes scripti.

§. 8. *Perpulit tandem, ut fortunam*] Pall. 1. ac 3. *perpulit tamen*. GEBH. Ita et Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. V. ad 22, 2, 11.

§. 9. *Exercitum tota ab insula conciri*] Scripti *ex tota*. J. FR. GRONOV. Ita quoque omnes mei, et Hearnii Oxon. codd. omnesque edd. usque ad postremam Gruteri, quae prima *ab tota* dedit.

§. 10. *Ubi prima tranquillitas maris*] Ita se ex scriptis et manu patris edidisse scribit Jac. Gronovius ad Livii 30, 33, 4. quod antea erat *primum*. *Primo* et *primum* adverbia saepe invasisse locum adjectivorum *primus* et *prima*, ostendit J. Fr. Gronov. ad Liv. 28, 22, 13. 29, 21, 4. et 1. Obs. 7. et alii viri docti ad Silii 2, 235. Non est, cur hic MSS. sequi non velimus: etsi *ubi primum*, *ut primum*, et *quam primum* hoc loco etiam sine vitio dici posse puto. Nec magis damno, quod in Floro 4, 9, 3. quidam MSS. habent, *ubi primum adfulsit occasio*. quam hoc Ciceronis 10. ad fam. 13. *Ut primum potestas data est augendae dignitatis tuae, nihil praetermisi in te ornando*. aut Sallustii Catil. 39. *Sed ubi primum dubiis rebus novandis spes oblata est*. Utrumque, mea sententia, probum est. DUK. Inter codd. qui *prima* praeferunt, referendus est Florent. et forte Cantabr. unde nihil notatur.

§. 11. *Cujus prima classis potere altum visa est*] Quae est illa *prima classis*? an pars, quae prima e portu vel statione egressa fuerat? Vix puto: nam, to-

Digitized by Google

dies aliquot saevierat, prior Bomilcar movit: cujus prima classis petere altum visa est, quo facilius
12 superaret promontorium. ceterum, postquam tendere ad se Romanas naves vidit, incertum qua subita territus re, Bomilcar vela in altum dedit, missisque nunciis Heracleam, qui onerarias retro in Africam repetere juberent, ipse, Siciliam praeter-
13 vectus, Tarentum petit. Epicydes, a tanta repente destitutus spe, ne in obsidionem magna ex parte captae urbis rediret, Agrigentum navigat, exspectaturus magis eventum, quam inde quidquam moturus.

tam classem intelligi, videntur ostendere sequentia. Nec placet *prima* pro primo accipi, ut in nonnullis, quae ad Silium l. d. adnotantur: est enim poëticum, et orationi solutae parum conveniens. Si liceret legi *primo*, mihi omnis obscuritas sublata esset. DUKER.

§. 12. *Missisque nunciis Heracleam*] Siciliae Heracleam intelligit. SIGON.

Qui onerarias naves retro in Africam repetere juberent] Put. et Pet. melior delent *τὸ naves*: credimusque facile illis, insiticium esse. 34, 50, 11. *Et L. Quinctio fratri legato et praefecto classis scribit, ut onerarias ex omni Graeciae ora eodem contraheret.* Quum tamen vox *naves* toto illo capite non extet. Ut et 35, 37, 7. *Et Thoas ducentos equites, onerarias leves ad triginta habebat.* 37, [27, 1.] *Id erat horreum Romanis, eoque omnes ex Italia missae onerariae dirigebant cursum.* J. FR. GRON. *retro in Africam repetere* satis inusitatum videtur. Livius hoc ipso cap. dixit *metuens, ne* etc. *classis Punica Africam repeteret.* DUK. Vox *naves* deest in Florent. Voss. Lovel. 1. et Cantabr. Infra c. 31, 13. *Onerarias frumento onustas cepit.* 26, 41, 1. *Classem onerariasque aestium inde Iberi fluminis petere jubet.* 30, 36, 2. *Nuncio adlato, P. Lentulum cum quinquaginta rostratis, centum onerariis, omni genere commeatus ad Uticam accessisse.* 42, 48, 10. *Ut onerariae ex agmine suo per altum dissipatae consequerentur.* V. Gelenium ad 35, 37, 7. Deinde praepositionem *in* delendam esse, ut sit *retro Africam repetere*, ad oram Livii monuit Ant. Perizon. quam etiam omisit Lovel. 5. Omnes tamen reliqui eamdem constanter servant. Videri posset supplendum esse *retro iter in Africam repetere.* Certe ita Virg. locum in Culice v. 104. *capellae repetebant ad vada* exponit Sanctius in Minerv. 4, 4. in v. *Iter.* At, locum mendosum esse, Scalig. ibidem docuit, ut et Cel. Burm. ad Grat. Cyneg. v. 244.

Siciliam praetervectus, Taren-

Digitized by Google

XXVIII. Quae ubi in castra Siculorum sunt nun- 1
ciata, Epicydem Syracusis excessisse, a Karthagi-
niensibus relictam insulam, et prope iterum Roma-
nis traditam; legatos de conditionibus dedendae 2
urbis, explorata prius per conloquia voluntate eo-
rum, qui obsidebantur, ad Marcellum mittunt.
Quum haud ferme discreparet, quin, quae ubique 3
regum fuissent, Romanorum essent; Siculis cetera
cum libertate ac legibus suis servarentur; evocatis
ad conloquium his, quibus ab Epicyde creditae
res erant, *missos se simul ad Marcellum, simul ad eos* 4
ab exercitu Siculorum, ajunt, *ut una omnium, qui*

tum petis]. Pal. 2. *Siciliam praevectus Tarentum repetit*. Probe. ut Propert. 1, 8.

Ut te felici praevecta Ceraunia remo
Accipiat placidis Oricos aequoribus.

GEBH. Eo sensu *praevectus* alibi apud Livium reperiri, vidimus ad 24, 44, 10. Hic tamen omnes codd. mei vulgatum tuentur. *repetit* est in Hafn.

§. 2. *A tanta repente destitutus spe*] Praepositio abest a Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum. Utrumque Livianum est. Praepositionem in hac locutione omittit 29, 24, 2. *Magno momento rerum in Africa gerendarum, magnaque spe destitutus erat*. Eamdem addidit 22, 15, 2. *Destitutus ab spe summopere petiti certaminis*. 31, 24, 3. *A qua destitutus spe, per Boeotiam Athenas ducit*. 36, 33, 3. *Destituti ab omni spe quum desertos se ab Antiocho esse cernerent*. Optimi tamen codd. Flor. et Cant. Aldo praepositionem addenti consentiunt. Ceterum *in obsidionem urbis redire*, quod sequitur, accipiendum est, pro in urbem obsessam redire. Marcellus enim, reliquis Syracusarum partibus captis, Achradinam trinis castris obsidebat, eam vero Epicydes defendebat.

§. 2. *Et prope iterum Romanis traditam*] Id est, ut primo bello Punico primum tradiderant. SIGON. *traditam Romanis* Florent. et Harlej.

§. 3. *Quum haud ferme discreparet, quin, quae ubique regum fuissent*] *Quum haud discreparent* Voss. et Ber. *discreparent* etiam Lovel. g. Male. Solet enim Livius verbo *discrepat* inpersonaliter uti. 22, 61, 10. *Mirari magis, adeo discrepare inter auctores, quam, quid veri sit, discernere queas*. V. ad 3, 31, 8. Vocem *ferme* etiam omittunt Lovel. 2. et edd. Aldina priores. Tum *quinque ubique* pro *quin quae*, Florent. a m. 1. et Cant. *quique ubique* Florent. a m. 2. et Harlej. *quaeque ubique*

Digitized by Google

obsiderentur, quique extra obsidionem essent, fortuna esset; neve alteri proprie sibi paciscerentur quidquam.
5 Recepti deinde ab iis, ut necessarios hospitesque adloquerentur, expositis, quae pacta jam cum Marcello haberent, oblata spe salutis perpulere eos, ut secum praefectos Epicydis, Polyclitum, et Philistionem, et Epicydem, cui Sindon cognomen erat,
6 adgrederentur. interfectis iis, et multitudine ad concionem vocata, et inopiam, qua ipsi inter se fremere occulte soliti erant, conquesti, *quamquam tot mala urguerent*, negarunt, *fortunam accusandam*

Voss. Lovel. 2. 4. 5. Ber. a m. 2. Gaertn. et Hav. *quoque ubique* Rec.

Quibus ab Epicyde credita res erat] Put. et Pet. *creditae res erant.* J. FR. GRON. Consentiunt Florent. et Hav. *tradita res erat* Lovel. 1. et 5. V. ad Epit. Liv. 60.

§. 4. *Missos se simul ad Marcellum, simul ab eo ad exercitum*] Missi erant e castris Siculorum ad Marcellum de conditionibus dedendae urbis, sed ita, ut explorarent prius eorum, qui obsidebantur, voluntatem, quam pacta confirmarentur. Nihil igitur attinebat ad obsessos, memorare se remissos esse a Marcello ad exercitum, quod neque factum erat, et, si maxime factum esset, non poterat inde colligi, id agi, ut una omnium esset fortuna, quod his legationibus quaeri affirmabant. Tum neque opus erat, Marcellum ea de re legatos mittere ad Siculos, qui ultro id rogatum venissent, neque illum id sibi curae habere conveniens erat, sed solos Syracusanorum socios, qui erant in castris. Verisimile est igitur, dixisse legatos: *missos se simul ad Marcellum, simul ad eos ab exercitu Siculorum.* JAC. PERIZ. Pessime in hoc loco versatus est Doujatius, qui cum Colbert. altero (cui ex meis consentit Harlej.) delet verba *simul ad Marcellum*, et *τὰ missos se simul ab eo* refert ad Epicydem, qui eos misisset. Verum, praeterquam quod verba illa agnoscant reliqui codd. et in paucis illis omissa existimem culpa librariorum, quibus repetitio vocis *simul* inposuit, ejectis, quae Doujatio displicent, vox *simul* incommoda erit. Optime difficultati obcurrit Cl. Perizonius, praesertim quum Florent. praeferat *simul adeo ab exercitu:* quod quum Crevier. etiam in Put. invenisset, recte conjecturam Perizonii in contextum recepit. Mox *fuissent*, pro *essent*, Florent. et Cant.

§. 5. *Oblata spe salutis perpulere eos*] *populere eos* Ber. et Brancal. Latinii. Male. V. ad 24, 35, 5. De verbo *perpellere* v. ad 3, 30, 5.

Polyclitum, et Philistionem] Ita Gronov. edidit anno 1665. neque

Digitized by Google

esse, quod in ipsorum esset potestate, quamdiu ea pate-
rentur. Romanis caussam obpugnandi Syracusas fuisse 7
caritatem Syracusanorum, non odium: nam, ut occu-
patas res ab satellitibus Hannibalis, deinde Hierony-
mi, Hippocrate atque Epicyde audierint, tum bellum
movisse, et obsidere urbem coepisse, ut crudeles tyrannos
ejus, non ut ipsam urbem, expugnarent. Hippocrate 8
vero interemto, Epicyde intercluso ab Syracusis, et
praefectis ejus occisis, Karthaginiensibus omni possessione
Siciliae terra marique pulsis, quam superesse caussam
Romanis, cur non, perinde ac si Hiero ipse viveret,

aliter codd. nostri, nisi quod *Polliditum* praeferat Lovel. 1. *Polliditum* Rec. *Polyditum* Lovel. 4. *Pilichlitum* Gaertn. *Policritum* Hearnii L. 1. Priores ediderant *Polyclytum*, proximi usque ad Gron. *Polycletum*. Praeterea *Philistonem* est in Lovel. 2. 4. et ed. Parm. *Philistenem* in Hav. et Hearnii L. 1.

Cui Sidon cognomen erat] Scripti omnes *Sindon*, additque Salmasius, et ita scribendum. Non exputo caussam, cur impressi inde abierint. JAC. GRON. Plerique meorum *Sidon* servant. At *Sydon* est in Lovel. 5. et edd. priscis. *Sindon* in Gaertn. unus vel alter tantum *Sindon*; quod Cleric. et Crevier. receperunt. J. Fr. Gronov. pr. ed. not. ad 1, 3. legendum putavit *cui Sidoni cognomen erat*. In repetita vero ed. ad 1, 1, 4. vulgatum ferri posse fatetur. Praeterea *cognomine*, omissa sequenti voce, Voss. in contextu, Lovel. 1. et Gaertn. *cognomen est* Lovel. 2. 4. Ber. et Hav. *cognomentum est* edd. vett. eò *erat* etiam deest in Lovel. 5.

§. 6. *Multitudine ad concionem convocata*] Vet. lib. *vocata*. SIG. Pall. tres *vocata* praeferunt. GEBHARD. Parum interest: sed, ne videamur negligentiores Sigonio, quod ille protulit ex suo libro, *vocata*, id in omnibus nostris tantum reperiri attestamur. J. FR. GRON. *convocata* tantum apud me superest in Ber. et Gaertn. Reliqui similiter legunt *vocata*.

Et inopiam, qua ipsi inter se fremere] *inopiamque* Florent. Tum *quam ipsi* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. a m. 2. Hav. et Victor. apud Crevier. Supra 3, 38, 11. *Haec fremebat plebes*. c. 62, 2. *Ubi haec fremere militem in castris consul sensit. quae ipsi* Florent. quod idem Crevier. in Put. invenit: unde scribendum conjecit *qua et ipsi inter se fremere*. Mox *occulti* Florent.

Et quamquam tot mala urguerent, negarent fortunam] Et hic locus in aliquot codicibus asterisco notatus est, fortassis, quod dicendi genus temere hoc contextu mutatum est. Exercitum autem Siculorum extra urbem Syracusas fuisse, praecedentia

Digitized by Google

unicus Romanae amicitiae cultor, incolumes Syracusas
9 *esse velint? Itaque nec urbi nec hominibus aliud periculum, quam ab semet ipsis, esse, si occasionem reconciliandi se Romanis praetermisissent. eam autem, qualis illo momento horae sit, nullam deinde fore, simul liberatos ab inpotentibus tyrannis adparuisset.*

1 XXIX. Omnium ingenti adsensu audita ea oratio est. Praetores tamen prius creari, quam legatos nominari, placuit. ex ipsorum deinde praeto-
2 rum numero missi oratores ad Marcellum. quorum princeps, *Neque primo*, inquit, *Syracusani a vobis defecimus, sed Hieronymus, nequaquam tam in vos in-*

satis indicant. Cauda etiam orationis Syracusanorum, quam inter se habent, apud me male tinnit. GLAR. Voculam *et* initialem Cl. Jac. Gronov. omisit, omnibus, praeter unum vel alterum, codd. concinentibus. Deinde *negarunt* edidit Froben. anno 1531. et post eum reliqui; quod verius est, licet alterum *negarent* supersit in Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav.

§. 8. *Hippocrate vero interemto*] Atqui Hippocrates pestilentia periit, ut supra Livius narravit c. 26, 14. Hinc Ant. Perizon. se malle, *Hippocrate vero exstincto*, ad oram Livii testatus est. Interim tamen omnes codd. *interemto* constanter tuentur.

§. 9. *Aliud periculi, quam ab semet ipsis, esse*] *periculi* video in primo Frobenio, *Romano* est recentissimorum. Scripsit et editi alii: *Itaque nec urbi nec hominibus aliud periculum, quam ab semet ipsis esse, si occasionem reconciliandi se Romanis praetermisissent.* J. FR. GRON. *periculum* quoque omnes mei. Deinde quidam etiam *Romanis:* alii breviter *Rom.* quomodo quum Parisienses anno 1573. evulgassent, et proximi editores servassent, tandem Gruteri ἔκδοσις postrema *Romano* substituit. Ego priscam lectionem *periculum* et *Romanis* restitui.

Si simul libertas ab inpotentibus tyrannis adparuisset] Pal. 3. *fore, simul libertas ab impotentibus tyrannis aperuisset.* Admodum depravate. Et forte ita legit Glareanus, cum ei cauda hujus deliberationis male tinniret, cui homini negant sanum sinciput fuisse. GEBH. Et Glareano male tinnit hujus orationis cauda. Put. Pet. ambo, reg. Men. Voss. *liberatas.* Unus Pal. deinde *fore, simul libertas ab impotentibus tyrannis aperuisset.* Quasi velit subaudiri ex praecedenti membro *occasionem.* Ambigo, utrum malim, *eam autem, qualis illo momento horae sit, nullam deinde fore, simul liberatos ab impotentibus tyrannis apparuisset;* an, *quem libertas ab impotentibus tyrannis aperuis-*

Digitized by Google

pius, quam in nos: nec postea pacem, tyranni caede 3
compositam, Syracusanus quisquam, sed satellites regii Hippocrates atque Epicydes, obpressis nobis hinc metu, hinc fraude, turbaverunt. nec quisquam dicere potest, aliquando nobis libertatis tempus fuisse, quod pacis vobiscum non fuerit. Nunc certe caede eorum, qui ob- 4
pressas tenebant Syracusas, quum primum nostri arbitrii esse coepimus, extemplo venimus ad tradenda arma; dedendos nos, urbem, moenia: nullam recusandam fortunam, quae inposita a vobis fuerit. Gloriam captae 5
nobilissimae pulcherrimaeque urbis Graecarum Dei tibi dederunt, Marcelle. quidquid umquam terra mari-

sset. J. FR. GRONOVIUS Codices mei, et Oxonn. Hearnii ferme in vulgatum conspirant, nisi quod in uno vel altero eorum sit *liberatas.* Eorum scripturae propius accedit prior, quam posterior, conjectura Gronovii, qui in pr. ed. not. malebat, *fore, simul libertas ab inpotentibus tyrannis adparuisset.* Vir doctus in margine ed. Cur. conjecit *fore, quod simul libertas ab inpotentibus tyrannis adparuisset.*

§. 1. *Omnium ingenti adsensu audita oratio est*] Pal. pr. *Omnium ingenti assensu oratione audita.* GEBH. Vox *ingenti* exsulat a Cant. Deinde *audita oratio est* legunt idem Cant. Lovel. 1. 4. 5. Voss. Harlej. et Hav. *audita oratione* Lovel. 2. de quo genere erroris v. ad 9, 8, 13. Gronov. addita voce edidit *audita ea oratio est;* at qua auctoritate non memoravit. Verisimile tamen videtur, eum ita in Put. vel alio cod. reperisse. Certe Florent. a m. 1. praefert *audita eo ratio est*, pro quo perperam postea interpolatum est *audita ejus ratio est.* Edd. antt. praeferunt *oratio audita est.*

§. 2. *Neque primo, inquit, Syracusani a vobis defecimus* etc.] Conceptum est in Pal. 3. *Neque prima inclinatione Syracusani vobis defecimus, ut Hieronymus, nequaquam tam in vos ipsos, quam in nos.* GEBH.

§. 4. *Dedendos nos, urbem, moenia: nullam recusandam fortunam*] *dedendo* et *recusando* Lov. 2. *recusando* etiam Hafn. Hav. et Brancal. Latinii. Ant. Porizonius ad oram Livii legebat *recusantes.* sed mutationis caussam non video. *ad dedendos nos* est in Ber. et Gaertn. cum edd. ante Aldum. Paullo ante *tenuerunt*, pro *tenebant*, Lovel. 5.

§. 5. *Nobilissimae pulcherrimaeque urbis Graecarum*] Verba sunt Ciceronis de Syracusis, in 6. Verrina. Architas autem eam coloniam, ut Strabo ait l. 8. [p. 380. et 6, 269. 270.] deduxit ex Corintho profectus. SIG. Cicero 4. in Verr. 52. *Urbem Syracusas*

Digitized by Google

que memorandum gessimus, id tui triumphi titulo acce-
6 *dit. Famaene credi velis, quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque eam spectaculo esse, (quo quisque terra, quisque mari venerit, nunc nostra de Atheniensibus Karthaginiensibusque tropaea, nunc tua de nobis ostendat) incolumesque Syracusas familiae vestrae sub clientela nominis Marcellorum tutelaque habendas tra-*
7 *das? Ne plus apud vos Hieronymi, quam Hieronis,*

maximam esse Graecarum urbium, pulcherrimamque omnium. Hinc conjici potest, hic quoque legendum esse *urbium*. Sed Graevius auctoribus libris scriptis ex Cicerone sustulit *urbium*. DUK. Mox verbis sequentibus *Dei tibi dederunt*, pro *Dii*, edidit J. Fr. Gronovius, concinentibus Florent. et aliis pluribus Mstis. V. ad 34, 5, 10.

§. 6. *Famae ne credi malis, quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque*] Id est, rogamus te, ne malis posteros fama accipere, quam aspectu, quanta urbs Syracusae fuerint, ne gloriosiorem tibi putes Syracusarum eversionem, quam incolumitatem. SIG. Pall. pr. ac tert. nec non vet. ed. *Famae ne credi velis*. sec. *id tui triumphi titulo accidit famae. Ne credi velis*. GEBH. Quicquid est scriptorum *credi velis*. Nempe *τὸ quam*, quod sequitur, positum est pro *magis quam*, quod jam ante apud nostrum notavimus: et, si cui placet, non intercedo: nunc tamen aliud mihi videtur. Mox Put. *quo quisque terra, quisque mari venerit*. alii Gall. *quisquam*. Statim *incolumesque Syracusas*. Aut nihil, aut aliquid ejusmodi, *sed salvas incolumesque Syracusas* deesse notat Sigonius, taxatque Glareanum et alios, qui vitiosum esse suspicati sint dicendi genus, cum subaudiatur *oramus*. Immo jure suspicati sunt, hoc si subauditur; neque convenit exemplum, quod adfert Sigonius. Tu scribe *tradi*. Ita enim cohaeret: *Famaene credi velis, quanta urbs a te capta sit, an posteris quoque eam spectaculo esse, (quo quique terra, quique mari venerint, nunc nostra de Atheniensibus Carthaginiensibusque tropaea, nunc tua de nobis ostendant;) incolumesque Syracusas familiae vestrae sub clientela nominis Marcellorum tutelaque habendas tradi?* Nectuntur *esse* et *tradi*. Quamquam et potest tolerari *tradas*; conjungendum enim, *an posteris eam spectaculo esse velis, et tradas*. J. FR. GRON. De ellipsi *τοῦ magis* ante *quam* egit Gronov. ad 5, 21, 15. Ea hic non minus locum habere potest, quam 3, 68, 11. *Malae res se, quam nullius, turbarum ac seditionum ducet, esse volunt*. et l. 1. pr. D. de Mort. caus. donat. *Mortis causa donatio est, quum quis habere se vult, quam alium*. Ita enim Florentiae est, pro quo Haloander edidit *magis quam alium*. V. Anton. Augustin. 4. Emend. 8. *an* ex conjectura, non e MSS. esse intelligo. nec eo opus est, et sensus ac nexus loci, si, quae Gronovius voluit, parenthesi includantur, non admodum obscurus est. DUK. *velis*, pro *malis*, non modo omnes mei, et Hearnii Oxon. sed

Digitized by Google

memoria momenti faciat. diutius ille multo amicus fuit, quam hic hostis: et illius etiam benefacta persensistis: hujus amentia ad perniciem tantum ipsius valuit. Omnia et inpetrabilia et tuta erant apud Romanos. inter ipsos plus belli ac periculi erat. Namque transfugae, tradi se Romanis rati, mercenariorum quoque militum auxilia in eumdem compulere metum: adreptisque armis praetores primum obtruncant, 8 9

et edd. antt. quod primus mutavit Ascens. anno 1513. Ab emendatione, quam Gronov. hic proposuit, differt illa, quam dedit in pr. ed. not. Tum enim ita legendum censebat: *Famaene credi velis, quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque eam spectaculo esse, quo quisque terra, quisque mari venerit, nunc nostra de Atheniensibus Carthaginiensibusque tropaea; nunc tua de nobis ostendat; incolumesque Syracusas familiae vestrae sub clientela nominis Marcellorum tutelaque habendas tradi?* in qua conjectura nihil est, quod displiceat, nisi quod *tradas* servari malim; id enim in omnibus perstat codd. et servari posse, ipse Gronov. iteratis curis agnovit. Praefero itaque *quam posteris* posteriori *an posteris*, (licet id Clericus receperit) et *quam* accipio pro *magis quam*; de quo v. ad 27, 20, 9. Ita enim constanter omnes codd. uno excepto Lovel. 5. qui ostentat *et non quam posteris*, duplici lectione, *et non posteris*, ac *quam posteris*, juncta. Neque caussam video, cur nunc *quique terra, quique mari venerint* et *ostendant* malit, prae altero *quisque terra, quisque mari venerit* et *ostendat*, quod praeter Put. firmant etiam Flor. Lovel. 5. Ber. Hav. et edd. ante Aldinam. Id autem vel pro *et qui terra, et qui mari venerit*, vel pro *quicumque terra, quicumque mari venerit* accipi potest. Si quid tamen mutandum, legerem *quo quique terra, quique mari venerit* etc. *ostendat*. Ex ejus autem interpretatione natum puto alterum *quisquis*. Vulgatum probavit Crevier. ita tamen ut *velis*, pro *malis*, etiam receperit. *ostendat* autem intelligit de urbe Syracusarum, quae tropaea ostendat illis, qui terra, vel mari eam adierint.

Qua quisque terra, quisque mari venerit] *quo quisquis terra, quisquis mari venerit* recte alii emendarunt. Locus sumptus ex Iliade η. ubi Hector gloriam suam auctam putat, si, occiso Ajace, olim de ipso dicatur, hic sepultum Ajacem ab Hectore occisum. Tractat eundem locum Gellius 15, 6. GLAR.

Incolumesque Syracusas familiae vestrae) Haec oratio Syracusanorum ad Marcellum aliqua parte defecta videtur: quare in aliquot codicibus asterisco notata. Haec enim verba non bene cohaerent superioribus. GLAR. Aut nihil, aut aliquid ejusmodi desideratur, *sed salvas incolumesque Syracusas*. Glareanus aliique undique vitiosam esse suspicati sunt, credo ob dicendi genus, subauditur enim *oramus*. at alibi sic etiam Livius, ut 29, [18, 9.] *Quibus per vos fidemque*

Digitized by Google

inde ad caedem Syracusanorum discurrunt: quosque fors obtulit, irati interfecere, atque omnia,
10 quae in promtu erant, diripuerunt. tum, ne sine ducibus essent, sex praefectos creavere, ut terni Achradinae ac Naso praeessent. Sedato tandem tumultu, exsequentibus sciscitando mercenariis, quae acta cum Romanis essent, dilucere, id quod erat, coepit; aliam suam ac perfugarum caussam esse.

1 XXX. In tempore legati a Marcello redierunt, falsa eos suspicione incitatos memorantes, nec caussam expetendae poenae eorum ullam Romanis esse.

vestram, *P. C. priusquam eorum scelus expiatis*, *neque in Italia*, *neque in Africa quicquam gesseritis*. De Siculis autem Marcellorum clientibus Paedianus in Divinationem. SIG.

§. 7. *Et illius etiam benefacta persensistis*] *benefacta etiam praesensistis* Florent. et plurimi alii ex nostris. *praesensistis* etiam edd. usque ad Froben. qui anno 1531. *persensistis* subposuit. An *praesensistis*, nempe ante amentiam Hieronymi? *beneficia*, pro *benefacta*, ex glossa est in Recan.

§. 9. *Irati interfecerunt*, *atque omnia*, *quae in promtu erant*, *diripuere*] Put. Pet. *interficere*, dein *diripuerunt*. Non displiceret *interficere* et *diripere*. An mavis *interfecere*? J. FR. GRON. *interficere* etiam Florent. a m. 1. *interfecere* a m. 2. quod posterius servant Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. *diripuerunt* etiam Florent.

§. 10. *Ut terni Achradinae ac Naso praeessent*] Vet. ed. *ut tantum Achradinae*. Pal. 3. *ut terni Achradinae agris ac Naxo praeessent*. GEBH. *ut tantum Acradinae ac Nasso* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *ut trini Acradinae ac Nasso* proximae. *terni* primus Ascens. anno 1513. in margine ostentavit. *ut trini Acradinae ac trini Naso* Mogunt. Vulgatum vero apud primum Aldum vidi.

Exsequentibus sciscitando mercenariis] Meus liber *aquirentibus sciscitando*. Tu non dubitabis, quin Livius *anquirentibus* scripserit. LIPS. 4. Epist. Quaest. 10. Vox ultima in Putean. Petav. utroque, Men. Voss. non reperitur, et commode intelligitur ex praecedentibus. J. FR. GRON. Vox ultima *mercenariis* deest etiam in Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hafn. Hav. Hearnii L. 1. N. D. et Brancal. Latinii. Eam tamen necessariam esse judicat Cl. Crevier. Praeterea *ex equitibus*, pro *exsequentibus*, idem Brancal. Sed vulgatum rectum est. Lipsii enim conjecturam rejecit Gronov. ad Livii 9, 3, 11. Vox sequens *sciscitando* deerat in Hearnii D.

Digitized by Google

Erat ex tribus Achradinae praefectis Hispanus, 2
Mericus nomine. ad eum inter comites legatorum de induſtria unus ex Hispanorum auxiliaribus est miſſus: qui, sine arbitris Mericum nanctus, primum, quo in ſtatu reliquiſſet Hispaniam, (et nuper inde venerat) exponit. *Omnia Romanis ibi ob-* 3
tineri armis. poſſe eum, si operae pretium faciat, principem popularium eſſe: seu militare cum Romanis, seu in patriam reverti libeat. Contra, si malle obsideri pergat, quam spem eſſe terra marique clauso? Motus 4
his Mericus, quum legatos ad Marcellum mitti placuiſſet, fratrem inter eos mittit: qui, per eumdem

Aliam suam ac transfugarum] Put. Pet. ambo *perfugarum*. J. FR. GRON. Similiter Florent. Cant. Harlej. Hav. aliique nostri cum Hearnii Oxon. V. ad 22, 23, 4.

§. 2. *Sine arbitris Mericum nanctus*] Sic pro *nactus* edidit Gronov. consentientibus Flor. Voſſ. a m. 1. et forte aliis, unde nihil notatum video. Ita saepiſſime optimos Livii aliorumque codd. scriptum observe vidimus ad 24, 31, 14. Nihilominus, participium non hoc modo formandum, monere videtur Serv. ad Virg. 1. Aen. 480. *Sciendum est, licet alia euphoniae cauſſa varientur*, nactus *tamen et* paſſus n *penitus numquam accipere*. Paullo ante *e tribus* Florent. Lovel. 5. et Hav.

§. 3. *Quam sedem esse terra marique clauso*] Meus liber *quam spem eſſe*. Optime. LIPS. 4. Epiſt. Quaeſt. 16. Nullam sedem hic habere potest illud *sedem*: mirorque, hactenus id obtinuiſſe, cum verum sit, et MSS. libris, et ed. ant. Moguntina atteſtante, *quam spem esse*. MOD. Sic omnes ut Lipsii liber, non *sedem*. J. FR. GRON. *quam spem eſſe* etiam omnes mei, et Hearnii Oxon. codd. cum edd. usque ad Sigonium, qui primus *sedem* subſtituit, sed forte operarum aberratione; certe in Scholiis mutatae lectionis non meminit. Paullo ante *Omnia Romanos ibi obtinere armis* Hav.

§. 4. *Secretus ab aliis ad Marcellum deductus*] Pall. pr. et tert. *secretum*. sec. *secreto*. ut et habet prisca ed. GEBH. Put. et quidquid est aliorum, quod quidem vidimus, *qui per eundem illum Hispanum secretum ab aliis ad Marcellum deductus*. Utrum fuit *secretim?* in qua particularum terminatione delicias faciunt antiqui: an potius *in secretum?* J. FR. GRON. *secretum* Florent. a m. 1. Cant. Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. *secreto* Florent. a m. 2. Ber. et edd. ante Aldum. *secretus*, an *secretum* legas, parum interesse judicat Doujat. Verum Crevier. adhaeret Gro-

Digitized by Google

illum Hispanum secretus ab aliis ad Marcellum deductus, quum fidem accepisset, composuissetque a-
5 gendae rei ordinem, Achradinam redit. Tum Mericus, ut ab suspicione proditionis averteret omnium animos, negat *sibi placere, legatos commeare ultro citroque, neque recipiendum quemquam, neque mittendum: et, quo intentius custodiae serventur, opportuna loca dividenda praefectis esse, ut suae quisque partis tutan-*
6 *dae reus sit.* Omnes adsensi sunt partibus dividun-

novio *in secretum* emendanti. Observo tamen, *in secretum* saepe apud Livium obcurrere; verum numquam additis, ut hoc loco, vocibus *ab aliis*. Exempla v. 1, 39, 3. 22, 22, 10. 23, 8, 8. 30, 14, 4. et alibi. Quum tamen si *in secretum* dicas, intelligatur *τὸ locum*, forte *in secretum ab aliis* inlustrari poterit Liv. 4, 27, 8. *Locum maxime secretum ab tumultu petit.* Et quidem, si ita legas, existimandum est, praepositionem *in* elisam esse ab ultima litera vocis prioris. V. ad 10, 13, 3.

§. 5. *Opportuna loca dividenda praefectis esse*] Ignorant omnes libri nostri *τὸ loca*. Et cur deesse nequeat, ut in aliis infinitis? Sic *plana* urbis, sic *frequentia*, agmen dimitti *in aequum*, castra posita *in plano* dicuntur. Sunt autem *opportuna*, quae ad injuriam obnoxia sunt hosti, eoque custodiis indigent. 6, [24, 3.] *Romanus cedentem hostem effuse sequendo, in locum iniquum pertractus, opportunus huic eruptioni fuit.* 7, [23, 6.] *Perculsos pavore rata, simul opportuniores, quod intenti cum maxime operi essent.* 8, [25, 9.] *Alter subsisteret ad praebendam opportunam consilio urbem.* 24, [37, 2.] *Praefectumque praesidii haud sane opportunum insidiantibus habebat.* Seneca 1. de ira 11. *Caedunt ob nullam rem aliam opportunos, quam ob iracundiam.* Cui eandem vocem restituimus ex MSS. in libro de Brevitate vitae c. 17. *Quo altius surrexit, opportunius est in occasum.* Vulgo ex interpretatione *vergit pronius.* quod uni Pintiani libro debetur. J. FR. GRON. *Τὸ loca* deest etiam in Florent. Voss. Lovel. 1. 2. Harlej. Hearnii Oxon. et codd. Crevier. qui tamen durius sonare putat, *opportuna* sic nude dici. Ceterum vim vocis *opportuna* recte Gronov. inlustravit. Infra 27, 28, 7. *Oppidanos per muros urbisque opportuna loca in stationibus disponunt.* 30, 12, 10. *Praesidio circa portas opportunaque moenium dimisso.* Addita voce *opportunus injuriae* dixit Livius 28, 19, 8. et Sallust. in Jug. 20. ubi v. Cortium, et viros doctos ad Valer. Max. 3, 3. ext. 3.

§. 6. *Ab Arethusa fonte usque ad ostium magni portus*] Ex praecedentibus et sequentibus colligendum videtur, Mericum praefuisse Achradinae: at 26, 21, 10. eum Marcello Nasum prodidisse narrat; quam inconstantiam Livii, sui obliviscentis errori tribuit Perizon. Animadv. Hist. 8. p. 341. Verum insuper, quum fons Arethusa nihil ad Achradi-

Digitized by Google

dis: ipsi regio evenit ab Arethusa fonte usque ad ostium magni portus. id ut scirent Romani, fecit. Itaque Marcellus nocte navem onerariam cum ar- 7
matis remulco quadriremis trahi ad Achradinam jussit, exponique milites regione portae, quae prope fontem Arethusam est. Hoc quum quarta vigi- 8
lia factum esset, expositosque milites porta, ut convenerat, recepisset Mericus; luce prima Marcellus omnibus copiis moenia Achradinae adgredi-

nam pertinuerit, sed in extrema insula sita fuerit, veretur Cl. Crevier. ne Livius majoris culpae hoc loco reus agi possit, et totam hanc de Merici proditione narrationem valde turbaverit. Similes difficultates in hoc loco et tota Achradinae ac Nasi expugnatione olim observavit, iisque obcurrere conatus est Cluver. 1. Sicil. ant. 12. p. 164. et seqq. qui videndus est.

§. 7. *Navim onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi*] *remulco* Grammatici exponunt, scaphis remigio actis. Quod si vere dicunt, quid igitur sibi vult hic *quadriremis*? nisi quis intelligat remos quadriremis navis. Remulco enim trahitur navis, quoties alteri alligata non suis remis agitur. Aptum exemplum est 37, [24, 6.] ubi Rhodii adversus Hannibalem in mari Pamphyliae feliciter pugnant. *Contemplatus*, inquit Livius, *Eudemus hosteis claudas mutilatasque naveis apertis navibus remulco trahenteis, viginti paulo amplius integras abscedenteis* etc. GLAR. Onerarias naves non consuevisse remis agi, indicat hic idem auctor 27, [15, 6. *Onerarias quoque non eas solum, quae remis agerentur.* Remis autem agi, non scapharum, ut Glareanus censet, sed aliarum navium solitas fuisse, intelligi potest ex primo Polybii: Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐπέκυσαν τὰς ἱππηγοὺς ῥύματα δόντες ἐξ αὐτῶν ταῖς τοῦ τρίτου σόλου ναυσί. Et l. 20. Diodori Ἐπακολουθεῖν δὲ τὰς στρατιωτικὰς καὶ τὰς ἱππηγοὺς ῥυμουλκουμένας ὑπὸ τῶν εἰρεσίαις χρωμένων. Ergo recte Livius *remulco quadriremis trahi onerariam* dixit, id est, impetu quadriremis, quae remis agebatur. Sic etiam 37, [24, 6.] *Contemplatus Eudemus hostes claudas mutilatasque naves, apertis navibus remulco trahentes.* † „ Glareanus ait, „Grammaticos ita exponere, ut sa„ne facit Badius, ipse nihil definit: „sed Sigonius ubique quaerit car„pendi occasionem, ubi non e„rat locus.“ †. SIG. Ex eodem loco Livii 27, 15, 6. Salmas. Obs. ad Jus Att. et Rom. p. 653. onerarias remis non fuisse usas tradit. V. tamen Magium 1. Misc. 6. et Scheffer. 4. de Mil. Nav. 1. et in Addend. p. 340. de remulco idem 2, 5. et Dion. Vossius ad Caes. 3. B. Civ. 40. DUK. *navem onerariam* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Ita passim etiam *nave*, pro *navi*, codd. exhibent. V. supra h. lib. c. 23, 6. Et ita etiam *nave* vulgo editur 26, 39.

Digitized by Google

9 tur: ita ut non eos solum, qui Achradinam tenebant, in se converteret, sed ab Naso etiam agmina armatorum concurrerent, relictis stationibus suis, ad vim et inpetum Romanorum arcendum.
10 In hoc tumultu actuariae naves, instructae jam ante circumvectaeque, ad Nasum armatos exponunt, qui, inproviso adorti semiplenas stationes et adapertas fores portae, qua paullo ante excurrerant armati, haud magno certamine Nasum cepere,
11 desertam trepidatione et fuga custodum. neque ullis minus praesidii aut pertinaciae ad manendum, quam transfugis, fuit: quia, ne suis quidem satis
12 credentes se, medio certamine effugerunt. Mar-

15. 29, 14, 10. (* 37, 29, 5.) *nave* et *navem* 30, 10, 5. (* 37, 30, 9.)

Exponitque milites regione portae, quae prope fontem Arethusam est] Comparet in Pall. 1. ac 3. *traki ad Achradinam jussit, exponique milites.* Neque aliter prisca ed. GEBH. Si ad hoc exsequendum Marcellus ipse descendisset, profecto temerarie ducis summi personam periclitatus fuisset. Tum non ipsum exposuisse ostendit Livius, quod eum luce prima post venisse dicat. Denique sufficit auctoritas libri Put. ad affirmandam veram scripturam *exponique*, cui accedunt Cantabr. et Voss. JAC. GRON. *exponique* etiam Lovel. 1. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. complures Crevier. et omnes edd. ante Froben. qui 1535. *exponitque* vulgavit. Priscam igitur lectionem reduxi. Deinde *ad fontem Arethusam* Voss. *prope fontem Arethusae* Gaertn. quod recte dici posse, patet ex illis, quae notavi ad 40, 19, 9. Hic tamen vulgatum defendunt reliqui omnes codd. Mox §. seq. addita praepositione, *cum omnibus copiis adgreditur* Lovel. 2. Sed, Livium in similibus locutionibus eam saepissime omisisse, vidimus ad 22, 9, 5.

§. 10. *Et adapertas fores portae*] *et apertas fores* Lovel. 4. et Hearnii D. Male. Eodem verbo Livius et alibi utitur 5, 21, 8. *Movisse Romanos milites, ut adaperto cuniculo exta raperent.* 45, 39, 17. *Adapertis forte, quae velanda erant.* Ita Ovid. 1. Amor. 5, 3.

Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestrae.

Saepe etiam Columella: ut 5, 5. *Adapertas vites relinquere conveniet.* 6, 30. *Obsessi naturales exitus adaperiuntur.* 11, 2. *Sin autem sine operculis adaperti sint, nondum esse maturos significatur.* Obseq. de Prodig. 72. *In aede Penatium valvae nocte sua sponte adapertae.*

§. 11. *Quam transfugis fuit*] *quam in transfugis* Florent. Voss.

Digitized by Google

cellus ut captam esse Nasum didicit, et Achradinae regionem unam teneri, Mericumque cum praesidio suis adjunctum, receptui cecinit: ne regiae opes, quarum fama major, quam res, erat, diriperentur.

XXXI. Subpresso inpetu militum, et iis, qui in 1
Achradina erant, transfugis spatium locusque fugae datus est; et Syracusani, tandem liberi metu, 2
portis Achradinae apertis, oratores ad Marcellum mittunt, nihil petentes aliud, quam incolumitatem sibi liberisque suis. Marcellus, consilio advocato, 3
et adhibitis etiam Syracusanis, qui per seditiones pulsi ab domo intra praesidia Romana erant, respondit: *non plura per annos quinquaginta benefacta Hie-* 4

Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. a m. 2. et Gaertn. Et ita non modo hic Hav. verum paullo ante etiam *neque in ullis*. Forte *ullis*, *quum in transfugis*, variata constructione; de qua re v. ad 38, 39, 10. Mox *qui*, pro *quia*, Florent. a m. 2.

§. 12. *Ut captam esse Nasum didicit*] Ultima vox deest in Florent. Cant. Voss. Lovel. 2. 4. Harlej. Gaertn. et Hav. Non adparet etiam in Lovel. 5. is tamen ejus loco post vocem *adjunctum* subponit *vidit*.

Mericumque cum praesidio suis adjunctum] Pall. tres, et vet. ed. *Mericumque praesidio*. GEBH. Consentiunt Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1531.

§. 1. *Et iis, qui in Achradina erant, transfugis spatium locusque fugae datus est*] Pall. tres *ut iis, qui* etc. *datus esset*. A vulgato tamen stat ceasa ed. GEBH. Ita et Lovel. 2. 4. 5. Voss. Hafn. Gaertn. et Hav. qui omnes codd. sequentem voculam *et* ignorant. *ut* etiam Harlej. *esset* Cant. et Harlej. praeferunt.

§. 3. *Marcellus, consilio advocato*] Ita Gronovius edidit, et legendum monuit infra ad 44, 2, 5. quum vulgo legeretur *concilio*. Gronovio consentiunt Florent. Voss. Harlej. pluresque alii codd. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Pulsi ab domo inter praesidia Romana erant] *intra praesidia* legendum, monuit Gronov. hoc lib. c. 24, 15. et 35, 11, 10. Neque aliter habent Florent. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hearnii Oxon. Crevier. et edd. antt. pro quo Froben. primus perperam anno 1531. *inter* dedit. Mox hoc cap. *Exemplo vel eos Syracusanorum esse, qui intra praesidia Romana fuerint*. et *Custodibus divisis per domos eorum, qui intra praesidia Romana fuerant*. Deinde *fuerant*, pro *erant*, quod servant

Digitized by Google

ronis, quam paucis his annis maleficia eorum, qui Syracusas tenuerint, erga populum Romanum esse. sed pleraque eorum, quo debuerint, recidisse; foederumque ruptorum ipsos ab se graviores multo, quam populus Ro-
5 *manus voluerit, poenas exegisse. Se quidem tertium annum circumsedere Syracusas: non ut populus Romanus servam civitatem haberet, sed ne transfugarum duces*
6 *captam et obpressam tenerent. Quid potuerint Syracusani facere, exemplo vel eos Syracusanorum esse, qui intra*

priores typis descripti, reposuit Aldus, consentientibus Florent. et Cant. Sed praeter Sigon. Jac. Gronovius deinde *erant* revocavit. Et ita est in reliquis meis codd.

§. 4. *Benefacta Hieronis, quam paucis his annis maleficia*] *beneficia Hieronis* Lovel. 2. forte quia sequitur *maleficia*. Sed vide ad 37, 1, 2. Praeterea *his* deest in Hearnii L. 1. Male. De usu enim pronominis ejus v. ad 5, 51, 5. Tum *erga rempublicam*, pro *erga populum Romanum*, Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. V. ad 22, 37, 12. Deinde *debuerunt*, pro *debuerint*, Florent. Lovel. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§. 5. *Nonne populus reservatam civitatem haberet*] Emenda ad fidem vet. lib. *non ut populus Rom. servam civitatem haberet*. Erroris causa nota est. SIG. Sigonii emendationem probavit, licet alteram lectionem in Put. invenerit, Gronov. ad 29, 27, 5. perperam *populus reservatam* etiam servant Florent. Cant. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. et quaedam ex vett. edd. Contra alii mei, et cum iis Vatic. Latinii, *populus Romanus servam* probant. Liv. 34, 58, 9. *Utrum tandem videtur honestius, liberas velle omnes, quae ubique sunt, Graeciae urbes, an servas et vectigales facere?* 37, 54, 6. *Reges serva omnia et subjecta imperio suo esse velint.* 38, 24, 3. *Corpori, quod servum fortuna erat, vim fecit.* 42, 46, 4. *Quae serva, atque obnoxia fore, si nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus.* Senec. Ep. 66. *Omnia ista, in quae dominium casus exercet, serva sunt, pecunia, et corpus, et honores.* ubi v. Gronov. Paullo ante *circumsedisse* Ber. Gaertn. et typis excusi ante Aldum.

§. 6. *Exemplo vel eos Syracusanorum esse, qui inter praesidia Romana fuerint*] Vet. lib. *intra*. SIG. Ita et omnes, quos adhibui, codd. et edd. ante Froben. anni 1531. V. ad §. 3. Tum *exempla vel eorum Syracusanorum esse* Ber. a m. 2. Hav. et Brancal. Latinii, quorum posterior etiam paullo ante *Quod potuerint*, pro *Quid*, praefert *exemplo vel eos esse Syracusanorum* Florent.

§. 7. *Nequaquam tantum fructum esse, quam capere Syracusas potuisse*] Obscurum hoc. Optimi

Digitized by Google

intra praesidia Romana fuerint, vel Hispanum ducem Mericum, qui praesidium tradiderit, vel ipsorum Syracusanorum postremo, serum quidem, sed forte consilium. Omnium sibi laborum periculorumque, circa 7 *moenia Syracusana terra marique tam diu exhaustorum, nequaquam tantum fructum esse, quam capere Syracusas potuisse.* Inde quaestor cum praesidio ad Nasum 8 ad accipiendam pecuniam regiam custodiendamque missus. urbs diripienda militi data est, custodibus divisis per domos eorum, qui intra praesidia Ro-

potuisset. Unde cogitabam *quam si parcere Syracusis potuisset.* Sed Alb. Rubenius ex vulgata hunc elicit sensum: nequaquam ex omnibus laboribus periculisque mihi tantus fructus redit, quantum fructum Syracusae aut Syracusani capere ipsi potuissent: si scilicet ipsi in tempore sibi consuluissent, fecissentque, quod non fecisse paullo ante exprobravit. Quo sensu tamen melius foret, *tantum fructum sese quam.* J. FR. GRON. Ne legi possit *sese*, ut Grònovius voluisse videtur, obstat praecedens *sibi. quam capere Syracusas potuisset* Harlej. Hafn. Hearnii N. et edd. plures ante Ascens. anni 1513. *quod capere Syracusas potuisset* Florent. Lovel. 1. 2. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. Colbert. Branc. Latinii, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *quam quod capere Syracusas potuisset*, juncta utraque lectione, Lovel. 5. quomòdo ex conjectura reponebat Doujatius; ut ostendat Marcellus, utilitatem et opes, quas post tot labores Syracusarum direptione sperare posset, sibi non perinde cordi esse, ac gloriam, quam consecutus sit, quod potuerit tantam urbem capere. Verum id ex Livii verbis exsculpi posse non puto; neque etiam menti ejus convenire videtur. Crevier. observans totam Marcelli orationem severitatem spirare, partim ex ingenio, partim ex Mstis, legit, *nequaquam dignum fructum esse, quod capere Syracusas potuisset.* Hanc igitur statuit hujus loci sententiam: tantos a Marcello in obsidione Syracusarum exhaustos labores esse, ut vel ipsae Syracusae captae exigua sit eorum merces. Sed neque haec conjectura per omnia mihi satisfacit; et tamen nihil, quod substituam, subcurrit. Videant igitur alii.

§. 8. *Diripiendaque urbs militi data est, custodibusque*] Pal. 2. *cattera praeda diripienda militi data est, et custodibus.* pr. vero *diripienda militi data est.* tert. *urbs diripienda militi data est.* GEBH. Neutra copulatio uspiam conspicitur in Gallicanis: etiam *τὸ urbs* Put. Pet. utroque, Men. reg. Voss. abest. Quae tamen vox quum necessaria sit, suspicamur, quia loco alio posita erat, a syllabis vicinis haustam, et fuisse olim: *custodiendamque missus: urbs diripienda militi data est, custodibus divisis per domos.* Sic omnino est in duobus Pall.

Digitized by Google

9 mana fuerant. Quum multa irae, multa avaritiae, foeda exempla ederentur, Archimeden, memoriae proditum est, in tanto tumultu, quantum capta urbs in discursu diripientium militum ciere poterat, intentum formis, quas in pulvere descripserat, ab
10 ignaro milite, quis esset, interfectum. aegre id Marcellum tulisse, sepulturaeque curam habitam: et propinquis etiam inquisitis honori praesidioque
11 nomen ac memoriam ejus fuisse. Hoc maxime modo Syracusae captae: in quibus praedae tantum fuit, quantum vix capta Karthagine tum fuisset,
12 cum qua viribus aequis certabatur. Paucis ante diebus, quam Syracusae caperentur, T. Otacilius cum quinqueremibus octoginta Uticam ab Lilybaeo
13 transmisit: et, quum ante lucem portum intrasset, onerarias frumento onustas cepit: egressusque in

J. FR. GRON. *custodibusque* primum vidi in ed. Curionis. Omnes priores typis descripti praeferunt *data est*, *custodibus divisis*. Neque aliter scripti, nisi quod *datu est*, *et custodibus* praeferant Florent. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. et Hav. Sed illud *et* perperam natum est ex praecedenti *est*. Tale exemplum supra habuimus in Epit. Liv. 8. circa finem. Praeterea *diripienda militi*, omissa iterum copula cum voce sequenti, Florent. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. et Harl. Probo igitur Gronovii conjecturam *urbs diripienda militi data est*, quam commode firmat Hav. Mox *fuerant* primus edidit Gronov. quum antea exstitisset *fuerunt*, quod tuentur Florent. Harlej. Gaertn. Lovel. 2. 4. 5. Hav. et Hearnii Oxon.

§. 9. *Quum multa irae, multa invidiae avaritiaeque*] Vox *invidiae* vacat. neque eam veteres habent libri, neque sensus postulat: sic ergo lege *cum multa irae*, *multa avaritiae foeda exempla*. SIG. Uno excepto Ber. consentiunt omnes mei, ut et Hearnii Oxon.

Archimedem memoriae proditum est] Multas hujus casus recitat sententias Plutarchus [in Marc. p. 309.] quarum una contentus fuit Livius. SIG. *Archimeden* edidit J. Fr. Gronov. anno 1665. quod restat etiam in Flor. et quibusdam primarum edd.

Quantum capta urbs in discursu diripientium militum ciere poterat] *captae urbis* etc. *poterat*. Florent. Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. nisi quod unus N. habeat *poterant*, quo-

Digitized by Google

terram, depopulatus est aliquantum agri circa Uticam, praedamque omnis generis retro ad naves egit. Lilybaeum tertio die, quam inde profectus 14
erat, cum centum triginta onerariis navibus frumento praedaque onustis rediit: idque frumentum extemplo Syracusas misit. quod ni tam in tempore 15
subvenisset, victoribus victisque pariter perniciosa fames instabat.

XXXII. Eadem aestate in Hispania, cum biennio 1
ferme nihil admodum memorabile factum esset, consiliisque magis, quam armis, bellum gereretur, Romani imperatores egressi hibernis copias conjunxerunt. ibi consilium advocatum, omniumque in u- 2
num congruerunt sententiae; quando ad id locorum id modo actum esset, ut Hasdrubalem tendentem in Italiam retinerent; tempus esse id jam agi, ut 3

modo etiam praefert Ber. a m. 2. *quantum captae urbis* etc. *ciere poterant* etiam edd. quas vidi, ante Ascens. anni 1513. Hinc Hearnius ipse *captae urbes* ete. *ciere poterant* legendum conjicit.

§. 12. *Uticam ab Lilybaeo transmisit*] *trajecit* Hav. et Brancal. Latinii; quod ex interpretis expositione natum videtur. *Transmittere* autem eo sensu apud Livium frequens est. 22, 20, 7. *In Ebusum insulam transmissum.* 30, 24, 5. *Centum onerarias naves in Africam transmiserunt.* 31, 7, 12. *Si Philippus in Italiam transmiserit.* 42, 7, 2. *Ex Corsica subacta Cicerejus in Sardiniam transmisit.*

§. 15. *Victoribus victisque pariter perniciosa fames instabat*] Pal. 1. *pernicior.* tert. *a victoribus victisque pariter pernicior instabat fames. pernicior fames*, celerior atque ocior opinione. Non tamen praefero vulgatae lectioni. GEBH. *pernicior* etiam Florent. Lovel. 2. 4. Voss. et Harlej. *perniciosior* Lovel. 2. Paullo ante *quod ni tum in tempore*, pro *tam*, Lovel. 2. Hav. Brancal. Latinii, et Florent. a m. 2.

§. 1. *Consiliisque magis, quam armis, bellum gereretur*] Omnia haec verba culpa et neglegentia scribarum desunt in Voss. Lovel. 1. et Hearnii N.

§. 2. *Ibi consilium advocatum*] Ita, pro *concilium*, J. Fr. Gronovius edidit, ac scribendum docuit infra ad 44, 2, 5. neque aliter plerique Mssi mei, omnesque edd. ante Aldum. Illae tamen insuper *ibi consilium dici-*

Digitized by Google

bellum in Hispania finiretur: et satis ad id virium credebant accessisse, viginti millia Celtiberorum ea
4 hieme ad arma excitata. Tres exercitus erant. Hasdrubal Gisgonis filius et Mago, conjunctis castris, quinque ferme dierum iter ab Romanis abe-
5 rant. Propior erat Hamilcaris filius Hasdrubal, vetus in Hispania imperator. ad urbem nomine Ani-
6 torgin exercitum habebat. Eum volebant prius obprimi duces Romani: et spes erat satis superque ad id virium esse. illa restabat cura, ne, fuso eo perculsi, alter Hasdrubal et Mago, in avios saltus montesque recipientes sese, bellum extraherent.
7 Optimum igitur rati, divisis bifariam copiis, to-

tur advocatum, quod et ipsum praefert Ber. qui mox, adsentientibus iisdem edd. *omnesque in unum congruere sententiae* praefert. *congruere* etiam Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§. 3. *Et satis ad id virium credebant accessisse, triginta millia Celtiberorum ea hieme ad arma excitata*] Pal. sec. *satis ad id virium credebant accepisse XX millia Celtiberorum*. Pal. quoque tert. tantum *XX millia* numerat. GEBH. Plures et antiquissimus *viginti*. Dein Pet. et Men. *excitati*. ut 44, [42, 7.] *Vagi e fuga quinque millia hominum*. Sed quia Pat. et Pet. melior *excitatum*, puto scribendum esse *excitorum*. J. FR. GRON. *XX millia* etiam Florent. Cant. Lovel. 5. et Harlej. cum Hearnii Oxon. Praeterea *excitatum* Florent. *excitati* Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hafn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. vett. Pro quo quum Ascens. anno 1513. *excitata* in margine ostentasset, id deinceps Moguntini in contextum receperunt. Livium ita locutum esse, *millia excitati*, infra v. ad 37, 39, 12. Attamen prius tantum contextui inserui. Si tamen *excitorum* codd. auctoritate niteretur, id recipere non dubitassem. Insuper *accepisse*, pro *accessisse*, etiam Lovel. 4. quae verba interdum a librariis commutantur. V. Cortium ad Sall. Jug. 20, 3. *accidisse* est in Ber. V. ad 21, 10, 12.

§. 4. *Quinque ferme dierum iter ab Romanis aberant*] *quinque ferme dierum itinere* Lovel. 2. Ber. et Hav. Male. V. ad 6, 32, 9. et hoc lib. c. 8, 12. Praeterea *ab Romanis erant* Ber. a m. 1. Sed v. ad 37, 26, 5.

§. 5. *Ad urbem nomine Anitorgin*] Multa sunt nomina urbium apud hunc authorem, praesertim Hispaniarum, quae non temere apud alios reperies: vel, ut multi existimant, quod pleraque defecerint longa aetate oppida: vel, ut ego puto, corruptis temporum injuria codicibus: quanquam utrumque in caussa

Digitized by Google

tius simul Hispaniae amplecti bellum, ita inter se diviserunt, ut P. Cornelius duas partes exercitus Romanorum sociorumque adversus Magonem duceret atque Hasdrubalem; Cn. Cornelius cum tertia parte veteris exercitus, Celtiberis adjunctis, cum 8
Hasdrubale Barcino bellum gereret. Una profecti 9
ambo duces exercitusque, Celtiberis praegredientibus, ad urbem Anitorgin in conspectu hostium, dirimente amni, ponunt castra. Ibi Cn. Scipio, cum 10
quibus ante dictum est copiis, substitit, et P. Scipio profectus ad destinatam belli partem.

XXXIII. Hasdrubal postquam animadvertit, exi- 1
guum Romanum exercitum in castris, et spem om-

esse potest. Hoc in universum uno verbo dicere volui, ne lector nimium se torqueat, quemadmodum stulto mihi accidit. Neque enim invideo aliis, si carpento illuc vehantur, quo pedibus ego iter feci. Anitorgis urbs, Suessaniique populi ejusmodi sunt, ac aliis in locis multa his similia. GLAR. Pal. 2. *Antorgin.* tert. *Andorgin.* GEBH. *Antorgin* Harlej. *Amtorgim* Florent. *Anitorgim* Lovel. 2. Voss. Ber. et Hav. *Anitorgam* Lovel. 4. *Anitorgem* Lovel. 5. Paullo ante *Hymilconis filius*, pro *Hamilcaris*, Ber. et edd. ante Ascens. anni 1513. Ita variant ferme codd. supra 22, 19, 3.

§. 7. *Ita inter se diviserunt, ut P. Cornelius duas partes*] An et hic legendum: *ita inter se jusserunt, Fabio exercitum tradi* etc. J. FR. GRONOVIUS. Agnoscis hanc notam hiare et defectam esse: adscripsitque pater: *Aliqua sunt omissa.* Nos verba ejus praestare rediviva non possumus. Locus, ubi Fabii mentio fit, est ex 23, 32, 1. quem adscripsit margini exemplaris, quo ut plurimum utebatur, praemisso *an jusserunt?* Inde mens ejus facile penetrari potest. JAC. GRON. Nimirum mens ejus fuit, legendum forte esse, *ita inter se jusserunt, ut P. Cornelius.* Sed legitimam caussam non habuisse puto Gronovium vulgatam sollicitandi lectionem, in quam conspirant omnes libri. Facile autem ad verba *ita inter se diviserunt* intelligi potest vox *copias* ex praecedenti *divisis copiis*; praeterquam quod locutio *inter se jubere*, cui etiam Doujatius ad 23, 32, 1. controversiam movit, ita ἁπλῶς vix stili Liviani videatur. Gronovio forte displicuit ideo τὸ *diviserunt*, quia praecessit *divisis.* At v. ad 1, 3, 9. *inter se ita diviserunt* legunt Ber. Gaertn. et edd. antt. pro quo Ascens. anno 1513. dedit *id inter se ita diviserunt*, adscito pronomine. Aldus demum vulgatae lectionis auctor exstitit. Praeterea *P. Scipio Cornelius* Hearnii D.

§. 9. *In conspectu hostium, di-*

Digitized by Google

2 nem in Celtiberorum auxiliis esse; peritus omnis barbaricae, et praecipue omnium earum gentium, 3 in quibus per tot annos militabat, perfidiae, facili linguae commercio, quum utraque castra plena Hispanorum essent, per occulta conloquia paciscitur magna mercede cum Celtiberorum principibus, ut 4 copias inde abducant. Nec atrox visum facinus. non enim, ut in Romanos verterent arma, agebatur: et merces, quanta vel pro bello satis esset, dabatur, ne bellum gererent: et quum quies ipsa, tum redi-

rimente amne, ponunt castra] *in conspectum hostium* Voss. Lov. 1. 2. Harlej. et Gaertn. quod et ab interpolatione est in Florent. qui praeterea a m. 1. legit *dirimente amni.* V. ad 32, 10, 8. Mox §. seq. *Cn. Cornelius Scipio*, inserta media voce, Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum.

§. 2. *Peritus omnis Barbaricae, et praecipue omnium earum gentium*] Non est Livii τὸ *omnium.* J. FR. GRON. Consentit Cl. Crevier. Non aliam ita censendi caussam habuisse videntur, quam quod hoc §. *omnis* et §. praec. *omnem* praecesserint. Quum tamen ea vox in omnibus libris supersit, v. iterum notata ad 1, 3, 9. ubi etiam plura loca obcurrunt, in quibus eadem vox, sed, ut hic, variatis casibus, ter et amplius repetitur: quibus controversiam invitis codd. movere iniquum est.

§. 3. *Facili linguae commercio, quum utraque*] Pal. 2. *fallaciae linguae, cum utraque.* a caeteris quoque abest duobus τὸ *commercio.* Sic mox continent libri omnes *ut copias inde abducerent.* GEBHARD. Nec in Put. nec in ullo antiquiorum paullo codicum inveni *commercio.* Cogitandum. J. FR. GRON. Livius 5, 15, 5. *Jam per longinquitatem belli commercio sermonum facto.* 9, 36, 6. *Neque commercium linguae, nec vestis armorumque habitus sic eos texit.* Et sic saepe Ovidius et Curtius. Sed quid sit, quod a MSS. abest *commercio*, quum Gronovii acumen perspicere non potuerit, aliis cogitandum relinquo. Si libri veteres non haberent *linguae*, nihil hic difficultatis esset. Suet. Caes. 75. *Motis apud Herdam deditionis conditionibus, quum assiduo inter utrasque partes usu atque commercio Afranius ac Petrejus deprehensos intra castra Julianos subita poenitentia interfecissent.* et Tib. 50. *Ut ex constitutione patris uno oppido clausam domo quoque egredi, et commercio hominum frui vetuerit.* Curtius 7, 3. *Nationem ne finitimis quidem satis notam, quippe nullo commercio volentem mutuos usus.* DUK. Liv. 1, 18, 3. *Quo linguae commercio quemquam ad cupiditatem discendi excivisset?* Sed vocem *commercio* abjiciunt etiam Florent. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. omnesque Crevier. codd. qui id non male inter optimorum codd. naevos re-

Digitized by Google

tus domum fructusque videndi suos suaque, grata vulgo erant. Itaque non ducibus facilius, quam 5
multitudini, persuasum est: simul ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, si vi retinerent. Id quidem cavendum semper Romanis duci- 6
bus erit, exemplaque haec vere pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris suarumque proprie virium in castris habeant. Signis repente sublatis, Celtiberi abeunt, 7
nihil aliud quaerentibus caussam obtestantibusque,

tulit. Paullo post *abducerent* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Rec. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum. *abdicarent* Gaertn. Mox §. seq. *tum quies ipsa, tum reditus*, pro *quum quies*, Voss. Lovel. 1. 2. 5. V. ad 6, 23, 3.

§. 5. *Quippe tam paucis sibi retinuerunt*] Puto legendum, *quod per tam paucos ibi retinerentur*. Vel, *quippe tam paucis ibi retineri*. VALLA. Duplex hoc loco Vallae conjectura est, neutra tamen a sequentibus commentatoribus examinata. Aliud quoque video secutum principem editorem, ingesta tali lectione, *simul ne metus quidem a Romanis ducibus erat. Quippe tam paucis sibi ne timerent*. At Pal. 1. *simul ne metus quidem a Romanis erat: quippe tam paucos sibi retinerent*. sec. *simul ne metus a Romanis ducibus erat, quippe qui tam paucos sibi retinerent*. Quae lectio caeteris a me laudatis est sincerior, ut et Pal. 3. *simul ne metus quidem a Romanis ducibus erat, quippe tam paucis sibi retinerent*. GEBH. Put. et Pet. *sibi retinerent*. Nec aliter tres Pall. Vallam quoque habuit sollicitum haec ῥῆσις. Aut enim vult, *quod per tam paucos ibi retinerentur*: aut *quippe tam paucis ibi retineri*. Campanus *sibi ne timerent*. Unde liquet, hos eandem, quam diximus, scripturam in suis invenisse, quam facile explicamus. Lege, *simul ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, si vi retinerent*. hoc est, retinere vellent. de quo alibi. Si per vim eos tenere castris conarentur Romani, jam ante praeceperant animis, nihil eam metuere, quippe qui numero essent multo superiores. 21, [23, 5.] *Hannibal, quia revocare aut vi retinere eos anceps erat, ne caeterorum etiam feroces animi irritarentur, supra septem millia hominum domos remisit*. J. FR. GRON. Omnes, quas vidi, edd. vett. *quippe tam paucis sibi ne*, vel *ut*, *timerent*. Aldus deinde *quippe tam paucis se ne retinerent* substituit; idque ad Gronov. usque servatum est. *quippe qui tam paucos sibi retinerent* legunt Hafn. et Brancal. Latinii. *quippe qui tam paucis sibi retinerent* Hav. *quippe qui se paucis retinerent* Lovel. 2. *quippe qui tam paucis sibi retinerentur* Ber. in quo manus sec. *ubi* pro *sibi* emendavit. *quippe tam paucis sibi retinerent* optimis Gronovii consentientes Florent. Cant. Lovel. 4. 5. et Gaertn. pro quo recte le-

Digitized by Google

ut manerent, Romanis respondentes, quam dome-
8 ſtico se avocári bello. Scipio, poſtquam socii nec precibus, nec vi retineri poterant, nec se aut parem sine illis hoſti esse, aut fratri rursus conjungi vidit poſſe, nec ullum aliud salutare consilium in promtu eſſe, retro, quantum poſſet, cedere
9 statuit; in id omni cura intentus, necubi hoſti aequo se committeret loco; qui, transgreſſus flumen, prope veſtigiis abeuntium insiſtebat.

1 XXXIV. Per eosdem dies P. Scipionem par ter-
2 ror, periculum majus ab novo hoſte, urguebat. Masiniſſa erat juvenis, eo tempore socius Karthagi-

gendum docuit *si vi retinerent*. Infra hoc cap. *Poſtquam socii nec precibus, nec vi retineri poterant*. Recte etiam *retinerent* interpretatur, retinere vellent. Ita 23, 19, 7. *Pugnandum autem esse, si palam frumentum inportaret, videbat*. ubi male quidam ediderunt *inportare vellet*. v. quae ibi notantur. 34, 1, 7. *Pro lege, quae abrogabatur, ita disseruit*. ubi v. Gronov. qui similiter *acciperet* exponit accipere liceret 28, 45, 14. *agerent*, agendos censerent, 44, 35, 5. Et ita *diceret* per dicere debebat, reddit Manut. ad Cic. 13. ad Att. 44. Judicio suo per me fruatur Doujatius, qui lectionem Aldinam non omnino spernendam judicat. Attamen illa nullius cod. fide nititur.

§. 7. *Domeſtico se avocari bello*] Pall. *advocari*. Melius tamen vulgatum retentum etiam editorum primo. GEBH. *advocari* etiam Hav. Sed v. ad 8, 23, 11.

§. 9. *Prope veſtigiis abeuntium insiſtebat*] *prope veſtigia abeuntium insiſtebat* Ber. a m. 2. Male. Supra 5, 30, 2. *Insiſtere omnes veſtigiis laudum suarum*. 24, 4, 5. *Juvenemque suis potissimum veſtigiis insistere vellent*. Paullo ante *nec ulli hoſti aequo se committeret loco*, pro *necubi hoſti*, Hafn. Male. 22, 2, 3. *Necubi consiſtere coactis necessaria ad usus deessent*. 38, 49, 7. *Necubi notis sibi latebris delitescerent latrones*. et alibi. *nec cum hoſte aequo se committere loco* Lovel. 4. Sed nec illud placet. V. ad 3, 42, 4.

§. 1. *P. Scipionem par terror, periculum majus ab novo hoſte, urguebat*] *par terror P. Scipionem, periculum majus* Ber. *per terror, periculum majus P. Scipionem* Lovel. 4. *periculum magnum* Lovel. 1. *periculum malum* Voſſ. sed in margine duplicem aliam lectionem *periculum magnum* et *periculum majus* adscriptam habet.

§. 2. *Masanissa erat juvenis, qui eo tempore erat socius*] Liber optimus, Voſſ. et alii scripti semper *Masinissa*. Dein idem et Pet. melior pronomen *qui* nesciunt.

Digitized by Google

niensium, quem deinde clarum potentemque Romana fecit amicitia. is tum cum equitatu Numidarum et advenienti P. Scipioni obcurrit, et deinde assidue dies noctesque infestus aderat, ut non vagos tantum, procul a castris lignatum pabulatumque progressos, exciperet, sed ipsis obequitaret castris, invectusque in medias saepe stationes, omnia ingenti tumultu turbaret. noctibus quoque saepe incursu repentino in portis valloque trepidatum est: nec aut locus, aut tempus ullum vacuum a metu ac sollicitudine erat Romanis: compulsisque intra vallum, ademto rerum omnium usu, quum prope justa obsi-

Inde suspicor, et verbum alterum *erat*, immo et *quem*, quod sequitur, a mala manu esse; scribendum vero: *Masinissa erat juvenis, eo tempore socius Carthaginiensium; deinde clarum potentemque Romana fecit amicitia.* J. FR. GRON. *Masinissa* etiam Florent. V. ad 24, 49, 1. *Τὸ qui* etiam exsulat a Florent. Non dissentio igitur a Gronov. et eam vocem et mox sequentem *erat* omittente.

§. 3. *Is tum cum equitatu Numidarum et advenienti P. Scipioni obcurrit*] *Iste cum equitatu* Florent. a m. 2. *Is cum equitatu* Ber. et Gaertn. *Is tū cum equitatu* Hav. Mox *τὸ et* abjiciunt Lovel. 2. 5. Ber. Harlej. Gaertn. Haverk. et edd. ante Aldum. praenomen vero Scipionis *P.* Lovel. 2.

§. 6. *Compulsisque intra vallum*] Si mei arbitrii res esset, *σιγμὴν τελείαν* post *Romanis* ponerem, et, sublata copula *que*, hinc novam periodum inchoarem. DUKER.

Cum septem millibus et quingentis Suessetanorum] Secundum Doujatium nulli sunt in Hispania *Suessetani:* quare primo legendum censet *Sedetanorum.* Quae conjectura vix verisimilis videtur. Nam, ut etiam Cl. Dukerus observat, Livius Indibilem vocat Ilergetem 22, 21, 2. 26, 49, 11. 27, 31. [?] et 29, 1, 19. Lacetanos autem ejus populares fuisse dicit 28, 24, 4. Illergetes autem et Lacetani siti erant citra Iberum, at Sedetani trans hunc fluvium; quibus propterea Indibilem praefuisse, verisimile esse non puto. Quin et ipsi Doujatio haec conjectura displicuit, quia *Suessetani* et *Sedetani* tamquam diversi populi memorantur 28, 24, 4. Hinc tandem legendum censet *Vescitanorum.* At eorum nulla alibi apud Livium mentio obcurrit; contra *Suessetani* etiam memorantur 34, 20, 1. et 39, 42, 1. quos solis errantibus librariis originem debere, et secundum Doujatium in *Sedetanos* vel *Vescitanos* mutandos esse, in animum inducere nequeo. Potius itaque videtur, ut sequamur sententiam P. de Marca,

Digitized by Google

dio esset, futuramque artiorem eam adpareret, si se Indibilis, quem cum septem millibus et quingentis Suessetanorum adventare fama erat, Poenis con-
7 junxisset; dux cautus et providens Scipio, victus necessitatibus, temerarium capit consilium, ut nocte Indibili obviam iret: et, quocumque obcurris-
8 set loco, proelium consereret. Relicto igitur modico praesidio in castris, praepositoque T. Fontejo legato, media nocte profectus, cum obviis hosti-
9 bus manus conseruit. Agmina magis, quam acies, pugnabant: superior tamen, ut in tumultuaria pugna, Romanus erat. ceterum et equites Numidae repente, quos fefellisse se dux ratus erat, ab late-
10 ribus circumfusi, magnum terrorem intulere. Con-

qui in Marca Hispan. 2, 9, 4. existimat, *Suessetanos* partem *Cosetanorum* constituisse.

§. 7. *Dux cautus et prudens Scipio*] Pall. tres *et providens*. GEBH. Omnes libri scripti *providens*. Cur mutarunt? Seneca de Ira 1, 3. *Nulli nisi homini concessa providentia est, diligentia, cogitatio*. Sic etiam omnes scripti, ubi intruserunt *prudentia*. Sic *providendum et praecavendum* jungit Livius 24, [8, 13.] in oratione Fabii. Cicero ad Atticum 2, 1. *Quod a me ita praecautum atque ita provisum est*. Plinius 9. epist. 13. *Omnia ego semper ad Corellium retuli, quem prudentissimum aetatis nostrae sapientissimumque cognovi*. Pall. *perviden tissimum*: quod verbum nescio an hactenus coelo Latino notum, inquit Gruterus. Scribe *providentissimum*. Sic et Tacitus [13. Ann. 3.] *providentiam sapientiamque* conjungit. J. FR. GRON. *providens* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Hav. et Oxon. Hearnii. Verba sunt Donati ad Ter. And. 1, 2, 12. *Providentia duplex est: aut enim animo, aut oculis providemus*. Hinc *cautus et provisus* junguntur apud Liv. 23, 43, 7. *Omniaque, velut adversus praesentem Hannibalem cauta provisaque fuerunt*. et *providere ac praecavere* 22, 42, 4. *Paullus etiam atque etiam dicere, providendum praecavendumque esse*. Solent autem saepius ita peccare librarii. V. ad 35, 25, 7.

Quocumque obcurrissent loco] *occurrisset* ex vet. lib. de Indibili enim loquitur. SIG. Ita et omnes mei ac vett. edd. *occurrissent* primus Froben. anno 1535. edidit.

§. 8. *Cum obviis hostibus manus conseruit*] Vet. lib. *manum*. SIG. Sed Livius etiam aliis locis non refugit *manus conserere*. Infra cap. 40. lib. 27, 16, 2. et 18, 14. DUK. Omnes nostri *manus* servant. V. supra ad 6, 42, 5.

Digitized by Google

tracto adversus Numidas certamine novo, tertius insuper advenit hostis, duces Poeni adsecuti ab tergo jam pugnantes: ancepsque proelium Romanos circumsteterat, incertos in quem potissimum hostem, quamve in partem conferti eruptionem facerent. Pugnanti hortantique imperatori et obfe- 11
renti se, ubi plurimus labor erat, latus dextrum lancea trajicitur: cuneusque is hostium, qui in confertos circa ducem inpetum fecerat, ut exanimem labentem ex equo Scipionem vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nunciantes discurrunt, imperatorem Romanum cecidisse. Haec 12
pervagata passim vox, ut et hostes haud dubie pro victoribus, et Romani pro victis essent, fecit.

§. 10. *Advenit hostis, duces Poeni adsecuti ab tergo*] Asdrubal Gisgonis et Mago, contra quos P. Scipio iverat. SIG. Videtur eradenda distinctio, ut sit epexegesis: *tertius insuper advenit hostis, duces Poeni assecuti ab tergo jam pugnantes: ancepsque.* JAC. GRON. Distinctionem Gronovii recepi. neque aliter interpunxerunt Aldus et reliqui editores, usque ad Francofurtenses, qui anno 1578. interpunctionem a Gronovio damnatam substituerunt, quae fermo etiam in Aldo prioribus obtinuit. Similes adpositiones Livio sunt frequentissimae. 7, 25, 2. *Legis Liciniae spretae mercedem consulatum cepisset.* ubi vide. 9, 42, 4. *Quum collegae novum bellum, Sallentini hostes decernerentur.* 24, 36, 4. *Romana item classis, triginta quinqueremes, legionem primam Panormi exposuere.* 26, 5, 11. *Major vis ab altera parte Fulvium, Hannibal et Poeni urguebant.* 30, 11, 1. *Massyli, regnum paternum Masinissae, laeti ut ad regem diu desideratum concessere.* 38, 16, 1. *Galli, magna hominum vis, in Dardanos pervenerunt.* Ubi vide, quae notantur. Adde J. Fr. Gronovium ad 22, 41, 7. Jac. Gronov. ad 6, 2, 3. et quae dicam ad 40, 36, 8. Etiam Cortium ad Plinii 2. ep. 17, 4.

§. 11. *Ut exanimem labentemque ex equo Scipionem vidit*] Sine copula Pall. tres *exanimem labentem ex equo.* GEBH. Scribe auctoribus optimis *exanimem labentem ex equo.* 27, [27, 7.] *Marcellum etiam transfixum lancea prolabentem ex equo moribundum videre.* J. FR. GRON. Copulam ignorant etiam Florent. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Hav. et Hearnii Oxon. V. ad 10, 35, 9. Paullo ante *ubi plurimum labor erat* Florent. An voluit scriba *plurimum laboris?* V. ad 9, 18, 18. Reliquis tamen invitis nihil muto. Praeterea *latus dextrum*, pro *dexterum*, Florent. Lovel. 2. 4. 5. Ber. et Hav.

Digitized by Google

13 Fuga confestim ex acie, duce amisso, fieri coepta est. ceterum ut ad erumpendum inter Numidas leviumque armorum alia auxilia haud difficilis res
14 erat; ita effugere tantum equitum, aequantiumque equos velocitate peditum, vix poterant: caesique prope plures in fuga, quam in pugna, sunt. nec superfuisset quisquam, ni praecipiti jam ad vesperum die nox intervenisset.

1 XXXV. Haud segniter inde duces Poeni fortuna usi, confestim e proelio, vix necessaria quiete data militibus, ad Hasdrubalem Hamilcaris citatum a-

§. 13. *Inter Numidas aliaque levium armatorum auxilia haud difficilis res erat*] Pal. 2. *aliaque armatorum auxilia haud difficile erat.* GEBH. Praeclare optimi: *inter Numidas leviumque armorum auxilia haud difficilis erat.* Nusquam *τὸ res.* Scilicet adjectivum *difficilis* referendum est ad vocem *fuga* in membro praecedenti, et simul inducendum *τὸ erat.* J. FR. GRON. Mihi non magna causa inducendi *erat* esse videtur: nam eo demto non optime haec cohaerent: *ut ad erumpendum haud difficilis* (fuga,) *ita effugere vix poterant.* et *erat,* si scriptum non esset, tamen supplendum videtur. DUK. *inter Numidas leviumque armorum alia auxilia* Florent. et unus Colbert. apud Doujatium. Neque aliter se in Put. et Victor. invenisse testatur Cl. Crevier. quod etiam recepi. V. supra ad 22, 37, 7. ubi Doujatius conjecturam Gronovii, similiter *levium armorum*, pro *armatorum*, emendantis probat, vel *leviter armatorum* substituit, quum tamen hoc loco *levium armatorum* defendat. Deinde *haud difficile erat* Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Hav. Hearnii L. 1. et duo eorum, quibus Doujatius usus est. *haud difficilis erat* Florent. Cant. Voss. Lovel. 1. et Gaertn. Vocem *res* saepius librarios interposuisse, vidimus ad 2, 18, 2. Si autem cum Gronovio etiam *τὸ erat* inducendum putamus, mutanda erit distinctio hoc modo: *Fuga confestim ex acie, duce amisso, fieri coepta est, ceterum ut ad erumpendum* etc. ut cohaereant *Fuga fieri coepta est, ceterum ut haud difficilis, ita* etc. An tamen ita legi debeat, multum dubito.

§. 1. *Non dubia spe, quum copias conjunxissent, debellari posse*] *Τὸ copias* fastidiunt Pall. tres. GEBH. Verba *quum copias* in optimis nullum habent sui vestigium: etiam minoris dignitatis libri omnes fere *τὸ copias* ignorant. Adjectum est a malis conjectoribus. Debuerant enim dividere voces errore librarii conglutinatas: *non dubia spe, quum juncti essent, debellari posse.* 23, [28, 8.] *Si Annibali, vix per se ipsi tolerando Italiae hosti, Asdrubal dux atque Hispaniensis exercitus esset junctus.* J. FR GRON. *non dubia spe, quum copias eo junxissent* Ber. *non dubia spe, quum*

Digitized by Google

gmen rapiunt, non dubia spe, quum juncti essent, debellari posse. Quo ubi est ventum, inter exer- 2
citus ducesque, victoria recenti laetos, gratulatio ingens facta, imperatore tanto cum omni exercitu deleto, et alteram pro haud dubia parem victoriam exspectantes. Ad Romanos nondum quidem fama 3
tantae cladis pervenerat, sed moestum quoddam silentium erat, et tacita divinatio; qualis jam praesagientibus animis inminentis mali esse solet. Im- 4
perator ipse, praeterquam quod ab sociis se desertum, hostium tantum auctas copias sentiebat,

conjunxissent se Hafn. *non dubia spe, quum conjunxissent* Voss. Lov. 2. 5. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii Ox. *non dubia spe, conjunxissent* Florent. Lovel. 1. et Harlej. Cl. Crevier. legendum censet *non dubia spe, quum conjunxissent*, vel *si conjunxissent*, ex sensu supplens *copias*, vel *exercitus*, quod non difficile esse putabat, quia praecesserat vox adfinis *agmen*. Mihi Gronovii conjectura haud displicet. Ita primo scripsissent librarii *conjunxissent* pro *cum junxissent*, quemadmodum *congratulatione* pro *cum gratulatione*; de quo similibusque v. ad 4, 24, 7. Deinde *junxissent* pro *juncti essent*, ut *reliquerat* pro *reliqua erat*; de quo dixi ad 23, 29, 16. Vide etiam, an malis *haud dubia spe, se quum junxissent*. Supra cap. praec. *Si se Indibilis Poenis conjunxisset*. Doujatio Gronovium reprehendenti, quod cod. indicare neglexerit, unde *cum juncti essent* hauserit, respondebimus, quum docuerit, Gronovium dixisse, se ita ex codice emendare, vel ipse etiam nominarit libros, in quibus *vulgo* legatur *cum junxissent*. Mira ejus ubique est neglegentia.

§. 2. *Alteram pro haud dubio parem victoriam exspectantes*] Pal. tert. *alteram haud dubie parem*. GEBH. Ita et Ber. a m. 2. quum a m. 1. scriptum fuisset *alteram haud dubio*; et ita est in Lovel. 4. 5. et Harlej. *alteram haud dubiam* Hav. *alteram pro haud dubia* Florent. quod Gronovii ediderunt. Similiter in Put. fuisse videtur, quia Cl. Crevier. *pro haud dubio* ex codd. et edd. Hearnii laudat, neque Put. neque aliorum Mssorum, quos consuluit, ullam mentionem faciens. Stilus ac mos loquendi Livii ferre potest utramque locutionem *pro haud dubio* et *pro haud dubia*. V. ad 1, 3, 2. Posterius itaque ob codd. auctoritatem praefero.

§. 3. *Sed tamen moestum quoddam silentium erat*] Omnes codd. MSS. *sed moestum*, exclusa vocula *tamen*. GEBH. Nulli calamo exarati habent *tamen*. Incredibile est, quot ejusmodi fulcra orationis, ut putabant, male consistentis cohaerentisque partim librarii semidocti sequioris aevi, partim primi editores, styli Liviani non satis gnari, passim intruserunt. J. FR. GRON. Ex meis soli Ber. Gaertn. et Rec.

Digitized by Google

conjectura etiam et ratione ad suspicionem acceptae cladis, quam ad ullam bonam spem, pronior
5 erat. *Quonam modo enim Hasdrubalem ac Magonem, nisi defunctos suo bello, sine certamine adducere exerci-*
6 *tum potuisse? Quomodo autem non obstitisse, aut ab tergo secutum fratrem? ut, si prohibere, quo minus in unum coïrent et duces et exercitus hostium, non posset,*
7 *ipse certe cum fratre conjungeret copias.* His anxius curis id modo esse salutare in praesens credebat, cedere inde, quantum posset: et inde una nocte, ignaris hostibus, et ob id quietis, aliquantum emen-
8 sus est iter. Luce, ut senserunt profectos hostes, praemissis Numidis, quam poterant maxime citato

tamen tuentur; reliqui cum Hearnii N. et D. vocem illam ignorant. Esse autem eam inter illas voces, quibus indocti passim male cohaerenti, ut putabant, orationi Livii subcurrere conati sunt, supra vidimus ad 22, 44, 7.

§. 5. *Nisi defuncto suo fratre bello*] Vet. lib. *nisi defuncto fratre suo bello.* Vox certe *suo* cum *bello* jungenda est, non cum *fratre.* SIG. Pall. 2. et 3. *defuncto fratre suo bello.* pr. *defuncto suo fratre bello certamine.* vet. ed. *defuncto fratre bello sine certamine.* GEBH. *defuncto fratre suo bello* non bene habet, etsi Sigonius reponi curarit pro eo, quod ante erat *defuncto suo fratre bello.* Egregie, exclusa voce *fratre*, Put. et Petav. melior *nisi defunctos suo bello.* nempe Magonem et Hasdrubalem. 9, [43, 14.] *Summum flagitium fore, si alterum exercitum utriusque victoriae compotem sinerent fieri, nec ad se sui belli vindicarent decus.* 27, [38, 7.] *Et Annibalem suo proprio occupandum bello.* 37, [17, 9.] *Abduci classem ab Epheso, ab suo bello.* Dicuntur *defuncti suo bello*, qui suam partem in bello ex voto confecerunt: quod ab illis fieri non poterat, nisi fratre Publio exercituque ejus caeso et profligato. J. FR. GRON. Plerique meorum vel *defuncto suo fratre bello*, vel *defuncto fratre suo bello*; quod posterius Hearne etiam in Oxon. suis invenit. sed *defuncto suo bello*, una voce omissa, Florent. et Cant. ubi ultimam primae vocis literam *s* intercepit initialis vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5. *Defungi bello* recte Gronov. exposuit. Infra 32, 21, 18. *Defuncti bello Punico Romani.* Ita *defungi imperio* 1, 4, 5. *defungi proelio* 1, 25, 9. *defungi certamine* 10, 13, 4. et 33, 6, 3.

§. 6. *Aut ab tergo non secutum fratrem*] Omnes MSS. *aut ab tergo secutum fratrem.* ut ab praecedente negativa pendeat sensus. GEBH. Video in Voss. et tribus Pall. esse, *Quomodo aut non obstitisse, aut ab tergo secutum fratrem?* deleta altera negativa,

Digitized by Google

agmine sequi coeperunt: ante noctem adsecuti Numidae, nunc ab tergo, nunc in latera incursantes. Consistere coeperunt, ac tutari agmen, quantum possent; tamen, tuto ut simul pugnarent procederentque, Scipio hortabatur, priusquam pedestres copiae adsequerentur. 9

XXXVI. Ceterum nunc agendo, nunc sustinendo agmen, quum aliquamdiu haud multum procederetur, et nox jam instaret, revocat e proelio suos Scipio: et conlectos in tumulum quemdam, non quidem satis tutum, (praesertim agmini perculso) editiorem tamen, quam cetera circa erant, subducit. Ibi primo, inpedimentis et equitatu in medium 1 2 3

et distinctione mutata. nam a praecedenti sensus pendet. Non memini tamen sic fuisse quoque in Gallicis. J. FR. GRON. *aut ab tergo secutum fratrem* etiam omnes mei, et Oxon. Hearnii. Neque hic particulam negantem *non* in Put. adscriptam fuisse, adfirmavit Cl. Sallierius. quin et a primis abest edd. quam demum receperunt Moguntini.

In unum coïrent et duces et exercitus hostium] *in unum cogerent* Voss. Lovel. 1. 4. Harlej. et Gaertn. *in unum cogerentur* Ber. Rec. et editi ante Aldum. Male. 6, 3, 6. *Neque se conglobandi coëundique in unum datur spatium.* 7, 36, 12. *Nec coïre in unum aut arma capere possunt.* 38, 16, 8. *Coëunt deinde in unum rursus Galli.*

§. 7. *Cedere inde, quantum posset: et inde*] Alterum *inde* spurium. J. FR. GRON. Idem judicat Cl. Crevier. addens ex Victor. cod. legi posse *cedere in quantum posset*: quod apud me etiam superest in Lovel. 2. *cedere inde in quantum posset*, utraque lectione juncta, in Gaertn. qui insuper praefert *et tñ una nocte.*

§. 8. *Nunc in latera concursantes*] Vet. lib. *incursantes.* Sic paulo post [c. 36, 3.] *Impetus incursantium Numidarum.* SIG. Pal. 3. *incursantes.* quod videtur ipse Livius afferere c. 36, 3. GEBH. Ut notatum Sigonio, omnes habent, non *concursantes.* Et illud frequentissimum nostro. J. FR. GRON. *concursantes* nulli meorum, praeter Gaertn. et Ber. a m. 2. Reliqui cum Hearnii Oxon. *incursantes.* De hoc verbo v. ad 8, 38, 6.

§. 9. *Tamen, tuto ut simul pugnarent*] Illud *tuto* nihil hic opus esse, et nasci potuisse ex verbo *tutari*, quod praecedit, observat Cl. Crevier.

§. 1. *Et nox jam instaret, revocat e proelio suos*] *jamjam instaret* Lovel. 2. Tum *revocavit e proelio* Ber. et edd. ante Ald. *revocat proelio* Florent. Voss. Lo-

Digitized by Google

receptis, circumdati pedites haud difficulter inpe-
4 tus incursantium Numidarum arcebant: dein, post-
quam toto agmine tres imperatores cum tribus ju-
stis exercitibus aderant, adparebatque, parum ar-
mis ad tuendum locum sine munimento valituros
5 esse; circumspectare atque agitare dux coepit, si
quo modo posset vallum circuminjicere. sed erat
adeo nudus tumulus et asperi soli, ut nec virgulta
vallo caedendo, nec terra cespiti faciendo, aut
ducendae fossae, aliive ulli operi apta inveniri pos-
6 set: nec natura quidquam satis arduum aut absci-
sum

vel. 1. 2. 4. 5. et Harlej. Mox §. seq. *quam cetera quae circa erant* Ber. a m. 2. et Hav. *quam cetera circa erant loca* Lovel. 5.

§. 4. *Tres imperatores cum tribus justis exercitibus aderant, adparebatque*] *tris imperatores* in duobus Pall. esse, Gebhard. supra monuit ad 8, 24, 5. quomodo etiam est in Florent. et hic, et alibi fere semper. V. ibidem notata. Praeterea *adparebat*, omissa copula, Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav.

§. 5. *Circumspectare atque agitare dux coepit*] Vet. lib. *ac cogitare*. SIG. Pal. 1. *agitare;* quod videtur rectius, comprobatum etiam prisco editori. Secus quidem videtur Sigonio; sed, illius judicio desuper habito, in antiquam reduxi sedem legitimam et veterem lectionem. Sic 29, 10, 8. Pal. tert. et ant. ed. ingerentibus *id cogitare atque agitare*, legendum, *id agitare*, *quae ratio transportandae Romam Deae esset*. Nam imperitus exscriptor et glossam et legitimam fuerat complexus scripturam. GEBH. Hoc [*ac cogitare*] quidem a Sigonio; sed libri optimi servant prius editum *agitare*. J. FR. GRON. *cogitare* unus meorum Rec. Reliqui cum Hearnii Oxon. *agitare*, cujus alterum illud glossema est: qua eadem ratione quidam editores *animo cogitabat*, pro *agitabat*, substituerunt apud Livium 44, 18, 1. ubi plura vide. (* 35, 28, 4.) Similiter perperam in uno extat Pal. apud Gebhard. ad Liv. 29, 1, 13. Et ita male, pro *agitare defectionem*, in quibusdam codd. est *cogitare* in Epit. Liv. 72. V. viros doctos ad Flori 4. 2, 83. et Cortium ad Sallustii Jug. 11, 1. Certe *agitare aliquid* eleganter usurpatur pro de eo cogitare. Supra 3, 37, 5. *Id modo plebes agitabat, quonam modo tribuniciam potestatem repararent.* 4, 30, 1. *Agitatum in urbe ab tribunis plebis, ut tribuni militum consulari potestate crearentur.* 7, 14, 6. *Omnia circumspicere atque agitare coepit, ut arte aliqua terrorem hostibus incuteret.* 21, 26, 5. *Quem ut de Rhodani quoque transitu agitare animadvertit.* 22, 43,

Digitized by Google

sum erat, quod hosti aditum adscensumve difficilem praeberet; omnia fastigio leni subvexa. Ut tamen aliquam imaginem valli objicerent, clitellas inligatas oneribus, velut struentes ad altitudinem solitam, circumdabant; cumulo sarcinarum omnis generis objecto, ubi ad moliendum clitellae defuerant. Punici exercitus postquam advenere, in tumulum quidem perfacile agmen erexere, munitionis vero facies nova primo eos velut miraculo quodam tenuit, quum duces undique vociferarentur, *Quid starent? et non ludibrium illud, vix feminis puerisve morandis satis validum, distraherent diriperent-*

4. *Hannibal de fuga in Galliam dicitur agitasse.*

Vallum circumjicere] *circumjicere* dicit 35, 4, 6. *Sarctnas in medium conjici jussit, et triarios vallum circumjicere.* 38, 19, 5. *Fossam quoque et alia munimenta verticibus iis, quos insederant, circumjecere.* JAC. PERIZ. *circumjicere* vel *circumjacere* praeferunt Lovel. 4. 5. et Ber. Mox *faciundo* pr. edd. cum Mstis Voss. Ber. et Lovel. 2. *faciendo* vero Caelius Curio substituit, quod firmant Florent. ac reliqui.

§. 6. *Nec ferme quidquam satis arduum aut abscissum erat*] Put. Pet. melior, Men. *nec futura quidquam satis arduum aut abscissum.* Pet. alter, *nec natura quidquam satis arduum.* Videtur verum deprehendisse. Vult enim Livius, nec fuisse materiam munitioni, nec locum ita natum, ut quicquam in eo praesidii esset non manu facti. J.FR.GRON. Ex scriptis a vulgato stant Lov. 5. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii L. 1. *nec factura* est in Lovel. 2. *nec futura* in Florent. Voss. Lovel. 1. 4. Harlej. et Hearnii N. ac D. *nec futurum* in Hafn. et Hav. Praeterea *abscisum* Florent. Voss. et Hav. Et, vel ita, vel *apscisum* se in Put. et duobus suis aliis invenisse, testatur Crevier. V. ad 31, 34, 2.

Omnia fastigio leni subvexa] Prisca ed. *fastigio levi subnixa.* Perperam. 27, 18, 6. *Suberat et altera inferior submissa fastigio planities.* Forte et ibi editor voluit *subvexa.* GEBH. *fastigio levi* etiam Lovel. 1. 2. 4. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad 36, 31, 8. Dein *subnexa* Lovel. 2. 4. et Hav. *subnixa* Lovel. 5. Ber. et Rec. *fastigio levi subnixa* praeferunt quoque omnes ante Aldum edd.

§. 7. *Clitellas inligatas oneribus*] Put. male *clientelas* praeferre, auctor est Gronov. infra ad 29, 27, 5. *cletellas* est in Florent. a m. 1. et mox *clientelae*, pro *clitellae.*

§. 8. *Munitionis vero facies nova*] *Tò vero* abest a Florent. et Cant. idque nec in Put. reperiri, te-

Digitized by Google

que? Captum hostem teneri, latentem post sarcinas.
10 Haec contemtim duces increpabant. ceterum, neque transilire, neque moliri onera objecta, nec caedere stipatas clitellas, ipsisque obrutas sarcinis,
11 facile erat. Tardatis diu quum amolita objecta onera armatis dedissent viam, pluribusque idem parti-
12 bus fieret, capta jam undique castra erant: pauci ab multis, perculsique a victoribus passim caedebantur. Magna pars tamen militum, quum in propinquas refugisset silvas, in castra P. Scipionis, quibus T. Fontejus legatus praeerat, perfu-

statur Crevier. qui putat ex fulcris esse, quae passim orationi Livianae subjiciuntur; ea autem vocula omissa, non modo belle procedere, sed et vividiorem esse orationem. Mox §. seq. *vociferantur* legendum esse, in margine Livii sui conjecit Ant. Pezonius.

§. 10. *Neque transilire, neque moliri onera objecta*] *moliri* dictum pro *amoliri*, ut post: *moliri objecta onera*. et post: *fores nulla moliri potuerunt vi*. SIG. *nec moliri* Cant. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. V. ad 9, 9, 14. Tum *emoliri* Ber. Sed *moliri* est amoliri, ut Sigonius explicat, vel labefactare, ut Gronovio videtur ad 6, 11, 8. Supra 24, 46, 5. *Strepitum molientium portam exaudiri prohibuit*. ubi vide. 27, 28, 10. *Vigiles, velut ad vocem eorum excitati, tumultuari, trepidare, moliri portam*. Ita *montes moliri sua sede* 9, 3, 3. ubi v. Gebhard.

§. 11. *Tardatis diu quum amolita objecta onera armatis dedissent viam*] Vix movendum videtur: tamen Put. Petav. melior, Men. *amoliti*, quod etiam alicubi editum video. J. FR. GRON. *amoliti* etiam Florent. Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. Ber. a m. 2. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et ed. Ald. cum pluribus sequentibus. Ceterum pingue, nescio quid, et inpeditius orationis filum, quam pro Liviana elegantia et perspicuitate, Crevier. offendit, et suspicionem, hic aliquid mendae latere, varietate scriptorum augeri testatur: eorum enim plerosque praeferre *Traditis diu*, unum etiam *dibu*, alium *Traducti diu*. nullum denique exhibere *amolita*, sed plerosque *amoliti*, unum *amolitis*. Ex meis *Traditis ibi* Florent. *Traditis diu* Lov. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *Traducti diu* Lovel. 2. Certe quatuor participia *Tardatis*, *amolita*, *objecta*, *armatis*, una periodo hoc modo juncta, vix placere possunt.

§. 13. *In propinquam castris turrim perfugisse*] Appian. in Hispan. [p. 263.] Cn. Scipionem cum sociis in turri inclusum crematum fuisse scribit. SIG. Eamdem sententiam adoptavit etiam Sil. Ita', 13, 618. Ceterum *in propinquam*

Digitized by Google

gerunt. Cn. Scipionem alii in tumulo primo inpetu 13
hostium caesum tradunt: alii cum paucis in propinquam castris turrim perfugisse. hanc igni circumdatam, atque ita exustis foribus, quas nulla moliri potuerunt vi, captam; omnesque intus cum ipso imperatore occisos. Anno octavo, postquam in 14
Hispaniam venerat, Cn. Scipio, undetrigesimo die post fratris mortem, est interfectus. Luctus ex morte eorum non Romae major, quam per totam Hispaniam, fuit. Quin apud cives partem doloris 15
et exercitus amissi, et alienata provincia, et publi-

turrim fugisse edd. Rom. anni 1472. et Parm. Nec aliter Ber. a m. 1. qui a m. 2. legit *in propinquam castris turrim fugisse*, quomodo legunt reliquae edd. usque ad Aldum, vulgatae lectionis auctorem. Mox *potuerant*, pro *potuerunt*, Florent. et Lovel. 5. *potuerint* Hav.

§. 14. *Anno octavo postquam in Hispaniam venerat*] Hic septimus est annus hujus belli, non octavus. Nam anno primo P. Scipio cum Sempronio Longo consul fratrem Cnaeum in Hispanias misit, ut ipse author l. 1. hujus belli [c. 32.] tradidit. Itaque postea, non ita longe ab initio Marcianae orationis [c. 38, 6.] legam: *Neu se, neu invictos per septem annos in iis terris milites suos* etc. Facilis autem est lapsus ex numero *VII* ac *VIII*, ut in aliis multis. GLAR. Venit in Hispaniam Cn. Scipio Ti. Longo, P. Scipione consulibus, ut ait Livius 21, [32, 3.] *Ne nuda auxiliis Romanis Hispania esset, quam provinciam sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adversus Asdrubalem misit.* Ab illo autem anno ad hunc sex anni numerantur, non *octo*, ut est in vet. lib. nec *septem*, ut emendavit Glareanus. †. „ Glareanus de uno anno cum „ nemine se certaturum saepe „ clamat. Hic scit, sed sedulo dis„ simulat. atque hoc loco rectius „ *septem* annos legitur. „ †. Nam in hoc loquendi genere primus annus non numeratur, ut post saepe dicam. Sic paullo post: *Invictos per octo annos milites suos*, lego *septem*; tot enim sunt si primus numeretur. SIG. Libb. omnes *anno octavo*: quod videtur restituendum. GEBH. *anno octavo*, et c. 38, 6. *per octo annos* constanter omnes libri retinent; quare ipsius Livii errorem esse Crevier. suspicatur. Ceterum videre nequeo, cur Sigonius, a Glareano dissentiens, hic non numerato anno primo, legat *anno sexto*, at postea c. 38, 6. eidem adsensus, primo connumerato, malit *per septem annos*. Quum autem posteriori loco viri docti vulgatum servarint, id etiam huc, ubi *anno septimo* ediderunt, revocavi.

§. 15. *Quin apud cives partem doloris*] Haec non intelligo. Di-

Digitized by Google

16 ca trahebat clades. Hispaniae ipsos lugebant desiderabantque duces: Cnaeum tamen magis, quo diutius praefuerat iis, priorque et favorem occupaverat, et specimen justitiae temperantiaeque Romanae primus dederat.

1 XXXVII. Quum delectus exercitus amissaeque Hi-

cit parem ex morte eorum luctum Romae et in Hispania fuisse, sed non iisdem de causis. Has expositurus ad novam periodum transit, eamque a particula *Quin* inchoat, quae neque inter eas est, quas causales vocant, neque vim aut significationem habet, quae in hunc locum apte quadret. Mea conjectura est, vel delendum *Quin*, quod ex praecedente *fuit* oriri potuit; vel legendum *Quum apud cives* etc. *traheret clades, Hispaniae ipsos lugebant.* Hoc primum. Deinde doceri velim, quid hoc sit *apud cives et exercitus amissi, et alienata provincia, et publica clades trahebat partem doloris*; et an alibi inveniatur hoc genus loquendi *haec res apud illum trahit partem doloris*, pro eum dolore afficit. DUK. *Quamquam apud cives* Florent. a manu admodum recenti, et Gaertn. *Tamen apud cives* Ber. a m. 2. Nihil forte mutandum. Videtur enim particula *Quin* eo pertinere, ut, quum antea non majorem Romae, quam per totam Hispaniam, luctum ex Scipionum morte fuisse dixisset, nunc se corripiens ostendere velit, eum majorem Hispanis, quam Romae civibus, fuisse: Hispanos enim solorum Scipionum mortem doluisse; at partem doloris, qui Romae visebatur, amissos exercitus, alienatam provinciam, et publicam cladem sibi vindicare, minimam partem Scipionibus interfectis relinqui. Habet igitur particula illa hic vim corrigendi, ut saepe alibi.

§. 16. *Cnaeum tamen magis, quod diutius praefuerat iis*] Optimi *quo diutius*. Recte. nam intelligitur praecessisse *eo*. Ut inferius [c. 39, 8.] *Ibi vero, quo longius aberant*, etc. *neglecta magis omnia ac soluta invenere.* 22, 43, 6. *Simul ut, quo longius recessisset, transfugia impeditiora levibus ingeniis essent.* Ubi propterea sprevimus, quod est in optimis, *quod longius*. 26, [20, 5.] *Et divinatio quaedam futuri, quo minus timoris ratio reddi poterat oborti temere, majorem inferens metum.* J. FR. GRON. Vulgatum *quod* servant plures codd. *quam diutius* habent Cant. et Lovel. 4. *quando diutius* Lovel. 1. *quo diutius* Florent. Harlej. et Hearnii Oxon. V. ad 26, 20, 5. Solent autem alibi *quo* et *quod* in Mstis commutari. V. ad 36, 33, 3. Idque hic eo facilius fieri potuit ob literam primam vocis sequentis fini praecedentis coalescentem. V. ad 40, 7, 8. Praeterea *tamen* deest in Florent. Cant. Lovel. 2. 4. 5. et Gaertn.

Temperantiaeque Romanae primus dederat] Paulo ante *prior*. Est autem accipiendum, *priorem* ad *fratrem* referri, *primum* ad *omnes*. Primus enim omnium Romanorum in Hispaniam venit Cn. Scipio. SIG Put. *diderat*, quasi vellet *ediderat*. J. FR. GRONOVIUS.

Digitized by Google

spaniae viderentur, vir unus res perditas restituit. Erat in exercitu L. Marcius Septimi filius, eques 2
Romanus, inpiger juvenis, animique et ingenii aliquanto, quam pro fortuna, in qua erat natus, majoris. ad summam indolem accesserat Cn. Scipio- 3
nis disciplina: sub qua per tot annos omnes mili-

§. 1. *Quum deletus exercitus amissaque Hispaniae viderentur*] *deleti exercitus* Florent. a m. 2. Lovel. 2. Hav. et Brancal. Latinii. Supra cap. praec. *Apud cives partem doloris et exercitus amissi, et alienata provincia, et publica trahebat clades.* Et infra hoc cap. reliquiae utriusque exercitus jam junctae tamen *exercitus* numero multitudinis vocantur. *Quum ducem exercituum comitiis militaribus creari placuisset.*

Vir unus res perditas restituit] Vet. lib. *vir unus has restituit*, ut ad Hispanias referatur. SIG. Pal. 1. ac 3. *vir unus respondit has restitui.* Mihi verius, legendum, ut habetur in Pal. 2. ac pr. ed. *vir unus has restituit.* ut referatur ad Hispanias, quas amissas Marcius restituit, non vero deletos exercitus, quos non potuit. Confirmat haec ipse Livius paullo ante: *Quin apud cives partem doloris et exercitus amissi, et alienata provincia, et publica trahebat clades.* GEBH. *has restituit* etiam Ber. Lovel. 5. Gaertn. atque edd. antt. *vir unus Romanus has restituit* Lovel. 2. *vir unus retinuit easdemque restituit* Hafn. et Hav. *vir unus respondit has restitui* Lovel. 1. 4. et Voss. in contextu, qui in margine *spoponsdit*, pro *respondit*, praefert. *vir unus responditas restituit* Cant. et Florent. a m. 1. in quo manus altera *res perditas* emendavit, quemadmodum Aldus et reliqui recentiores recte praeferunt. *res perditas* inlustramus ad 9, 2, 12. *restituere res* ad 3, 12, 4.

§. 2. *L. Martius Septimii filius, eques Romanus*] Hic alio loco (32, 2, 5.) *L. Martius Septimius* dicitur. Ex quo puto legendum, *L. Marcius Septimi filius*, partim quia ita quidam lib. vet. habent, partim ut cognomen familiae sit. quomodo dictum est *Q. Fabius Maximi filius* (10, 47, 5.) SIG. *Septimi filius* hic etiam aliae edd. habent; et sic rursus, quod 32, 2, 5. vulgatur *cum Marcio Septimio*, emendat ibi Sigonius. Recte, opinor: nam 28, 28, 13. *Septimus Marcius* vocatur. Itaque *Septimus* cognomen erit. *Septimius* enim nomen gentis est apud Sallust. Catil. 27. Catull. carm. 46. et Caesar. 3. bell. Civ. 104. Id autem huic erat *Marcius*. Eodem errore apud Tacit. 3. Hist. 5. Porcio, quod et ipsum nomen gentis est, olim addiderant cognomen *Septimii*, pro quo Glareanus deinde et alii ex MSS. et vett. edd. restituerunt *Septiminus*. *Septimus* autem potuit cognomen esse, ut *Primus*, *Secundus*, et alia a numeris apud Petr. Servium Miscell. c. 8. quibus facile esset plura addere, sed tamen omnia ex aevo recentiore, e quo et a Servio prolata sunt. DUK. *Marcius*, non *Martius*, scribendum esse, jam supra monitum ad 1, 32, 1. Et ita Flor. et alii hic exhibent.

Digitized by Google

4 tiae artes edoctus fuerat. Hic, et ex fuga conlectis militibus, et quibusdam de praesidiis deductis, haud contemnendum exercitum fecerat, junxeratque
5 cum T. Fontejo P. Scipionis legato. Sed tantum praestitit eques Romanus auctoritate inter milites atque honore, ut, castris citra Iberum communitis, quum ducem exercituum comitiis militaribus
6 creari placuisset, subeuntes alii aliis in custodiam valli stationesque, donec per omnes suffragium iret, ad L. Marcium cuncti summam imperii detulerint.
7 Omne inde tempus (exiguum id fuit) muniendis castris convehendisque commeatibus consumtum: et omnia

Praeterea *L. Marcii Septimi filius* Voss. *Septimi* etiam Florent. Lovel. 1. 4. aliique, in quo recte Sigonius *Septimus* ut cognomen considerat patris, quo hic filius describitur. V. supra ad 4, 45, 5. Gronov. in pr. ed. not. ad 32, 2, 5. hic quidem *Septimi* servat, verum id non cognomen, sed praenomen paternum, putat, at l. 28. et l. 32. *Septimius* et *Septimio* servandum putat, et, quum alius L Marcius praeter hunc esset, ad differentiam praenomen patris leviter inmutatum esse in cognomen filii existimat, praesertim quum illis atque aliquanto post temporibus nullam gentem Septimiam apud Romanos se observasse meminerit, etsi postea fuerit, et adjectiva numerum exprimentia frequentius praenomina sint, atque in Sigoniano difficultas maneat, quomodo ex praenomine puro cognomen factum sit. Verum haec rectius ab eo in secundis curis omissa videntur. Praeterea *qui erat Romanus*, pro *eques Romanus*, Lovel. 2. *equestris* Lovel. 4.

§. 4. *Junxeratque cum T. Fontejo*] *conjunxeratque* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. et edd. ante Aldum. Paullo ante pronomen *Hic* deest in Florent. a m. 1. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. Mox §. seq. *ducem exercitum*, pro *exercituum*, Gaertn. *ducem exercitus* Florent. et Rec. Sed nihil muto. V. modo ad §. 1.

§. 7. *Omne inde tempus (exiguum id fuit) muniendis*] *exiguum fuit* Florent. a m. 1. et Ber. a m. 1. Utrumque ferri posse, videbimus ad 40, 57, 3. *quod exiguum fuit* Florent. a m. 2. qui mox praefert *consumpsit*, pro *consumptum*, et *imperia in milites* etc. *exsequebatur*. Sed frustra.

§. 8. *Hasdrubalem Gisgonis, venientem*] Ita primus edidit Aldus, eamque lectionem omnes, uno excepto, mei, omnesque Hearnii Oxon. firmant. Priores edd. consentiente Ber. legunt *Gisgonis filium*, *venientem*. V. ad 28, 12, 13.

Digitized by Google

imperia milites, quum inpigre, tum haudquaquam abjecto animo, exsequebantur. Ceterum postquam 8
Hasdrubalem Gisgonis, venientem ad reliquias belli delendas, transisse Iberum, et adpropinquare adlatum est, signumque pugnae propositum ab novo duce milites viderunt; recordati, quos 9
paullo ante imperatores habuissent, quibusque et ducibus et copiis freti prodire ad pugnam soliti essent, flere omnes repente et obsensare capita: et alii manus ad coelum tendere, Deos incusantes: alii, strati humi, suum quisque nominatim ducem inplorare. neque sedari lamentatio poterat, 10

§. 9. *Prodire ad pugnam soliti essent*] Sic Aldina et Gallici, quantum memini, praeter Put. At vero tres Pall. Andreasque, et ejus sequaces *prodire in campum ad pugnam*. Put. *prodire in poenam*. Posses conjicere *in Poenum*. J. FR. GRON. *in campum ad pugnam* Lovel. 4. 5. Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Rec. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Cl. Jac. Perizon. existimabat, *in poenam* in Put. per errorem librarii scriptum esse pro *in pugnam*. Certe *in pognam* est in Florent. a m. 1. Quod sequitur, *offensare capita*, inlustrarunt viri docti ad Suet. Aug. 23.

Strati humi, suum quisque ducem] *strati humo* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Male. Supra 9, 20, 2. *Legati quum senatum humi strati movissent*. 26, 41, 12. *Haec omnia strata humi erexit ac sustulit*. Et ita *prosternere humi* 9, 6, 4. 38, 21, 11. 45, 20, 9. et alibi.

§. 10. *Et ipso minitante et increpante Martio*] Vet. lib. *ipso mulcente et increpante Marcio*, ut duobus contrariis remediis moerorem militum sustulisse Marcium intelligamus, modo consolando, modo increpando. Sic etiam 26, [21, 17.] *Militum animos, nunc consolando, nunc castigando, sedavit*. SIG. *ut ipso mulcente* Pal. 2. ut et vet. lib. Sigonii. Loco a Sigonio laudato addo ego ex eodem lib. c. 35, 7. *Nec eos sedare consules, nunc castigando, nunc consolando, poterant*. Justin. 12, 2. *Contra ille nunc castigare, nunc lenibus verbis monere, ne gloriosam militiam seditionibus infuscarent*. Sed Pal. 1. *et ipso mulcante et increpante Martio*. tert. *et ipso mulctante*. Pal. primi scripturam firmare videtur ipse Livius 27, 9, 8. *Castigando increpandoque plus, quam leniter agendo, profecturos rati*. GEBH. Non id erat tempus minarum. Scripti alii *mulctante*, alii *mulcente*. Put. Pet. et unus ex Pall. *mulcante*. Placebat: *et ipso inculcante et increpante Martio, quid in muliebres et inutiles se projecissent fletus potius, quam*

Digitized by Google

excitantibus centurionibus manipulares, et ipso mulcente et increpante Marcio, *quid in muliebres et inutiles se projecissent fletus potius, quam ad tutandos semet ipsos et rempublicam secum acuerent animos, et*
11 *ne inultos imperatores suos jacere sinerent?* Quum subito clamor tubarumque sonus (jam enim prope vallum hostes erant) exauditur. inde, verso repente in iram luctu, discurrere ad arma: ac, velut accensi rabie, discurrunt ad portas, et in hostem, neglegenter atque incomposite venientem, incurrunt.
12 Extemplo inprovisa res pavorem incutit Poenis: mirabundique unde tot hostes tam subito exorti

ad tutandos semetipsos et rempublicam secum acuerent animos? et, ne inultos imperatores suos jacere sinerent. Hoc inculcabat, hoc dicendo frequenter iterabat. Quinctil. 11. Instit. [3.] *Illa transcurrimus, congerimus, abundamus, festinamus, hac incitamus, inculcamus, infigimus.* Lucan. 9, 292.

— — *sic voce Catonis*
Inculcata viris justi patientia Martis.

Sed nunc potius videtur *mulcente*, quod et Sigonius Rubeniusque probant. Id enim merito praecedebat castigationem. Virgil. 1. Aen. [197.] *et dictis moerentia pectora mulcet.* Justin. 12, [2.] *Constra illa nunc castigare milites, nunc lenibus verbis monere.* J. FR. GRONOV. *ipso mulctante* Lovel. 2. et Harlej. *ipso mulcante* Voss. et Florent. *ipso mulcente* Hav. quod recte viri docti probarunt. Non male etiam mox conjicit Gronov. *quid in muliebres*, pro quo priores edd. cum plerisque codd. meis, et Hearnii L. 1. *quod in muliebres.*

§. 11. *Quum subito clamor tubarumque sonus*] Ita Pal. 1. et ant. ed. At sec. *Tum subito clamor castrorum, tubarumque sonus.* tert. *Cum subito clamor castrorumque sonus.* GEBH. *clamor castrorumque sonus* Rec. *clamor tubarum castrorumque sonus* Lovel. 4.

Discurrere ad arma: ac, velut accensi rabie, discurrunt ad portas] Forte *concurrunt ad portas.* nam ibi paullo ante dispersi ad arma capienda rursus jungebantur. J. FR. GRON. In tam subita hujus verbi repetitione, et ista Mstorum varietate optimum mihi videtur, sequi codicem Gud. abolendo prorsus istud *discurrere*, utpote inculcatum ab eo, qui, non cogitans a Livio hic subintellectum τὸ *conclamare*, raptam ex proximo vocem adjecit. Idem plane noxiae fuit Annaeo Floro 2, 6. *Memores icti cum Poenis quoque foederis non statim ad arma.* Ibi enim quoque apposuerunt *procurrunt*, quod indicio etiam Gudiani exemplaris Msti didicimus ante annos, non Flori, sed aliorum esse. Et quo minus de hoc dubites, vide, quae notavit pater ad Senecae Troades v. 844. et

Digitized by Google

prope deleto exercitu forent, unde tanta audacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis, quis imperator duobus Scipionibus caesis exstitisset, quis castris praeesset, quis signum dedisset pugnae, ad haec 13
tot tam necopinata, primo omnium incerti stupentesque referunt pedem: dein, valida inpressione pulsi, terga vertunt. Et aut fugientium caedes foe- 14
da fuisset, aut temerarius periculosusque sequentium inpetus, ni Marcius propere receptui dedisset signum, obsistensque ad prima signa, quosdam et ipse retinens, concitatam repressisset aciem. inde in castra avidos adhuc caedisque et sanguinis re-

infra 28, 21, 1. JAC. GRON. *discurrunt ad arma* Florent. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Hafn. Hearnii Oxon. omnesque edd. ab Aldina usque ad ultimam Gruteri. Gronovius in prima ed. not. conjecit *decurrunt ad portas*, ut eas humiliore loco sitas credamus, quae etiam respectu aggeris humiliores erant. Doujatius *discurrunt ad portas* defendebat, et earumdem vocum iterationes non nimis anxie a Livio evitatas esse, duobus exemplis ex hoc ipso cap. desumtis docebat: *receptui dedisset signum, obsistensque ad prima signa*. Et, *in castra abeunt. Par neglegentia in castris*. V. ad 1, 3, 9. At nuper Cl. Crevier. putavit, odiosam esse repetitionem *discurrere ad arma*, etc. *discurrunt ad portas, et in hostem* etc. *incurrunt*, ideoque haud alienus erat a Jac. Gronovii sententia; cui fermo etiam calculum adjicio.

Atque incomposite venientem, incurrunt] Pall. 1. ac 3. *obcurrunt*. GEBH. Similiter Lovel. 1. 2. 4. Harlej. et Hav.

§. 12. *Mirabundique unde tot hostes*] Copula postulat, suppleri verbum aliquod v. g. *requirebant*, vel aliud loco conveniens. Curtius 9, 9, 26. *Unde tantum redisset subito mare? quo pridie refugisset? quaenam esset elementi natura? mirabundi requirebant*. Tamen, si quid libri juvarent, praeferrem *mirabundis unde tot hostes*. Livius 3, 38, 8. *Velut nova res mirabundam plebem convertit, quidnam incidisset?* 26, 15, 11. *Mirabundus, quidnam sese vellet?* ubi Sigonius inferserat *inquireret*. DUK. Codices in vulgatum conspirant.

§. 13. *Ad haec tot jam nec opinata*] Lege *tot, tam nec opinata*. Utuntur enim Latini *nec opinatus* pro *inopinato*. Livius autem omnium maxime. Cicero pro Plancio [16.] *Tu me ignaro, nec opinante, inscio*. Res non eget exemplis. Paullo post [c. 38, 17.] *ad nec opinatum tumultum*. SIG. Scribe cum Sigonio: *Ad haec tot tam necopinata*. Ut supra c. 24, 13. V. ad 28, 28, 12. 29, 21, 10. 30, 30, 7. J. FR. GRON. Recte

Digitized by Google

15 duxit. Karthaginienses, trepide primo ab hostium vallo acti, postquam neminem insequi viderunt, metu substitisse rati, contemtim rursus et sedato 16 gradu in castra abeunt. Par neglegentia in castris custodiendis fuit. nam, etsi propinquus hostis erat, tamen reliquias eum esse duorum exercituum ante 17 paucos dies deletorum subcurrebat. Ob hoc quum omnia neglecta apud hostes essent, exploratis iis, Marcius ad consilium, prima specie temerarium magis, quam audax, animum adjecit, ut ultro castra 18 hostium obpugnaret: facilius esse ratus, unius Has-

viros doctos *tot tam necopinata* emendasse puto, licet codd. mei dissentiant, ut et Hearnii Oxon. Particulae *tam* et *jam* saepe commutantur in scriptis. V. ad 21, 11, 12. De voce *necopinatus* v. ad 4, 27, 8.

§. 14. *Aut temerarius*] Put. Petaviani, Men. duo Pall. Voss. *aut temerabilis periculosusque sequentium impetus*. J. FR. GRON. Non aliter Florent. Lovel. 2. 4. Harlej. et Hearnii Oxon. Mox *et quosdam ipse* Florent. *quosdamque ipse* Ber. et edd. principes. *quosdam ipse* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. cum editionibus proximis.

Avidos adhuc caedisque et sanguinis] Ita primus edidit Aldus, consentientibus optimis Mstis Florent. et Cant. V. ad 10, 30, 2. Priores edd. dederant *caedis sanguinisque*, quod servant Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. et Hav. *caedisque sanguinisque* Voss.

§. 16. *Par negligentia in castris custodiendis fuit*] *neglegentia in castris custodiendis* Florent. V. ad 2, 11, 4. *negligentia custodiendis castris* Ber. Ultima vox *fuit* deest in Lovel. 2. Paullo ante §. praec. *τὰ in castra* exsulant a Lovel. 4.

§. 18. *Simul facilius esse ratus*] Primam vocem ignorant Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. omnesque edd. vett. Eam primus addidit Ascens. anno 1513. et inde reliqui. Gronovium, Hearnium vel Crevier. nihil de suis monuisse miror. Meorum consensui adversari nolui.

§. 19. *Recepturum se adflictas res*] Non scio, an, quemadmodum *res amissae*, ita etiam *afflictae recipi* dicantur. *Reficere* et *restituere res afflictas* puto recta esse. Corn. Nepos Amilc. 1. *Si paulum modo res essent refectae*. Livius in princ. hujus cap. *res perditas restituit*. *Erigere afflictum*, quod Ciceronis est, fortassis de rebus raro dicitur, non tamen vitiosa esse credo *erigere rempublicam afflictam*, et *erigere res afflictas*. DUK. Codd. nihil mutant. Sed *erecturum* in ora Livii scribendum conjecit Ant. Periz. Si quid tamen mutandum, propius ad vulgatum accedet *refecturum*. *Reficere* autem et *recipere* in Mstis commu-

Digitized by Google

drubalis expugnari castra, quam, si se rursus tres exercitus ac tres duces junxissent, sua defendi: simul aut, si successisset coeptis, recepturum se adflictas res: aut, si pulsus esset, tamen ultro inferendo arma, contemtum sui demturum. 19

XXXVIII. Ne tamen subita res et nocturnus terror etiam non suae fortunae consilium perturbaret, adloquendos adhortandosque sibi milites ratus, concione advocata ita disseruit: *Vel mea erga imperatores nostros vivos mortuosque pietas, vel praesens omnium nostrûm, milites, fortuna fidem cuivis facere pot-* 1 2

tantur. V. ad 1, 53, 3. Insuper *adfectas res* emendat ex conjectura Gebhard. ad 22, 14, 9. Sed cui bono? Justin. 4, 5, 2. *Dum res, quamvis adflictae, nondum tamen perditae forent.*

Tamen ultro inferendo arma, contemtum sui demturum] Justin. 7, 6. *Facillimis quibusque aggressis, quorum victoria et militum tropidos animos firmaret, et contemtum sibi hostium demeret.* ubi forte legendum cum Bongarsio erit *contemtum sui.* GEBH.

§. 1. *Et nocturnus terror etiam non suae fortunae consilium perturbaret*] Ita plerique habent. quidam vero, et in his vetus cod. *et non.* Ceterum melius *etiamnum.* SABELL. Vet. lib. *nocturnus terror.* SIG. Eleganter in meo libro *nocturnus terror, et non suae fortunae consilium.* Non enim fortunae illius afflictae videbatur et propemodum desperatae, ultro aggredi hostium castra. LIPS. 3. Epist. Quaest. 7. Recte haec lectio *nocturnus terror etiam non suae fortunae consilium* in novissimis edd. recepta est, approbata Pall. duobus, ac prisca ed. At Pal. 3. pauxilla mutatione, *etiam ne suae fortunae consilium.* GEBH. Lipsius e veteri *et non suae:* cum legeretur jam in Mogunt. *etiamnum suae.* Sed veteres scripti et Andreas aliique editi *etiam non suae.* Put. quoque et Pet. *terrorem.* Unde suspicari queas *et nocturnus terror metu jam non suae.* ne ista interponerent metum incepto, quod per se satis erat ambiguum, quia non hujus fortunae Romanorum. J. FR. GRON. *nocturnus terror* etiam omnes mei, Hearnii Oxon. Brancal. Latinii, Regius, ac Colbert. apud Doujat. et vett. edd. pro quo Ascens. anno 1513. *error* substituit. Unde Sigonio prius vulgatum revocare necesse fuit. *Error* et *Terror* saepe commutari, vidimus ad 24, 30, 6. Deinde *etiamnum suae fortunae consilium* primus ex Sabellici emendatione in contextum recepit eadem Ascensii ed. utraque alia lectione *etiam non suae*, atque *et non suae* in marginem rejecta; quarum priorem praeter edd. vett. servant etiam omnes codd. modo laudati, nisi quod *et non suae* supersit in Lovel. 2. et Hav. Cl. Jac. Perizonius ad

Digitized by Google

est, mihi hoc imperium, ut amplum judicio vestro, ita
3 *re ipsa grave ac sollicitum esse. Quo enim tempore,*
nisi metus moerorem obstupefaceret, vix ita compos mei
essem, ut aliqua solatia invenire aegro animo possem;
cogor vestram omnium vicem (quod difficillimum in lu-
4 *ctu est) unus consulere. et ne tum quidem, ubi, quonam*
modo has reliquias duorum exercituum patriae conser-
vare possim, cogitandum est, avertere animum ab assi-
5 *duo moerore libet. Praesto est enim acerba memoria,*
et Scipiones me ambo dies noctesque curis insomniisque
6 *agitant, et excitant saepe somno; neu se, neu invictos*

oram Livii conjicit legendum *et jam non suae fortunae consilium turbaret*, scilicet milites, *consilium* casu primo accipiens. Paullo ante *dubita res* Voss. a m. 1. *dubia res* a m. 2. quod etiam est in Lovel. 1.

§. 2. *Fidem cujus facere potest*] Ita alii non pauci legunt. Sed pro *cujus* ego *cuivis* feci. SABELL. *cuivis* omnes mei. Mox pronomen *hoc* ignorat Florent.

§. 3. *Ut aliqua solatia invenire aegro animo possem*] Pal. 2. *aequo animo*. GEBH. J. Fr. Gronov. anno 1665. edidit *alia solatia*, quod deinde servarunt Jac. Gronovius et Joh. Clericus. Verum lectio illa ex operarum errore nata videtur, omnes enim codd. mei, Oxon. Hearnii, et quibus usus est Crevier. *aliqua* defendunt, quod propterea recte nuperrimi editores revocarunt. Ceteroquin *alia* et *aliqua* etiam a scribis librariis saepissime commutata sunt. V. ad 2, 49, 5. 6, 2, 6. c. 15, 10. c. 27, 11. 9, 29, 2. 10, 10, 10. 22, 12, 7. 23, 18, 14. 33, 38, 9. 34, 23, 3. (* 35, 33, 9. 37, 26, 4.) Adde N. Heinsium ad Nason. 12. Her. 80. 4. Met. 445. et Corte ad Plinii 2. ep. 1. et ep. 4.

Omnium vicem etc. *unus consulere*] Sic vulgo scriptum reperio. sed, librariae fidei ratione objecta, *consolari* legendum esse, et non *consulere*, contenderim. SABELL. Vetus *consulere*. verissime. Aliis luctu et metu debilitatis, summa consiliorum ad unum Marcium venerat. At illud vulgatum, si attendis, ne Latinum quidem est. LIPS. 3. Epist. Quaest. 7. *consulere* pariter omnes mei.

§. 4. *Avertere animum ab assiduo moerore libet*] Malim *licet*. Significat enim, quae mox narrat, non hoc sibi concedere. J. FR. GRON. Voces illae saepius in Mstis commutantur. V. ad 5, 34, 6. et quae notantur ad Silii 15, 188. Ita Muretus apud Liv. 31, 9, 3. et Faber 37, 10, 3. peccatum esse existimant: utroque tamen loco vulgatum commode defendi potest. Paullo ante *conservare possem*, pro *possim*, Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav.

Digitized by Google

per octo annos in his terris milites suos, commilitones vestros, neu rempublicam patiar inultam, et suam disciplinam suaque instituta sequi jubent: et, ut imperiis 7
vivorum nemo obedientior me uno fuerit, ita post mortem suam, quod quaque in re facturos illos fuisse maxime censeam, id optimum ducere. Vos quoque velim, 8
milites, non lamentis lacrimisque tamquam exstinctos prosequi, (vivunt vigentque fama rerum gestarum) sed, quotiescumque obcurret memoria illorum, velut si adhortantes signumque dantes videatis eos, ita proelia inire. Nec alia profecto species, hesterno die oculis 9

§. 6. *Invictos per octo annos in his terris milites suos*] V. quae supra notantur ad c. 36, 14.

Sequi jubent. Et ut imperiis] Verum hujus loci sensum penitus sustulit pessima interpunctio, et Scipionum mandata ad Marcium prorsus confudit cum adhortationibus Marcii ad milites. Voluit Livius *jubent: et ut imperiis vivorum nemo obedientior me uno fuerit, ita post mortem suam, quod quaque in re facturos illos fuisse maxime censeam, id optimum ducere.* Repete hic ἀπὸ τ. ὑ. κοινοῦ *jubent.* Quod cum non perviderent faciendum esse, qui primi ita distinxerunt, infinitum male cum sequente *velim* conjunxere. Pergit nunc Marcius ad milites: *Vos quoque velim, milites, non lamentis lacrimisque tamquam exstinctos prosequi.* Eundem fere in modum, quod postea vidi, Mogunt. editio. Tollit enim omnem distinctionem post *milites*, et comma ponit ante *vos*. JAC. PERIZ. Ita non una ed. Mog. sed etiam omnes aliae ante Aldum. Perizonii itaque distinctionem recepi, quod etiam fecerat Crevier.

§. 8. *Vivunt enim vigentque*] Malo lectionem veterem *vivunt enim viventq'e.* LIPS. 3. Epist. Quaest. 7. Pall. tres *vivunt vigentque.* Vulgata lectio tuta est auctoritate priscae ed. GEBH. Omnes scripti *vivunt vigentque*, omissa conjunctione caussali. Nec putem opus esse, ut conjiciamus cum Lipsio *viventque.* J. FR. GRON. Nullus etiam meorum, praeter unum Ber. nullusque Oxoniensium Hearnii τὸ *enim* agnoscit. Recte autem Gronov. vulgatum adversus Lipsium defendit. Infra 39, 40, 7. *Vivit immo vigetque eloquentia ejus.* ubi plura vide. *vivit vigetque* male Hearnii N.

Ita proelia inire] Lud. Dorleans ad Tac. 2. Ann. p. 300. ex conjectura legit *inite*, Pessime. Nemo enim, qui ad sensum Livii adtendit, ita legendum adfirmabit. *inire* pendet ex praecedenti *velim.* Nihilominus *inite* dederunt aberrantes librarii Lovel. 2. Ber. a m. 2. Hafn. Gaertn. et Hav. nec non typographorum operae in edd. Mediol. anni 1480. et 1505. Tarvis. utraque, Venetis variis, tribus Ascensii, Mog. aliisque, pro quo demum Aldus *inire* reposuit.

Digitized by Google

animisque vestris oblata, memorabile illud edidit proelium: quo documentum dedistis hostibus, non cum
10 *Scipionibus exstinctum esse nomen Romanum: et, cujus populi vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade, ex omni profecto saevitia fortunae emersuram esse.*
11 *Nunc, quia tantum ausi estis sponte vestra, experiri libet, quantum audeatis duce vestro auctore. non enim hesterno die, quum signum receptui dedi sequentibus effuse vobis turbatum hostem, frangere audaciam vestram, sed differre in majorem gloriam atque opportunitatem,*
12 *volui: ut postmodo praeparati incautos, armati inermes, atque etiam sopitos, per occasionem adgredi possetis. Nec hujus occasionis spem, milites, forte temere, sed*
13 *ex re ipsa conceptam habeo. A vobis quoque profecto*

§. 10. *Ex omni profecto saevitia fortunae emersuram esse*] *emersurum* Gaertn. et quaedam ex edd. vett. ut ad populum, non ejus vim aut virtutem referatur. Paullo ante *fuit*, pro *sit*, Voss. *fuerit* Lovel. 1. *sint* edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 11. *Nunc, qui tantum ausi estis*] Put. Voss. Gud. Mur. *quia tantum*. J. FR. GRON. Non aliter etiam Florent. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. edd. Rom. princeps, Rom. anni 1472. ac Parm. quod in contextum admisi.

§. 12. *Ut postmodum praeparati incautos*] Optimi *postmodo*. J. FR. GRON. Ita nunc etiam Voss. et passim codd. modo hic, modo alius, plerumque vero optimi, exhibent. V. ad 2, 24, 5. c. 43, 8. 3, 41, 5. 4, 7, 6. 6, 30, 3. 26, 29, 2. 28, 19, 12. et 29. 1, 6. Ita etiam optimus cod. Sangerm. exhibet apud Colum. 1, 8. *Nec in tantum postmodo exuberat, ut et rem amissam resarciat.* ubi etiam vulgo *postmodum* editur. Tabula aerea apud Gruter. p. 502. col. 2. FRVANTVR. QVAESO. PRIMO. SACERDOTIORVM. GRADV. POST. MODO. CVM. ANNIS. PROMOTVRI. DIGNITATIS. SVAE. INCREMENTA. Ita etiam *propemodo* supra habuimus 24, 20, 11. Mox *per occasiones* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. et Hav. Sed v. ad 5, 26, 9.

§. 14. *At id, quod, ne timeatur, fortuna facit, minime tuti sint homines*] Quidam emendarunt *ad id:* et *sunt* pro *sint*, sed nihilo clariore facto sensu. Tum quae sequuntur verba, non minus obscura sunt. Quae ideo admonemus, ut exemplaria vetusta eo diligentius inspiciantur. GLAR. Vet lib. *minime cauti sunt homines*, id est, non cavent homines ea pericula, quae fortunae beneficio non videntur timenda. SIG. Pal. 2. *minime cauti sunt homines*. quod interpretatur Si-

Digitized by Google

si quis quaerat, quonam modo pauci a multis, victi a victoribus castra tutati sitis; nihil aliud respondeatis, quam id ipsum timentes vos omnia et operibus firmata habuisse, et ipsos paratos instructosque fuisse. Et ita 14 *se res habet. ad id, quod, ne timeatur, fortuna facit, minime tuti sunt homines: quia, quod neglexeris, incautum atque apertum habeas. Nihil omnium nunc* 15 *minus metuunt hostes, quam ne obsessi modo ipsi atque obpugnati castra sua ultro obpugnemus. Audeamus, quod credi non potest ausuros nos. eo ipso, quod difficillimum videtur, facillimum erit. Tertia vigilia noctis silenti agmine ducam vos. exploratum habeo, non* 16 *vigiliarum ordinem, non stationes justas esse. Clamor* 17 *in portis auditus et primus inpetus castra ceperit. tum*

gonius. Sed τὸ *cauti* interpretamentum est τοῦ *tuti*. GEBH. *cauti* etiam duo Hearniani. Livius 24, 32, 3. *Ad propius praesentiusque malum cautiores esse.* Tibullus 1, 10, 46.

Non poteram ad laqueos cautior esse tuos.

Curtius 8, 4, 24. *Inter obsequia fortunae, adversus quae non satis cauta mortalitas est.* Tamen non sentio cum Sigonio, ne, si legas *cauti*, bis idem dicatur, non sunt cauti, quia negligentes et incauti. 36, 32, 6. *Testudinem tutam ad omnes ictus video esse.* DUK. Lectionem, quae ad initium adnotationis Glareani visitur, in ulla editione mihi obviam fuisse non memini. Sed omnes eae exhibent, ut nunc vulgatur. *minime uti sunt homines* legunt Florent. a m. 1. Voss. Lovel. 1. 4. Harlej. et Gaertn. *minime cauti sunt homines* Lovel. 2. 5. et Hearnii L. 1. ac D. Sed recte viri docti a Sigonio dissenserunt.

§. 15. *Eo ipso, quod difficillimum videtur, facillimum erit*] Put. *facilius erat.* Scribe *facilius erit.* J. FR. GRON. *facilius erit* Florent. et Cant. Menti tamen Marcii, ut milites eo alacriores reddat, magis convenire videtur *facillimum.*

§. 16. *Non stationes justas esse*] Ex hoc et aliis locis Livii Schelius ad Polyb. c. 2. adversus Lipsium ostendit, stationes etiam nocturnas fuisse. Adde Liv. 10, 32. et 33. DUKER.

§. 17. *Inter torpidos somno*] *inter tot torpidos* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber Hearnii L. 1. D. et edd. ante Aldum. *inter tot torpentes* Gaertn. *inter tot trepidos* Hav. Supra 7, 36, 3. *Torpidos somno insuper pavore examinat.* ubi vide.

§. 18. *In rebus asperis et tenuibus fortissima quaeque consilia tutissima sunt*] Voces *et tenuibus*

Digitized by Google

inter torpidos somno, paventesque ad necopinatum tumultum, et inermes in cubilibus suis obpressos, illa caedes edatur, a qua vos hesterno die revocatos aegre fere-
18 *batis. Scio, audax videri consilium: sed in rebus asperis et tenui spe fortissima quaeque consilia tutissima sunt. quia, si in occasionis momento, cujus praetervolat oppor-*

vacant ex vet. lib. et ex sensu. SIG. In meo reperio *et tenuis per*. Itaque non dubie emendo, *in rebus asperis et tenui spe fortissima*. LIPS. 3. Epist. Quaest. 7. Ut Lipsii MS. ita Pall. duo *et tenuis per*. unde verissimam eduxit lectionem *et tenui spe*. GEBH. Quod suspicatus est Lipsius *in rebus asperis et tenui spe*, clare Put. refert. J. FR. GRON. *tenuis per* Florent. Lovel. 1. 2. 4. et Harlej. *tenuibus per* Lovel. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. antt. usque ad Ascens. qui anno 1513. substituit *in rebus asperis et tenuibus fortissima quaeque. in rebus asperis et strenuis* Brancal. Latinii. Lipsius verum indagavit.

Nequidquam mox omissam queraris] Vet. lib. *quaeras*. SIG. Sigonius legit *quaeras*. Plautus Asin. 2, 2.

— *Si huic occasioni tempus se subterduxerit,*
Numquam edepol quadrigis albis indipiscis postea.

Sigonii lectionem stabilire videtur ipse Livius 31, 15, 4. *Nequidquam postea, si tum cessassent, praetermissam occasionem quaesituros*. pro *omissam*, rectius videtur legi *amissam*. Livius 31, 36, 3. *Non exspectato signo ante tempus excitatis suis, occasionem bene gerendae rei amiserè*. 35, 12, 8. *Numquam habiturum recuperandi sua occasionem, si eam, quae tum esset, praetermisisset*. GEBH. Put. *nequidquam mox amissam quaeras*: ut monuit ex suo Sigonius. Sic noster l. 31, [15, 4.] *Nequidquam postea, si tum cessassent, praetermissam occasionem quaesituros*. Dicimus enim *quaerere* omne, quod abest: ut praeter alios notabamus ad illud Manilii, *in ponto quaerere pontum*, 2. Obs. 11. J. FR. GRON. *omissam* legunt Florent. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Gronovianam anni 1665. ubi *amissam* editur. In notis quidem Gron. *amissam quaeras* Put. praeferre testatur. Verum quum addit, ita etiam Sigonium ex suo monuisse, qui tamen in voce *omissa* nihil mutat, id potius ad solum *queraris* referendum videtur. Utrumque dici, *amittere*, et *omittere occasionem*, supra vidimus ad 7, 34, 9. Et quidem *omittere* etiam obcurrit 28, 35, 8. *Occasionem oblatam Deûm inmortalium beneficio non omiserit*. Quod quum nunc tueantur codd. et hic proprie notetur occasio, qua quis usus non sit, quae recte *omissa* dicitur, id etiam revocavi. Deinde *quereris* servant Voss. Lov. 2. Ber. et Gaertn. *queraris* edd. principes. *quaeres* Lovel. 5. *quaeretis* Lovel. 1. *quaeratis* Lovel. 4. Harlej. et Rec. *quaeras* Florent. et Hav. quod recte viri docti probarunt. *quaerere* autem de illis usurpari, quae absunt, desiderantur, pluribus

Digitized by Google

opportunitas, cunctatus paullum fueris, nequidquam mox omissam quaeras. Unus exercitus in propinquo 19
est: duo haud procul absunt. nunc adgredientibus spes aliqua est: et jam tentastis vestras atque illorum vires. Si diem proferimus, et hesternae eruptionis fama con- 20
temni desierimus, periculum est, ne omnes duces, omnes copiae conveniant. Tres deinde duces, tres exerci-

docuit Cel. Dukerus ad Flori 1, 16, 8.

§. 19. *Nunc adgredientibus par aliqua opportunitas est*] Multa in Livio patrum aetate interpolata. in iis hic locus. Vetus liber *nunc aggredientibus par aliqua est.* illi boni explendae sententiae *opportunitas* immiserant. Sed nemo paullo doctior negabit, emendandum fuisse *pares aliqua estis.* Docet historia et res ipsa. LIPS. 3. Epist. Quaest. 7. Pall. 1. ac 3. *nunc adgredientibus per aliqua est.* Lipsius emendabat *pares aliqua estis.* Sed despiciant docti de scriptura Pal. 2. *nunc adgredientibus spes aliqua est.* quam lectionem sequi malui, quam dubiam conjecturam. GEBH. Vox ultimam praecedens deficit in omnibus calamo exaratis, ut indicavit Lipsius, qui elegantius, quam verius, corrigit *pares aliqua estis.* Romani enim futuri erant illi aggredientes, non hostes. Sed alii quidem *par*, Put. Petav. uterque, Men. Voss. *per aliqua est.* Unde statim odorati sumus legendum *nunc aggredientibus spes aliqua est.* quae totidem literis exstare in uno Pal. postea cognovi. J. FR. GRON. *per aliqua opportunitas est* Lovel. 5. Ber. et Gaertn. *par aliqua est* Lovel. 2. *per aliqua est* Florent. Lovel. 4. Harlej. et Hav. *Tò est* insuper omittitur in Hafn. *nunc adgredientibus spes aliqua est* Brancal. Latinii; quomodo quum etiam Gronov. ex uno Pal. emendandum docuerit, in contextu tamen perperam *aliqua spes est* reposuit, quod praeter Doujatium recentiores servarunt. Voces itaque, ut partim codd. partim eorum vestigia jubent, transposui.

§. 20. *Hesternae eruptionis fama contemti*] Meliores *et hesternae eruptionis fama contemni desierimus.* Nempe quia contemnebantur, prior eruptio illis cesserat feliciter: durante eo contemptu, negligentem hostem iterum poterant cum spe fortunae adoriri. At simul emanasset fama tam fortis felicisque audaciae, cessante contemptu, intentiores futuri erant hostes, et copias omnes contracturi. Caesar 5. [Gall. 47.] *Castra communit, atque haec, etsi exigua erant per se, tamen angustiis viarum, quam maxime potest, contrahit, eo consilio, ut in summam contemptionem hostibus veniat.* Genus loquendi est 4, [35, 9.] *Neminem se plebejum contemptum, ubi contemni desissent.* 22, [34, 8.] *Et contemnere plebem, ex quo contemni desierint, coepisse.* J. FR. GRON. Vulgatum prius in uno meorum Gaertn. superest. *conteri desierimus* legunt Voss. et Lovel. 1. *cunctari desierimus* Lovel. 2. *contempti desierimus* Lovel. 4. et 5. *contempni* vel *contemni desierimus* Florent. Harl. Ber. et Hav. aliique; quod

Digitized by Google

tus sustinebimus hostium, quos Cn. Scipio incolumi exer-
21 *citu non sustinuit? Ut dividendo copias periere duces*
nostri, ita separati ac divisi obprimi possunt hostes.
alia belli gerendi via nulla est. proinde nihil, praeter
22 *noctis proximae opportunitatem, exspectemus. Ite,*
Deis bene juvantibus, corpora curate, ut integri vi-
gentesque eodem animo in castra hostium inrumpatis,
23 *quo vestra tutati estis.* Laeti et audiere ab novo duce novum consilium, et, quo audacius erat, magis placebat. reliquum diei expediendis armis et curatione corporum consumtum: et major pars noctis quieti data est. quarta vigilia movere.

optime Gronov. probavit. Saepius librarii *contentus* et *contemtus* permutarunt. V. ad 4, 6, 4. c. 57, 5. 6, 2, 9. c. 14, 11. c. 38, 8. 7, 7, 2. c. 11, 4. c. 19, 10. c. 30, 18. 8, 33, 15. 21, 43, 11. (*35, 11, 7.) 45, 30, 2. Adde N. Heins. ad Claud. 2. de Laud. Stil. 64. Broekh. ad Prop. 1, 7, 25. 2, 11, 19. Bentl. ad Hor. 3. od. 16, 25. epod. 4, 16. et viros doctos ad Sall. Jug. 17. Similiter *contendere* et *contemnere* 6, 6, 6. *contentio* et *contemtio* ad 10, 26, 6.

Omnes duces omnesque copiae] Copulativam ignorat Cantabr. JAC. GRON. Ignorat etiam Florent. Eamdem quoque Crevier. ex consensu optimorum Mstorum expunxit. Hos igitur sequendos censui.

§. 21. *Alia belli gerendi via nulla est*] *belligerandi* Florent. V. supra ad 22, 39, 9.

§. 22. *Ite, Diis bene juvantibus*] *Deis* Florent. Voss. Lovel. 4. et Hav. V. ad 10, 40, 13. Tum vox *bene* perperam omittitur in uno Voss. reliquis eam tuentibus. Supra 6, 23, 10. *Diis bene juvantibus ageret, quod e republica duceret.* 7, 32, 17. *Diis bene juvantibus novum atque integrum de Samnitibus triumphum mecum petite.* 21, 21, 6. *Diis bene juvantibus bellum ingentis gloriae praedaeque futurum incipiamus.* 26, 36, 9. *Ingredimini Diis bene juvantibus.* 28, 32, 12. *Diis bene juvantibus sequerentur.* 29, 24, 7. *Diis bene juvantibus in Africam trajicere.* c. 25, 13. *Diis bene juvantibus signo dato solvere naves.* Et ita 31, 7, 14. 36, 17, 16. 42, 51, 1. 44, 38, 7. et alibi.

§. 1. *In hujus silvae medio ferme stadio*] Malim *spatio.* SIG. Mavult Sigonius *spatio*, et sine caussa, et contra omnes libros. Mox *fraude Punica* Pal. 3. ex interpretatione. GEBH. Nihil hic opus *stadia* silvae istius metiri. Put. et Pet. *statio.* Scribe *medio ferme spatio.* J. FR. GRON. Ita legendum esse, sibi quoque ante visas Gronovii notas in mentem venisse testatur Vlit. ad Gratii Cyneg. 486. *statio* etiam Florent.

§. 2. *Ita medio itinere interco-*

Digitized by Google

XXXIX. Erant ultra proxima castra sex millium 1
intervallo distantes aliae copiae Poenorum. Vallis
cava intererat, condensa arboribus. in hujus silvae
medio ferme spatio cohors Romana arte Punica
abditur, et equites. Ita medio itinere intercepto, 2
ceterae copiae silenti agmine ad proximos hostes
ductae. et, quum statio nulla pro portis, neque
in vallo custodiae essent, velut in sua castra, nullo
usquam obsistente, penetravere. Inde signa canunt, 3
et tollitur clamor. Pars semisomnos hostes caedunt:
pars ignes casis, stramento arido tectis, injiciunt:
pars portas occupant, ut fugam intercludant. Ho- 4

pto] Non contemnenda est conjectura doctiss. Oudendorp. ad Front. 1, 5, 11. *interseptio*. Nam hoc saepe sic utitur Livius. 6, 9, 7. *Ex parte altera interseptis itineribus aegre oppidanos vim hostium ab se arcentes*. 8, 25, 5. *Interseptis munimentis hostium pars parti abscissa erat*. Sic 24, 23, 4. 25, 11, 2. 31, 46, 9. 34, 40, 1. et 38, 7, 10. Hoc etiam *obsepire itinera* et *vias* dicit 2, 6, 1. 9, 34, 5. c. 43, 8. 21, 38, 8. 22, 50, 8. et paullo post hoc cap. Alibi tamen apud eum pro his *intercipere* est. 9, 43, 3. *Primum ita omnia opportuna loca hostes inter consulum castra interceperant, ut pervadere expeditus nuncius non posset*. 29, 9, 7. *Tum ipsum ab suis interceptum et seclusum hostiliter laceraut*. Curtius 4, 2, 9. *Praeceps in salum murus pedestre interceperat iter*. Et Tacit. 15. Ann. 3. *Hostiles ingressus praesidiis intercipit*. Sed pleraque horum, si non omnia, itidem non sine ratione suspecta esse possunt. DUK. *interseptus* et *interceptus* etiam alibi confunduntur in scriptis. V. ad 8, 25, 5. (* 6, 9, 7.) Mox *non in vallo custodiae*, pro *neque in vallo*, Lovel. 5. Tum *velut sua castra*, omissa praepositione, Lovel. 4. Sed v. ad 4, 9, 5. et 10, 40, 14. Praeterea *nullo usquam obsistente*, pro *usquam*, Cant. et Harlej. V. ad 39, 31, 5. Hinc *penetraverunt* Lovel. 5.

§. 3. *Pars semisopitos hostes caedunt*] Pal. pr. nec non vet. ed. *semisomnos hostes*. sec. ac tert. *semisomnes*. GEBH. Put. Pet. uterque, Men. Voss. Pal. et vetusta editio *semisomnos*. duo alii Pall. *semisomnes*. nusquam vulgatum. Cicero 7. ad Famil. 1. *Spectarent communes mimos semisomni*. Sic et 30, 5, 10. *In ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma*. Omn. Gall. et Pall. non *semisomnes*. J. FR. GRON. *semisomnes* Lovel. 4. *semisomnes* Lovel. 2. 5. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et ed. Parm. *semisomnos* reliqui mei cum Hearnii N. D. et ed. Rom. anni 1472. Recte. Supra 9, 24, 12. *Portaeque ab semisomnis ac maxima parte inermibus refringuntur*. ubi tamen vide. c. 37, 9. *Invadit hostes, alios inmobiles*,

Digitized by Google

stes simul ignis, clamor, caedes, velut alienatos sensibus, nec audire, nec providere quidquam si-
5 nunt. incidunt inermes inter catervas armatorum; alii ruunt ad portas, alii obseptis itineribus super vallum saliunt: et, ut quisque evaserat, protinus
6 ad castra altera fugiunt: ubi ab cohorte et equitibus ex occulto procurrentibus circumventi, caesi-
7 que ad unum omnes sunt. quamquam, etiam si quis ex ea caede effugisset, adeo raptim captis propioribus castris in altera transcursum castra ab Romanis est, ut praevenire nuncius cladis non posset.

alios semisomnos in cubilibus suis. 37, 20, 13. *Sparsos per neglegentiam et semisomnos prope adorti sunt.* ubi vide. 40, 15, 11. *E convivio et comissationibus prope semisomnus raptus sum.* Sall. Jug. 31. *Semisomnos partim, alios arma sumentes fugant fundunteque.* Phaedr. 4, 14, 11. *Semisomno corde et errore ebrio.* Coelius apud Quinctil. 4. Instit. 2. *Semisomno sopore inter manus centurionum concubinarumque jactabatur.* Tacit. 1. Ann. 51. *Semisomnos, palantes, aut inermes ceciderant.* Ita *unanimos*, non *unanimes*, quod in quibusdam erat, verius docui 7, 21, 5. Insuper *semisomnos caedunt hostis* Florent.

Pars ignis escas stramento arido tectis injiciunt] Dura est haec compositio, nec facile dixerim, quam displiceat: sensus tamen intelligitur. GLAR. Displicet merito. In veteri meo hoc tantum scriptura mutat *stramento arido.* Praeivit tamen ad veritatem. Lego *pars ignes casis stramento arido tectis.* Illud *escas* conflatum ex repetita syllaba *ignes* fuit. et pro *eas* quam apte *casis!* Ita Livius 37, [3, 3.] cum Campanorum castra incenduntur, arundine et stramento tecta ea dixit. et 30, [3, 9.] cum Syphacis a Scipione. LIPS. 3. Ep. Quaest. 10. Lipsii conjectura nihil verius Apollo Pythius dixit. addo locum 27, 3, 3. *Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, stramento intecta omnia, velut de industria alimentis ignis.* GEBH. Recipimus dignam Lipsio emendationem: *pars ignes casis stramento arido tectis:* quod super rationem manifestam nullo apice diversus eam Put. probaret. Sed et Pet. alter, *pars signa escasis stramento arido.* J. FR. GRON. *ignis aestas stramento arido* Lovel. 5. *ignis aestus stramento arido* Hafn. *ignis escas frustamenta arida* Cant. *ignis escas stramento arido* Voss. Lovel. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. apud Doujatium Reg. et Colbert. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. pro quo *stramenta arida* substituerunt Parisienses anno 1573. quod ad Gronov. obtinuit; et tali ed. usus est Lipsius, quum pro varia lectione ex vet. suo laudaret *stramento arido.* Sed *ignes casis stramento arido tectis*, ut Lipsius conjecit, praefert etiam Florent. Scriptum forte fuerat

Digitized by Google

Ibi vero, quo longius ab hoste aberant, et quia 8
sub lucem pabulatum, lignatum, et praedatum quidam dilapsi fuerant, neglecta magis omnia ac soluta invenere: arma tantum in stationibus posita: milites inermes, aut humi sedentes adcubantesque, aut obambulantes ante vallum portasque. Cum 9
his tam securis solutisque Romani, calentes adhuc ab recenti pugna, ferocesque victoria, proelium ineunt. Itaque nequaquam resisti in portis potuit. intra portas, concursu ex totis castris ad primum clamorem et tumultum facto, atrox proelium oritur:

ignis escasis stramento; et illud *es* additum erat a librario, ut indicaret, legi etiam *ignes*. Postea ex juncto *escasis*, ut apud Gronov. est in Pet. altero, perire ultimae literae, a sequentis vocis primis interceptae; vel dedita opera omissae sunt, ut sensus aliquis existeret. Fruatur ingenio suo Doujatius, qui, Lipsii emendationem verisimilem agnoscens, addit tamen, vulgatum *ignis escas stramenta arida*, vel Mstorum lectionem *ignis escas stramento arido* nihil absurdi continere. Mihi utraque absurda videtur; certe prae optimorum codd. scriptura sordent. Cur enim *escas*, si *stramenta arida*, unius generis materiam igni alendo aptam, legas, et non *escam*? Praeterea video equidem, alterutra harum lectionum recepta, alimenta ignis a militibus ingesta; sed unde flamma exorta, quum nulli ignem injecisse dicantur?

§. 6. *A cohorte et equitibus ex occulto proruentibus*] Optimi *ab cohorte et equitibus ex occulto procurrentibus*. J. FR. GRON. Pariter legunt Florent. et, ut videtur, Harlej. V. etiam Gronov. ad Taciti 1. Ann. 68. ubi pariter hic legendum monet, ac docet, se non meminisse, *proruere* alibi usurpari pro incurrere, inpetum facere. Contra in hac re solemne est verbum *procurrere*. Supra c. 11, 3. *Non sine illa etiam spe, si ferocius procucurrissent, magna caede ita adtenuari praesidii vires*. c. 21, 5. *Instruitur ipsa acies ad libidinem militum forte procurrentium*. 40, 30, 5. *Turmae subducerentur, ubi equitatus hostium castris procurrisset*. V. ad Silii 7, 566.

§. 7. *Adeo raptim captis*] Put. et Pet. *raptiva*. Lege *raptim a captis*. J. FR. GRON. V. eumdem Gronov. 1. Obs. 15. *Τὸ captis* deest in Lovel. 4. Paullo ante *quamvis etiam* legunt Lovel. 2. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. priscae. Tum *ex eadem caede* Lovel. 4.

§. 8. *Quia sub luce publica pabulatum*] Haec loquendi ratio ut nova, ita apud Livium receptu difficilis. Quare vide, ne *pura* sit legendum, et non *publica*. SABELL. *sub luce publica* Voss. Lovel. 1. 2.

Digitized by Google

10 dinque tenuisset, ni cruenta scuta Romanorum visa, indicium alterius cladis Poenis, atque inde pa-
11 vorem injecissent. Hic terror in fugam avertit omnes: effusique, qua iter est, nisi quos caedes obpressit, exuuntur castris. Ita nocte ac die bina

4. 5. Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. principes. Postea Ascens. anno 1510. Sabellici emendationem recepit; sed anno 1513. in margine ostentavit *sub luce prima*, vel *publica*, vel *propinqua*. Primus deinde Aldus dedit *sub lucem pabulatum*, ut est in Florent. V. ad 2, 55, 1. Mox *posita in stationibus* Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores.

§. 9. *Concursu ex totis castris ad primum clamorem ex tumultu facto*] Omnes fere *ad primum clamorem et tumultum*. J. FR. GRON. Similiter omnes mei et Hearnii Oxon. *et tumultu* operarum errore datum erat in quibusdam edd. principum, pro quo aliae *ex tumultu* substituerunt. *Tò totis* deest in Ber. a m. 1. et editis ante Aldum. Mox §. seq. *tenuissent*, pro *tenuisset*, plerique mei, ut et editi ante Ascens. *tenuisset* est duraffet. V. Cel. Duker. ad 6, 35, 10.

§. 11. *Hinc terror in fugam avertit omnes*] Vet. lib. *vertit*. SIG. Sigon. Voss. et Pal. *vertit*. Idem mox *Atque ita nocte ac die*. J. FR. GRON. *avertere hostem in fugam* dicit Livius 25, 15, 13. 26, 44, 4. 34, 15, 2. 38, 20, 3. DUK. *vertit* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et editi ante Aldum, qui *avertit* reposuit, consentientibus Florent. et Cant. Supra 1, 37, 3. *Sabinas legiones subito in fugam averterent*. ubi etiam olim *verterent* edebatur. V. quae ibi notantur. Praeterea *Hinc terror* ediderunt Jac. Gronov. eumque secutus Clericus. Sed omnes codd. mei, et Hearnii servant *Hic*, quod revocavi.

Ita nocte ac die bina castra hostium expugnata] Vet. lib. *Atque ita nocte ac die*. SIG. Similiter Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. et typis descripti ante Aldum; qui *τὸ Atque* omisit. Id autem neque in Florent. neque in Cant. conspicitur. Tum *oppugnata* Florent. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii. L. 1. et edd. principes usque ad Ascensianam anni 1513. sollemni scribarum errore. V. ad 40, 33, 9.

§. 12. *Ad triginta septem millia hostium caesa*] Val. Max. 1, 6. *triginta octo millia* prodidit. in utrius authoris codice sit error, non facile pronunciavero, quamquam res non est magni momenti. GLAR. *millia hominum* Voss. a m. 1. lapsu iterum scribarum. V. ad 24, 40, 14.

Auctor est Claudius, qui annales Acilianos ex Graeco in Latinum sermonem vertit] Vet. lib. *ex Graeco sermone vertit*. C. Acilii Graeci scriptoris meminit Plutarchus in Romulo [p. 31.] Dionysius l. 3. Cicero de Offic. 3, [32.] *Claudium* eum esse puto, qui *Clodius Licinius* a Livio dicitur l. 29, [12.] Alius *Q. Claudius Quadrigarius* fuit, cujus et ipse saepe meminit. SIG. Dodwellus in App.

Digitized by Google

castra hostium expugnata ductu L. Marcii. Ad tri- 12
ginta septem millia hostium caesa, auctor est Claudius, qui annales Acilianos ex Graeco in Latinum sermonem vertit: captos ad mille octingentos trigin- 13
ta: praedam ingentem partam. in ea fuisse clipeum

ad Praelect. Camden. p. 658. nihil haesitans scribit, annales Acilianos a *Claudio Quadrigario* (quem Sullae res gestas attigisse scimus ex Gellio 15, 1.) e Graeco in Latinum translatos esse, et testem advocat Livium hoc loco. Sic etiam ante eum Mallincrotus in Paralipom. de Historicis Graecis. Sed uterque de suo addiderunt Claudio cognomen *Quadrigarium*, quod non est in Livio. Mallincroti praeterea notabilis est error, quod scribit, Livium hic auctorem esse, Acilio cognomen *Pisonis* fuisse. Sed hoc quoque nusquam in Livio est; cui forsitan tribuit, quod in auctore de Orig. gentis Rom. c. 10. legerat: *Ut scribunt Vulcatius et Acilius Piso.* Verum hoc quoque corruptum est, et Vossius 1. de Histor. Graec. 18. merito probat sententiam eorum, qui ibi legunt *Vulcatius*, *Acilius*, *et Piso.* idemque recte in medio relinquere videtur, Claudius Quadrigarius, an alius Claudius, annales Acilianos Latine verterit. De aetate hujus Acilii nondum quidquam satis certi discere potui. Vossius *C. Acilium Glabrionem* vocat et anno urb. DLI. quaestorem provincialem, anno DLVI. tribunum plebis fuisse scribit. De anno tribunatus plebis C. Acilii Glabrionis constat ex Livii 32, 29. Annum quaesturae ex conjectura, ut saepe, fixit Pighius. Sed nullo argumento demonstrari video, hunc res Romanas sermone Graeco scripsisse: nam, quod ex homonymia petitur, non magnam vim habet, et praeterea Acilius historicus nusquam cognomine Glabrio dicitur. Eum post A. V. DLXI. vixisse, certum est ex Livio 35, 14, 5. nec quidquam ultra de illius aetate ex Livio colligi potest; nam post eum annum nullam, ni fallor, horum annalium mentionem facit. Et forsitan non diu post obierit, quum Cic. 3. de Off. 32. de eo, tamquam dudum mortuo, loqui videatur, *Acilius*, *qui Graece scripsit historiam:* quod de homine, cujus recens erat memoria, non videtur dicturus fuisse. An viri docti, qui ante aliquot annos in Britannia Popmae Fragmenta historicorum cum suis curis ediderunt, certius aliquid de his rebus prodiderint, non scio, quum librum illum non viderim. De Acilio historico haec addo, eum a Nogarola in epistola *de Italis*, *qui Graece scripserunt*, perperam ex l. d. Cic. *C. Alcidium* vocari, quod tamen magis fortassis aliorum, quam ipsius peccatum est; nec probabilem esse sententiam Langii ad locum illum Cic. in Livio et Cic. 1. de Legib. videri scribendum *Atilius*, in illo pro *Acilius*, in hoc pro *Atius*, ut puto, quem Cic. 1. de Legib. 2. inter historicos recenset. DUK. *annales Acelianos* Gaertn. *Accilianos* Lovel. 1. 2. et Ber. *Atilianos* Lovel. 4. et Rec. *Attilianos* Hearnii D. et L. 1. Similiter variant codd. apud Cic. 3. de Off. 32. ubi Langius ex suis *Atilius* malebat: sed, *Acilius* legendum esse, recte Fabric. docuit. V. etiam Voss. de Hist. Graec. 1,

Digitized by Google

argenteum pondo centum triginta octo, cum ima-
14 gini Barcini Hasdrubalis. Valerius Antias una castra Magonis capta tradit, septem millia caesa hostium: altero proelio, eruptione pugnatum cum Hasdrubale: decem millia occisa, quatuor millia
15 trecentos triginta captos. Piso quinque millia hominum, quum Mago cedentes nostros effuse seque-
16 retur, caesa ex insidiis scribit. Apud omnes magnum nomen Marcii ducis est. et verae gloriae ejus etiam miracula addunt: flammam ei concionanti fusam e capite, sine ipsius sensu, cum magno pa-
17 vore circumstantium militum. monumentumque vi-

17. Praeterea *ex Graeco sermone vertit*, vet. lib. Sigonii consentiens, unus Hav. Reliqui omnes vulgatum tuentur. Ceterum Acilium historicum Crevier. putat esse C. Acilium, hominem clarum, memoratum Plutarcho in Catone maj. p. 349. qui Carneadis et sociorum legationis philosophorum orationes apud senatum interpretatus est, Claudius vero quis fuerit, haeret.

§. 13. *Ad mille octingentos triginta*] *ad mille VIII triginta* Hearnii D. *ad mille DCC triginta* ejusdem L. 1. *ad mille octingentos et triginta* Lovel. 5. Mox *pondo CXXXVII* Florent.

§. 14. *Septem millia caesa hostium*] Vet. lib. *septem millia forme caesa hostium.* SIG. Ita unus meorum Hav. Reliqui omnes a Sigonio additam vocem ignorant. Paullo ante *capta tradidit*, pro *tradit*, Florent. Cant. Voss. Lovel. 2. 5. Gaertn. et Hav. Mox vero *quatuor millia trecentos XX captos* Hearnii D.

§. 16. *Flammam ei concionanti fusam e capite, sine ipsius sensu*] De eadem flamma Valerius capite de prodigiis [1, 6, 2.] SIG. *sine ejus sensu* Voss. Lovel. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum.

§. 17. *Monumentumque victoriae ejus de Poenis* etc.] Plinius 35, 3. *Poeni ex auro factitavere et clipeos et imagines, secumque in castris tulere. Certe captis eis talem Hasdrubalis invenit Q. Marcius, Scipionum in Hispania ultor: isque clipeus supra fores Capitolinae aedis usque ad incendium primum fuit.* ubi *aureum* vocat, quem Livius §. 13. *argenteum.* Mox §. seq. *in vicem acceptas* Florent. Lovel. 2. 4. 5. Gaertn. et Hav. Voces *in vicem* desunt in Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 1. *Ornamenta urbis, signa, tabulasque*] Pall. tres, et vet. ed. *ornamenta, signa urbis, tabulasque.* GEBH. Ita quoque Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. Primus Ascens. anno 1531. verba in ordinem, quo hodie leguntur, digessit.

Digitized by Google

ctoriae ejus de Poenis, usque ad incensum Capitolium, fuisse in templo clipeum, Marcium adpellatum, cum imagine Hasdrubalis. Quietae deinde 18
aliquamdiu in Hispania res fuere, utrisque, post tantas acceptas in vicem inlatasque clades, cunctantibus periculum summae rerum facere.

XL. Dum haec in Hispania geruntur, Marcellus, 1
captis Syracusis, quum cetera in Sicilia tanta fide atque integritate composuisset, ut non modo suam gloriam, sed etiam majestatem populi Romani, augeret; ornamenta urbis, signa, tabulasque, quibus abundabant Syracusae, Romam devexit. Ho- 2

§. 2, *Inde primum initium mirandi Graecarum artium opera*] *initium imitandi* Branc. Latinii. Alibi etiam has voces librarii perperam commutarunt. V. viros doctos ad Nason. 2. Her. 77. Cl. Crevier. testatur, nihil codd. suos vel edd. hoc loco variare, et tamen se suspicari, vocem *opera* a mala manu esse. Etenim *mirandi Graecarum artium* probam locutionem esse, et *artes* eleganter dici pro *artefactis*. Fateor, genus illud loquendi apud optimos scriptores interdum reperiri: verum, idem etiam Livio placuisse, demonstrandum erat; ad quod non sufficit exemplum ex 21, 41, 1. *Ne quis hoc me vestri adhortandi caussa magnifice loqui existimet*. V. ad 24, 23, 1. Locutionem itaque, et nullius cod. auctoritate nisam, et nullo Livii exemplo firmatam, ipsi obtrudere non audeo.

Licentiaeque hinc sacra profanaque omnia vulgo spoliandi] Parvum vitium omnes editiones, veteres et recentes, deturpat. Scribe *licentiaeque huic*. id est, hujus temporis, quo ista scribuntur. 1, [55, 9.] *Summam pecuniae neque ex unius tum urbis praeda sperandam, et nullius, ne horum quidem magnificentiae operum, fundamenta non exsuperaturam*. 6, [4, 12.] *Capitolium quoque saxo quadrato substructum est, opus vel in hac magnificentia urbis conspiciendum*. 44, [9, 4.] *Mos erat tum nondum hac effusione inducta bestiis omnium generum Circum complendi*. Sic Plauto in Curc. 1, 2. *Vindemia haec*, est vinum omne, quod hoc anno natum est. quod haud scio, an recte acceperint interpretes, explicantes ex Lambino, haec vini copia. tiro enim accipiet eam vini copiam, quam portabat secum Phaedromus. Trinummo 2, 4, 83. *Coena hac annona est sine sacris haereditas*. Ubi male Lipsius, probante Salmasio, *haec annon est*. At *hac annona* est, ut hujus temporis se habet annona: quod miror affirmantem summum virum hic locum non habere. Cic. in Pison. 27. *Luxuriam autem in isto nolite hanc cogitare*. Ubi v. Faërnum. J. FR.

Digitized by Google

ſtium quidem illa spolia, et parta belli jure: ceterum inde primum initium mirandi Graecarum artium opera, licentiaeque huic sacra profanaque omnia vulgo spoliandi factum est: quae poſtremo in Romanos Deos, templum id ipsum primum,
3 quod a Marcello eximie ornatum est, vertit. Visebantur enim ab externis ad portam Capenam dedicata a Marcello templa, propter excellentia ejus generis ornamenta, quorum perexigua pars com-
4 paret. Legationes omnium ferme civitatium Sici-

GRON. *licentiaeque huic* etiam Florent. Voſſ. Ber. Hav. aliique meorum. Similiter etiam in uno ex Colbertinis invenit Doujatius, qui tamen in vulgato nihil vitii eſſe addit. Codicum nihilominus auctoritas efficit, ut *huic* malim. Solent autem hae voces saepe in Mſtis commutari. V. 1, 20, 2. 2, 40, 13. 4, 49, 8. 5, 18, 5. 7, 40, 5. 8, 3, 2. c. 12, 10. 9, 31, 3. 38, 42, 9. et alibi. Cauſſa est similitudo literarum *in* et *ul* in scriptura Longobardica, de qua v. ad 3, 49, 6. 7, 33, 8. et 21, 40, 8. Cl. Crevier. *hinc* malebat, idque tuetur partim consensu omnium edd. et cod. Victor. partim quod optimus vulgatae lectionis sensus est, partim quod in emendatione Gronovii *τὰ initium mirandi* et *licentiae huic* inconcinnam orationis structuram efficiunt. Verum editionibus et uni cod. cui tamen etiam quidam meorum favent, obpono integerrimorum et plurium codd. fidem. Deinde in eorum lectione haud pejor, quam in vulgata, sensus est. Quin et, si vulgatum velis, nescio, quam elegantiam captare voluerit Livius in illis *inde primum initium mirandi*, et *licentiaeque hinc*. Denique cauſſam non video, cur in emendatione Gronov. orationis structura inconcinna vocetur. Variationem enim structurae, quae obſendisse virum doctum videtur, paſſim Livium quaesisse, ejusque ſtilo propriam eſſe, infra videbimus ad 38, 39, 10.

Quae poſtremo in Romanos Deos] Signa tabulasque et spolia Siculorum intelligit. SIG. Livii sensus est, licentiam spoliandi templa hoſtilia, quae ex hoc Marcelli facto originem sumsit, poſtea in templa Romana, et quidem etiam in illud ipsum vertiſſe, quod Marcellus a se dedicatum spoliis Siculorum exornavit.

Templum id ipsum] Intelligit haud dubie aedem Honoris ac Virtutis, de qua est 27, 25. 7. et 29, 11, 13. Cicero 4. Verr. 54. de Marcello: *Victoriae putabat esse, multa Romam deportare, quae ornamento Urbi esse possent; humanitatis, non plane exspoliare urbem.* etc. *Romam quae asportata sunt, ad aedem Honoris atque Virtutis, itemque in aliis locis, videmus.* Haec aedes intra, an extra urbem fuerit, non satis compertum eſſe, scribit Borrich. in Antiq. urb. Rom. fac. c, 3. Sed Nardinus 3. Rom. vet. 2. plane probabili

Digitized by Google

liae ad eum conveniebant. Dispar ut caussa earum, ita conditio erat. qui ante captas Syracusas aut non desciverant, aut redierant in amicitiam, ut socii fideles accepti cultique: quos metus post captas Syracusas dediderat, ut victi a victore leges acceperunt. Erant tamen haud parvae reliquiae belli 5 circa Agrigentum Romanis: Epicydes et Hanno duces reliqui prioris belli, et tertius novus ab Hannibale in locum Hippocratis missus, Libyphoenicum generis Hipponiates, (Mutinem populares vocabant)

argumento extra urbem fuisse disputat. Ejus sententiam confirmat locus Livii 26, 32, 4. *Si ab inferis exsistat rex Hiero, quo ore aut Syracusas, aut Romam, ei ostendi posse? quum, ubi semirutam ac spoliatam patriam respexisset, ingrediens Romam in vestibulo urbis, prope in porta, spolia patriae suae visurus sit.* Quod autem Livius hic sine discrimine *templum* et *templa* dicit, id interpretationem capere potest ex his, quae 27, 25. scribit. DUK. *templumque id ipsum* Flor.

§. 3. *Visebantur enim ab externis*] Ita legendum esse, monuit Cl. Haverk. ad Tertull. Apolog. c. 25. non *videbantur*, quod tantum exstat in postrema Gruteri et paucis quibusdam eam secutis edd. pro quo Gronov. iterum *visebantur* revocavit.

§. 4. *Omnium ferme civitatum Siciliae*] *civitatium Siciliae* Florent. et edd. Mediol. anni 1480. et Tarvis. prior. V. ad 33, 20, 11.

§. 5. *Libyphoenicus generis Hippocinatis*] *Libyphoenicis generis Hipponatis* melius implet aures. *Libyphoenix* nominandi casus est, et non *Libyphoenicus*. Hippo ad haec oppidum Africae nobile, unde *Hipponas Hipponatis* videri potest deductum. Verum haec conjectura est. SABELL. Quidam *Libyphoenicum* legunt, ut *generis* cum *Hipponatis* conjungant, quasi qui Hippone natus fuerit. At ego *Hipponates* (quanquam varie hoc legitur, *Hippocinatis*, *Hipponiates*, etc.) nominativi casus esse puto, et nomen Mutines esse. Itaque conjungenda *Libyphoenicis generis*. Fertilissimum autem solum tenebant Africae Libyphoenices inter Bragadam ac Syrtim parvam, quo loco eos etiam constituit Ptolemaeus. GLAR. *Hipponiates* non est proprium viri nomen, sed patriae, id est, ab Hippone urbe Libyae. ut enim a *Crotone Crotoniates*, sic ab *Hippone Hipponiates*. Viri autem nomen esse censet Glareanus. Caeterum Paedian. in Pison. [c. 22.] ex Varrone tradit, huic *Mutini*, quod in Sicilia cum equitatu suo transierat ad Romanos, civitatem datam, aedesque et pecuniam ex aerario. SIG. Vet. ed. *Libypenicus generis Hippocinatis*. Pall. *Libipenicum generis Hippacinatis*. GEBH. *Hippativatis* Hav. *Ippocinatis* Ber. (in quo tota vox a m. 2. expungitur *Hippacinatis* vel *Hippacinates* reli-

Digitized by Google

vir inpiger, et sub Hannibale magistro omnes belli
6 artes edoctus. Huic ab Epicyde et Hannone Numidae dati auxiliares: cum quibus ita pervagatus est hostium agros, ita socios ad retinendos in fide animos eorum, ferendoque in tempore cuique au-
7 xilium, adiit, ut brevi tempore totam Siciliam impleret nominis sui, nec spes alia major apud faven-
8 tes rebus Karthaginiensium esset. Itaque inclusi ad tempus moenibus Agrigenti dux Poenus Syracusanusque, non consilio Mutinis, quam fiducia, magis ausi egredi extra muros, ad Himeram amnem

mei. *Ippacinatis* vel *Ipacinatis* Hearnii Oxon. Reliquorum codd. et edd. lectiones v. apud Gronov. Dissert. epist. in Livii loca quaed. Geogr. p. 24. qui legendum censet *Libyphoenicum generis Hippacrites*. Rationes emendationis latius apud eum videri possunt. Veram hanc Livii scripturam esse posse, adsentitur Cl. Crevier. non diffitetur tamen, magnam sibi suspicionem oriri, parum interesse, utro modo legatur hoc nomen, *Hipponiates*, an *Hippacrites*, et eamdem utroque nomine patriam Mutini adsignari, nempe Hipponem Diarrhytum. Quum enim duplex urbs Hippo in Africa fuerit, altera Hippo Diarrhytus, altera Hippo Regius cognominata, priorem prope Uticam, posteriorem in Numidia, Diodorus vero memoret Ἵππου ἄκραν ab Agathocle captam prope Uticam, l. 20. p. 761. et Ἵππου ἄκραν ab ejus filio Archagatho in Numidia expugnatam p. 763. utramque urbem Hipponem eo nomine indicari putat, adeoque eorum incolas aeque *Hipponiatas* atque *Hippacritas* adpellari posse. Quod si verum esse ponamus, codd. tamen vestigia *Hippacrites* potius, quam *Hipponiates*, Livium scripsisse indicabunt.

Sub Hannibale magistro omnes belli artes edoctus] Pall. tres *sub Annibale magistro omni belli arte edoctus*, nisi quod see. *omnium*. Prisca ed. *magistro omnium belli artem edoctus*. GEBH. *omni belli arte* etiam Voss. Lovel. 2. 4. Harlej. Gaertn. et Hav. *omni belli arti* Lov. 5. *omni bello artes* Hafn. *omnium belli artem* Ber. et edd. principes. *omnem belli artem* Ascens. et Mogunt. *omnes belli artes* Aldus, quod optimi scripti servant. Supra c. 37, 3. *Sub qua per tot annos omnes militiae artes edoctus fuerat.*

§. 6. *Cum quibus ita pervagatus est hostium agros*] Pal. 3. *pervastatus est*. GEBH. *cum quibus ita populatus est* Lovel. 4. *cum quibus pervastatus est* Ber. *cum quibus ita pugnatus est* Gaertn. *Tò est* deficit in Voss. Lovel. 1. 2. Harlej. et Hav.

Ferendumque in tempore cuique auxilium] Put. Pet. Men. *ferendoque*. Petav. alter, et quidem

Digitized by Google

posuerunt castra. Quod ubi perlatum ad Marcel- 9
lum est, extemplo copias movit; et ab hoste qua-
tuor ferme millium intervallo consedit, quid age-
rent pararentve exspectaturus. Sed nullum neque 10
locum, neque tempus cunctationi consiliove dedit
Mutines, transgressus amnem, ac stationibus ho-
stium cum ingenti terrore ac tumultu invectus. Po- 11
stero die prope justo proelio compulit hostem intra
munimenta. inde revocatus seditione Numidarum
in castris facta, quum trecenti ferme eorum Hera-
cleam Minoam concessissent, ad mitigandos revo-

melior alias, cum Voss. *ferendosque*. Censeo fuisse, *ita socios ad retinendos in fide animos eorum, ferendoque in tempore cuique auxilio adiit*. V. ad 21, 5, 3. et 23, 7, 12. 21, 52, 8. *Continendis in fide sociis maximum vinculum esse primos, qui egissent ope, defensos*. J. FR. GRON. *ferendosque* Florent. a m. 1. Voss. a m. 1. Lovel. 2. Harlej. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *ferendoque* Florent. a m. 2. Voss. a m. 2. Lovel. 1. 5. et Hearnii L. 1. quod Gronov. pr. ed. not. probavit: cui deinde substituit *ferendoque auxilio*. Eam locutionem Livio familiarem esse, vidimus ad 1, 53, 3. Non tamen, dissentientibus libris optimis, eorum lectionem *ferendoque auxilium*, quam recepi, rejicere ausus sum. Mutatum autem dicendi genus *ad retinendos animos ferendoque auxilium* defenditur ex illis, quae notantur ad §. 2. Ceterum paullo ante *ad retinendum in fide animos* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Rec. Hav. et typis descripti ante Aldum. Mox autem *adit*, pro *adiit*, Florent. Voss. Lovel. 2. Harlej. et Gaertn. V. ad 36, 42, 3.

§. 8. *Non tam consilio Mutinis, quam fiducia magis ausi egredi*] Hoc *tam* sublatum est propter adverbium *magis*. Vult enim dicere, eos non magis consilio Mutinis exisse, quam ejus fiducia, quae res illis tandem male vertit. De Himera autem dubium, quem fluvium dicat. Ego eum existimo, quem Ptolemaeus [3, 4.] eo in loco ponit, ubi alii Gelam. Est etiam Himera, quem Strabo [6, 266.] ait per mediam fluere Siciliam, exonerarique in mare ad occiduam insulae partem. Meminit et Plinius 3, 8. Ac de hoc supra ab initio l. 4. hujus belli [c. 6, 7.] mentio est, ubi Hieronymus tyrannus legatos cum mandatis Carthaginem misit. GLAR. Voculam *tam* primus Aldus sustulit. Et recte. Abest enim ab omnibus meis, praeterquam a Ber. et Lovel. 5. Paullo ante *ad id tempus*, interposito pronomine, malebat Crevier.

§. 11. *Heracleam Minoam concessit*] *Minoae* urbis Siculae meminit Stephanus. SIG. *Minoïam* Lovel. 4. 5. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. *minorem* Voss. Lovel. 2. Harlej. Hafn.

Digitized by Google

candosque eos profectus, magnopere monuisse duces dicitur, ne absente se cum hoste manus conse-
12 rerent. Id ambo aegre passi duces, magis Hanno, jam ante anxius gloria ejus: *Mutinem sibi modum facere, degenerem Afrum imperatori Karthaginiensi,*
13 *misso ab senatu populoque.* Is perpulit cunctantem Epicyden, ut, transgressi flumen, in aciem exirent. nam si Mutinem opperirentur, et secunda pugnae fortuna evenisset, haud dubie Mutinis gloriam fore.

1 XLI. Enimvero indignum ratus Marcellus se, qui Hannibalem subnisum victoria Cannensi ab Nola repulisset, his terra marique victis ab se hostibus cedere, arma propere capere milites, et es-

Hav. et Brancal. Latinii. Sed nihil mutandum. V. Cluver. 1. Sicil. ant. 17. p. 216. Paullo ante *compulit hostes* Florent. qui in sequentibus legit *magno opere.* V. ad 28, 18, 4.

§. 12. *Jam ante anxius gloria ejus*] Pall. tres, et prisca ed. *anxius gloriae.* GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 4. 5. Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum, qui *gloria* dedit, quod Florent. et reliqui servant. Voculam etiam *ante*, quam primus Aldus in contextum admisit, ignorant soli Lovel. 2. Ber. et Gaertn.

Degenerem Afrum] Quia Libyphoenicum generis erat. SIG. Non sinceri Punici sanguinis. nam Libyphoenices *mixtum Punicum Afris genus*, 21, 22, 3. DUK.

§. 13. *Secunda pugnae fortuna evenisset*] MSS. *secundae.* J. FR. GRON. Sed Livius 4, 61, 5. *Romanis secunda fortuna pugnae fuit.* Et 9, 18, 9. *Quod Alexandro nullius pugnae non secunda fortuna fuerit.* Contrarium est *adversa fortuna pugnae.* Liv. 9, 18, 12. *Quibus numquam adversa fortuna pugnae fuit.* Et Epit. 27. *Tot proeliorum adversa fortuna.* Virg. 4. Aen. 603. *Anceps pugnae fortuna.* Et ita mallem 30, 32, 2. ubi vulgo est, *quibus adversae pugnae fortuna fuisset.* DUK. *secundae pugnae fortuna* Voss. Lovel. 2. 4. Harlej. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. *secundae fortuna pugnae* Lovel. 5. *secundae fortunae pugna* Hav. Sed optimi, atque inter eos Florent. *secunda pugnae fortuna* cum Aldo tuentur. Ita *secunda belli fortuna* 9, 41, 5.

§. 1. *Subnisum victora Cannensi ab Nola repulisset*] Gebhardus ad 25, 17, 5. quum in Pal. 1. per errorem scriptum invenisset *repupulisset*, legendum conjecit *repepulisset.* Verum augmentum, quod perfectum simplicis *pello* recipit, etiam composita ejus, ut composita verbi *curro*, ser-

Digitized by Google

ferri signa jubet. Inſtruenti exercitum decem ef- 2
fusis equis advolant ex hoſtium acie Numidae, nun-
ciantes, populares suos, primum ea seditione mo-
tos, qua trecenti ex numero suo conceſſerint He-
racleam, dein quod praefectum suum ab obtrectan- 3
tibus ducibus gloriae ejus, sub ipsam certaminis
diem, ablegatum videant, quieturos in pugna.
Gens fallax promiſſi fidem praeſtitit. itaque et Ro- 4
manis crevit animus, nuncio celeri per ordines
miſſo, deſtitutum ab equite hoſtem eſſe, quem ma-
xime timuerant: et territi hoſtes, praeterquam 5
quod maxima parte virium suarum non juvaban-
tur, timore etiam incuſſo, ne ab suo et ipsi equite

vaſſe, idoneis antea exemplis probatum oportuiſſet. In Pal. 1. secunda syllaba per errorem librarii erat repetita.

§. 2. *Ad inſtruentem exercitum decem effusis*] Pall. tres *Inſtruente exercitum*. Vet. ed. quoque *Ad* exclusit. GEBH. Put. Pet. tres Pall. Voſſ. omissa praepositione *Inſtruente exercitum*. Lege *Inſtruenti exercitum*. ut pendeat ab τῷ *nunciantes*. J. FR. GRON. Similiter legunt Florent. Lovel. 2. 4. 6. Harlej. Ber. a m. 2. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. *Inſtruentem exercitum*, similiter omiſſa praepositione, edd. principes. *Ad inſtruentem* primus dedit Ascens. anno 1513. Mox *ex hoſtium agmine*, pro *acie*, Ber.

§. 4. *Gens fallax promissi, fidem praeſtitit*] Delendam putavi distinctionem, qua τὸ *promissi* a voce *fidem* discerpebatur, quae mihi videntur conjungi debere, quum *promissi fidem praeſtare* idem sit, quod *promissum praeſtare* 26, 4, 2. et *fides promissi* eodem lib. c. 19, 2. Etiam *gens fallax*, ut eodem lib. c. 41, 20. *ratio haud fallax*. 30, 12, 19. *Reputare secum ipse, quemadmodum promissi fidem praeſtaret*. JAC. GRON. Distinctio, a Gronovio recte repudiata, primum exstitit in ed. Francof. anni 1588. Priores, quemadmodum Gronovius censuit, interpungunt.

Nuncio celeri per ordinem misso] Lego *ordines*. T. FABER. Sic quidem et scripti. Verius *ordines*. J. FR. GRON. Doujatius vulgatum ita intelligi poſſe opinatur, nuncium ad omnes copias ordinatim miſſum eſſe. Cui judicium suum non invideo. Probo vero virorum doctorum conjecturam *per ordines*, quam firmant Lovel. 5. et pauci alii. *per ordines* nempe militum, in quos in aciem progreſſi a ducibus congeſti erant. 10, 27, 8. *Lupo data inter ordines via, cervam Galli confixere*. et passim alibi.

§. 5. *Quod maxima parte virium*

Digitized by Google

6 obpugnarentur. Itaque haud magni certaminis fuit. primus clamor atque inpetus rem decrevit. Numidae, quum in concursu quieti stetissent in cornibus, ut terga dantes suos viderunt, fugae tan-
7 tum parumper comites facti, postquam omnes Agrigentum trepido agmine petentes viderunt, ipsi metu obsidionis passim in civitates proximas dilapsi. Multa millia hominum caesa captaque, et octo ele-
8 phanti. Haec ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit. victor inde Syracusas rediit. Jam ferme in exitu annus

suarum non juvabantur] Comparet in Pal. 1. *quod quia maxima parte virium suarum.* reliquis autem *quod quia m.* GEBH. *quod quia maxima parte* Florent. Voss. Lovel. 2. Harlej. Gaertn. et edd. ante Ascens. anni 1513. *quod a maxima parte* Lovel. 4. *quod e maxima parte* Ber. a m. 1.

Ne ab suo ipsi equite obpugnarentur] Vet. lib. *ne ab suo et ipsi.* SIG. Pariter omnes mei, nisi quod voculam *et* omittant Ber. a m. 1. et Gaertn. ejusque loco *etiam* praeferat Lovel. 5.

§. 6. *Itaque haud magna vis certaminis fuit*] Put. Pet. melior: *Itaque haud magni certaminis fuit.* Recte: nam intelligitur τὸ *res* ex proximo membro: *primus clamor atque impetus rem decrevit.* De qua ellipsi inferius. 26, 5, 14. *Nec magni certaminis rem fore.* J. FR. GRON. *haud magni certaminis* etiam Florent.

§. 8. *Ut P. Cornelius praetor literas Capuam ad consules mitteret*] *ut prae. Cornelius populus Romanus literas* Florent. in quo manu recenti *populusque Romanus* interpolatum fuit. *ut per Cornelium populus Romanus literas* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. Saepissime *pr.* sive *praetor* et *P. R.* id est *populus Romanus*, commutantur a librariis, compendia vocum non adsecutis. V. ad 31, 10, 4.

§. 10. *Fulvius ad Capuam maneret*] *ad Capuam veniret* Voss. *ad Capuam veniret atque maneret* Harlej. *ad Capuam veniret maneretque* Hafn. *ad Capuam veniret ibique maneret* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et editi ante Aldum.

§. 11. *Consules Claudius creavit Cn. Fulvium Centumalum et P. Sulpitium Servii filium Galbam*] Omnes Livii codices absque numero Centumalum ponunt, ut sit alius ab eo, qui consul fuit anno ab urbe condita IDXXV. Sulpitium vero hunc quidam *Servilium*, quidam *Galbam* cognominant, *Q. filium. Galba* certe ab initio libri sequentis dicitur. GLAR. *Centumalum* ex lapid. Capit. SIG. Pal. 1. *P. Sulpitium Servilium G. F. Galbam.* sec.

Digitized by Google

annus erat. itaque senatus Romae decrevit, ut P. Cornelius praetor literas Capuam ad consules mittêret; dum Hannibal procul abesset, nec ulla ma- 9
gni discriminis res ad Capuam gereretur, alter eorum, si ita videretur, ad magistratus subrogandos Romam veniret. Literis acceptis, inter se consu- 10
les compararunt, ut Claudius comitia perficeret, Fulvius ad Capuam maneret. Consules Claudius 11
creavit Cn. Fulvium Centumalum et P. Sulpicium Servii filium Galbam, qui nullum antea curulem magistratum gessisset. Praetores deinde creati, L. Cor- 12

P. Sulpitium Servilium, *C. Fulvium Galbam*. In tertio omissum est *Servii filium*. Prisca denique ed. *P. Sulpitium Servilium Quinti filium Galbam*. GEBH. *Centumalum*, pro *Centimalum*, Sigonius. V. ad 24, 43, 6. Tum *P. Sulpicium Servilium G. filium Galbam* Voss. Lovel. 4. et Harlej. *P. Sulpicium Servilium Q. F. Galbam* Gaertn. Hearnii N. et edd. vett. Neque aliter Ber. nisi quod ultimam vocem *Galbam* ignoret. *P. Sulpicium Servilium Q. Galbae F.* Lovel. 5. *P. Sulpicium Servilium Q. Fabium Galbam* Lovel. 2. *P. Sulpicium Servilium Galbam* Lovel. 1. et Hav. *P. Servilium Galbam* Hearnii L. 1. *P. Sulpicium Serg. filium Galbam* Florent. Vulgatum, quod primum anno 1535. Probenius exhibuit, rectum est. *Servius* et *Servilius* saepe in Mstis commutantur. V. ad Epit. Liv. 72.

§. 12. *Creati L. Cornelius Lentulus*, *Cornelius Cethegus*, *C. Sulpicius*, *C. Calpurnius Piso*] Vet. lib. *M. Cornelius Cethegus*. Sic enim post Livius. Sic tabulae Capitolinae in consulatu ejus. SIG. Pall. duo tantum tres praetores recensent *creati Cornelius Cetegus*, *C. Sulpicius*, *Piso*. At tert. *P. Cornelius Cethegus*, *G. Sulpitius Piso*, *et L. Lentulus*. Prima editionum *creati Lentulus*, *Cornelius Cetegus*, *C. Sulpitius Piso*. GEBH. *creati Cornelius Cethegus C. Sulpicius Piso* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Hav. et Hearnii N. *creati Lentulus Cornelius Cethegus*, *C. Sulpicius Piso* Ber. et edd. principes. Neque aliter Gaertn. nisi quod *creati Cornelius Lentulus Lentulus* alio ordine praeferat. *creati Cornelius Cetegus G. Sulpitius Piso* Hearnii D. *creati C. Cethegus C. Sulpitius Piso* ejusdem L. 1. *creati L. Cornelius Lentulus*, *Cethegus*, *C. Sulpicius*, *Piso* ed. Mog. Id quod ad initium scholii Sigonii adscriptum est, deinde Aldus dedit.

§. 13. *Pisoni jurisdictio urbana*, *Sulpicio Gallia*, *Cethego Apulia*] Emendo *Sulpicio Apulia*, *Cethego Sicilia*. Hic est enim M. Cornelius Cethegus, de quo post ait [26, 21, 13.] *Id enim M. Cornelio mandatum*, *ut*, *ubi ei videretur*, *urbem eis agrumque in Sicilia assignaret*. Et post: *Inter has difficultates M. Cornelius praetor*. Item

Digitized by Google

nelius Lentulus, M. Cornelius Cethegus, C. Sulpicius,

[c. 28, 10.] *Ex Sicilia exercitus, cui M. Cornelius praeesset, ubi consul in provinciam venisset, dimitti jussus.* Quibus ex locis satis probatur, Siciliam Cornelio Cethego, non Apuliam, obtigisse. Neque vero procedit, quod Glareanus affert, [ad 26, 21.] hunc esse *P. Cornelium Lentulum*, qui propraetor in Sicilia esset. Nam Sicilia per haec tempora duplex provincia erat. †. „ Idem „ dicit Glareanus lib. sequente. „ †. Una, quae vetus provincia erat, quam P. Cornelius in praetura sortitus fuerat, altera, qua regnum Hieronis patebat, quam post M. Marcellum M. hic Cornelius Cethegus obtinuit. Itaque lib. sequente [c. 1, 9.] de Sulpicio ubi loquitur, ita emendo: *C. Sulpicio, cui Apulia evenerat.* SIG. Verba haec mutila et omnino corrupta esse, cuilibet sequentis libri historiam diligentius legenti constabit. Non enim *M. Cethego Apulia*, sed *Sicilia* evenit, ut non uno loco postea demonstrat Livius. *Apulia* autem eodem teste *consulum* sors fuit, non *C. Sulpicii*, vel alterius praetoris. At in aliis exemplaribus *Gallia Sulpicio* attribuitur non minus male. Livius enim *Galliam P. Sempronio prorogatam* fuisse affirmat, sicut postea constabit. Restat igitur peregrina sors C. Sulpicio, licet ejus nulla fiat mentio in Livianis exemplaribus, et *Apulia* superabundet hoc loco. Quare, ut Livianae historiae congruant haec verba, sic corrigenda esse existimo: *Pisoni jurisdictio urbana, peregrina Sulpicio, Sicilia Cethego, Lentulo Sardinia evenit.* PIGH. in Ann. ad ann. DXLII. p. 182. Inverso ordine Sigonius legit *Sulpicio Apulia, Cethego Sicilia*, pro corrigendi suo immoderato pruritu. GEBH. Locus fractus, cui nihil a scriptis auxilii. Put. *Pupio Sicilia.* Pet. aliter, *Pisoni jurisdictio urbana, Pupio urba Sicilia.* alter, *M. Sulpicio urbana Sicilia.* Voss. *urbana Sulpitio urbana Sicilia, Cethego Apulia, Lentulo Sardinia evenit.* Et similia monstra alii. J. FR. GRON. Ita quidem Livius. At vero Sigonius Sulpicio Apuliam tribuit et hic, et seq. lib. c. 1, 9. quum tamen vel unicus ille locus sufficere potuerit ad virum diligentissimum ab hac sententia revocandum. Non modo enim Sulpicio illic dicuntur decretae eae legiones, quas P. Cornelius Lentulus tribus ante annis prorogato semper imperio in Sicilia habuerat; sed quas insuper, quod vel ex verbis proxime praecedentibus colligere potuisset, ex Sicilia in Italiam reducere non licebat ante hujus belli finem. Unde additur ei etiam supplementum ejus generis militum, cui senatus eundem, quem Cannensibus, finem statuerat militiae. Legiones P. Cornelii fuisse Cannensis exercitus reliquias, easque *in Siciliam relegatas esse, ne ante finem Punici belli in Italiam reportarentur*, multis docet Livius supra c. 5. 6. 7. Mansere etiam ibi et hoc et sequentibus annis l. 26, 28. etc. Immo donec a P. Scipione in Africam transportarentur, ut ignominiosam illic militiam finirent 29, 24, 11. Neque tantum Cannenses milites, sed et hoc ipsum supplementum de exercitu Cn. Fulvii praetoris, quod Sigonius Sulpicio in Apuliam decretum male existimat ad 26, 1, 9. itidem in Siciliam tam tristi conditione esse relegatum scire poterat ex cap. seq. et 27, 7, 12. Ingentem ergo hunc viri magni lapsum, dum legiones Cannenses nunc in Apuliam ad praetorem mis-

Digitized by Google

C. Calpurnius Piso. Pisoni jurisdictio urbana, Sul- 13

sas credit, animadvertisse reor Pighium. Circumspectior sane est, quando illis Cethegum et Siciliae praefuisse existimat in Fastis ad annum DXLII. Ut enim hic ejicit *Apuliam*, et Cethego tribuit *Siciliam*, ac Sulpicio evenisse comminiscitur *peregrinam jurisdictionem*; sic 26, 1, 9. legit *Cethego, cui Sicilia evenerat*. Sed, ut praeteream, haec omnia eum aeque ac Sigonium audere sine caussa adversus vett. codd. consensum, neque verum est, Cethegum Cannensem habuisse exercitum, sed eum, quem Marcellus in Sicilia reliquit. Patet id ex 26, 28, 10. *Ex Sicilia*, inquit, *exercitus, cui M. Cornelius* (is Cethegus) *praeesset, dimitti jussus. L. Cincio praetori ad obtinendam Siciliam Cannenses milites dati, duarum instar legionum*. Eod. cap. paulo post dimissum hunc exercitum M. Claudii Marcelli fuisse declaratur. At quomodo igitur, dicent, evadis hinc, cum in sequente libro saepius Cethegi in Sicilia, nunquam in Apulia, fiat mentio, ut nec Sulpicii in Sicilia? Ego vero certum esse existimo, Sulpicio neque evenisse Apuliam, quam primo Cethegus, dein consules habuerunt, neque peregrinam jurisdictionem, quae, quoniam a Livio in hac sortitione non exprimitur, haud dubie conjuncta fuit cum urbana, quod saepissime in hoc bello contigit, ut superiore anno 25, 3, 1. et sequente anno, quo tres praetores in provincias exiere, quartus haud dubie utramque jurisdictionem simul habuit. Sic 27, 36, 11. *C. Hostilio urbana evenit, addita et peregrina*. Quin et peregrina sors, sicuti hic, prorsus omittitur 28, 38, 13. 30, 1, 9. et 27, 9. et 40, 5. ac alibi. Restat ergo, ut vulgatae lectioni credamus, obtigisse Sulpicio Siciliam, eam nempe, quam P. Cornelius Lentulus praetor ante habuerat. Divisa enim fuit in duas provincias ab anno DXXXVI. ad DXLVI, quo P. Scipio in Africam trajecit. Anno DXXXVI missus in eam P. Cornelius praetor, et exorto bello Syracusano M. Marcellus consul. Hinc anno DXXXVII. *prorogata imperia provinciaeque, M. Claudio Siciliae finibus iis, quibus regnum Hieronis fuisset, Lentulo propraetori provinciae vetus*, ut est 24, 44, 4. Sic 25, 3, 6. de anno DXXXVIII. Uterque hoc anno decessit, quo simul Siciliam obtinuere C. Sulpicius et primo Marcellus; dein, postquam ille Romam rediit, Cethegus. Hos exceperunt sequenti anno L. Cincius Alimentus praetor et M. Valerius Laevinus consul, aliique deinceps. Successisse vero P. Cornelio C. Sulpicium constat ex 26, 1, 9. ubi istius legiones accepisse dicitur, quemadmodum et L. Cornelio in Sardinia datae sunt, quibus Q. Mucius decessor ejus praefuerat. Neque ab hac sententia dimovere quem debebat, quod numquam deinde nominatur in Siciliae rebus narrandis, quae hoc anno Livium non valde occupaverunt, cum neque in ulla alia provincia vel reipublicae parte ejus mentio occurrat. Immo vel ex eo ipso certum est mihi, fuisse in vetere illa Siciliae provincia, in qua neque superioribus tribus annis ullam rem a P. Lentulo gestam refert auctor, et quam quietam plane fuisse satis ostendunt verba Cannensium militum ad Marcellum 25, 6, 17. ubi queruntur, *se non solum a patria, sed ab hoste etiam relegatos in exsilium, ubi nulla spes, nulla occasio abolendae ignominiae sit. Clamorem pugnantium exaudire resi-*

Digitized by Google

picio Sicilia, Cethego Apulia, Lentulo Sardinia evenit. Consulibus prorogatum in annum imperium est.

des ipsos ac segnes, tamquam nec manus, nec arma habeant. Verumtamen major videtur esse difficultas in Cethegi sorte, quae tamen etiam facili negotio expediri potest. Marcello prorogatum fuit imperium in Sicilia, ut reliquias belli perficeret, 26, 1, 6. Decessit tamen eodem anno, *exercitum successori tradere jussus*, c. 21, 4. Qui non alius potuit esse, quam Cethegus, cum is non Cannenses milites, sed Marcelli habuerit legiones, nec usquam ante, sed statim post illius discessum, legatur fuisse in Sicilia capp. 21. 26. 28. Sortitus quidem fuerat Apuliam, verum saepe permutarunt provincias, ex alia in aliam profecti. Hoc anno C. Claudius Nero primo ad Capuam fuit cum suis legionibus 26, 5, 8. Qua capta in Hispaniam est missus c. 17, 1. Eadem tamen aestate successit illi in Hispania Silanus c. 20, 4. cui initio anni prorogatum fuerat imperium in Etruria c. 1, 5. Similiter Cethego primo evenit Apulia, sed post abitum Marcelli in Siciliam est missus. Etum Apuliam obtinuerunt consules primum ambo, dein alter Macedoniam est sortitus. Eas autem mutationes, immo et sortitiones provinciarum saepe Livius neglexit memoriae mandare, satis existimans, si eas factas esse ex rebus gestis discere per occasiones possimus. Lib. 23. capp. 21. 32. et 34. A. Cornelium Mammulam propraetorem in Sardinia invenimus, de cujus praetura et profectione in eam provinciam nullum verbum in superioribus. M. Pomponio praetori prorogatur imperium in Gallia 24, 10, 3. Quando vero in eam sit missus, an in praetura, quam biennio ante gesserat, an post eam, ex Livio ignoramus. C. Laetorius cui praeesset provinciae, nusquam traditum est. At 27, 7, 11. L. Veturius ab eo provinciam exercitumque accipere jubetur. M. Valerius Falto praetor sortitur Bruttios 30, 40, 5. et 41, 1. Anno sequenti dicitur 31, 8, 9. *priore anno Campaniam habuisse provinciam*, quam qua de caussa acceperit, relictis Bruttiis, in Livio frustra quis quaeret. JAC. PERIZ. Haec recte adversus Sigonium et Pighium disputantur. Unus superest scrupulus, quod Livius hic, contra quam solet, de provinciis consulum mentionem non facit, sed demum 26, 22, 1. Conjici potest, consulibus initio anni provincias non decretas, eosque deinde religionibus et aliis impedimentis consularibus, maximeque fama adventus Annibalis, in Urbe, in qua eos adventante Annibale fuisse est c. 9. 10. et 11. libri sequentis, retentos fuisse. Sed eos non multo post, demto terrore Annibalis, in Apuliam profectos ex eo colligitur, quod Fulvius proconsul, capta Capua, a Calpurnio praetore urbano, qui absentibus consulibus munus consulare in urbe sustinebat, literas et senatusconsultum de senatoribus Campanis accepisse dicitur 26, 15, 8. Eodemque tempore Cethegum, qui ante Apuliam habuerat, Marcello, quem exitu aestatis ex Sicilia ad urbem venisse dicit 26, 21, 1. succedere jussum fuisse, omnino probabile est. DUK. *Pupio urbana Sicilia*, *Cethego Apulia* Florent. et Harlej. *Sulpicio Sicilia*, *Cethego Apulia* Hearnii Oxon. omnesque reliqui mei, nisi quod vox *Sicilia* exsulet ab Hav.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI VIGESIMI SEXTI.

Hannibal ad tertium ab urbe Roma lapidem super Anienem castra posuit. ipse vero cum duobus millibus equitum usque ad ipsam Capenam portam, ut urbis situm exploraret, obequitavit. et quum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis descendisset, certamen tempestas diremit: nam quum in castra redüssent, statim serenitas erat. Capua capta est a Q. Fulvio et Ap.

Ad tertium ab urbe Roma lapidem] *ad tertium lapidem ab urbe Roma* Leid. Voss. et Berg. *ab urbe Romana* Boend. et ita edidit Sigon. V. ad Epit. 49. Mox *super amnem*, pro *Anienem*, Voss. et Berg.

Ipse vero cum duobus millibus equitum] Vox secunda exsulat a Leid. Voss. Berg. Boend. et Exc. Pithoei.

Usque ad ipsam Capenam portam, ut urbis situm exploraret, obequitavit] Forte id factum fuit, et affirmat Val. Max. 3, 7, 10. *Capenam portam armis Annibale pulsante.* Vix tamen credibile est, Poenum praeter castra Fulvii et Aesquilinam portam pergere potuisse ad Capenam; nec id Livius concedit; adeo ut, si epitomator quoque innuere voluerit, eum ab Aniene versus Romam propius accessisse, haud dubie etiam scripserit Collinam portam, ut Liv. c. 10. cum quo facit Plinius 15, 20. *Portae Collinae adequitans ipse Hannibal.* Et Servius ad 8. Aen. 110. *Hannibal nunciatus est circa portam Collinam urbi ingruere.* Sed et statim *per biduum* vult Livius c. 11. non *triduum.* JAC. PERIZ. V. quae notet Perizon. in Animadv. Histor. c. 9. p. 379. Vocem *ipsam*, quam ignorat Norv. Hearnii, et Gruterus demum in ed. ult. addidit, servant omnes codd. mei, et ed. Rom. anni 1472. Tum *situm urbis* Leid. Voss. Berg. et Boend. Verbum autem *obequitare* in hac re etiam usus est Liv. infra c. 10, 3. Verum id ibi ratio orationis requirit: hic, si libri addicerent, mallem *adequitavit*, quod Plinius adhibuit. V. ad 1, 14, 7.

Digitized by Google

Claudio consulibus. Principes Campanorum veneno sibi consciverunt mortem. Quum senatus Campanorum deligatus esset ad palos, ut securi feriretur; literas a senatu missas Q. Fulvius consul, quibus jubebatur parcere, antequam legeret, in sinu posuit, et lege agi jussit, et supplicium peregit. Quum in comitiis apud populum quaereretur, cui mandaretur Hispaniarum imperium; nullo id volente suscipere, P. Scipio, P. filius, qui in Hispania ceciderat, professus est se iturum: et, suffragio

Nam quum in castra rediissent] *redissent* ed. Mediol. anni 1480. *redisset* Voss. *rediisset* Berg. Vulgatum defendunt dicta ad 3, 28, 2. Particulam *nam* minime hic convenire, notat Crevier. nisi forte aliquid ante eam intercidit, quale reperimus apud ipsum Liv. c. 11, 4. *In religionem ea res apud Poenos versa est. Nam* etc. Ceterum mox idem loco τοῦ *consulibus* scribendum conjicit *proconsulibus*, et inferius *Q. Fulvius proconsul*, vel *proconsule*.

Principes Campanorum veneno sibi consciverunt mortem] Addita voce *Aliquot principes* Leid. *Principes Campani* Norvic. et edd. quas vidi, ante ultimam Gruteri, cui *Campanorum* legenti consentiunt reliqui codd. V. ad 25, 11, 13. Vox *veneno* deest in Voss. *mortem* in Berg. at vocibus transpositis *mortem consciverunt* est in Voss. Leid. et Boend.

Ut securi feriretur] *feriretur* Leid. Ipsum Livium ita saepissime locutum esse, vidimus ad 4, 58, 4. In Epit. autem 31. *senatus consulissent* unus codex praefert.

Literas a senatu missas] Literas Fulvius accepit, non a senatu, sed C. Calpurnio praetore; cum quibus etiam senatusconsultum mittebatur. Num igitur legendum *a praetore missas?* DELRIUS.

Quum in comitiis apud populum quaereretur] *Quum comitiis*, omissa praepositione, Leid. Voss. et Berg. V. ad 31, 7, 1. Tum *quaereretur apud populum* alio ordine Berg. Mox *Hispanorum imperium* Voss. et Boend.

P. Scipio, P. filius, qui in Hispania ceciderat] Omnium horum verborum loco *Cecilius* est in Voss. Duae priores voces desunt in Leid. reliqua ita legit *P. filius ejus, qui in Hispania occiderat*. Sed *P. Scipio, filius ejus, qui* etc. Berg. Mox voces *uno die* exsulant a Leid. Voss. Berg. Boend. et Exc. Pithoei.

Quum ageret vigesimum quartum annum, videreturque divina stirpe creatus] *quum ageret XXIV annos* Berg. *quum haberet annos XXIV.* Leid. Voss. et Boend. *quum haberet annos XXIII* Exc. Pithoei. Deinde *creatus* non adparet in Leid. Voss. Berg. et Exc. Pithoei. ejus loco *genitus* est in Boend. An *videreturque divinae stirpis?* Mox *quia*, pro *quoniam*, Leid. Berg. Boend. et Exc. Pithoei. Sed tota vox omittitur in Voss.

Digitized by Google

populi consensuque omnium missus, Novam Karthaginem uno die expugnavit, quum ageret vigesimum quartum annum, videreturque divina stirpe creatus: quoniam et ipse, postquam togam acceperat, quotidie in Capitolio erat; et in cubiculo matris ejus anguis saepe numero videbatur. Res praeterea in Sicilia gestas continet, et amicitiam cum Aetolis junctam, bellumque gestum adversus Acarnanas et Philippum Macedoniae regem.

Anguis saepe numero videbatur] *saepe videbatur* Leid. Voss. Berg. et Boend. *saepe numero visus erat* Norv. *saepe numero visus est* omnes edd. usque ad ultimam Gruteri. *videbatur* hic parum adcurate dictum esse, judicat Cl. Crevier.

Adversum Acarnanas et Philippum Macedoniae regem] *Acarnanes* Leid. *Cannas* Voss. *adversus Acarnanas* Berg. *adversus Acarnanes* Boend. et edd. Moguntina antiquiores. V. ad Epit. 47. Quatuor ultimae voces desunt in Leid. *Macedonum regem* habent Norvic. et omnes edd. et usque ad postremam Gruteri.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER VIGESIMUS SEXTUS.

1 I. Cn. Fulvius Centumalus, P. Sulpicius Galba consules, quum idibus Martiis magiſtratum iniſſent, senatu in Capitolium vocato, de republica, de adminiſtratione belli, de provinciis exercitibusque Pa-
2 tres consuluerunt. Q. Fulvio, Ap. Claudio, prioris anni consulibus, prorogatum imperium est; atque exercitus, quos habebant, decreti. adjectumque, ne a Capua, quam obsidebant, abscederent, prius-

§. 1. *Idibus Martii magiſtratum iniissent*] Pall. tres *Martiis*. Sic c. 26, 5. *Cum Idibus Martiis consulatum inisset*. GEBH. *Martii* operarum aberratione praeferunt priores Gruteri edd. quarum lapsum ipse in poſtrema emendavit. V. ad 4, 37, 3. Paullo ante *Cornelius*, vel *Corn. Fulvius* Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. et Hearnii Oxon. Ita plures codd. etiam peccant supra 24, 41, 9. unus infra 30, 2, 4. Tum *Centimalus* Voſſ. Lovel. 3. 4. Harlej. Ber. Hav. et Hearnii Oxon. V. ad 24, 43, 6. Mox *in Capitolio* Ber. et Hearnii L. 1. ac D.

§. 2. *Q. Fulvio et Ap. Claudio, prioris anni consulibus*] Pal. 1. sine praenomine *Fulvio Appio Claudio*. tert. vero *Appio Claudio et Fulvio*. GEBH. Auctore Put. et melioribus dele copulam. Eſt ea ratio elegantior collegas nominandi sine particula interjecta. J. FR GRON. Prioris consulis praenomen deest in Voſſ. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hearnii Oxon. et edd. ante Aldum; poſterioris in Lovel. 3. 5. et Hearnii N. Priori contra praenomen *Cn.* male tribuitur in Hav. Copulam etiam inter consulum nomina non agnoscunt Florent. Cant. Voſſ. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Hav. Hearnii Oxon. et edd. ante Ascensianam anni 1513. V. ad 2, 17, 1.

Priusquam expugnassent] Pall. tres et prisca ed. *priusquam oppugnassent eam. Tum cura* etc. perperam. GEBH. Ita et Flor. Cant. Lovel. 3. 5. Harl. et Gaertn. *priusquam obpugnassent. Tum cura* edd. vett. V. ad 21, 57, 6. *priusquam expugnassent eam. Tum cura*

Digitized by Google

quam expugnassent. Ea tum cura maxime intentos 3
habebat Romanos: non ab ira tantum, quae in nul-
lam umquam civitatem justior fuit, quam quod urbs 4
tam nobilis ac potens, sicut defectione sua traxe-
rat aliquot populos, ita recepta inclinatura rursus
animos videbatur ad veteris imperii respectum.
Et praetoribus prioris anni, M. Junio in Etruria, 5
P. Sempronio in Gallia, cum binis legionibus,

Voss. Lovel. 1. 2. 4. et Ber. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 3. *Non tam ob iram*] Liber manusc. *non ab ira tantum*. Optime. LIPS. 3. Ep. Quaest. 16. Tales sunt istae apud Livium locutiones 30, [13, 14.] *Neque prudentiorem, neque constantiorem Masanissam, quam Syphacem, esse, etiam ab juventa incautiorem*. MOD. Pall. 1. ac 2. *non ab ira tantum*. tert. *non ob iram tamen*. prisca ed. *non ob iram tantum*. GEBH. Fere omnes *non ab ira tantum*. Vulgo *non tam ob iram*. Dupliciter in parva re imperiti fuerunt vulgatae architecti. primum quod ex tot Livii locis genus illud loquendi, annotatum Lipsio, non observaverunt; dein quod putarunt, absurde *τὸ tantum* respondere *τὸ quam* pro *quantum*. Posterius vindicavimus et Statii epicedio in patrem [vers. 212.]

— — — *nec enim mihi sidera tantum*
Aequoraque et terras, quam vos debere parenti.

J. FR. GRON. *non ab ira tantum* Florent. et omnes reliqui, quibus utor, codd. Locutionis hujus exempla v. ad 24, 30, 1. Adde 27, 17, 5. *Avidior etiam certaminis erat quam a spe, quam successus rerum augebat, tum quod* etc. 30, 36, 9. *Minore cum misericordia ab recenti memoria perfidiae auditi sunt*. 36, 24, 7. *Oppidum diripuerunt, non tam ab ira nec ab odio, quam ut* etc. 37, 43, 11. *Ab ira graviorem ediderunt caedem*. 39, 49, 5. *Cognitumque primum a verecundia memoriaque meritorum abstulunt*. V. Gronov. ad 26, 49, 8. et ad Senec. 1. de Clem. 20. Saepissime *ab* et *ob* ex interpretis expositione in Mstis commutantur. V. ad 1, 34, 3. 4, 17, 6. c. 31, 9. c. 44, 11. 5, 47, 11. 6, 1, 3. c. 3, 8. 27, 28, 6. 28, 5, 4. 30, 12, 19. c. 16, 2. c. 36, 9. et alibi. *tantum, quam* servant etiam edd. usque ad Ascensianam anni 1513. De ea locutione v. supra ad 3, 63, 8. Gronov. Diatr. Stat. c. 57. et Crevier. ad hunc loc.

§. 5. *Et praetoribus prioris anni, M. Junio in Etruria, P. Sempronio in Gallia*] Pall. tres *Et prioris anni praetoribus, M. Junio Etruria, P. Sempronio Gallia cum binis legionibus, quas habuerant, prorogatum est imperium*. GEBH. Etiam Cn. Fulvius et C. Claudius Nero priore anno praetores fuerant 25, 2, 5. De Fulvio nihil dicit ideo fortasse, quod is mox ob rem superiore anno male gestam damnatus est c. 2. et seqq. Neroni, itidem ut Junio et Sempronio, prorogatum fuisse imperium, eumque una cum proconsulibus in obsidione Capuae, ad quam ab iis ac-

Digitized by Google

6 quas habuerant, prorogatum est imperium. prorogatum et M. Marcello, ut pro consule in Sicilia reliqua belli perficeret eo exercitu, quem
7 haberet. si supplemento opus esset, suppleret de legionibus, quibus P. Cornelius propraetor in
8 Sicilia praeesset: dum ne quem militem legeret ex eo numero, quibus senatus missionem redi-
9 tumque in patriam negasset ante belli finem. C. Sulpicio, cui Sicilia evenerat, duae legiones, quas P. Cornelius habuisset, decretae: et supplementum de exercitu Cn. Fulvii, qui priore

citus erat, 25, 22. manere jussum, et Capua capta in Hispaniam missum, constat ex c. 5. et 8. et 17. Hoc quoque est exemplum moris Livii, quem observavit Perizon. ad 25, 41, 13. Ceterum P. Sempronius non anno priore, id est anno U. IDXLI. sed IDXL. praetor fuerat, et tamen nunc *praetor* vocatur. V. ad 23, 40, 1. DUK. *Et prioris anni praetoribus* Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et quaedam ex vett. edd. *Prioris anni praetoribus* Hearnii L. 1. et, teste Hearnio, ed. Rom. princeps. Mox bis praepositio *in* deficit in Florent. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Ber. Hav. et edd. antiquis. *M. Junio Etruria, P. Sempronio Gallia evenit. Prorogatum imperium M. Marcello* se in L. 1. et ed. Rom. principe invenisse, Hearne testatur.

§. 6. *Ut proconsul in Sicilia reliquias belli perficeret*] Vet. lib. *pro consule*. SIG. Put. *ut proconsule in Sicilia reliqua belli perficeret*. J. FR. GRON. Non aliter est etiam in Florent. Eamdem lectionem etiam in Pet. meliori, et Men. superfuisse, Gronov. infra testatur ad 38, 37, 1. ubi tamen divisis vocibus *pro consule* legendum putabat. V. etiam ad 23, 30, 19. *reliqua belli* ut 9, 16, 1. *Convenit jam inde per consules reliqua belli perfecta*. V. ad 37, 58, 8. *Tà in Sicilia* omisit Hearnii N.

§. 7. *Quibus P. Cornelius propraetor in Sicilia praeesset*] *P. Lentulus* praetor Siciliae, qua vetus regio erat, ab initio prioris libri [c. 3, 6.] dicitur. Hic *P. Cornelius*. Nisi, quod existimo, idem P. Cornelius Lentulus fuerit, ut L. Cornelius Lentulus hujus anni praetor in Sardinia. At P. Cornelius Sylla praetor urbanus prioris fuit anni. Fuissent ergo priore anno quatuor P. Cornelii in magistratu, Sylla praetor urbanus, Lentulus Siciliae, Scipio Hispaniae imperator cum Cn. fratre, ambo ibi occisi, et Scipio P. filius aedilis curulis, cum ei ad petendum nondum legitima aetas esset. GLAR.

§. 9. *C. Sulpicio, cui Sicilia evenerat*] Lego *Apulia*, cum ob eas rationes, quas priore libro [c. ult. §. 13.] attuli, tum quia Li-

Digitized by Google

anno in Apulia foede caesus fugatusque erat. Huic 10
generi militum senatus eumdem, quem Cannensibus, finem statuerat militiae: additum etiam utrorumque ignominiae est, ne in oppidis hibernarent, neve hiberna propius ullam urbem decem millibus passuum aedificarent. L. Cornelio in Sardinia duae 11
legiones datae, quibus Q. Mucius praefuerat. supplementum, si opus esset, consules scribere jussi. T. Otacilio et M. Valerio Siciliae Graeciaeque ora 12
cum legionibus classibusque, quibus praeerant, decretae. Quinquaginta Graeci cum legione una,

vius subdit hoc loco: *Huic supplementum de exercitu Cn. Fulvii, qui priore anno in Apulia foede caesus fugatusque erat, decretum.* SIG. Pal. 2. et vet. ed. praeferunt *C. Pupio, cui Sicilia.* GEBH. *C. Pupio* etiam Florent. Voss. a m. 1. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. Pighius in Ann. ad ann. ıɔıʌʌıı. p. 182. legebat *Cethego, cui Sicilia.* Sed et Sigonii et Pighii conjecturas refellit, ac vulgatum vindicat Jac. Perizon. ad 25, 41, 13.

Qui priore anno in Apulia foede caesus fugatusque erat] Provocabulum *qui* non ad Fulvium, sed ad ejus exercitum referendum est. Id non videns Doujatius male Fulvii exercitum caesum, ipsum fusum fugatumque dicit; vel *caesus* generaliter accipit pro male habito aut victo. Mox §. seq. vox *hiberna* exsulat a Voss. et Lovel. 1.

§. 11. *Quibus Q. Mucius praefuerat*] *quibusq; Mucius praefuerat* Voss. et Lovel. 2. V. ad 22, 31, 7. *quibus Mutius praefuerat* Lovel. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. *quibus Minutius praefuerat* Lovel. 3. et plures edd. antt. cum Hearnii N. *quibus Q. Minutius praefuerat* Ber. et ed. Rom. princeps. V. ad 23, 24, 4.

§. 12. *Siciliae Graeciaeque ora cum legionibus classibusque, quibus praeerant, decretae*] *decretae* habent omnia, quae ego viderim, exemplaria. at *decreta* legendum puto, quia *ora* praecessit. GLAR. *decreta* est a Glareano, quamvis ante illum omnes haberent *decretae:* id quod Putean. etiam et nostri servant scripti. Nec mutandum est: intelligitur enim *provinciae.* J.FR.GRONOV. *decreta* soli ex meis Lovel. 3. et 5. Reliqui cum Hearnii L. 1. et N. *decretae.* Paullo ante Otacilii praenomen *T.* neglegunt Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum.

§. 13. *Tribus et viginti legionibus*] *tribus et triginta*, vel *tribus et XXX* Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. et edd. Aldo priores. Mox *terra marique gestum* Voss. Lovel. 1. et Harlej. *terra*

Digitized by Google

centum Siculi cum duabus legionibus habebant na-
13 ves. Tribus et viginti legionibus Romanis eo anno bellum terra marique est gestum.

1 II. Principio ejus anni quum de literis L. Marcii referretur, res gestae magnificae senatui visae: titulus honoris (quod, imperio non populi jussu, non ex auctoritate Patrum dato, *Proprae tor senatui*, scripserat) magnam partem hominum obfendebat.
2 Rem mali exempli esse, imperatores legi ab exercitibus: et sollemne auspicatorum comitiorum in castra et provincias, procul ab legibus magistrati-
3 busque, ad militarem temeritatem transferri. et, quum quidam referendum ad senatum censerent, melius visum differri eam consultationem, donec proficiscerentur equites, qui ab Marcio literas ad-
4 tulerant. Rescribi de frumento et vestimentis exerci-

marique bellum gestum Ber. *terra marique bellum gestum est* edd. antt.

§. 1. *Proprae tor senatui, scripserat*] Vet. lib. *pro praetore*. SIG. Ita et Florent. Harl. Gaertn. et Hav. quomodo etiam quidam codd. Valerii Max. eamdem historiam referentis praeferunt 2, 7, 15. ubi v. Torren. *pro P. R. senatui* Hearnii L. 1. *pro populo Romano senatui* Cant. V. ad 31, 10, 4.

§. 2. *Sollemne auspicatorum comitiorum*] Id est, solenne institutum, quo comitia auspicato habebantur. Est enim substantivum, ut alias. SIG. Hoc de comitiis curiatis intelligendum, et etiam iis, qui ex privatis ad bella mittebantur, necessariam fuisse legem curiatam, ex hoc loco ostendi putat Gruchius in Respons. ad binas Sigonii reprehensiones p. 724. et in Refut. ad poster. Sigonii disput. §. 35. tom. 1. Thes. antiq. Rom. DUKER.

§. 3. *Referendum ad senatum*] V. Gronov. 1. Obs. 22. DUK.

§. 4. *Utramque rem eam curae fore senatui*] Pall. tres, *eam utramque rem*. GEBH. Transponunt voces Put. et Voss. tres Pall. *eam utramque rem curae fore*. J. FR. GRON. Similiter omnes Hearnii Oxon. et, excepto Ber. omnes mei. Mox *proprae tore L. Marcio* Gaertn. et Hearnii L. 1. ac D. *proprae tori Ro. L. Marcio* Lovel. 1.

Ne id ipsum, quod consultationi reliquerant, pro praejudicato ferrent] Put. Men. Voss. *ferret*, nempe ipse L. Marcius. Ut *praemium*

Digitized by Google

tus placuit: *eam utramque rem curae fore senatui.* adscribi autem, *Propraetori L. Marcio,* non placuit: ne id ipsum, quod consultationi reliquerant, pro praejudicato ferret. Dimissis equitibus, de nulla re prius con- 5
sules retulerunt, omniumque in unum sententiae congruebant, agendum cum tribunis plebis esse, primo quoque tempore ad plebem ferrent, quem cum imperio mitti placeret in Hispaniam ad eum exercitum, cui Cn. Scipio imperator praefuisset. Ea 6
res cum tribunis acta promulgataque est. Sed aliud certamen occupaverat animos. C. Sempro- 7
nius Blaesus die dicta Cn. Fulvium, ob exercitum in Apulia amissum, in concionibus vexabat: *multos imperatores temeritate atque inscientia exercitum in locum praecipitem perduxisse* dictitans: *neminem, praeter* 8
Cn. Fulvium, ante corrupisse omnibus vitiis legiones

ferre. Cic. pro Quinctio [31.] *Ne per te* (Sex. Naevius) *ferat, quo minus, quae existimatio P. Quinctium usque ad senectutem perduxit, eadem usque ad rogum prosequatur.* J. FR. GRON. *ferret* etiam Florent. Harlej. Gaertn. et Hearnii L. 1. atque N. De locutione *ferre praemium, munus* v. Broekh. ad Tibull. 1, 1, 24. et Cortium ad Porcii Latr. declam. in Sallust. c. 26. *feret* Ber. a m. 2. Hafn. et Hav.

§. 5. *Cui Cn. Scipio imperator praefuisset*] *To imperator* remissum est a Pall. 2. GEBH. V. ad 25, 3, 6. et Jac. Gronov. ad 24, 24, 1. DUK. Vox *imperator* non adparet etiam in Harlej. *imperator fuisset* legit Lovel. 3.

§. 6. *Ea res cum tribunis acta*] Pall. tres. *Ea res acta cum tribunis.* GEBH.

§. 7. *C. Sempronius Blesus*] Hic libro 7. hujus belli non ita longe ab initio [c. 6, 1.] *Cn. Sempronius* nominatur in plerisque exemplaribus, ubi a Q. Fulvio dictatore in Hetruriam mittitur. GLAR. *Blaesus* lap. Capitol. et Graeci. SIG. V. ad 22, 31, 5.

Ob exercitum in Apulia amissum] Priore anno l. 25, [20. et seq.] SIGON.

Multa imperatorum temeritate atque inscitia] Pet. Men. Voss. Andreas, et traduces ejus cum Aldina *imperatoris.* Put. *multo imperatores.* Nimirum ab his verbis initium concionis tribuniciae procedit, scribendumque, *multos imperatores temeritate atque inscitia exercitum in locum praecipitem perduxisse dictitans: neminem praeter Cn. Fulvium ante corrupisse omnibus vitiis legiones suas, quem*

Digitized by Google

suas, quam proderet. itaque vere dici posse, prius eos periſſe, quam viderent hoſtem; nec ab Hannibale, sed
9 *ab imperatore suo, victos eſſe. Neminem, quum suffragium ineat, satis cernere, cui imperium, cui exer-*
10 *citum permittat. Quid interfuiſſe inter Ti. Sempronium? Quum ei servorum exercitus datus eſſet, brevi effeciſſe disciplina atque imperio, ut nemo eorum generis ac sanguinis sui memor in acie eſſet, praesidio sociis, hoſtibus terrori eſſent: Cumas, Beneventum, aliasque urbes eos velut e faucibus Hannibalis ereptas populo Ro-*
11 *mano reſtituiſſe. Cn. Fulvium Quiritium Romanorum*

proderet. Vides vim comparationis. Andreas quoque Romae edidit *temeritate atque inscientia*, ut reſtituimus quoque 22, 25, 12. Sed in proximis jam mutatum est. Quid dicam? utrum non satis in Put. me oculis usum? an hoc ex illo formaſſe Andream? Immo in Mſto invenit: nam et habet Voſſianus. J. FR. GRON. *multa imperatoris temeritate* Cant. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. et edd. usque ad Froben. qui anno 1531. quod vulgo exſtabat, primus recepit. *multa imperatores temeritate* Hearnii N. *multo imperatores temeritate* Florent. a m. 1. *multos* a m. 2. Praeter Voſſ. autem *inscientia* etiam fuiſſe videtur in Lovel. 1. Harlej. Gaertn. ex quibus nihil notatur, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Reliqui libri servant *inscitia*, et praesertim Put. ut cod. inspecto consulenti mihi rescripsit Eruditiſſ. Sallierius. Supra 8, 33, 17. *Temeritate atque inscitia exercitus amisissent.* 6, 30, 6. *Proditae temeritate atque inscitia res.*

§. 9. *Quid interfuiſſe inter Ti. Sempronium*] Id est, inter Cn. Fulvium et Ti. Sempronium. Ἔλλειψις notanda. SIG. Notatur hic Sigonio ellipsis, quam explet Pal. 2. *Quid interfuiſſe inter hunc et Ti. Sempronium.* GEBH. Ἔλλειψιν notandam monet Sigonius. Sed unus e Pall. *Quid interfuisse inter hunc et Ti. Sempronium?* Scribe: *Quid interfuisse hunc et Ti. Sempronium?* Ut [Ter. Ad. 1, 1, 51.] *Hoc pater ac dominus interest.* J. FR. GRON. Liv. 31, 7, 3. *Hoc quantum intersit, si umquam ante alias, Punico certe proximo bello experti eſtis.* Doujatius Pal. lectionem *interfuisse inter hunc et Ti. Sempronium* probabat, non dissentiente etiam Crevier. Ita supra 8, 33, 13. *Quantum interesset inter moderationem antiquorum et novam superbiam.* Forte etiam legi poſſet *inter hunc et inter Ti. Sempronium.* V. ad 10, 7, 1. Ita repetitio praepositionis neglegenti librario occasionem praebuit, cur voces *inter hunc et* omiserit. Paullo ante *committat*, pro *permittat*, Hearnii D.

§. 10. *Ut nemo eorum generis ac sanguinis sui*] V. Gronov. 4. Obs. 2. p. 28. Locus autem Ma-

Digitized by Google

exercitum, honeste genitos, liberaliter educatos, servilibus vitiis imbuisse. ergo effecisse, ut feroces et inquieti inter socios, ignavi et inbelles inter hostes essent, nec impetum modo Poenorum, sed ne clamorem quidem sustinere possent. Nec, Hercule, mirum esse, milites 12 *in acie non stetisse, quum primus omnium imperator fugeret. magis mirari se, aliquos stantes cecidisse, et non* 13 *omnes comites Cn. Fulvii fuisse pavoris ac fugae. C. Flaminium, L. Paullum, L. Postumium, Cn. ac P. Scipiones cadere in acie maluisse, quam deserere circumventos exercitus. Cn. Fulvium prope unum nuncium* 14

nutii ibi laudatus est ad Cic. pro Quinct. 26. quem etiam v. ad Cic. 4. ad fam. 5. DUK. Ita edidit Aldus, consentiente Florent. Antea edebatur *aut sanguinis*, quod firmant plerique codd. V. ad 21, 53, 3.

Cum ad Beneventum aliasque urbes eos velut e faucibus Annibalis ereptos restituisset] Haec de servis etiam a Ti. Sempronio servatis ait supra. SIG. Put. *Cumas Beneventum*. Praeclare. Scribe igitur *hostibus terrori essent. Cumas, Beneventum aliasque urbes eos, velut e faucibus Annibalis ereptas, populo Romano restituisse. Cn. Fulvium Quiritium Romanorum exercitum* etc. Vide superius l. 23, 35. J. FR. GRON.

§. 11. *Quiritium Romanorum exercitum*] Cl. Jac. Perizon. ad oram Livii scribendum conjecit *Romanum exercitum*, caussam hanc addens, non meminisse se legere *Quirites Romanos*. Ita tamen Livius locutus est 5, 41, 3. *Sunt, qui devovisse eos se pro patria Quiritibusque Romanis tradant*. Cui tamen loco etiam Brisson. controversiam movisse vidimus.

Servilibus vitiis imbuisse] Pal. 3. ex interpolatione *implesse*. Mox Pal. 1. *et imbecilles inter hostes essent*. Non probo. GEBH. *et imbecilles hostes essent* Hav.

§. 12. *Nec, Hercule, mirum esse, milites in acie non stetisse*] Put. Pet. Voss. ignorant τὰ *non stetisse*. Scribe, *Nec Hercule mirum esse, milites fugere, quum primus omnium imperator fugeret*. vel *milites non stare*. J. FR. GRON. Voces *non stetisse* desunt etiam in Florent. Cant. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Gaertn. Hearnii Oxon. omnibusque Crevier. Longius tamen a codd. lectione discedunt conjecturae Gronovii, quam ut placere possint. Magis placet, *Nec, Hercule, mirum, cessisse milites in acie, quum primus* etc. quod Gronovio in pr. ed. not. in mentem venerat.

§. 13. *C. Flaminium*, etc.] Flaminius ad Trasimenum, Paulus ad Cannas, Postumius in Gallia, Scipiones in Hispania ceciderunt. SIGON.

Quam deserere circumventos hostibus suos exercitus] Idem ille

Digitized by Google

deleti exercitus Romam rediſſe. Facinus indignum eſſe, Cannensem exercitum, quod ex acie fugerit, in Siciliam deportatum, ne prius inde dimittatur, quam hoſtis ex Italia deceſſerit, et hoc idem in Cn. Fulvii legionibus
15 *nuper decretum: Cn. Fulvio fugam ex proelio, ipsius temeritate commisso, inpunitam eſſe: et eum in ganea luſtrisque, ubi juventam egerit, senectutem acturum:*
16 *milites, qui nihil aliud peccaverint, quam quod imperatoris similes fuerint, relegatos prope in exsilium, ignominiosam pati militiam. adeo inparem libertatem Romae diti ac pauperi, honorato atque inhonorato eſſe.*

1 **III. Reus ab se culpam in milites transferebat:** *Eos ferociter pugnam poscentes productos in aciem, non eo, quo voluerint, (quia serum diei fuerit) sed poſtero die, et tempore et loco aequo inſtructos, seu famam,*

seu

unicae auctoritatis liber repudiat *ab hoſtibus suos*. Et vero quid illis opus? J. FR. GRON. Neque adparent hae voces in Florent.

§. 14. *Quam hoſtis ex Italia deceſserit*] Non probo, quod oſtentant Pall. omnes, et prisca ed. *ex Italia diſceſſerit*. GEBH. *ex Italia discesserit* etiam Voſſ. Lovel. quinque, Ber. Hav. et editi ante Aldum. Solent haec verba a librariis commutari. V. ad 2, 31, 11. *de Italia decesserit* Gaertn. Neque hoc neceſſe puto. *Decedere* enim non tantum cum praepoſitione *de*, sed etiam *ex* a Livio conſtruitur. Infra 32, 7, 4. *L. Manlius Acidinus ex Hispania decedens*. Ita *decedere ex ſtationibus* 36, 23, 10. V. ad 4, 29, 5.

§. 15. *Cn. Fulvio fugam ex proelio*, etc. *inpunitam esse*] *Cn. Fulvii fugam* Voſſ. Lovel. 2. Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. Aldina priores.

§. 16. *Milites, qui nihil aliud peccaverint, quam quod*] Suspicor hic aliquid eſſe spurii, et Livium reliquiſſe, *milites, qui nihil aliud quam imperatoris similes fuerint*. V. ad 4, 26, 12. J. FR. GRON. Ita hic legendum eſſe, monuit etiam Gronov. pr. ed. not. ad 40, 49. Saepiſſime eo modo Livium locutum eſſe, infra videbimus ad 34, 2, 12. Quum tamen omnes codd. vulgatum uno ore defendant, iis invitis viri maximi conjecturam probare non potui. Potuerat ceteroquin adhuc brevius refingere, *milites, nihil aliud quam imperatoris similes, relegatos prope*. Mecum sentit Cl. Dukerus, qui addit, Latine dici, quod vulgo editur, apertum eſſe ex locis Cicer. apud

Digitized by Google

seu vim hostium non sustinuisse. Quum effuse omnes fu- 2
gerent, se quoque turba ablatum; ut Varronem Can-
nensi pugna, ut multos alios imperatores. Qui autem 3
solum se restantem prodesse reipublicae, nisi si mors sua
remedio publicis cladibus futura esset, potuisse? Non se 4
inopia commeatus, non in loca iniqua incaute deductum,
non agmine inexplorato euntem insidiis circumventum.
vi aperta, armis, acie victum: nec suorum animos,
nec hostium, in potestate habuisse. suum cuique ingenium
audaciam aut pavorem facere. Bis est accusatus, pe- 5
cuniaque anquisitum. tertio, testibus datis, quum,
praeterquam quod omnibus probris onerabatur,
jurati permulti dicerent, fugae pavorisque initium
a praetore ortum; ab eo desertos milites, quum 6
haud vanum timorem ducis crederent, terga dedisse;
tanta ira accensa est, ut capite anquirendum con-

Budaeum in comm. L. Graec. p. 933. quorum alter est 1. Tusc. 31, alter orat. pro Coel. 13. (* v. ad 41, 23, 12.)

Ignominiosam pati militiam] Pal. 2. *ignominiosam adeo pati militiam, adeo imparem* etc. GEBH.

§. 3. *Quid autem solum se restantem prodesse reipublicae potuisse, nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esse potuisset*] Videtur legendum *futura esset*, ut est in V. C. Nec aliter sensus constare potest. Verbum autem *restantem* usurpavit Sallustius eodem, quo Livius, significatu. URSIN. Optimi *Qui autem*. Dein vox ultima ignoratur libris Gallicanis omnibus. Certum habeo, scripsisse Livium: *Qui autem solum se restantem prodesse reipublicae, nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esset, potuisse?* Vides orationem concinnam et rotundam, quum in vulgata nil ingratius ad aures accidat repetitione verbi *potuisse*. J. FR. GRON. *Qui* etiam Flor. V. Gronov. ad 2, 54, 8. *potuisse* autem ignorant etiam omnes mei praeter solos Lovel. 1. et Ber. Non possum itaque non Gronovii conjecturam probare. Deinde *nisi mors* Florent. a m. 2. Lov. 1. 2. 5. Harlej. Ber. et Hav. *ni mors* Lovel. 4. Sed vocula *si* intercepta videtur ab ultima syllaba praecedentis *nisi*. De junctis *nisi si* v. ad 6, 26, 5.

§. 4. *Non se inopia commeatus*] Hae ita videntur ordinanda, *se non inopia commeatus, non incaute in loca iniqua deductum*. alioqui non video, quo referri debeant illa *inopia commeatus*. DUK.

§. 5. *Jurati permulti dicerent*] *docerent* Lovel. 2. errore scribae. V. infra ad 39, 47, 3.

Digitized by Google

7 cio subclamaret. De eo quoque novum certamen ortum. nam, quum tribunus bis pecunia anquisis-
8 set, tertio capitis se anquirere diceret; tribuni ple-

§. 6. *Quum haud vanum timorem ducis crederent*] Pal. 3. *timorem vocis crederent*. Prisca ed. *timorem crederent*. GEBH. *timorem vocis crederent* Florent. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. et Rec. *timorem u. cis crederent* Hafn. Gaertner. et Hav. *timorem crederent* Ber. et edd. Rom. anni 1472. Parm. Tarvis. utraque, et aliae. *timorem cederent* errore operarum Mediol. anni 1480. unde postea effictum *quum ad vanum timorem cederent* in Ven. anni 1498. Aldus tandem vulgatae lectionis auctor recte exstitit.

Ut capite anquirendum concio subclamaret] Pall. 2. 3. et prisca ed. *ut id capite anquirendum*. GEBHARD. Similiter Lovel. 4. et Ber. cum edd. ante Aldum.

§. 7. *Nam, quum bis pecunia anquisisset, tertio capitis se anquirere diceret*] Quia in plerisque codicibus deerat nominativus verbis *anquisisset* et *diceret*, ideo alii adjecerunt *tribunus*, ut omnino de Sempronio intelligamus, ut locus ita legatur, *nam cum bis tribunus pecunia anquisisset*. Si hoc exemplarium auxilio fecerunt, probatur. alioqui ad hunc modum multos dubios locos facile emendaverimus. Sed ego non ausim mihi tantum indulgere, praesertim in tam eximio authore, quod tamen nostra aetate multi non verentur. GLAR. *anquirere pecunia* et *anquirere capite* est id, quod supra [25, 3.] de Postumio Pyrgensi dixit, *multam dicere* et *diem rei capitalis dicere*, id est, ad populum ferre de multa vel de capite alterius, ut ea populus vel accipiat, vel antiquet. In vet. lib. est *capi se anquirere diceret*. Quod tam *capite*, quam *capitis* legi potest. Qui *capitis* voluerunt, a syllaba *se* proxima decepti sunt. SIG. Vocem *tribunus*, quae in antiquioribus deest, primum inveni in Colon. ed. anni 1525. Sed eam omiserunt etiam Florent. Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. et Hav. Tum *acquisisset*, *adquisisset*, vel *inquisisset* nonnulli codd. hoc loco, et passim hoc capite. Sed de verbo *anquirere* v. ad 6, 20, 12. Utrumque autem Livius dixit, *anquirere capitis* et *capite*. Prioris exemplum est 2, 52, 5. *Quum capitis anquisissent*. posterioris 8, 33, 17. *Capite anquisitum ob rem bello male gestam*. Quum itaque unus tantum Gaertn. Sigonio consentiat, *capitis* servandum judico. Neque displicere debet, verbo bis posito duplicem constructionem addi, quum et semel positum dupliciter construatur. V. ad 36, 3, 9.

§. 8. *Tribuni plebis adpellati, quum collegae negarent, se in mora esse*] Et hoc a correctoribus non nimis prudentibus. nam Pet. Men. Voss. Andreas *appellati cum lege negarunt*. Put. *tribuni plebis appellati, conlegae, negarunt, se in mora esse*. Ita legendum et distinguendum. Deinde incipienda periodus nova illic, *Tum Sempronius*. J. FR. GRON. Vulgatae lectionis auctor exstitit, qui ed. Mogunt. procuravit. Omnes enim priores *cum lege negarunt*, quod in multis codd. inveni. neque aliud Hearnius in Oxon. *tum lege negarunt* Lovel. 2. *lege negarunt* Lovel. 4. *cum lege negarint* Ber. a m. 1. *cum lege negarent* pauci alii. sed *collegae negarunt* cum optimo Florentinus. De errore

Digitized by Google

bis adpellati, *collegae*, negarunt, *se in mora esse, quo minus, quod ei more majorum permissum esset, seu legibus, seu moribus mallet, anquireret, quoad vel ca-*

librariorum *cum lege*, pro *collegae*, scribentium v. ad 4, 24, 7.

Quod ei more majorum permissum esset, seu legibus, seu moribus mallet, anquireret] *Morem majorum* Noodt 1. Probab. 11. hic interpretatur leges; Ferrandus Adduensis 1. Explic. p. 511. tom. 2. Thesauri Jur. Civ. jus non scriptum, ut in multis JCtorum et aliorum scriptorum locis. Negari nequit, tribunis plebis post ann. V. CCXCIX. quo lex Ateria omnibus magistratibus multae dicendae jus dedit, ut scribit Dion. Halic. 10, 50. legibus licuisse pecunia anquirere. Sed vix credo, ostendi posse, illis legibus permissum fuisse capite anquirere. Certe ex illis, quae apud eumdem Dionys. 7, 31. et 52. leguntur, satis apertum est, hoc iis nulla lege concessum fuisse. Idemque 7, 63. tradit, post damnatum Coriolanum, id est, post ann. V. CCLXII. in consuetudinem venisse, ut tribuni plebis, quibuscumque civibus libuisset, diem dicerent. Unde intelligi potest, eos hoc, ut multa alia, sibi sine lege sumsisse, ac deinde saepe idem facitando morem pro jure concesso habuisse. Sed utrumcumque est, tamen in hoc haereo. Si decretum collegii tribunorum plebis appellationi Fulvii convenire debet, sententia illius est, licere tribuno plebis, quum primo pecunia anquisisset, deinde capite anquirere, quod negabat Fulvius. Et hoc jam ante a tribunis plebis factum esse, ex Livio 2, 52. et 25, 4. docet Sigon. 3. de Judic. 10. Sed quomodo, hoc ei *more majorum* permissum esse, *seu legibus, seu moribus mallet anquirere*, dicant, mihi non liquet. Nam sive *mos majorum* hic est lex, sive jus non scriptum, non magis intelligo, quid sit legibus permissum est tribuno anquirere, seu legibus, seu moribus, id est jure non scripto, malit anquirere; quam jure non scripto permissum est tribuno anquirere, seu legibus, seu moribus, id est jure non scripto, malit anquirere. DUK. Cl. Crevier. ad h. l. observat, *mores* saepe in jure obponi *legibus*, quia usu derogatum aliquando legibus fuerat, ac plerumque in mitiorem partem: hic autem distributionem illam *seu legibus, seu moribus*, evidenter respicere hanc, quae sequitur, *vel capitis, vel pecuniae*. Leges enim, ut videtur, capite damnasse imperatorem, qui exercitum sua culpa amisisset; sed moribus institutum fuisse, ut pecunia lueret. Videant acutiores.

Quoad vel capitis vel pecuniae judicasset privato] *Judicare capitis vel pecuniae* est diem rei capitalis et multam dicere, vel capitis et pecuniae anquirere. SIG. Budaeus quoque ad l. 3. D. ad Leg. Jul. majest. et P. Faber 2. Semestr. 23. *judicare* hic exponunt diem dicere. Sed est, cur summorum virorum interpretationi adquiescere non possim. Certum est, in judiciis populi primum diem dictam, deinde reum ad populum accusatum, ac denique de eo suffragiis populi judicatum fuisse. Ita hoc loco tribunus plebis Fulvio primum diem dixit; deinde eum bis accusavit, et pecuniae anquisivit; tertia accusatione capitis se anquirere dixit. Plura sunt

Digitized by Google

9 *pitis, vel pecuniae judicasset privato.* Tum Sempronius, *perduellionis se judicare Cn. Fulvio*, dixit, diemque comitiis ab C. Calpurnio praetore urbis petit.
10 Inde alia spes ab reo tentata est: si adesse in judicio Q. Fulvius frater posset, florens tum et fama rerum gestarum, et propinqua spe Capuae potiun-
11 dae. Id quum per literas miserabiliter pro fratris capite scriptas petisset Fulvius, negassentque Patres

in Livio et aliis vetustis scriptoribus loca, e quibus constat, hunc ordinem in judiciis populi servatum fuisse, quorum multa habet Sigonius 3. de Judic. 6. et seqq. ubi haec adcurate distinguit, et c. 10. recte scribit, *anquirere* dici accusatorem, quum in singulis accusationibus perorandis, nam post diem dictam accusatio per trinum nundinum instituebatur, reo mulctam poenamve pro arbitrio dicebat. Itaque *anquirere pecunia* est mulctam dicere, *anquirere capite* poenam capitis irrogare. Quum ergo hic tribunis plebis permissum dicitur, *anquirere*, *quoad vel capitis vel pecuniae judicassent reo*, apertum est, judicare de eo dici, quod inter extrema horum judiciorum est, nec posse esse *diem dicere*, quod primum, nec *anquirere*, quod medium in iis est. Mihi hic *judicare capitis* videtur esse, postrema accusatione poenam capitis irrogare; *judicare pecuniae* mulctam irrogare: quae quum facta erant, ad populum de poena mulctave certabatur. Ita Cic. 3. de Leg. 3. *Quum magistratus judicassit, irrogassitve, per populum mulctae, poenae certatio esto.* Et apud Livium 1, 26, 7. illud duumviri, nondum notis trinundini accusationibus, *P. Horati, tibi perduellionem judico*, nihil aliud esse puto, quam poenam perduellionis tibi irrogo. Eademque significatione *perduellionem judicare* accipio 43, 16, 11. Tribunus plebis *utrique censori perduellionem se judicare pronunciavit, diemque comitiis a C. Sulpicio praetore urbano petiit.* In judiciis privatis quoque *judicatus* et *judicatus pecuniae* dicitur, non qui in jus vocatus, sed qui condemnatus est. DUKER.

§. 9. *Perduellionis se judicare*] Genus judicii capitalis, quod continetur judicio de majestate. Minuit enim majestatem populi Romani, qui exercitum ejus hostibus sua culpa caedendum praebuit, et qui turpi fuga sibi salutem peperit, ut post Q. Caepio contra Cimbros. Cicero 2. de Oratore. SIG. In decreto tribunorum erat *capitis*, Sempronius dixit *perduellionis*; quod idem est ex sententia Gruchii 1. de Comit. 2. in extr. DUK.

Diemque comitiis] A praetore diem petiit, quia de capite civis Romani non nisi comitiis centuriatis agi poterat; tribunis plebis autem non alia, quam tributa, habere jus erat. V. Gruch. l. d. Manut. de Comit. c. 14. et Sigon. 3. de Judic. 13. Quod autem a praetore urbano diem comitiis petiit tribunus plebis, id indicio est, haec demum post urbem metu Annibalis liberatam

Digitized by Google

e republica esse, abscedi a Capua; postquam dies 12
comitiorum aderat, Cn. Fulvius exsulatum Tarquinios abiit. id ei justum exsilium esse, scivit plebs.

IV. Inter haec vis omnis belli versa in Capuam 1
erat. obsidebatur tamen acrius, quam obpugnabatur: nec aut famem tolerare servitia ac plebs poterant, aut mittere nuncios ad Hannibalem per custodias tam artas. Inventus est Numida, qui, acce- 2

et consulum profectionem in provinciam, de qua v. c. 22. gesta, nec suo loco relata esse. Nam si consules in urbe fuissent, ab his dies peti debuisset. Idem de eo sentiendum est, quod c. 15. Calpurnium praetorem urbanum literas et senatusconsultum ad Fulvium misisse, et quod c. 21. eumdem M. Marcello senatum ad aedem Bellonae dedisse scribit. DUKER.

§. 10. *Si adesse judicio Q. Fulvius frater posset, florens tum et fama rerum gestarum*] Put. *si adesse in judicio Q. Fulvius frater posset.* J. FR. GRON. Utroque modo Livius locutus est. Quemadmodum *adesse in judicio*, ita *adesse in consilio* dixit 42, 57, 4. *Aderant autem Eumenes et Attalus in consilio.* Ut vero *adesse judicio*, ita *adesse certamini* 44, 4, 9. *Nec auxit copias, neque ipse certamini adfuit.* Auctoritas igitur cod. Put. efficit, ut ejus lectionem veriorem existimem. In reliquis autem codd. praepositio *in* intercidere facile potuit ob similitudinem primae syllabae vocis sequentis *iudicio.* V. ad 31, 39, 15. Tum *Q. Fulvius frater Publii posset* Lovel. 4. *Q. Fulvius frater P. posset* Voss. et Lovel. 1. ac 2. neque aliter Harlej. nisi quod vocem *posset* ignoret. *Q. Fulvius frater praetoris posset* Hafn. *Q. Fulvius tr. pl. posset* Lovel. 3. et Gaertn. Hinc vocula *et* non adparet in Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. Paullo ante *ab eo*, pro *ab reo*, Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harlej. Ber. Rec. Gaertn. et Hav. cum edd. antiquis. Ita saepe errasse librarios, supra vidimus ad 2, 54, 7. Adde Cel. Burm. ad Suet. Tib. 61. *To est* exsulat a Lovel. 2. Mox *potiundae Capuae* Lovel. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. *potiundi Capuae* Harlej.

§. 12. *Priusquam dies comitiorum aderat*] Pall. duo *postquam dies.* tert. *quam dies.* GEBH. Put. Pet. duo Pall. *postquam dies comitiorum.* J. FR. GRON. Ita quoque Florent. Hav. et Hearnii D. ac N.

Id ei justum exilium esse, scivit plebs] Hoc comitiis tributis decerni poterat, si reus, priusquam dies comitiorum aderat, in exsilium abiisset. Gruchius 2. de Comit. 2. in extr. et Sigon. 3. de Judic. 14. DUKER.

§. 1. *Vis omnis belli versa in Capuam erat*] Pall. duo, et ant. impressio *versa in Capuam est.* tert. *versa in Capua est.* GEBHARDUS. *versa in Capuam est* Lovel. quinque, Harl. Ber. Gaertner. Rec. Hav. et vetusti ty-

Digitized by Google

ptis literis, evasurum se professus, ut promissum
praestaret, per media Romana castra nocte egressus,
spem accendit Campanis, dum aliquid virium su-
3 peresset, ab omni parte eruptionem tentandi. Ce-
terum in multis certaminibus equestria proelia fer-
me prospera faciebant: pedites superabantur. sed
nequaquam tam laetum vincere, quam triste vinci
ulla parte erat ab obsesso et prope expugnato hoste.
4 Inita tandem ratio est, ut, quod viribus deerat,
arte aequaretur. ex omnibus legionibus electi sunt
juvenes, maxime vigore ac levitate corporum veloces: eis parmae breviores, quam equestres, et septena jacula quaternos longa pedes data, praefixa
5 ferro, quale hastis velitaribus inest. eos singulos

pis descripti. Praeterea *vis belli omnis* Lovel. 2. Vox *omnis* deest in Lovel. 1.

Obsidebatur tamen carius, quam oppugnabatur] Vera tamen lectio est *acrius*, non *carius*. SABELL. *carius*, transpositis literis, pro *acrius*, perperam cum edd. principibus praeferunt Voss. Lovel. 1. 2. 4. et Gaertn. V. ad 3, 11, 9. Pro *carius* deinde alii dederunt *cautius*, quod exstat in marg. Voss. in Lovel. 3. et in ed. Ascens. anni 1510.

Per custodias tam arctas] Comparet in Pall. tribus *per custodias armatas*. Vet. ed. *per custodiam armatam*. GEBH. *per custodias armatas* Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. *per custodiam armatam* Rec. et edd. Rom. anni 1472. Parm. et Tarvis. utraque. *per custodiam armatas* operarum errore Mediol. anni 1480. hinc *per custodias armatas* emendatum in Venet. anni 1498. Tandem *per custodias tam arctas* Ascens. anno 1513. primus substituit. Certe *per custodias tam artas* est in Flor.

§. 2. *Inventus est tandem quidam Numida*] Vet. lib. *Numida quidam*. SIG. Pall. tres cum casca ed. *Inventus est autem Numida quidam*. GEBH. Dele auctore Put. et Pet. *tandem quidam*. Pall. et Voss. *Inventus est autem Numida quidam*. J. FR. GRON. Posterius illud superest etiam in Lovel 2. 3. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. et Hav. *Inventus est autem quidam Numida* in edd. antt. At voces *tandem quidam* repudiant etiam Florent. et Cant. Mox *ut* ignorant Florent. Voss. Lovel. quinque, Harlej. Gaertn. et Hav.

§. 3. *Equestria proelia ferme prospera faciebant: pedites superabantur*] De Campanis intelligendum est, qui proelio equestri superiores erant. SIG. Gronov.

Digitized by Google

in equos suos accipientes equites adsuefecerunt, et vehi post sese, et desilire perniciter, ubi signum datum esset. Postquam adsuetudine quotidiana sa- 6
tis intrepide visum est fieri, in campum, qui medius inter castra murumque erat, adversus instructos Campanorum equites processerunt. et, ubi ad 7
conjectum teli ventum est, signo dato velites desiliunt. pedestris inde acies ex equitatu repente in hostium equites incurrit: jaculaque cum inpetu alia super alia emittunt. Quibus plurimis in equos vi- 8
rosque passim conjectis permultos vulneraverunt: pavoris tamen plus ex re nova atque inopinata injectum est, et in perculsum hostem equites invecti, fugam stragemque eorum usque ad portas fecerunt.

ad 33, 7, 13. dubitari posse monet, an non fuerit *pedite superabantur*: sensum tamen facile vulgatum ferre. Certe omnes codices in lectionem receptam conspirant, nisi quod *superabantur pedites* alio ordine legant Lovel. 3. Ber. et edd. antt.

§. 4. *Inita tandem ratio est, ut, quod viribus deerat, arte aequaretur*] De Romanis accipiendum, qui, quomodo equestri proelio victores esse possent, rationem inierunt: concludit enim inde, *Equitatu quoque superior acies fuit*, Frontinus 4, 7. *Cum Romani Campanis equitibus nullo modo pares essent*, etc. SIG.

Eis parmae breviores] Totum hunc locum de velitibus illustrat Lipsius 3. de Milit. Rom. 1. Adde Schelium ad Polyb. c. 14. et quae ad Livii 21, 55. adnotata sunt. DUK. Paullo ante *levitate corporum feroces* Hearnii L. 1. Mox autem *quaterno longa pede* Voss. Infra 40, 29, 3. *Duae lapideae arcae, octenos forme pedes longae, quaternos latae, inventae sunt.*

§. 5. *Eos singulos in equos suos accipientes equites*] Pall. tres, et prisca ed. *et eos singulos in equis suis accipientes*. GEBH. Quae de hoc loco scribit Dodwell. in Praelect. Acad. p. 261. plane repugnant sententiae. Miror, quomodo vir non vulgaris eruditionis clarissimis verbis Livii tantas tenebras offundere potuerit. DUK. *et eos singulos equis suis accipientes* ed. Rom. Alieriensis apud Hearnium. Sed Palatinis Gebhardi consentiunt eam secutae proximae usque ad Aldum cum Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Oxon. L. 1.

§. 7. *Ubi ad conjectum teli ventum est*] Put. et Voss. *processerunt. et ubi ad*. J. FR. GRON. Immo ita omnes codd. et edd. usque ad Gruter. cujus postrema *ro et*

Digitized by Google

9 Inde equitatu quoque superior Romana res fuit.
10 Institutum, ut velites in legionibus essent. Auctorem peditum equiti inmiscendorum centurionem Q. Navium ferunt, honorique id ei apud imperatorem fuisse.

1 V. Quum in hoc statu ad Capuam res essent, Hannibalem diversum Tarentinae arcis potiundae
2 Capuaeque retinendae trahebant curae. vicit tamen

omisit. id igitur restitui. Mox *desilierunt* perperam Gaertn.

§. 8. *Pavoris tamen plus ex re nova atque inopinata injectum est*] Pal. 2. *pavoris plus tamen e re nova quam inopinata.* Reliqui quoque libri *quam* habent, pro *atque.* GEBH. *quam*, pro *atque*, etiam Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm. quae eaedem edd. ut et aliae ex vetustioribus etiam *in re nova.*

§. 9. *Superior Romana acies*] Put. *superior Romana res fuit.* Sed, ut dubitem, facit, quod idem liber paullo ante *pedestris inde res*, ubi vulgati *acies.* J. FR. GRONOV. *Romana res* probare videtur Inl. Heinsius ad Vell. Pat. 2, 1, 3. Ita certe etiam legunt Florent. et Cant. licet superius servent *pedestris inde acies.* In contextum itaque recepi.

§. 10. *Centurionem Q. Navium ferunt*] *Q. Naevium* Frontinus vocat loco citato [4, 7, 29.] SIG. Et Val. Max. 2, 3, 3. *Naevius* notum nomen gentis Romanae est, in qua multi habuerunt praenomen *Quintus.* V. Pighii Annal. Glandorpii Onomast. et Oudend. ad Front. 4, 7, 29. DUK. *erant*, pro *ferunt*, Lovel. 2. 4. Harlej. et Voss. in cujus postea marg. *creant* emendatum est: quod servat Lovel. 1. *narrant* Lovel. 3. et Hearnii D. *memorant* Hav. *tradunt* Lovel. 5. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. quae omnia nata sunt ex glossis interpretum.

§. 1. *Hannibalem in diversum Tarentinae*] Praevocabulum rejicit Put. et Voss. Plautus Mercat. 2, 4, 2. *Praeut quo pacto ego diversus distrahor.* J. FR. GRON. *in diversum trahere* supra habemus 25, 11, 20. *Defectio Tarentinorum utrum priore anno, an hoc facta sit, in diversum auctores trahunt.* 38, 56, 1. *Multa alia in Scipionis exitu maxime vitae in diversum trahunt.* Nihilominus praepositionem *in* in uno tantum Harlej. inveni, ut verisimiliter nata sit ex litera ultima vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. Omittitur etiam in ed. Rom. anni 1472. ac Parm. De locutione *diversum aliquem trahere* v. Cort. ad Sall. Jug. 25, 6. Paullo ante *Quum hoc statu*, omissa iterum praepositione *in*, quam reliqui tuentur, Lovel. 4. Utroque modo Livium locutum esse, vidimus ad 3, 68, 3. Vulgatum itaque servandum puto. Deinde *res ad Capuam essent* Lovel. 3. *ad Capuam res esset* Hav.

§. 2. *Documento futurae*, *qua-*

Digitized by Google

respectus Capuae, in quam omnium sociorum hostiumque conversos videbat animos; documento futurae, qualemcumque eventum defectio ab Romanis habuisset. Igitur, magna parte inpedimentorum relicta in Bruttiis, et omni graviore armatu, cum delectis peditum equitumque, quam poterat aptissimis ad maturandum iter, in Campaniam contendit. secuti tamen tam raptim euntem tres et tri- 3

lemcumque eventum defectio ab Romanis habuisset] Vereor, ne tres voces *defectio ab Romanis* ab alieno sint ingenio. Nam si sensum ames, qui retineat illas, dicendum fuisse apparet, *qualem eventum defectio ab Romanis haberet*. J. FR. GRON. Haec non satis intelligo. Sententia Livii haec esse videtur, si defectio a Romanis bene cederet Campanis, Capuam omnibus sociis hostibusque documento futuram, plus spei et auxilii in Annibalis, quam in Romanorum, amicitia atque opibus esse; si male, contra. Phrasibus *documento esse*, et *documentum dare* saepe quidem additur, quid illud sit, quod res, quae *documento esse*, vel *documentum dare* dicitur, doceat: nec raro tamen omittitur, et ex sententia supplendum relinquitur. Livius 1, 28, 6. *Audeat dehinc talia alius, nisi in hunc insigne jam documentum mortalibus dedere*. 5, 51, 8. *Tantum poenarum Diis hominibusque dedimus, ut terrarum orbi documento essemus*. 24, 45, 3. *Ad Faleriorum Pyrrhive proditorem tertium transfugis documentum esset*. DUK. Omnes codd. vocabula, quae ab alia manu esse Gronov. suspicatur, servant, eaque etiam defendit Doujatius.

§. 3. *Et omni graviore armatura*] Put. Men. Voss. *et omni graviore armatu*. De quo fuge dubitare. 37, [40, 13.] *Inde Neocretes mille et eodem armatu Cares*. Ibidem [c. 41, 3.] *Humor toto fere gravi armatu nihil gladios aut pila habebat*. 42, [55, 10.] *Achaei juventutis suae Cretico maxime armatu ad mille dederunt*. J. FR. GRON. *graviore armatu*, etiam Florent. a m. 1. Cant. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Gaertn. et Hearnii Oxonn. Liv. 33, 3, 10. *Trecenti Apollonialae haud dispari armatu se conjunxere*. ubi v. Horrion.

Cum delectis peditum equitumque] Pall. tres, et prisca ed. *cum delectis exercitibus peditum equitumque*. GEBH. Similiter Lovel. 3. 4. 5. Harlej. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. et edd. Aldina priores. Sed vox addita est ab indoctis librariis, quibus locutio *delecti equitum* displicebat. Ea tamen Livio non est insolens. Infra 30, 9, 1. *Laelium Masinissamque cum omni Romano et Numidico equitatu expeditisque militum mittit*. ubi plura vide. Praeterea *cum electis exercitibus peditum equitumque* Voss. et Lovel. 1. Sed, *electus* et *delectus* etiam alibi librarios confudisse, videbimus ad 34, 29, 10. *cum delectis exercitibus equitum peditumque* Lovel. 2. V. ad 34, 26, 2. et mox hoc cap. ad §. 6. *cum deletis ex-*

Digitized by Google

4 ginta elephanti. In valle occulta post Tifata montem inminentem Capuae consedit. Adveniens quum castellum Galatiam, praesidio vi pulso, cepisset,
5 in circumsedentes Capuam se vertit. praemissis ante nunciis Capuam, quo tempore castra Romana adgressurus esset, ut eodem et illi, ad eruptionem parati, portis omnibus sese effunderent, ingentem
6 praebuit terrorem. nam alia parte ipse adortus est; alia Campani omnes, pedites equitesque, et cum iis Punicum praesidium, cui Bostar et Hanno prae-
7 erant, erupit. Romani, ut in re trepida, ne ad

ercitibus peditum equitumque Ber. V. ad 9, 37, 8.

Quam poterat aptissimis ad maturandum iter] Abest a Pall. 2. 3. et prisca ed. *τὸ iter*. non recte. GEBH. Abest etiam a Voss. Lovel. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. usque ad Aldum. Praeterea *aptissimus* Voss. Lovel. 1. 5. Harlej. et Gaertn.

§. 4. *Castellum Galatiam*] *Galatia* trans Vulturnum inter Capuam et Caudium. Strabo l. 6, [283.] Livius 9, 2, 2. Appian. 3. Civ. 552. Tab. Peutingeri, ubi indicia urbis in loco *le Galazze*, non *Calatia*, quae altera cis Vulturnum, hodie *Capazzo*. Camillus Peregrinus de Capua Diss. 2, 27. J. FR. GRON.

Praesidio inde vi pulso] Pall. tres *praesidio vi pulso*. GEBH. *Τὸ inde* Put. Pall. Voss. non habent. J. FR. GRON. *praesidio inde pulso* Lovel. 5. et Hearnii N. *praesidio impulso* Lovel. 1. 2. et Voss. *praesidio vi pulso* Florent. Lovel. 3. 4. Harlej. Gaertn. et Hearnii L. 1. Alibi saepe vox *inde* perperam a librariis addita est. V. ad 39, 49, 12.

§. 5. *Res nec explorata Romanis*] Eodem modo dictum est, quo *nec opinata* pro *inopinata* et *inexplorata*. SIG. Harum vocum nulla exstat in Put. Voss. Gud. Et videntur aliena, quum egregie constet sensus: *Praemissis ante nunciis Capuam, quo tempore castra Romana aggressurus esset, ut eodem et illi, ad eruptionem parati, portis omnibus se effunderent, ingentem praebuit terrorem.* Nempe Annibal. J. FR. GRON. Quatuor illae voces non adparent etiam in Florent. Cant. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. et editis ante Aldum: quare cum Crevierio expungendas duxi. Praeterea paullo ante *praemissis namque nunciis* Florent. Voss. Lov. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. eaedem. Sed *praemissisque nunciis*, quod Crevier. in Victor. invenit, verius esse puto.

§. 6. *Et cum iis Punicum praesidium, cui Bostar*] *et cum his* Florent. Lovel. 2. 5. Hav. aliique. Et ita scriptum invenit librarius

Digitized by Google

unam concurrendo partem aliquid indefensi relinquerent, ita inter se copias partiti sunt. Ap. Claudius Campanis, Fulvius Hannibali est obpositus. 8
C. Nero propraetor cum equitibus sextae legionis via, quae Suessulam fert; C. Fulvius Flaccus legatus cum sociali equitatu constitit e regione Vulturni amnis. Proelium non solito modo clamore ac tumultu est coeptum, sed, ad alium virorum, equorum, armorumque sonum, disposita in muris Campanorum inbellis multitudo tantum cum aeris crepitu, qualis in defectu lunae silenti nocte cieri solet, 9

Voss. qui, dividenda conjungens, ac conjungenda dividens, perperam scripsit *et tum Hispani tum praesidium*, *cui*. Vox *Punicum* exsulat a Gaertn. Paullo ante *equites peditesque* Florent. et Lovel. 4. V. ad §. 3.

§. 8. *Claudius Nero propraetor cum equitibus sextae legionis*] Vet. lib. *C. Nero*. SIG. Pal. 1. et vet. ed. *C. Nero*. Pal. 2. *Cajus vero propraetor*. GEBH. *C. Nero* Florent. Lovel. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. Aldina priores. Se similiter in Put. et Victor. invenisse, testatus Crevier. eam lectionem etiam recepit. Recte, ut videtur. V. infra hoc lib. c. 17, 1. Deinde *pro praetore* Harlej. quomodo etiam Sigon. edidit. Tum *cum equitibus sex legionum* Florent. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. Paullo ante §. praec. *aliquid indefensum*, pro *indefensi*, Lovel. 2. Ber. a m. 1. et Hav. Sed v. ad 32, 37, 5. Tum *inter sese* Florent.

C. Fulvius Flaccus legatus] Et frater Q. Fulvii procos. Infra c. 14, 6. 33, 5. ubi v. Gronov. et 27, 8, 12. DUKER. *F. Flaccus*, omisso praenomine, male Hearnii L. 1.

§. 9. *Sed alium virorum, equorum, armorumque sonum*] Put. et Voss. *sed ad alium virorum, equorum armorumque sonum* etc. *multitudo tantum* etc. *edidit clamorem*. hoc est, praeter alium sonum. 23, 38, 7. *Ad naves viginti quinque, quibus P. Valerius Flaccus praefectus praeerat, viginti paratas alias decernunt*. J.FR.GRON. In pluribus Gronovii codd. quam ipse hic memoravit, illud *sed ad alium* superfuisse existimo. Non tantum enim in omnibus meis, si solum Lovel. 5. excipias, omnibusque Hearnii Oxon. ita scriptum fuit, verum nec aliter praeferunt edd. usque ad Modium. Usum hunc praepositionis *ad* inlustrarunt Sigonius ad 44, 37, 12. et Gronov. ad 35, 32, 4. ubi in priori ed. notarum etiam hunc locum emendandum docuit, et ad Epit. Liv. 57. Adde Salmas. ad Solin. p. 17. et Ryckium ad Taciti 2. Hist. 10. Ita supra 3, 62, 1. *Ad id, quod sua sponte satis conlectum animorum erat, indignitate etiam Romani accende-*

Digitized by Google

edidit clamorem, ut averteret etiam pugnantium ani-
10 mos. Campanos facile a vallo Appius arcebat.
11 Major vis ab altera parte Fulvium, Hannibal et Poeni, urguebant. legio ibi sexta loco cessit: qua pulsa, cohors Hispanorum cum tribus elephantis usque ad vallum pervasit: ruperatque mediam aciem Romanorum, et in ancipiti spe ac periculo erat, utrum in castra perrumperet, an intercluderetur a
12 suis. Quem pavorem legionis periculumque castro-

bantur. 24, 45, 3. *Ad Faleriorum Pyrrhive proditorem tertium transfugis documentum esset*. 30, 1, 4. *Bello quoque bonus habitus ad cetera, quibus nemo ea tempestate instructior civis habebatur*. Ceterum *virorum, armorum, equorumque* Lovel. 5. *virorum equorumque* Harl. *virorum armorumque* Gaertn.

Qualis in defectu lunae silenti nocte cieri solet] Libri omnes *fieri*. Praeterea Pal. 2. *quantum in defectu lunae*. GEBH. Manifestum est, hic a Livio et a Statio 6. Theb. 686. *procul auxiliantia gentes Aera crepant*, indicari a multis annotatum morem veterum in defectu lunae aera concrepandi; non doceri, olim, si qua repentina vis ingrueret, ejus rei indicium campani aeris tinnitu datum fuisse: quod scribit Hadr. Junius 3. Animadv. 11. Credo obversatum fuisse animo illius morem recentiorum temporum, repentinas hostium incursiones sonitu campanarum ex turribus templorum significandi. DUK. *fieri solet* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Aldinam. Praeterea *in defectione* Harlej.

Ut averteret etiam pugnantium animos] Muretus 19. Var. lect. 16. e vet. lib. legit *adverteret*. Apparet, Gronovios hoc insuper habuisse. Nec in vulgata quidquam vitii est. 1, 28, 5. *Ut nec vobis ignorantibus deseri vos averteretur a certamine animus*. 28, 6, 4. *Quum omnium oculos animosque id certamen avertisset*. DUK. Mureto favet unus meorum Lovel. 5. Saepe haec verba commutantur. V. ad 1, 12, 10. et 6, 23, 8. Utrumque ferri potest. Si *adverteret* legas, subintellige *ad se*: si *averteret*, subintellige *a pugna*, quod a reliquis codd. firmatum alteri merito praefertur.

§. 10. *Campanos facile in vallo Appius arcebat*] Vet. lib. *a vallo*. SIG. Put. *a vallo*. J. FR. GRON. Ita et Lov. 5. et Hav. *facile vallo* Florent. et Lovel. 2.

§. 11. *Legio ibi sexta loco cessit*] Pall. 1. 3. et prisca ed. *loco secessit*. sec. *loco concessit*. GEBH. *secessit* etiam Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Ber. Hav. et editi usque ad Aldum. *praecessit* Gaertn. Mox *spe ac periculo* omnes mei cum Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gruter. qui in ultima dedit *et periculo*. Praeterea *et ancipiti spe*, omissa praepositione, Harlej. Non sequor. V. ad 37, 28, 6.

Utrum in castra perrumperet, an intercluderetur a suis] Pal. 1. *utrum in castra prorumperet, an*

Digitized by Google

rum Fulvius ubi vidit, Q. Navium primoresque alios centurionum hortatur, *ut cohortem hostium sub vallo pugnantem invadant. in summo discrimine rem verti:* 13 *aut viam dandam iis esse, et minore conatu, quam condensam aciem inrupissent, in castra inrupturos: aut conficiendos sub vallo esse. Nec magni certaminis rem* 14 *fore: paucos esse, et ab suis interclusos; et quae, dum paveat Romanus, interrupta acies videatur, eam, si se utrimque in hostem vertat, ancipiti pugna medios cir-*

includeretur a suis. GEBH. Put. Voss. Men. unusque Pall. *utrum in castra perrumperet, an includeretur a suis.* Sic 21, 58, 4. *Quum jam spiritum includeret, nec reciprocare animam sineret.* Haec omnium scriptorum lectio, et ita legit Jovianus Pontanus, ea verba citans, in Dial. qui inscribitur Actius. Vulgo *intercluderet.* Similiter 27, 27, 4. *Quam circumiere, qui ab tergo includerent viam.* Sic etiam fere omnes MSS. pro *intercluderent.* Quae tamen probare differo. J. FR. GRON. *Includeretur* hoc loco, et *includerent*, quod 27, 27, 4. etiam priscae quaedam edd. habent, probari possunt e Virg. 7. Aen. 533.

— — *haesit enim sub gutture vulnus, et udae*
Vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam.

Sed alterum usitatius est. Paullo post hoc cap. *ab suis interclusos.* 3, 70, 5. *Circumventos interclusosque ab suis.* 4, 41, 4. *Prinsquam ab acie intercluderetur.* Sic 5, 42, 5. 7, 34, 11. 8, 24, 7. et saepe aliis locis. DUK. *includeretur* etiam Florent. a m. 1. Lovel. 3. 4. Ber. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Mediolanenses, qui anno 1505. *intercluderetur* substituerunt. Similiter variant codd. infra 34, 30, 2. Passim voces *int'*, id est *inter*, et *in*, et simul cum utrisque composita vocabula in Mstis commutari, infra videbimus ad 38, 57, 6. Hic vulgatum praefero. Praeterea *utrum castra vi perrumperet* Lovel. 1. *utrum in castra prorumperet* Hav. V. ad 9, 43, 15. *perrumperent* et *interclderentur* Lovel. 2.

§. 12. *Q. Navium primoresque alios centurionum*] Praenomen Navii deficit in Lovel. 3. et Hearnii D. *Q. Nanium* praefert Hearnii L. 1. *Q. Licinium* Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Quinam autem sint *centuriones primores* v. ad 30, 4, 1. *prioresque* male est in Florent. et edd. Mediol. anni 1480. ac Tarvis. utraque. V. ad 37, 43, 10.

Sub vallo pugnantem invadant ac trucident] Duas posteriores voces Put. Pet. Men. nesciunt. J. FR. GRON. Nesciunt etiam Flor. Lovel. quinque, Harlej. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quorum fide expunxi. Praeterea *in vallo* legunt Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et Hav.

§. 13. *Condensam aciem inrupissent*] *erupissent* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. pro quo *rupissent* conjicit Crevier. quia supra legitur hoc cap. *Ruperatque me-*

Digitized by Google

15 *cumventuram.* Navius ubi haec imperatoris dicta accepit, secundi haftati signum ademtum signifero in hoftes infert; jacturum in medios eos minitans, ni se propere sequantur milites, et partem capes-
16 sant pugnae. Ingens corpus erat, et arma honeftabant; et sublatum alte signum converterat ad spe-
17 ctaculum cives hoftesque. ceterum, poftquam jam ad signa pervenerat Hispanorum, tum undique in eum tragulae conjectae, et prope tota in unum acies versa: sed neque hoftium multitudo, neque telorum vis arcere inpetum ejus viri potuerunt.

diam aciem Romanorum. Adde 37, 30, 6. *Mediam aciem hoftium Romani quum rupissent.* et quae notantur ad 6, 13, 3.

§. 14. *Et quae, dum paveat, Romanis interrupta acies videatur, etiam si se utrimque in hoftem vertat*] Et quae praecedunt verba [*dum paveat* etc.] et quae sequuntur, obscura sunt. Haec etiam [*etiam si se utrimque* etc.] ut ingenue fatear, a me non intelliguntur. GLAR. Glarcanus, de obscuritate priorum et sequentium praefatus, fatetur ingenue, haec a se non intelligi. Tantum momenti levis corruptio habuit. Levis, inquam. Nam illud *dum paveat* scribendum *dum pavent*, et pro *etiam* leg. *eam.* et pulsae tenebrae sunt. Cohors Hispanorum ruperat Romanam mediam aciem. Hoc Fulvius in bonum vertens: Quae vobis, inquit, dum pavetis, interrupta acies videtur, ea maxime erit opprimendo hofti, et si utrimque verterit. etc. LIPS. 3. Ep. Quaeft. 13. Faërnus ita hunc locum reftituebat: *et quae, dum paveat Romanus, interrupta acies videatur, eam, si se utrimque in hoftem vertat,* etc. URSIN. Vulgata lectio mihi conspecta est in libb. omnibus noftris, nisi quod Pall. tres legant *utrumque in hoftem.* GEBH. Obscuritatem hujus loci, de qua queritur Glareanus, tollit Lipsius, scribendo *pavent* et *eam.* Hoc quidem plane Put. et alii codices, sed omnes *paveat.* Itaque videtur fuisse: *et quae, dum paveat, Romana interrupta acies videatur, eam.* J. FR. GRON. Omnes etiam mei *paveat.* sed *eam*, pro *etiam*, se in Oxonn. N. et D. invenisse Hearne teftatur. At insuper *Romanos* Florent. a m. 2. *Romanus*, ut Faërnus apud Ursinum legit, Hav. quod etiam ex uno Colbert. Doujatius laudat, et Crevier. probat. Id autem itidem in contextum recepi.

§. 15. *Ni se propere sequantur*] *ni propere* Voff. et Lovel. 1. *nisi propere* Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Ber. et editi usque ad Aldum. Mox §. seq. *ad speculum*, pro *ad spectaculum*, Cant. Florent. Voff. in contextu, Lovel. 1. 3. 4. Harlej. et Gaertn.

§. 17. *Tota in unum acies versa*] *in unum tota acies.* Lovel. 2. 4. 5.

Digitized by Google

VI. Et M. Atilius legatus, primi principis ex 1
eadem legione signum inferri in cohortem Hispanorum coëgit. Et, qui castris praeerant, L. Porcius Licinus et T. Popillius legati pro vallo acriter propugnant, elephantosque transgredientes in ipso vallo conficiunt. quorum corporibus quum oppleta 2
esset fossa, velut aggere aut ponte injecto, transitum hostibus dedit. Ibi per stragem jacentium elephantorum atrox edita caedes. Altera in 3
parte castrorum jam inpulsi erant Campani Punicumque praesidium, et sub ipsa porta Capuae, quae

Harlej. et Gaertn. *in eum unum tota acies* Lovel. 3. Ber. Hav. et edd. Aldina priores. In fine cap. *potuit*, pro *potuere*, Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. eaedem.

§. 1. *Primi principis ex eadem legione signum*] Vet. lib. *primi pili*. ut *L. Marcius centurio primi pili* apud Cic. pro Balbo [15.] SIG. Concinunt Lovel. 2. 3. Ber. a m. 2. et Hafn. Reliqui vulgatum tuentur.

L. Portius Licinius et T. Popilius legati] *L. Porcius Licinus* ex vet. lib. et Capit. consulibus. SIG. *Ticinus* Flor. a m. 1. *Licinus* a m. 2. quod etiam superest in plerisque scriptis. V. Sigon. ad 27, 6, 19. c. 35, 1. c. 46, 5. 34, 54, 2. 39, 32, 9. et 42, 27, 7. Deinde *T. Pompilius* Voss. Lovel. 2. 4. et Gaertn. *T. Popillius* Lovel. 1. V. supra ad 7, 12, 1. infra 27, 4, 7. 41, 28, 4. ad Epit. Liv. 55. et 120.

Pro vallo acriter pugnant] Put. *propugnant*. Vere et proprie, ut notatum alibi. J. FR. GRON. Consentit Florent. neque aliter fuisse videtur in Cant. Voss. et Lovel. 1. ex quibus nihil notatur. Eodem faciunt edd. ante Aldinam, quae *propugnabant* praeferunt. V. Gronov. 4. Obs. 19. p. 304.

§. 3. *Jam pulsi erant Campani*] Put. *impulsi*. Ut *impulsa acies*, quae retrocedit et fluctuat. Sic 33, [36, 9.] *Et primo adeo acriter invaserunt, ut antesignanos impulerint*. Latinus Pacatus [c. 36.] *At ubi impulsa acies, frensque laxata, et fiducia in pedes versa est*. J. FR. GRON. *jam inpulsi erant* similiter Florent.

Quae ad Vulturnum fert] Gall. et Voss. τὸ *ad* ignorant. nam et oppidum hoc nomine est praecedenti lib. [c. 20, 2.] memoratum. J. FR. GRON. Praepositionem abjiciunt etiam omnes mei, Oxonn. Hearnii, et edd. vett. Prima Mogunt. eam perperam recepit.

§. 4. *Neque tam armati instrumentis Romanis resistebant, quam quod porta*] Put. *resistabant*. Forte *restabant*, de quo verbo superius. Expunge autem τὸ *quod*,

Digitized by Google

Vulturnum fert, pugnabatur: neque tam armati inrumpentibus Romanis resistebant, quam quod porta, balliſtis scorpionibusque instructa, missili-
5 bus procul hostes arcebat. et subpressit inpetum Romanorum vulnus imperatoris Ap. Claudii: cui, suos ante prima signa adhortanti, sub laevo humero summum pectus gaeso ictum est. Magna tamen vis hostium ante portam est caesa: ceteri tre-
6 pidi in urbem compulsi. Et Hannibal, postquam cohortis Hispanorum stragem vidit, summaque vi castra hostium defendi, omissa obpugnatione, recipere signa, et convertere agmen peditum, objecto
7 a tergo equitatu, ne hostis instaret, coepit. Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit: sed

non est enim Livii, et alieno juxta loco inculcatum, ac fuerat 28, 43, 3. ubi v. notas. J. FR. GRON. De verbo *restare* supra v. ad 4, 58, 4. Potius tamen puto, ut librarium integerrimi cod. in unica litera pingenda aberrasse, quam duas alias expungendas esse, credamus. Deinde *neque jam armati* Florent. Voss. Lovel. 1. 3. Harlej. Ber. et Hav. Vocem autem *quod* delenti Gronovio consentit Crevier. At Doujatius ejus loco in Reg. et Colbert. invenit *quo*, idque exponit quousque, quatenus. Similiter legunt, praeter edd. Rom. anni 1472. et Parm. codices Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Florent. a m. 1. pro quo manus altera dedit *resistebat, quamquam porta.* Mihi etiam verius videtur, *quod* esse a mala manu. (* v. ad 32, 13, 7.) Mox *balliſtis* Florent. quam scribendi rationem praeferunt Voss. Etym. ling. Lat. ea voce, et Dausq. de Orthogr. part. 2. v. *Balistrarius.*

§. 5. *Summum pectus gaeso ictum est*] *gesso ictum* Ber. et odd. ante Aldum. *cesso ictum* Lov. 1. *ceso ictum* Voss. Harlej. et Gaertn. *caeso ictum* Lovel. 4. *caesum ictu* Hafn. et Hav. V. ad 9, 36, 6. *telo ictum* Lovel. 2. et Brancal. Latinii, quod ex interpretis glossa est.

§. 6. *Convertere agmen peditum*] Vet. lib. *convertere agmen retro peditum.* SIG. *Τὸ retro*, ex nihili codice a Sigonio intrusum, respuunt Pall. At prisca ed. *convertere agmina peditum.* GEBH. Sigoniani libri *retro* Put. Pall. Voss. melioresque nostri exesse jubent. J. FR. GRON. Unus tantum meorum Hav. *retro* agnoscit, *agmina peditum* omnes ante Aldum edd.

§. 7. *Ad hostem insequendum fuit: sed Flaccus*] Put. excludit *τὸ sed.* J. FR. GRON. Similiter Flor.

Digitized by Google

sed Flaccus receptui cani jussit; satis ad utrumque profectum ratus, ut et Campani, quam haud multum in Hannibale praesidii esset, et ipse Hannibal sentiret. Caesa eo die, qui hujus pugnae 8
auctores sunt, octo millia hominum de Hannibalis exercitu, tria ex Campanis tradunt: signaque Karthaginiensibus quindecim ademta, duodeviginti Campanis. Apud alios nequaquam tantam molem pu- 9
gnae inveni, plusque pavoris, quam certaminis, fuisse: quum inopinato in castra Romana Numidae Hispanique cum elephantis inrupissent; elephanti, 10
per media castra vadentes, stragem tabernaculorum ingenti sonitu ac fugam abrumpentium vincula jumentorum facerent; fraudem quoque super tumultum 11
adjectam, inmissis ab Hannibale, qui (habuit ali-

§. 8. *Caesa eo die* etc. *octo millia hominum*] *eodem die* Voss. et Lovel. 1. V. ad 10, 10, 6. At hic ultima syllaba *τοῦ eodē* repetita est ex proxima voce *die*. Praeterea *IX millia hominum* Hearnii L. 1.

§. 9. *Tantam molem pugnae invenio*] Pall. 1. et 2. *molem pugnae inveniri*. GEBH. Put. *inveni*: manus secunda inter versus adscripserat *ri*, quod exstat in duobus Pall. Voss. Menardi *inveniri*. Praestat sequi vetustissimum. J. FR. GRON. *inveniri* etiam Flor. Cant. et Lov. 2. idque a m. 1. fuit in Lov. 1. sed duabus ultimis ejus vocis literis stigmata subjecta erant, quibus librarius indicabat, eas delendas, et *inveni* scribendum esse, quod etiam praefert Hav.

§. 10. *Elephanti, per media castra vadentes*] Videri poterat in accusandi casu *elephantos*, et *fecisse*, pro *facerent*, a Livio scriptum: sed legi etiam in nominativo potest, ut tamen connectatur a priora, quasi diceres, *et elephanti cum facerent*. Caeterum post *facerent* non colum, sed ὑποστιγμὴν ponam, ut Graeci vocant. GLAREAN.

Fuga abrumpentium vincula jumentorum facerent] Pal. 2. *obrumpentium*. GEBH. Liber optimus et Voss. *fugam*. Recte: ait enim, elephantos stragem tabernaculorum et fugam jumentorum fecisse. J. FR. GRON. *fugam* etiam Voss. Lovel. 1. 2. Harlej. Ber. et Hearnii L. 1. Deinde *obrumpentium* Clericus perperam edidit. Certe omnes mei *abrumpentium*.

§. 11. *Inmissis ab Hannibale, qui (habuit aliquos) gnari Latinae linguae juberent consulum verbis*] Haec verba varie a diversis lo-

quot) gnari Latinae linguae juberent consulum verbis, quoniam amissa castra essent, pro se quemque
12 militum in proximos montes fugere: sed eam celeriter cognitam fraudem, obpressamque magna caede
13 hostium; elephantos igni e castris exactos. Hoc ultimum (utcumque initum finitumque est) ante deditionem Capuae proelium fuit. Medixtuticus, qui summus magistratus apud Campanos est, eo anno Seppius Lesius erat, loco obscuro tenuique fortu-
14 na ortus. Matrem ejus quondam, pro pupillo eo procurantem familiare ostentum, quum respondisset

guntur. Ego autem ea ita legerem: *immissum ab Hannibale* (*et habuit aliquem gnarum Latinae linguae*) *qui juberet consulum verbis* etc. Vel ità, *immissos ab Hannibale* (*et habuit aliquot gnaros Latinae linguae*) *qui juberent consulum verbis* etc. GLAR. Prior Glareani conjectura confirmatur a priscae ed. auctore, nec multum divertunt Pall. 2. et 3. *immissis ab Annibale: qui habuit aliquem gnarum Latinae linguae jubere.* Utrique non absurdae oppono scripturam Pal. 1. *immissis ab Annibale aliquibus gnaris Latinae linguae, qui juberent.* GEBH. Offensus his quoque Glareanus. Voss. *Hannibale qui habuit aliquem gnarum L. linguae consulum.* Gud. et Pall. unus *immissis ab Hannibale aliquibus gnaris Latinae linguae, qui juberent consulum verbis.* Prorsus suspectum mihi non modo *τὸ habuit*, sed etiam sive *τὸ aliquot*, sive *τὸ aliquibus.* Quis enim dubitet? Scribe, *immissis ab Hannibale gnaris Latinae linguae.* J. FR. GRON. Varie etiam in meis hic locus exstat, et ferme eo modo, quo viri docti laudarunt. Cum Gud. et Pall. uno consentiunt Flor. a m. 2. et Gaertn. nisi quod posterior hic *aliquot*, pro *aliquibus*, praeferat. At vulgatum, quod primum in ed. Ald. conspexi, servat Florent. a m. 1. neque aliquid ex Cant. notatur, nihil etiam Gronov. ex Put. memorat, ut hi quoque receptae lectioni favere videantur. Neque video, quid viris doctis in ea displicuerit. Similes enim parentheses, reliquae orationi nulla copula conjunctas, in Livio frequentes esse, infra videbimus ad 40, 57, 3. Mox *τὸ fugere* deest in Voss. et Lovel. 1. 2. sed *in proximos montes evadere* legit Hav. *in proximos ire montes* Gaertn. *montes in proximos fugere* Harlej. Deinde §. seq. *sed ea celeriter cognita fraus oppressaque magna caede hostium est* Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hearnii D. et edd. ante Aldum. Neque aliter Hav. nisi quod insuper omittatur pronomen *ea.* Sed ita mutarunt, qui non adverterunt, orationem adhuc continuari, et verba haec pendere ex praecedenti *inveni.*

§. 13. *Mediastuticus, qui summus magistratus apud Campanos est, eo anno Seppius Lesius erat*]

Digitized by Google

aruspex, summum quod esset imperium Capuae, perventurum ad eum puerum, nihil ad eam spem 15
agnoscentem, dixisse ferunt, *Nae tu perditas res Campanorum narras, ubi summus honos ad filium meum perveniet!* Ea ludificatio veri, et ipsa in verum ver- 16
tit. nam quum fame ferroque urguerentur, nec spes ulla superesset, iis, qui nati in spem honorum erant, honores detrectantibus; Lesius, querendo 17
desertam ac proditam a primoribus Capuam, summum magistratum ultimus omnium Campanorum cepit.

Non dubitandum, quin ubique *Medixtutichus* scribendum. Dubitare quis posset, ne illa, *qui summus magistratus apud Campanos est*, glossema sint. Sed hoc pono, non adfirmo. LIPS. 1. Epist. Quaest. 19. *Medistumeus* Gaertner. *Meditaticus* Harlej. *Mediaticus* Lovel. 3. et Hearnii D. *Mediatutius* Ber. a m. 1. *Mediastutius* Ber. a m. 2. et Hafn. *Mediatuticus* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Moguntinam: qui omnes in eo conveniunt, adspirationem in ultima syllaba non admittendam esse. Solent autem saepe literae *A* et *X* inter se commutari. V. ad 40, 59, 8. Ex *Mediatuticus* igitur, quod plerique libri tuentur, *a* in *x* mutato, faciendum est *Medixtuticus*, ut Gronov. in Livio edidit, et antea in eo scribendum monuit Columna ad Enn. 8. Annal. p. 82. V. de hac voce alia ad 23, 35, 13. et 24, 19, 2. quorum priore etiam Gronov. ea notavit, quae vindicant Livio voces, a Lipsio pro glossemate habitas. Deinde *Sepius* vel *Saepius*, pro *Seppius*, Voss. Lovel, quinque, Gaertn. Hav. et Hearnii D. cujus L. 1. totam eam vocem omittit. Hinc *Blesius*, pro *Lesius*, Hafn. et Hav. Paullo ante *ante deditionem Capuae bellum fuit* ejusdem Hearnii D. V. ad 3, 61, 2. *To fuit* deerat in Voss. Lovel. quinque, Hav. et excusis ante Aldum.

§. 14. *Pro pupillo eo procurantem familiare ostentum*] Gronov. pr. ed. not. non videns, quare Seppius Lesius potissimum *pupillus* vocetur, scribendum conjicit *pupulo* vel *pusillo*. Melius tamen hanc conjecturam iteratis curis subpressit. Potuit enim revera patre orbatus pupillus fuisse. Pater enim, si vixisset, potius quam mater, familiare ostentum pro eo procurasset. Omnes etiam libri *pupillo* agnoscunt.

§. 15. *Dixisse ferunt, Tu perditas res Campanorum narras*] Vet. lib. *Noctu perditas*. Scribo *Nae tu perditus*, familiari modo loquendi. LIPS. 3. Ep. Quaest. 13. Optime. Sed ea conjectura opus non fuerit tractanti ed. vet. Moguntinam, longe optimam, in qua disertim illud *Nae tu* legitur. MOD. Pall. tres *Noctu perdi-*

Digitized by Google

1 VII. Ceterum Hannibal, ut nec hostes elici amplius ad pugnam vidit, nec per castra eorum per-
2 rumpi ad Capuam posse, ne suos quoque commeatus intercluderent novi consules, abscedere irrito
3 incepto, et movere a Capua statuit castra. Multa secum, quonam inde ire pergeret, volventi subiit animum inpetus, caput ipsum belli Romam petendi: cujus rei semper cupitae praetermissam occasionem post Cannensem pugnam et alii vulgo fremebant,
4 et ipse non dissimulabat. *necopinato pavore ac tumultu, non esse desperandum, aliquam partem urbis occupari*

tas res. prisca ed. *Ne tu praedicas perditas res Campanorum.* Unde confirmatur Cl. Lipsii conjectura. GEBH. *Noctu perditas res* Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. qui et vocem *narras* ignorant. *Nae tu praedicas perditas res Campanorum* Ber. a m. 1. (voces *Nae* et *perditas* manus altera delevit) et edd. vett. pro quo Aldus *Nae tu perditas res Campanorum narras* recte substituit; sed Froben. perperam anno 1531. vocem *Nae* omisit. Veram lectionem etiam Latinius vidit.

§. 16. *Superesset sisti in speciem honorum erant honores detrectantibus*] Omnia fere exemplaria sic habent. Caeterum nisi *erat* legas, nihil sequitur, ut sit sensus, negligere honores honori dabatur detrectantibus. SABELL. Pall. tres *sisti in spem honorum erat honores detrectantibus.* prisca ed. *nec spes ulla superesset sisti: in speciem honorum: erant honores detrectantibus.* GEBH. Quod nunc in edd. superest, primum adparuit in Colon. anno 1525. priores praeferunt id, quod ex prisca ed. laudat Gebhard. nisi quod *in spe*, pro *in speciem*, in margine ostentent edd. Ascens. anni 1513. et 1516. et Moguntini *superesset iis, qui in spem honorum erant* ediderint. Palatinis vero consentiunt Florent. Cant. Voss. Harlej. Rec. Gaertn. et Hav. neque inde discedunt Ber. et Lovel. 2. ac 4. nisi quod *erat* legant. *nec spes ulla superesset sisti, in spem honorum ceteris honores detrectantibus* Lovel. 3. Vulgatum verissimum est.

§. 1. *Ceterum Hannibal, ut nec hostes elici amplius ad pugnam vidit,* etc.] Polyb. 9, [3.] sic: Ἀννίβας δὲ δυσαρεσούμενος τοῖς ὅλοις, διὰ τὸ μήτε παραπεσεῖν ἐις τὴν πόλιν δύνασθαι .... τοὺς Ῥωμαίους, ἐβουλέυετο περὶ τῶν ἐνεστώτων, τί χρὴ ποιεῖν. Et post aliquot versus [c. 4.] ὑπέλαβε, ἐι λαθραίαν ποιησάμενος τὴν πορείαν, ἀιφνιδίως ἐπιφανέιη τοῖς κατὰ τὴν Ῥωμην τόποις, ἴσως μὲν ἂν καὶ περὶ τὴν πόλιν ἀιτύσασθαί τι τῶν χρησίμων, ἐκπλήξας τῷ παραδόξῳ τοὺς ἐποικοῦντας· ἐι δὲ μὴ τοῦτο, τούς γε περὶ τὸν Ἄππιον ἀναγκάσειν, ἢ λύειν τὴν πολιορκίαν, σπεύδοντας τῇ πατρίδι βοηθεῖν, ἢ

Digitized by Google

posse; et, si Roma in discrimine esset, Capuam extem- 5
plo omissuros aut ambo imperatores Romanos, aut al-
terum ex iis: et, si divisissent copias, utrumque infir-
miorem factum aut sibi, aut Campanis, bene gerendae
rei fortunam daturos esse. Una ea cura angebat, ne, 6
ubi abscessisset, extemplo dederentur Campani.
Numidam promtum ad omnia audenda donis perli-
cit, ut, literis acceptis, specie transfugae castra
Romana ingressus, altera parte Capuam clam per-
vadat. Literae autem erant adhortatione plenae. 7
Profectionem suam, quae salutaris illis foret, abstra-

διαιροῦντας τὴν δύναμιν, ἐυκαταγωνίσους ὑπάρξειν, καὶ τοὺς βοηθοῦντας, καὶ τοὺς ἀπολειπομένους αὐτῶν. SIG. *perlici amplius* Hav. Mox *neque per castra eorum* Florent. V. ad 9, 9, 14. *Τὸ eorum* deest in Ber. a m. 1. Deinde *perrumpi a Capua* Lov. 5.

§. 2. *Ne suos commeatus intercluderent*] Ita edidit Cl. Jac. Gronov. Omnes priores *ne suos quoque commeatus*; quod etiam mei et Oxonienses Hearnii servant. Quare contextui restitui.

§. 3. *Quo jam inde ire pergeret, volventi*] Pal. 2. *quonam inde ire pergeret*. prisca ed. *quo jam ire pergeret inde*. et ita caeteri Pall. duo. GEBH. Sic omnes libri. Probabile tamen est Mureti: *quonam inde ire pergeret*. J. FR. GRON. *quo jam ire pergeret* Lovel. 1. *quo jam ire pergeret inde* Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Ber. Hav. et edd. ante Aldum. *quonam ire pergeret inde* Lovel. 5. *quonam ire pergeret* Hearnii L. 1. Voculas *jam* et *nam* saepe commutari, vidimus ad 9, 17, 5. *ire* non adparere in Oxon. D. ed. Rom. Alerienſi, et Sigonii, testatur Hearnius. Paullo post *τὸ rei* exsulat ab edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 5. *Si Roma in discrimine esset*] Vet. lib. *Eo si Roma in discrimine esset*. SIG. *Τὸ Eo*, inculcatum ab Sigonio, defit in prisca ed. At Pall. tres *Et si Roma*. GEBH. A Sigonio additam voculam ignorant Cant. et Ber. a m. 1. Ejus loco *Ei* est in Voss. Lovel. 1. 2. Hafn. et Harlej. *Et* in Flor. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. quod Crevier. etiam in Put. invenit ac probavit.

Aut ambo imperatores Romanos] Ita J. Fr. Gronov. pro *ambos*, quod antea circumferebatur, edidit, testatus infra ad 35, 21, 5. similiter praeferre Put. Neque aliter exhibet etiam Florent. Frustra igitur Clericus, pollicitus se Livium ad ejusdem Gronovii mentem quam accuratissime editurum, non monito contra fidem datam lectore, *ambos* revocavit.

Qui si divisissent copias] Pall. duo *et si divisissent*. sec. *et si dimisissent*. GEBH. Voss. Gallic. Pall. omnes *et si divisissent*. J. FR. GRON. Ita etiam Florent.

Digitized by Google

cturam ad defendendam Romam ab obpugnanda Capua
8 *duces atque exercitus Romanos. Ne desponderent animos: tolerando paucos dies, totam soluturos obsidionem.*
9 Inde naves in flumine Vulturno comprehensas subigi ad id, quod jam ante praesidii caussa fecerat,
10 castellum jussit. Quarum ubi tantam copiam esse, ut una nocte trajici posset exercitus, adlatum est, cibariis decem dierum praeparatis, deductas nocte ad fluvium legiones ante lucem trajecit.

Lovel. 1. 2. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *qui et si divisissent*, utraque lectione juncta, Lovel. 3. et Hearnii D. Ceterum Cl. Crevier. quia supra *et si Roma* probarat, hinc nunc etiam hoc loco *qui si divisissent* restituendum putat.

§. 6. *Una ea cura angebat, ne, ubi* etc.] Polyb. [9, 5.] *Πάνυ ἡγωνία, μὴ θεωρήσαντες αὐτὸν ἀπαλλαττόμενον οἱ Καπυηνοὶ, κἄπειτα διατραπέντες, ὡς ἀπηλπισάμενοι, παραδῶσι τοῖς Ῥωμαίοις ἑαυτούς.* SIG.

Numidam etc. *donis perlicit, ut, literis* etc.] Polyb. [ibid.] *Γραμματοφόρον εἰς τὴν Καπύην ἐξέπεμψε, πείσας τινὰ τῶν Λιβύων αὐτομολῆσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, κἄπειθεν εἰς τὴν πόλιν, προφασθεὶς περὶ τῆς τῶν γραμμάτων ἀσφαλείας.* SIG.

§. 8. *Ne desponderent animos*] *responderent* Lovel. 4. *deponerent* Florent. a m. 2. Lovel. 2. 5. Gaertn. Hav. et edd. Mediol. anni 1480. ac Parm. quod ex interpretis glossa natum videtur. Supra 3, 38, 2. *Nec ipsi solum desponderant animos.* 31, 22, 5. *Desponendibus jam animos sociis spem ingentem adtulerant.* Quo utroque loco in quibusdam Mssis similiter erratur.

§. 9. *Inde naves in flumine Vulturno comprehensas duci gladio, quod jam ante*] Puto sic emendandum: *duci ad id, quod jam ante.* VALLA. Illud *gladio* quid sibi velit, non equidem comminisci poteram. Codex Moguntinus *Casilinum* legit. sed id non placet, cum in Romanorum potestate jam esset Casilinum, a Q. Fabio nuper receptum. Haec ad eum modum quidam emendant temere, cum historiae ordinem memoria non teneant. Non est dubium, quin *Galatiam* legendum sit, cujus meminit paulo ante [c. 5, 4.] cum Hannibal veniret Capuam et Tifata. praeterea paulo post [c. 16, 5.] cum post captam Capuam Atella ac Galatia recipiuntur, et hic nunc. item l. 3. hujus belli [c. 14, 13.] ubi Marcellus Nolam proficiscitur. Valla legit, *duci ad id, quod jam ante.* GLAR. In vet. lib. omnibus est *duci gladio*, quod, pro qua voce alii *Casilinum*, alii *Galatiam* reponendum censent. *Casilinum*, quod ad Vulturnum sit; *Galatiam*, quod paulo ante de eodem Annibale Livius dixerit [c. 5, 4.] *Adveniens quum castellum Galatiam, praesidio inde vi pulso, cepisset, in circumsedentes Capuam se vertit.* Verum neutra lectio procedit. *Casilinum*, quod Romanorum castellum semper fuerit, non An-

Digitized by Google

VIII. Id priusquam fieret, ita futurum comper- 1
tum ex transfugis, Fulvius Flaccus senatui Romam
quum scripsisset, varie hominum animi pro cujus-
que ingenio adfecti sunt. Ut in re tam trepida, 2
senatu extemplo vocato, P. Cornelius, cui Asinae
cognomen erat, omnes duces exercitusque ex tota
Italia, neque Capuae, neque ullius alterius rei me-
mor, ad urbis praesidium revocabat. Fabius Ma- 3
ximus, abscedi a Capua, turrerique et circumagi

nibalis; *Galatiam*, quod ad Vulturnum non fuerit. Itaque, incerta loci lectione, probo magis Vallae opinionem, qui legendum putavit *duci ad id*, *quod*, ut castellum notet, occultato nomine ejus. SIG. Libri omnes *duci gladio*. GEBH. Tenuit hoc viros doctos, quia, ut ait Sigonius, in MSS. erat *duci gladio quod jam*. Nec aliter Andreas atque Aldina. Illud quidem [*duci ad id*] a Valla est, qui et citat *duci gladio;* adhaeretque ei Sigonius. Glareanus *duci Galatiam*, alii *Catilinam* reposuerunt. Sed viri *οὐ τυχόντες*, quibus ego libens assurgo, nulla vi ingenii aut doctrinae absque veteris optimique libri ope ad verum penetrare potuerunt. Sic autem unicus ille Put. *comprehensas ubi gladio quod*. Hinc emendavimus *comprehensas subigi ad id*, *quod jam ante*. Odi profanum initiatis conjecturam facile probabo. Virg. 1. Georg. [202.] *qui adverso vix flumine lembum Remigiis subigit*. Idem 6. Aen. [302.] *Ipse ratem conto subigit*. Silius 15, [218.]

— — — *servata Laelius hora*,
Quam ductor dederat subigendae ad moenia classi.

Sic *adigi naves* Tacito 2. Ann. [7.] *Dum adiguntur naves*. et 2. Hist. [83.] *Classem e Ponto Byzantium adigi jussit*. Et 3. Hist. [47.] *Lectissimas Liburnicarum omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat*. Denique 4, [22.] *Simul naves in adversum amnem agebantur*. *Comprehensas* autem ut 29, [24, 9.] *Naves onerariae comprehensae Lilybaeum omnes trahebantur*. Suetonius Tib. [38.] *Vehiculis comprehensis, commeatibus per municipia dispositis*. Calig. [39.] *Comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis et pistrinensibus jumentis*. J. FR. GRON. Tantum non omnes mei etiam *duci gladio*. Et ita quoque Hearnii D. et N. *duci Galatiam* Ber. a m. 2. *duci in Galatiam* Hearnii L. 1. Sed optimo Put. consentiunt Florent. et Exc. Pithoei, ex quorum scriptura Gronov. recte format *subigi ad id*, *quod*, quam emendationem ut ingeniosam laudat Crevier.

§. 2. *P. Cornelius, cui Asinae cogn.*] Consul hic fuerat anno DXXIX. SIGON.

Omnes duces exercitusque] Pall. tres *exercitus omnesque duces*. neque secus prisca ed. SIG. Similiter Voss. Lovel. 1, 3. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. *exercitus omnes ducesque* Lovel. 2. Mox *non Capuae, non ullius* Lovel. 5.

Digitized by Google

ad nutus comminationesque Hannibalis, flagitiosum
4 ducebat. *Qui ad Cannas victor ire tamen ad urbem ausus non esset, eum, a Capua repulsum, spem potiun-*
5 *dae urbis Romae cepisse? Non ad Romam obsidendam, sed ad Capuae liberandam obsidionem, ire. Romam cum eo exercitu, qui ad urbem esset, Jovem, foederum ruptorum ab Hannibale testem, Deosque alios de-*
6 *fensuros esse.* Has diversas sententias media sententia P. Valerii Flacci vicit: qui, utriusque rei memor, imperatoribus, qui ad Capuam essent, scribendum censuit, *Quid ad urbem praesidii esset, quantas autem Hannibal copias duceret, aut quanto exercitu*

§. 5. *Ad Capuam liberandam obsidione ire Romam cum eo exercitu*] Comparet in Pall. 1. ac 3. et prisca ed. *ad Capuae liberandam obsidionem ire Romam.* GEBH. Nil vidi corruptius. Lego *ire obviam cum eo exercitu*, etc. T. FABER. Put. et utique meliores *ad Capuae liberandam obsidionem.* Sic 36, [25, 6.] in Lamiae obsessae historia: *Haud dubius, quin, si prius Heraclea capta foret, Romanis se potius, quam sibi, dedituri essent, suamque gratiam consul in obsidione liberanda facturus esset.* Distingue etiam: *ad Capuae liberandam obsidionem ire. Romam cum eo exercitu, qui ad urbem esset, Jovem foederum ruptorum ab Hannibale testem Deosque alios defensuros esse.* J. FR. GRON. Faber locum, quem corruptum putabat, intempestiva emendatione corruptissimum reddidit. Prava distinctio eum abstulit, ut etiam Doujatius observat, quam recte Gronov. restituit. *ad Capuae liberandam obsidionem* etiam Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. a m. 1. Hafn. Gaertn. Hearnii Oxonn. et edd. usque ad Frobenianam anni 1531. nisi quod praepositio desit in ed. Parm. *a Capuae liberandam obsidione* Florent. a m. 1. *ad Capuam* a m. 2. Gronovius in pr. not. ed. ita distinguebat ac legebat, *ire Romam. cum eo exercitu, qui ad urbem esset, Jovem foederum ruptorum ab Hannibale testem Deosque alios defensuros esse.* Sed magis placent posteriores ejus curae.

§. 6. *P. Valerii Flacci*] Consul fuerat anno DXXIV. SIGON.

Quantas autem Hannibal copias duceret] *Τὸ autem* rejectum est ab omnibus libris nostris. GEBH. Voculam *autem* non adparet in Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldam.

§. 8. *Inter se compararent Claudius Fulviusque*] Libri omnes *computarent.* Amplius Pal. 2. *computarent Fulvius Claudiusque.* GEBH. *computarent* etiam Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. Ascensiana anni 1513. vetustiores. Mox *ad prohibendam obsidione patriam Roma-*

Digitized by Google

ad Capuam obsidendam opus esset, ipsos scire. Si et 7
Romam e ducibus alter, et exercitus pars mitti posset,
ut ab reliquo et duce et exercitu Capua recte obsideretur; inter se comparavent Claudius Fulviusque, utri 8
obsidenda Capua, utri, ad prohibendam obsidione patriam, Romam veniundum esset. Hoc senatusconsul- 9
to Capuam perlato, Q. Fulvius proconsul, cui, collega ex vulnere aegro, eundum Romam erat, e tribus exercitibus milite electo, ad quindecim millia peditum, mille equites, Vulturnum traducit. inde quum Hannibalem Latina via iturum satis 10
comperisset, ipse per Appiae municipia, quaeque

mam Voss. *ad prohibendam obsidionem patriam Romanam* Harlej. *ad prohibendam obsidionem patriam Romam* Gaertn. *ad prohibendam obsidionem patriam Romae* Hav.

§. 9. *Cui, collega ex vulnere aegro, eundum Romam erat*] Pal. 1. et vet. ed. *cui collegae ex vulnere egrediendum Romam erat.* tert. *cui collega ex vulnere egrediendum Romam esse.* GEBH. *cui collegae ex vulnere egrediendum erat* Ber. a manu 1. *cui collegae ex vulnere egrediendum,* vel *egrediundum Romam erat* Florent. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Gaertn. Hav. Hafn. Hearnii L. 1. et primae edd. usque ad Ascens. qui anno 1513. dedit *cui (collega ex vulnere aegro) gradiendum Romam erat.* Aldus recte substituit id, quod adhuc obtinet.

E tribus exercitibus] Suo, Ap. Claudii, et C. Claudii Neronis. V. ad c. 1. DUK.

§. 10. *Sedicam eram Lavinium praemisit*] Tu vide, ne *secundum* legi oporteat. alioquin, quid *sedicam* sibi velit, non reperio. SABELL. Haec oppida nunc *municipia* dicuntur, at supra *coloniae* nominatae sunt. Sic Cic. in Pison. Placentiam coloniam vocat *municipium.* SIG. *Coram, Lanuvium,* ut hic editum est, emendavit Cluverius 3. Ital. ant. p. 936. et 1018. nam hae ad viam Appiam sitae fuerunt, non *Sora* et *Lavinium. Sora* pro *Cora* itidem perperam scribi in Livio 29, 15, 5. ex 27, 9, 7. liquet: et *Lavinium* ac *Lanuvium* alibi quoque permutari, ostendit etiam Sigon. ad Livii 8, 13, 5. Sed, sive hoc, sive illo modo legatur, quaeri potest de conditione horum oppidorum. *Setia, Sora,* et *Cora* coloniae fuerunt. De Setia constat ex Livii 7, 42, 8. 27, 9, 7. 29, 15, 5. et ex Vellejo 1, 14. De Sora ex Livii 9, 23, 2. 10, 1, 1. et Vellej. l. d. De Cora ex Liv. 27, 9, 7. Lanuvium municipium fuit. Liv. 8, 14, 2. Cic. pro Balbo 13. et alii apud Cluver. l. d. Lavinium colonia an municipium fuerit, non inveni. Nam quod vulgo in Epit. Liv. 80. legitur *Ariciam et Lavinium colo-*

Digitized by Google

propter eam viam sunt, Setiam, Coram, Lanuvium
11 praemisit, ut commeatus paratos et in urbibus haberent, et ex agris deviis in viam proferrent, praesidiaque in urbes contraherent, ut sua cuique respublica in manu esset.

1 IX. Hannibal, quo die Vulturnum est transgres-
2 sus, haud procul a flumine castra posuit. Postero die praeter Cales in agrum Sidicinum pervenit.

nias, Cluver. p. 898. et 939. ex Appiano emendavit *Lanuvium*, idque etiam in nuperas Livii edd. receptum est. Quid ergo est, quod Livius *Setiam* et *Soram* vel potius *Coram*, quae certissime coloniae erant, hic municipiis adnumerat? Viri doctissimi, Sigonius hic, et 2. de Ant. Jur. Ital. 9. Velserus 5. Rerum Augustan. p. 279. et Otto de Aedil. Colon. et Municip. c. 1. hoc eo referunt, quod interdum eaedem urbes modo *coloniae*, modo *municipia* vocantur: de quo etiam ad 8, 14, 8. dictum est. Hoc sane verum, nec tamen satis apertum est, has omnes urbes a Livio *municipia* vocari: neque enim omnino necesse est, relativum *quaeque* cum ellipsi praecedentis nominis municipia accipi. Quia tamen *Lanuvium* sine controversia municipium fuit, dici potest, etiam duas illas alias hoc nomine comprehendi: etsi id, si quis contra tendendum putet, non acerrime tuendum suscipere velim. Certe Noris. ad Cenot. Pis. Differt. 1, 1. p. 15. et Spanhem. in Orbe Rom. Exerc. 1, 12. de hoc argumento agentes, locum hunc Livii praetereunt. Unde conjecturam capio, eum illis non satis liquidum, nec valde idoneum ad demonstrandam indiscretam hanc quarumdam urbium appellationem visum fuisse. Nam nesciviſse eos, quae de illo Sigonius et Velserus senserant, parum probabile est. Qui autem sint, quos Cl. Otto vehementer turbari dicit, quod Livius *Setiam* et *Coram* municipiis adnumeret, mihi non compertum est. DUK. *Lavinium* tantum non omnes codd. et edd. usque ad Gruterum, qui in postrema *Lanuvium* dedit ex emendatione Cluverii. Sed duae praecedentes voces varie admodum leguntur. *seducit exercitum* praefert Ber. a m. 2. priori lectione tanta cura erasa, ut, quaenam fuerit, intelligi nequeat. *seducit oram* Lovel. 5. *Sedicam oram* Lovel. 2. 4. Harlej. Gaertn. et edd. principes. *Sedicam horam* Lovel. 3. *Sedicam*, *Soram* Hafn. et Hav. quibus consentit ferme Ascens. *Sedicam*, *Soram* anno 1513. exhibens. *Sedicam*, *Coram* Voss. *Sediam*, *Coram*, Florent. *Setiam*, *Soram* ed. Mogunt. *Setiam*, *Coram* postrema Gruteri ex emendatione Cluverii, quod parum ab optimi Florent. scriptura discedit, ac verum videtur. Paullo ante *per eam viam*, pro *propter*, Lovel. 2. 3. 4. et Hav. Male. *propter* est prope, juxta. V. ad Epit. Liv. 49.

§. 11. *Ut commeatus paratos* etc.] Infra 27, 43, 10. *Praemissi*, *qua exercitum ducturus erat*, *ut om-*

Digitized by Google

ibi diem unum populando moratus, per Suessulam Allifanumque et Casinatem agrum via Latina ducit. sub Casinum biduo stativa habita et passim populationes factae. Inde, praeter Interamnam Aqui- 3
numque, in Fregellanum agrum ad Lirim fluvium ventum. ubi intercisum pontem a Fregellanis morandi itineris caussa invenit. Et Fulvium Vulturnus te- 4
nuerat amnis, navibus ab Hannibale incensis, rates

mes ex agris urbibusque commeatus paratos militi ad vescendum in viam deferrent.

§. 1. *Hannibal, quo die Vulturnum est transgressus*] Pall. 1. ac 3. *Vulturno.* Prisca ed. *Annibal quoque ut Vulturnum.* GEBH. *Vulturno* Florent. a manu 1. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Gaertn. et Hav. *Hannibal quoque ut Vulturnum* Lovel. 3. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 2. *In agrum Sedicinum pervenit*] Ita vulgo notatum video. Ego ut verius, ita libentius, *Sidicinum* dixerim. SABELL.

Per Suessulam, Allifanumque et Casinatem agrum] Haec Suessula libris 3. ac 4. prope Nolam nominatur: neutiquam in eo tractu, qua a Capua Romam itur. Sed, in his itineribus nomina corrupta aliquot locis, nemini dubium. GLAR. Polyb. [9, 5.] per Samnitium agrum profectum esse Annibalem ait. *Alifae* autem et *Casinum* Samnitium sunt, at *Suessula* Campaniae, ut supra diximus. Porro autem legendum puto *per Suessulanum, Alifanumque et Casinatem agrum.* SIG. Sigonius *Suessulanum* contra libb. omnes, certe sine caussa. Amplius prisca ed. *Casinatem agrum.* GEBH. Quid, malum, ille, qui jam in Sidicinum agrum pervenerat, per Suessulam, oppidum longe retro inter Capuam et Nolam situm, Alifanum petiit agrum? Corrigo audaciter *per Suessanum, Alifanumque, et Casinatem agrum.* CLUVER. 4. Ital. ant. 5. p. 1182. Omnino scribendum *per Suessanum Venafranumque.* CLUVER. 3. Ital. ant. 8. p. 1035. In vulgatum consentiunt ferme omnes codd. nisi quod quidam eorum in orthographia locorum varient, et quidem *Suessulam*, tum *Alifanum* vel *Aliphanum*, deinde *Casinatem* praeferant. Id certum est, Capua Romam eunti Suessulam transeundum non esse, adeoque recte viros doctos *Suessanum* substituisse. Quum autem Hannibal, Vulturnum transgressus, per *Allifanum* duxisse dicatur, et Allifae eis Vulturnum sitae fuerint, inde permotus videtur Cluver. ut posteriori loco *Venafranumque*, pro *Allifanumque*, emendaret, quum priori de eo nihil monuerit. Vulgato inde praesidium quaesivit Cl. Crevier. quod Allifae quidem ad laevam Vulturni fuerint, sed ager Allifanus fortasse ad dextram quoque ripam pertenderit. Ceterum *Casilinatem* et mox *Casilinum* perperam Rec. *Casilinum* etiam Lovel. 3. et Hearnii L. 1. ac D.

§. 3. *Praeter Interamnam Ne-*

Digitized by Google

ad trajiciendum exercitum, in magna inopia mate-
5 riae, aegre comparantem. Trajecto ratibus exercitu, reliquum Fulvio expeditum iter, non per urbes modo, sed circa viam, expositis benigne commeatibus, erat: alacresque milites alius alium, ut adderet gradum, memor ad defendendam ire pa-
6 triam, hortabantur. Romam Fregellanus nuncius, diem noctemque itinere continuato, ingentem ad-

quinumque, in Fregellanum agrum ad Lirim] Ipse *Aquinum* restitui. nam *Nequinum* procul inde est, et tam aversum, quam quidvis aliud aversissimum. SABELL. Nequinum in Umbria oppidum, ubi nunc Narnia est, inquit Liv. l. 10. ab Urb. cond. Sabellicus *Aquinum* restituit, quod mihi quoque placere potest, donec melius invenero. GLAR. *Aquinumque* ex veteri libro. SIG.

§. 5. *Memor ad defendendam ire patriam*] Ant. Perizon. ad oram Livii *iri* scribendum conjecit. Sed vulgatum, quod omnes libri tuentur, commode servari potest, intellecto pronomine *se*. Paullo ante §. praec. *navalibus ab Hannibale incensis*, pro *navibus*, Hearnii L. 1.

§. 6. *Romam Fregellanus nuncius, diem noctemque*] Put. evidenter *Fregellanus nuftius*. Quid dicemus? erravisse librarium, an nomen esse humilis cujusdam hominis Italici? *C. Muftii* meminit Cic. 1. in Verr. [51.] recurrit idem nomen in Inscriptionibus: in iisdem et nummis *Ruftios* invenias. *L. Noftium* 13. Famil. 46. J. FR. GRON. *Fregellanus nuptius* Hearnii L. 1. *Fregellanus nuftius* Florent. et Colbert. melior apud Doujat. Malo tamen id erranti librario adscribere, qui perperam ultimam syllabam vocis praecedentis repetiit, ut Jac. Perizon. ad oram Livii censuit. Tota vox *nuncius* deest in Hearnii N.

Cursus hominum, adfingentium vana auditis, totam urbem conciverat] Pall. 1. 3. ac prisca ed. *conciliat*. Pal. 2. *concitat*. GEBH. Put. reg. Men. Voss. Andreas *cursu*. Dein Put. Men. duo Pall. Voss. cum ed. Campani *totam urbem conciliat*. Unus Pal. Andreas *concitat*. Salmasius *conciuat*, quod est *concibat*. 5, [18, 11.] *Matronarum, quas ex domo conciverat publicus pavor*. 3, [3, 4.] *Cursus clamorque vocantium ad arma haud multum a pavore captae urbis abesse*. Quid si *inconciliat*, id est, turbat, verbo Plautino Mostell. 3, 1. *Ne inconciliare quid nos porro postules*. Trinummo 1, 2. *Inconciliastin' eum, qui mandatus est tibi*. J. FR. GRON. *cursu* Florent. Lovel. 1. 4. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et typis descripti ante Ascensianam anni 1513. editionem. Deinde *conciliat* Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Hearnii L. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quod etiam servant Florent. et Ber. a m. 1. in quibus *concitat* emendat manus 2. et ita est in Hav. et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, paucisque aliis. Vulgatae

Digitized by Google

tulit terrorem. tumultubsius, quam adlatum erat, cursus hominum, adfingentium vana auditis, totam urbem conciverat. ploratus mulierum non ex 7
privatis solum domibus exaudiebatur; sed undique matronae, in publicum effusae, circa Deùm delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes, nixae genibus, supinas manus ad coelum ac Deos 8
tendentes, orantesque, ut urbem Romanam e ma-

lectionis sensus satis intelligitur, et hinc mutandam non puto, donec aliunde certior lux adluceat. Certe *inconcilias* Gronovii probari nequit, quia Livius his antiquatis et a communi usu remotis haud facile utitur. Accedit, id alio sensu, quam Gronov. hic fecit, exponi apud Festum ea voce, et doctos Plauti interpretes. Quin etiam, si Salmas. in Put. *conciuat* invenerit, id pro *concin'at*, id est *conciverat*, scriptum fuisse puto. V. ad Epit. Liv. 57. De verbo *concire* v. ad 3, 53, 4. Mecum sentiebat etiam Cl. Dukerus, qui insuper interpunctionem Sigonii in verbis superioribus, quam etiam admisi, probabat, quum antea minima distinctio post vocem *terrorem* recepta foret. Judicabat enim, *tumultuosius*, *quam adlatum erat* non posse conjungi cum praecedentibus.

§. 7. *Ploratus mulierum non ex privatis solum domibus exaudiebatur*] *exaudiebantur* Lovel. 1. 2. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. Ita 25, 26, 9. *Undique dies noctesque ploratus audirentur*. hoc lib. c. 13, 13. *Quorum ploratus hinc prope exaudiebantur*. 38, 22, 8. *Vulnerari multos clamor permixtus mulierum atque puerorum ploratibus significabat*.

Matronae, in publicum effusae, circa Deùm delubra discurrunt, crinibus etc.] Hunc esse mulierum Romanarum morem, scribit Polyb. [9, 6.] *Αἱ δὲ γυναῖκες, παραπορευόμεναι τοὺς ναοὺς, ἱκέτευον τοὺς θεοὺς, πλύνουσαι ταῖς κόμαις τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη. τοῦτο γὰρ ἀυτᾶις ἔθος ἐστὶ ποιεῖν, ὅταν τις ὁλοσχερὴς τὴν πατρίδα παταλαμβάνῃ κίνδυνος*. SIG. Quae de eodem more pluribus Modius ad hunc loc. notavit, induxi, quia maximam partem videri possunt apud Brisson. 1. de Form. p. 39.

Crinibus passis aras verrentes] Libri omnes *crinibus sparsis*. Credo *passis* ab Sciolo infulcitum, qui alicubi legerat, suoque arbitratu Livium loqui malluerat. Sunt autem *sparsi crines* effusi, laceri, seu cultu suo soluti. Silius 12, [598.]

— — *sparsaeque solutis*
Crinibus exululant matres.

GEBH. *passis* est Put. et non nisi optimorum. Plures, quidam etiam alias boni, sed recentiores, *sparsis*. Unde de hac varia lectione, frequenter etiam in poëtis aliisque scriptoribus occurrenti, judicium ferre licet. J. FR. GRON. *sparsis* Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Utrumque dici *sparsos* et

Digitized by Google

nibus hostium eriperent; matresque Romanas et li-
9 beros parvos inviolatos servarent. Senatus magistratibus in foro praesto est, si quid consulere velint. Alii accipiunt imperia, disceduntque ad suas quisque officiorum partes: alii obferunt se, si quo usus operae sit. praesidia in arce, in capitolio, in muris, circa urbem, in monte etiam Albano atque
10 arce Aesulana ponuntur. Inter hunc tumultum, Q. Fulvium proconsulem profectum cum exercitu a

passos crines, vidimus ad 1, 13, 1. At si vera est, quam viros doctos dedisse ibidem observavimus, differentia, hic *crinibus passis* legendum erit, quod servant Florent. aliique.

§. 8. *Supinas manus ad coelum ac Deos tendentes*] *ad coelum ad Deos* Pal. 3. GEBH. Sed ex errore scribarum. V. ad 21, 32, 2.

Ut urbem Romanam e manibus hostium eriperent] Ita Jac. Gronovius edidit, ac praeferunt plerique meorum, cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. At proximae Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae postea dederunt *urbem Romam*, quod servat Florent. V. ad Epit. Liv. 49.

§. 9. *In monte etiam Albano atque arce Aesulana*] Vet. cod. *Elusana* habet. Sed utrumque mendose legitur. *Tusculana* igitur vera erit lectio. Tusculi enim arx fuit, eaque maxime celebris in toto Latio, nec procul Alba locus est. SABELL. Pal. 1. *Efulana*. sec. *Elusana*. tert. et prisca ed. *Esulana*. GEBH. Sic [*arce Tusculana*] primus apud me Venetus anni 1498. Scripti et Andreas et Tarvisinus Lucas Porrus *arce Esulana*. Optimi *arce Aesulana*, quod spernendum haud fuit. Erat enim Tibur inter et Praeneste adsurgens Aesula, commemorata et Horat. 3, 28.

Ne semper udum Tibur et Aesulae
Declive contempleris arvum.

J. FR. GRON. *Tusculana* in nullo meorum superest, sed vel *Aesulana* praeferunt, vel quam proxime *Aefulana*, *Efulana*, *Effulana*, *Effullana*, *Effultana*. Ber. etiam a m. 1. *Esculana*, a m. 2. autem *Esquilina*, quod Hearnius quoque in Oxon. L. 1. invenit. Paullo ante *si quid consules velint*, pro *consulere*, Florent. Voss. Lovel. 1. 4. Harlej. et Hafn.

§. 10. *Profectum cum exercitu a Capua adfertur*] Paullo post Pall. 1. 3. et vet. ed. omissis *cum exercitu*, ostentant *profectum a Capua affertur*. GEBH. Eaedem voces omittuntur in Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. et edd. ante Aldum. *profectum cum exercitu Capua*, sine praepositione, legit Florent.

Cui ne minueretur imperium, si in urbem venisset] In urbe enim pro consule nemo habebat imperium, sed ad urbem. SIG. Neque enim poterat quisquam pro

Digitized by Google

Capua adfertur; cui ne minueretur imperium, si in urbem venisset, decernit senatus, ut Q. Fulvio par cum consulibus imperium esset. Hannibal, infestius 11
perpopulato agro Fregellano propter intercisos pontes, per Frusinatem Ferentinatemque et Anagninum agrum in Lavicanum venit. inde Algido Tusculum petiit: nec receptus moenibus, infra Tusculum dextrorsus Gabios descendit. inde in Pupiniam ex- 12
ercitu demisso, octo millia passuum ab Roma po-

consule imperium in urbe habere, sed statim urbem ingressus illud amittebat. Ulpianus l. ult. de Offic. procons. *Proconsul portam Romae ingressus deponit imperium.* Ex quo intelligere datur illud Cic. *Mihi valde placet, de triumpho nos moliri aliquid, et extra urbem esse cum justissima causa. Extra urbem esse*, ne scilicet ingressus urbem imperium amitteret, atque etiam triumphi spem; cum tam triumphantem, quam ovantem, cum imperio esse conveniat in ullum diem. MOD. Adde Gruchium c. 4. Refutat. ad poster. Sigonii disput. et Cujacium 12. Observ. 33. DUK.

Decrevit senatus, ut Q. Fulvio] Meliores *decernit.* J. FR. GRON. Similiter omnes mei, exceptis Lov. 5. Ber. et Gaertn. qui *decrevit* servant. *decernit* etiam Hearnii N.

§. 11. *Propter intercisos pontes*] *vicinos pontes* Lovel. 3. *incisos pontes* Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Male. Supra hoc cap. *Ubi intercisum pontem a Fregellanis morandi itineris causa invenit. Interrumpere pontem* supra dixit 2, 10, 4. Eodem modo peccatur infra c. 39, 13. Similiter *includere* et *interludere* commutabantur hoc lib. c. 5, 11. Paullo ante *populato agro* edd. principes. *perpopulato* debetur Aldo, cui consentiunt omnes codd.

In Lavicanum venit] Illud quoque monebo hoc loco, vulgo recentibus codd. et, quod magis mireris, aliquanto vetustioribus mendose legi *Lavicanum*, pro *Labicanum. Labicum* Latii oppidum apud plures legere est; *Lavicum*, quod sciam, scribit nemo. SABELL. Omnes omnino mei, excepto uno Lovel. 5. *Lucanum* exhibente, et Hearnii L. 1. cum plerisque edd. antt. servant *Lavicanum.* V. ad 2, 39, 4.

§. 12. *Inde Algido Tusculum petiit*] *inde ab Pedo Tusculum* legendum esse, conjecit Cl. Jac. Gronov. in Differt. epist. ad Livii loc. quaed. Geogr. Epist. 3. p. 24. Haec conjectura magnarum controversiarum materia exstitit. Eam enim quum refellere conatus esset Fabrett. diss. 3. de Aquaed. num. 369. postea Gronov. integra differt. ei respondit, quae edita est anno 1685. Sed tandem censuram suam defendit Fabrett. in Apologem. p. 93. et seqq. Spatium harum adnotationum non permittit, ut eorum rationes proponamus, quae apud ipsos latius videri possunt.

Digitized by Google

13 suit castra. Quo propius hostis accedebat, eo major caedes fiebat fugientium, praecedentibus Numidis: pluresque omnium generum atque aetatium capiebantur.

1 X. In hoc tumultu Fulvius Flaccus, porta Capena cum exercitu Romam ingressus, media urbe per Carinas Esquilias contendit. inde egressus, inter Esqui-

Infra Tusculum dextrorsum] Scripti *dextrorsus*. J. FR. GRON. *dextrorsum* demum adparuit in ultima Gruteri ed. idque superest in Voss. Lovel. 1. 2. 5. et Gaertn. *dextrorsumque* Hav. *dextrorsus* reliqui servant cum Hearnii Oxonn. et prioribus excusis.

Inde in Pupiniam exercitu demisso] Id nominis non memini me usquam legere. GLAR. Meminit hujus agri Varro de ling. Lat. [immo de re rust. 1, 9.] Val. Max. 4, 4. cum ait, *M. Atilium Regulum agellum in Pupinia habuisse*. et Livius 9, [41, 10.] *In agro Pupiniensium ad famam hostium consedit*. Est autem nomen tribus, per quam tum venit Annibal, ut 33, [37, 1.] *Consul per tribum Sappiniam in Bojos venit*. Hoc adscripsi, quia Glareanus hujus agri mentionem a nemine fieri ait: de qua re jam dictum est. SIG. V. ad 9, 41, 10. *Pupinam* Voss. Lovel. 1. et Hearnii L. 1. *Pupilium* Lovel. 4. *Popiniam* Harl.

§. 13. *Omnium generum atque aetatum*] *aetatium* Florent. quem similiter supra legere vidimus 24, 1, 4. De eo supra dictum est ad 9, 17, 7. Paullo ante *caedes fuit fugientium* Hearnii L. 1.

§. 1. *Per Carinas Exquilias contendit*] Ego *Exquiliasque* legendum puto cum conjunctione. Nam duo fuere loca sive urbis regiones, *Carinae* et *Exquiliae*. GLAR. Notanda primo est plerorumque editorum inconstantia, qui, quum libb. 1. 2. 3. 6. *Esquiliae* ediderint, contra hoc loco, et infra 33, 26, 9. et 45, 15, 6. per diphthongum *Aesquiliae* maluerunt. Priorem scribendi rationem ubique reduxi. V. ad 45, 15, 6. Neque opus est, ut cum Glareano legamus *Exquiliasque*; adversantur enim omnes libri, et *Esquilias contendit* ponitur pro in Esquilias. Mox, *Media urbe transire Esquilias jusserunt*. V. ad 2, 28, 1.

§. 2. *Ibi de summa reipublicae consultatum*] Put. Pet. Voss. et meliores alii *de summa republica*. Sic Cic. 1. ad Attic. [16.] *Rogatus ego sententiam multa dixi de summa republica*. Pro Plancio [27.] *Ut etiam summa respublica mihi domi fuerit gerenda, et urbs in urbe servanda*. Caelius ad Cic. ep. 14. *De summa republica saepe tibi scripsi*. Sallust. ad Caesar. [de ord. rep. ep. 2, 2.] *Quin accipe tu ea, quae dicam de summa republica*. Sic in omnibus fuisse scriptis, testis Carrio. Plautus Mercat. [5, 4, 25.]

Nam si istuc jus est, senecta aetate scortari semes,

Digitized by Google

quilinam Collinamque portam posuit castra. Aediles plebis commeatum eo comportarunt. Consules senatusque in castra venerunt. ibi de summa republica consultatum. Placuit, consules circa portas Collinam Esquilinamque ponere castra: C. Calpurnium praetorem urbanum Capitolio atque arci praeesse: et senatum frequentem in foro contineri, si quid in tam subitis rebus consulto opus

Ubi loci res summa nostra est publica? Noster 42, [49, 3.] *Cujus imperio consilioque summam rempublicam tuendam permiserunt.* Sueton. Julio [28.] *Marcellus edicto praefatus de summa se republica acturum.* Neque ego ignoro, quae habet Zinzerlingus c. 48. Promulsidos. Sed certe nec genus illud loquendi, nec quae de eo Cujac. 12. Observ. 32. reprehendenda sunt. Quid enim dicet ad Virgilii illud [2. Aen. 322.] *Quo res summa loco, Panthu?* Sed neque illud corrigendum 1. Catil. 5. *Non est saepius in uno homine salus summa periclitanda reipublicae.* Nam sane quam eleganter dictum est *summa salus reipublicae*, pro universa, pro eo, quod maxime reipublicae saluti sit. In Caecilium [22.] *Nulla salus reipublicae major est, quam eos, qui alterum accusant, non minus de laude, de honore, de fama sua pertimescere.* 1. in Verr. *Neque enim salus ulla reipublicae major hoc tempore reperiri potest.* Talia sunt 1. ad Att. [1.] *Me existimes humanitate prohibitum, ne contra amici summam existimationem miserrimo ejus tempore venirem.* id est, ubi universa ejus existimatio agebatur, in discrimen veniebat. Idem 1. de Offic. [11.] *Adeo summa erat observatio in bello movendo.* id est, adeo omne genus intentionis observationisque adhibebatur. Caesar 1. de Civ. bello [19.] *Pompejus enim rescripserat, sese rem in summum periculum deducturum non esse.* Auctor l. 8. de Gall. [6.] *Exploratum haberet, sub tempus aestivorum nullum summum bellum posse conflari.* Denique vix est, ut non omnibus, quos attingit hac occasione, locis Ciceronis erraverit: et scribendum sit istis, *ad summam rempublicam, de summa republica, summa respublica:* tantum abest, ut in Eumenio corrigendum sit. Quin apud eundem de restaurandis scholis c. 5. etiam legendum *Inter illas imperatorias dispositiones longe majoribus reipublicae gubernandae provisionibus occupatas.* ubi vulgo editur *summis.* Hoc addam, putare me in illa prima locutione, in plerisque certe, dividendum τὸ *respublica*, non ponendum una voce, aut, si cui id displiceat, quasi divisis vocibus accipi. Nam *res summa* est, in qua cardo caussae vertitur, eaque et privatorum, mea, tua, amici, nempe quod maxime illorum refert; et publica, in qua nempe status imperii vel civitatis in discrimen venit. Cato 7. Orig. *Multa me dehortata sunt huc prodire, anni, aetas, vox, vires, senectus: verum enimvero quum tantam rempublicam agier arbitrarer.* Plautus Trucul. [2, 4, 34.]

Digitized by Google

3 esset. Inter haec Hannibal ad Anienem fluvium, tria millia passuum ab urbe, castra admovit. ibi stativis positis, ipse cum duobus millibus equitum a porta Collina usque ad Herculis templum est progressus; atque, unde proxime poterat, moenia si-
4 tumque urbis obequitans contemplabatur. Id eum tam licenter atque otiose facere, Flacco indignum visum est. itaque inmisit equites, submoverique atque in castra redigi hostium equitatum jussit.

Tibi mea consilia summa semper credidi.

Et superius [2, 1, 5.]

Apud hunc mea hera consilia summa loquitur libere.

Sic *summam rem caussamque*, Cic. 1. in Verr. Plinius eleganter 18, 28. *In hoc temporis intervallo res summa vitium agitur, decretorio uvis sidere illo, quod Caniculam appellavimus.* J. FR. GRON. Similiter *de summa republica* Florent. Voss. et alii nonnulli. V. etiam infra ad 38, 50, 9. et Cortium ad locum Sallustii a Gronov. laudatum. Praeterea *consultum* Lovel. 2. V. ad 21, 16, 2.

Placuit consulibus, circa portas Collinam Esquilinamque ponere castra] *Placuit, consules circa* etc. Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. D. Exc. Pithoei, et edd. vetustissimae: pro quo quum postea per notas *placuit, coss. circa* editum fuisset, tandem Sigonius primo, et hinc Gruterus in postrema ed. id mutarunt, substituentes vulgatam lectionem, quam Dan. Heinsius, Gronovii, Clericus, et Hearnius servarunt. At ego priorem revocavi, quam etiam Crevier. in Put. et tribus aliis inventam contextui restituit. Brevem illam scribendi rationem in hac voce saepe librariis errandi caussam fuisse, vidimus ad 10, 10, 2.

§. 3. *Hannibal ad Anienem fluvium, tria millia passuum ab urbe* etc.] Polyb. [9, 5.] *Διαβὰς τὸν Ἀννίωνα ποταμόν, καὶ συνεγγίσας ὥστε μὴ πλεῖον τετταράκοντα σταδίων ἀποσχὼν τῆς Ῥώμης.* SIG. Pal. 2. *ad urbem.* GEBH.

Ad portam Collinam usque ad Herculis templum] Vet. lib. *a porta Collina usque ad.* SIG. Pall. et prisca ed. *a porta Collina*, vel *a Collina porta.* GEBH. Sic [*a porta Collina*] MSS. non *ad portam Collinam:* et sic edere jussit paterna manus; ut jam positio hujus templi Herculis non tam certa sit, quam putatur vulgo. JAC. GRON. Hoc videtur pertinere ad Donat. 3. Urb. Rom. 15. et Nardin. 4. Rom. vet. 4. qui ex vulgata scriptura templum Herculis extra portam Collinam fuisse putant. DUK. *Collina a porta* Lovel. 4. *a porta Collina* reliqui omnes cum Hearnii Oxonn. et edd. ante Aldinam. Eaedem edd. *maxime*, pro *proxime*, praeferunt. V. ad 22, 22, 7.

§. 5. *Ad mille et ducentos erant*] *ad mille et CCC* Lovel. 4. et ed.

Digitized by Google

Quum commissum proelium esset, consules trans- 5
fugas Numidarum, qui tum in Aventino ad mille
et ducentos erant, media urbe transire Esquilias
jusserunt: nullos aptiores, inter convalles tectaque 6
hortorum et sepulcra aut cavas undique vias, ad
pugnandum futuros rati. quos quum ex arce Capi-
tolioque clivo publico in equis decurrentes quidam
vidissent, captum Aventinum conclamaverunt. Ea 7
res tantum tumultum ac fugam praebuit, ut, nisi

Aler. Romana. *ad mille CCC^ti* Ber. *ad mille et trecentos* reliquae edd. usque ad Aldum. *ad mille ducentos* Hav. *ad mille et CC* Gaertner. Mox *Esquilia* Flor. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. *Esquilina* Lovel. 3.

§. 6. *Et sepulcra vacuasque undique vias*] Cur *vacuas* legi possit, non video, si inter convalles et impedita loca melius Numidas equites pugnaturos dixit. Quare vide, ne, inversa dictione *vacuas* pro eo, quod Livius *cavas* scripsit, librariorum fecerit incuria. SABELL. Pal. 1. et vet. ed. *et vacuas undique vias.* Forte *vacuae viae* cavae atque egestae a longinquitate temporis. GEBH. *et vacuas* etiam Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii D. L. 1. et edd. usque ad Aldum. Sed optimi *aut cavas* tuentur.

Clivo publico in equis decurrentes] Unus Gud. *Publicio.* V. ad 27, 37, 15. et Donat. de Urbe Rom. 2, 11. JAC. GRON. Omnes hic libros corruptos, et *clivo Publicio* legendum esse, J. Fr. Gronov. infra ad l. l. monet; verum *Publicio* a m. 2. in Put. invenit Crevier. itaque Flor. legere excerpta mea testantur. Hanc etiam lectionem probat Cl. Graevius in Praefat. tom. 4. Thes. antiq. Rom. contendens nullum *clivum publicum* exstitisse, sed tantum a Sigonio ex corruptis Livii libris invectum fuisse. Doujatius hic et ad Livii locum laud. distinguit inter *clivum publicum* et *Publicium:* illum fuisse in colle Quirinali, in regione urbis VI. Alta semita dicta, et de eo intelligendum Livium; hunc vero fuisse in regione Aventini, de quo accipiendus est Liv. 27, 37, 15. Unde hanc distinctionem didicerit, nescio; nisi forte ex *vico publico* a Sex. Rufo in regione urbis VI. memorato fecerit *clivum publicum.* Si tamen maxime vera fuisset illa distinctio, Numidarum *ex Aventino* Esquilias transitus, hic *clivum Publicium* in monte Aventino indicari, satis doceret. Mox *conclamerunt*, pro *conclamaverunt*, Flor. a m. 1. *conclamarunt* a m. 2.

§. 7. *Suos pro hostibus lapidibus telisque incessebant*] *suos hostibus lapidibus*, omissa praepositione, Flor. Lovel. 4. Harl. Gaertn. et Hav. An voluerunt librarii *suos hostilibus lapidibus? suos velut hostes* Lovel. 3. qui etiam *incursabant.* Sed neutro loco vulgatum mutandum.

§. 10. *Excitati tumultus sunt, compressique*] *oppressique* Ber. a

Digitized by Google

castra Punica extra urbem fuissent, effusura se omnis pavida multitudo fuerit. tunc in domos atque in tecta refugiebant: vagosque in viis suos pro hosti-
8 bus lapidibus telisque incessebant. Nec comprimi tumultus aperirique error poterat, refertis itineribus agrestium turba pecorumque, quae repentinus
9 pavor in urbem compulerat. Equestre proelium secundum fuit, summotique hostes sunt: et, quia multis locis comprimendi tumultus erant, qui temere oriebantur, placuit, omnes, qui dictatores, consules, censoresve fuissent, cum imperio esse,
10 donec recessisset a muris hostis. Et diei quod reliquum fuit, et nocte insequenti, multi temere excitati tumultus sunt, compressique.

1 XI. Postero die transgressus Anienem Hannibal in aciem omnes copias eduxit: nec Flaccus consu-
2 lesque certamen detrectavere. Instructis utrimque

m. 1. et edd. Aldina antiquiores. Male. Modo praecessit: *Nec comprimi tumultus, aperirique error poterat.* Et iterum, *Multis locis comprimendi tumultus erant.* Similiter *comprimere motus* 1, 60, 1. 40, 27. [?] *comprimere seditionem* 5, 2, 13. 32, 3, 2. et 41, 27, 3.

§. 2. *In qua urbs Roma victori praemium esset*] Suspicor *in* ortum esse ex praecedenti litera *m*. DUKER. *urbs Romana* Lovel. 1. 3. Harl. Rec. Gaertn. et Hav. et ita mox §. 4. *urbis Romanae* Lovel. 1. 3. et Gaertn. §. 5. *urbis Romanae* Lovel. 3. et Gaertn. V. Liv. Epit. 49. *urbs Romana praemium esset*, una voce omissa, Hearnii D. *praemium victori esset* Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. et editi ante Aldum. *victori esset praemium* Hav. *proelii victoria esset* Rec.

Imber ingens grandine mixtus etc.] Silius poëtice sic extulit 12, 609.

Ipse e Tarpejo sublimis vertice cuncta etc.

MODIUS.

§. 5. *Minuere etiam per melius et aliae parvae res*] Regius codex habet *minuere. etiam per me Divos et aliae magnae parvaeque res.* Ego non infinitivum *minuere* penultima correpta accipio, sed producta praeteritum indicativi; nec finem superioris, sed initium sequentis sententiae, ideoque sic emendandum reor: *Minuére etiam spem ejus*, vel *illius et aliae magnae parvaeque res.* VALLA.

Digitized by Google

exercitibus in ejus pugnae casum, in qua urbs Roma victori praemium esset, imber ingens grandine mixtus ita utramque aciem turbavit, ut vix armis retentis in castra sese receperint, nullius rei minore, quam hostium, metu. Et postero die eodem 3
loco acies instructas eadem tempestas diremit. ubi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Poe- 4
nos versa est: auditaque vox Hannibalis fertur, *Potiundae sibi urbis Romae modo mentem non dari, modo fortunam.* Minuere etiam spem ejus et aliae, 5
parva magnaque, res: magna illa, quod, quum ipse ad moenia urbis Romae armatus sederet, milites sub vexillis in supplementum Hispaniae profectos audivit: parva autem, quod per eos dies eum 6
forte agrum, in quo ipse castra haberet, venisse, nihil ob id deminuto pretio, cognitum ex quodam

Vet. lib. *aliae magnae parvaeque res.* SIG. Tanti est inspexisse et tractasse libros veteres. Meus MS. *modo fortunam. Minuere vere etiam permelius* etc. Ex eo et Vallae libro lego vel *fortunam minuere. Vertere et jam praeter Divos melius et aliae* etc. Vel *modo fortunam minuere. Etiam praeter Divos vertere melius et aliae* etc. KLOCK. in Syllog. epist. a Cel. Burm. editarum tom. 1. p. 396. Put. *magnaque.* Scribe, ut erat in regio et inter versus Vossiani, *aliae parva magnaque res.* Singulas enim mox enarrat. J. FR. GRON. *minuere etiam permiscue et aliae parvae magnaeque res* Ber. neque aliter Hafn. nisi quod *promiscue* praeferat. *minuere etiam per melius et aliae parvae magnaeque res* Lovel. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. cum edd. antiquis. Neque aliter Florent. nisi quod subfituat *per medium.* In margine ed. Venetae anni 1495. monemur videre, ne legendum sit *Minuere etiam perinde ejus et aliae parvae magnaeque res.* Sed in margine Ascensianae anni 1513. *Minuere etiam spem ejus et aliae parvae magnaeque res.* quod mox Moguntini receperunt, et reliqui servarunt usque ad Gronovium, cujus emendatio verissima videtur. Mox *audiit*, pro *audivit*, Florent. Voss. et Lovel. 2.

Quum ipse ad moenia urbis etc.] Silius [12, 686.]

Ut vero audivit tantum confidere Divis etc.

MODIUS.

Digitized by Google

7 captivo est. Id vero adeo superbum atque indignum visum, ejus soli, quod ipse bello captum possideret haberetque, inventum Romae emtorem; ut, extemplo vocato praecone, tabernas argentarias, quae circa forum Romanum tunc essent, jusserit
8 venire. His motus ad Tutiam fluvium castra retulit, sex millia passuum ab urbe. inde ad lucum

§. 8. *Ad Thuriam fluvium castra retulit, sex millia passuum ab urbe*] Nec hoc nomen uspiam prope Romam ad sex millia passuum invenio. Nam, quod in Hispania est, nihil ad hunc locum. GLAR. Quid sit *Thuria*, *fluvius sex millia passuum ab urbe* distans, merito mihi quaerere Glareanus videtur: neque enim ejusmodi nominis flumen apud quemquam exstat. In vot. lib. legitur *Tutiam*, et recte. Meminit enim Silius, ubi de hoc Annibalis itinere loquitur. SIG. V. C. habet *Tutiam*, non *Turiam*, quomodo Silius manuscriptus l. 13. hoc vers. [4.]

Castra locat, nulla laedens ubi gramina ripa
Tutia deducit tenuem sine nomine rivum,
Et tacite Tuscis inglorius affluit undis.

Facile autem librarius labi potuit, ut *Turiam*, quod nomen est fluvii notioris, pro *Tutiam*, obscurius nomen, scripserit. URSIN. Ita quidem Pall. tres, quod praefert Ursinus; vet. vero ed. *ad Turiam*. GEBH. *ad Tuchiam* Gaertn. et Hearnii L. 1. *ad Tuciam* Lovel. 2. Ber. et Hav. *ad Tutiam* reliqui eodd. quod recte viri docti probant. Sigonius in pr. Scholiorum ed. ad *Sturam* legendum conjecerat, addens se de ea dixisse ad Livii 8, 13, 5. Verum a Faërno, qui *Turiam* vel *Tutiam* tuebatur, monitus in altera ed. sententiam recte mutavit, ac *Tutiam* probavit. V. Sigon. 2. Disput. Patav. in fine, et de hoc fluvio adde, quae olim notavi ad Silii 13, 5. Paullo ante §. praec. vocula *tunc* deerat in Florent. Lovel. 2. 3. 5. Harlej. Ber. a m. 2. et Hav. ejus loco *nc*, id est *nunc*, praefert Gaertn. unde corruptius *non* erat in Voss. adjectis tamen postea notis, quibus indicabatur, vocem illam delendam esse.

Ad lucum Feroniae pergit ire, templum ea tempestate inclitum divitiis] De oppido Feroniae, deque Feroniae Deae templo sic Strabo l. 5. [p. 226.] ὑπὸ δὲ Σοράκτῳ ὄρει Φερωνία πόλις ἐστὶν, ὁμώνυμος ἐπιχωρίᾳ τινὶ δαίμονι τιμωμένῃ σφόδρα ὑπὸ τῶν περιοίκων, ἧς τέμενός ἐστιν ἐν τόπῳ θαυμαστὴν ἱεροποιΐαν ἔχον etc. SIG. Iterum Silius [13, 86.]

Fama est, intactas longaevi ab origine fani etc.

Quo loco pessime et contaminatissime in omnibus edd. est *longaevi ab origine Fauni*, de quo in Novantiquis [Epist. 62.] egi pluribus. MODIUS.

§. 9. *Capenates aliqui adcolae ejus erant*] *Capenates* qui sint, non ferme memini me legisse. Quanquam sunt, qui ex fragmentis Catonis legant; *Capenam* et

Digitized by Google

Feroniae pergit ire, templum ea tempestate inclitum divitiis. Capenates aliqui adcolae ejus erant; 9
primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes, multo auro argentoque id exornatum habebant. His omnibus donis tum spoliatum templum. aeris acervi, quum rudera milites religione inducti jacerent, post profectionem Hannibalis magni in-

oppidulum et sylvam in Aventino fuisse monte. Idem sensisse et Fabium Pictorem et Sempronium. His fidem det, quantam quisque velit, nam ego nihilominus haereo. GLAR. Sic 27, [4, 14.] *In agro Capenate ad lucum Feroniae.* SIG. Locus hic, quum male distinctus, tum etiam mendo respersus est. Ego sic lego: *Inde ad lucum Feroniae pergit ire. Templum, ea tempestate inclytum divitiis, Capenates, qui adcolae ejus erant, primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes, multo auro argentoque exornatum habebant.* Non enim Livius dicere voluit, lucum Feroniae templum divitiis inclytum: sed in luco Capenates adcolas, in quorum agro id erat, templum habuisse inclytum divitiis, id est, multo auro argentoque exornatum. CLUVER. 2. Ital. ant. 3. p. 548. Put. *aliique accolae.* Forsan, *aliique qui accolae ejus erant.* etsi brevius haec potuissent dici. Cluverius et alia molitur, miratus injuria, lucum dici *templum.* Posses et cogitare *Faliscique accolae primitias frugum.* 27, 4, 14. *Et in agro Capenate ad lucum Feroniae quatuor signa sudasse.* J. FR. GRON. In luco Feroniae templum ejus Deae erat, et ideo templi hic meminit. Certe ex Liv. l. l. lucum Feroniae in agro Capenate fuisse constat; ibidem autem etiam aedem ejus fuisse patet ex Liv. 33, 26, 8. *Aedes Feroniae in Capenate de coelo tacta erat.* Non opus itaque Cluverii emendatione est. Ceterum *Capenates aliquot adcolae* Lovel. 2. Ber. a m. 2. et Hav. *Capenates aliqui adcolae* Florent. Lovel. 1. et Harlej. *Capenates aliique, qui adcolae*, quod Gronov. ex conjectura et codd. vestigiis deprehenderat, ex optimo Colbert. legendum esse, Doujatius monuit.

Aeris acervi, quum rudera milites religione inducti jacerent] Quid sit *rudera jacere*, ego plane non intelligo, praesertim si de militibus Hannibalis loquaris. Sin de aliis posterioribus annis militibus, non video, quomodo *inducti religione*, qui templum non spoliarunt. Sed lectori id judicandum relinquo. GLAR. Pal. 3. *induti.* Forte legendum *imbuti.* GEBH. Glareanus scribit, se plane non intelligere, quid sit *rudera jacere*, praesertim si de militibus Annibalis loquaris. Certum est, de militibus Annibalis sermonem esse. Nam si acervi aeris post profectionem Annibalis inventi sunt, qui ibi ante non fuerant, nemo, nisi milites Annibalis, ante illius profectionem rudera illa jacere potuit. *Rudera* Pighio ad Val. Max. 5, 6, 3. hic sunt frusta aeris, aut etiam asses, signative nummi aerei. De nummis signatis dubito an fallatur: nam *rudus*,

Digitized by Google

10 venti. Hujus populatio templi haud dubia inter scriptores est. Coelius, Romam euntem ab Ereto divertisse eo Hannibalem, tradit: iterque ejus ab
11 Reate, Cutiliisque, et ab Amiterno orditur. ex Campania in Samnium, inde in Pelignos pervenisse; praeterque oppidum Sulmonem in Marrucinos trans-

rodus, *raudus* cum alia, tum aes rude, infectum notant. Cincius apud Festum v. *Rodus*. *Aes infectum rudusculum*. *Apud aedem Apollinis aes conflatum jacuit: id ad rudus appellabant*. Ita haec distinguenda puto. Glossae Philoxeni: Χαλκὸς ἀνέργασος, *rudus*. *Jacere* hic sine dubio dicit Livius ut 3, 18, 11. *In consulis domum plebes quadrantes*, *ut funere ampliore efferretur*, *jactasse fertur*. Et Suet. Aug. 57. *Omnes ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro salute ejus stipem jaciebant*. Quod si quis quaerat, unde militibus Annibalis tanta copia aeris suppetere potuerit? respondeo, vel ex praeda, quam eos, a Capua ad urbem Romam proficiscentes, ex locis, quo numquam quisquam hostem venturum crediderat, infinitam cepisse auctor est Polybius 9, 6. vel fortassis ex ipsis templi thesauris, e quibus quum primùm etiam aes rapuissent, deinde religione tacti id ibi relinquendum existimaverint. Sed hoc non intelligo, quae ista religio rudera jaciendi, ne sacrilegium admisisse viderentur, esse potuerit iis, qui omnibus aureis argenteisque donis templum spoliaverant. DUK. *induti* etiam Lovel. 3. 4. 5. et Hav. Ex eo tamen cum Gebhardo *imbuti* legendum esse non conjicio, sed potius existimo, librarios perperam literam omisisse. Certe, eos saepe *induere* et *inducere* commutasse, videbimus ad 30, 13, 12.

Post profectionem Hannibalis mortui inventi] Hoc plerique habent codd. Alii, quod magis placet, non *mortui* habent, sed *magni*. SABELL. *mortui* praeter quasdam edd. antt. soli tantum praeferunt Hav. et Hafn.

§. 10. *A freto divertisse eo*] Caelius Romam euntem *a freto divertisse* Hannibalem tradit: sed ille a Capua, id est procul a mari, venerat, nec ad mare descenderat: nec *fretum* dixisset, si etiam ad mare ventum esset, quasi ignoremus, quid fretum sit: nec tamen ex ipso freto Siculo Hannibal venisse dici potest, quum statim subjungat *ab Reate*, quod Sabinorum est oppidum. Ergo *Ereto* legendum, non *freto*. Illustris est locus *Eretum* in Sabino agro supra Tyberim. quam dictionem apud Valerium depravatam in integrum in Plinianis observationibus a mendo vindicavi. SABELL. *ac freto* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. et Gaertn. *hoc freto* Lovel. 4. *a freto* Ber. et Hav. pro quo recte Sabell. *ab Ereto*. Locus autem Val. Max. ubi similiter peccatum fuisse dicit, exstat 2, 4, 5. ad quem videndi sunt viri docti. Et ita saepissime librarios erraſſe, dictum est ad 3, 26, 2. Praeterea *devertisse* Florent. et Hav. V. ad 1, 57, 8.

Iterque ejus ab Reate, *Cupiliisque*, *et ab Amiterno orditur ex Campania in Samnium: inde in*

Digitized by Google

isse; inde Albensi agro in Marsos, hinc Amiternum, Forulosque vicum venisse. Neque ibi error est, 12
quod tanti exercitus vestigia intra tam brevis aevi memoriam potuerint confundi. isse enim ea constat. Tantum id interest, veneritne eo itinere ad urbem, 13
an ab urbe in Campaniam redierit.

*Peligno*s] Etiam atque etiam operae pretium est, hoc in loco considerare hujus itineris descriptionem. Quomodo enim *ab Amiterno* orsus est, qui paulo post et ad finem rursus eo venisse dicatur? *Cutiliis* autem ex Plin. ac Dionys. legendum. *Forulorum* meminit Virgil. 7. Aen. [714.] de Clauso, qui locus hunc juvare potest. Non est apud me dubium, hos locorum errores temporum injuria accidisse: neque verisimile est, Livium Italiae loca tam male tenuisse. GLAR. Miratur Glareanus, quomodo Coelius ordiatur iter Annibalis ab *Amiterno*, cum eundem addat, *Amiternum* tantem *Forulosque vicum venisse*. Magna quidem quaestio atque difficilis haec videatur, nisi Liviana verba attente legantur. Est enim haec sententia: Coelius orditur Annibalis iter a Reate, Cutiliis et Amiterno. Si quis autem quaerat, quanam a Capua Amiternum idem venerit, respondet altius iter ejus repetendo: ex Campania in Samnium, inde in Pelignos, post in Marrucinos, postremo in Marsos, atque inde Amiternum Forulosque venisse. Strabo autem l. 5. [p. 228.] Sabinos usque ad Vestinos pertendit, urbesque eorum nominat *Νόμεντον*, *Ἀμίτερνον*, *Ἰντεριμνέαι*, *Ῥεάτιον*, *Κωτισσκώλιας*, *Φορουλούς*, *Κύριν*, *Ἤρητον*. Ex quo apparet, nullam esse in verbis auctoris, quam ille arguit, inconstantiam. SIG. Si sententia Sigonii placet, distinguenda etiam Livii verba, quemadmodum ipse edidit, hoc modo: *ab Amiterno orditur. Ex Campania in Samnium*, *inde in Pelignos* etc. Ceterum *Cupiliisque* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. ac priscae edd. *Cupiliisque* Lovel. 1. *Capuliisque* Rec. *cupidus* Harlej.

§. 11. *Praeterque oppidum Sulmonem instituit in Martianos transisse*] Videat lector, ne *Marrucinos* sit legendum, qui Pelignis sunt affines. Sed conjectura haec. SABELL. Pall. 1. et 3. *Sulmonem instituit in Martinos transisse*. nisi quod tert. *in Martianos*. Pal. 2. *instituit in Martianos transire*. prisca ed. *praeterque oppidum Sulmonensem instituit in maritimos transisse*. GEBH. *praeterque oppidum Sulmonensem* cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. codex Ber. a m. 1. post quam vocem *τὸ instituit* addunt Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Rec. et Hav. cum vett. edd. usque ad Aldum, cui id delenti consentit Florent. Deinde *in Martianos* Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *in Marcianos* Gaertn. *in Maceranos* Ber. a m. 1. *in Mamertinos* Lovel. 2. *in Marucianos* Rec. *in Matinos* Voss. qui in margine pro varia lectione habet *in Marrucinos*, et *in Martianos*. Nullum dubium est, quin recte Sabellicus conjecerit *in Marrucinos*, quod etiam servat Florent. Mox *Amiternum*

Digitized by Google

1 XII. Ceterum non quantum pertinaciae ad premendam obsidione Capuam Romanis fuit, tantum
2 ad defendendam Hannibali. namque ex Lucanis in Bruttium agrum, ad fretum vero ac Rhegium eo cursu contendit, ut prope repentino adventu incau-
3 tos obpressérit. Capua etsi nihilo segnius obsessa per eos dies fuerat, tamen adventum Flacci sensit: et admiratio orta est, non simul regressum
4 Hannibalem. Inde per conloquia intellexerunt, re-

Hearnii D. Hinc *Forulosque convenisse* Lovel. 1.

§. 13. *Tantum id interest*] *id incertum est* Brancal. Latinii, et Ber. a m. 2. priori lectione deleta, ut vetus lectio nosci non potuerit.

An ab urbe in Campaniam redierit] Polyb. 9, 7. eum in Campaniam redisse, et Ap. Claudii exercitum Capuam obsidentem castris expulisse, sed mox per Apuliam, Dauniam, et Bruttios in agrum Rheginum venisse tradit. Livium non credidisse, eum post discessum ab Roma Capuam redisse, ex principio cap. seq. colligi potest. DUKER.

§. 2. *Ex Lucanis in Bruttium agrum, ad fretum vero* etc.] Polyb. [9,7.] *Ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν διὰ τῆς Λαυνίας καὶ τῆς Βρεττίας, ἐπέσῃ τοῖς κατὰ τὸ Ῥηγιον τόποις ἀνυπόπτως. ὥστε παρ' ὀλίγον μὲν καὶ τῆς πόλεως κυριεῦσαι.* SIGON.

Regium se occursu contendit] Opinor legendum *tanto cursu contendit*. VALLA. Pal. 1. *Namque et Lucanos in Bruttium agrum ad fretum ac regio se occursu cont.* sec. *Namque et Lucanos in Brutium agrum ad fretum ac regii se occursu cont.* Prisca denique ed. *Namque et Lucanos in Brutium agrum: ad fretum vero ac Regium tanto concursu contendit.* GEBH. *Namque et Lucanos* Flor. Voss. Lov. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Rec. Hav. et edd. usque ad Aldum, qui in erratis *ex Lucanis* emendat. *Neque et Lucanos* Gaertn. *Namque et Lucanis* Lovel. 3. *Namque in Lucanos* Voss. in margine. Tum *ad fretum ac Regiis* Florent. et Hafn. *ad fretum ac Regii* Voss. Lovel. 3. Harlej. et Gaertn. *ad fretum et Regii* Lovel. 2. *ad fretum ac Regium* Lovel. 4. *ad fretum Regii* Lovel. 5. Hinc *se occursu contendit* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. et Harlej. *se accursu contendit* Gaertn. *se occursurum contendit* Lovel. 2. Hav. et Voss. in margine. *tanto cursu contendit*, ut Valla conjecit, Ber. omnesque editi usque ad Aldum, cui *eo cursu contendit* substituenti consentit Florent.

§. 3. *Nihilo segnius oppressa*] Malim *nihilo segnius obsessa*. Errorem fecit *opsessa*, sicut *optinere*, *opsides* et similia in libris antiquis. LIPS. 3. Epist. Quaest. 13. Libri omnes nostri *nihilo segnius oppressa*. Lipsius tamen mavult *obsessa*. Sed vulgatam lectionem tuetur ipse Livius, *ad premendam obsidione Capuam.*

Digitized by Google

lictos se desertosque, et spem Capuae retinendae deploratam apud Poenos esse. Accessit edictum 5 proconsulis ex senatusconsulto propositum, vulgatumque apud hostes: *ut, qui civis Campanus ante certam diem transisset, sine fraude esset.* Nec ulla fa- 6 cta est transitio, metu magis eos, quam fide, continente; quia majora in defectione deliquerant, quam quibus ignosci posset. Ceterum quemadmo- 7 dum nemo privato consilio ad hostem transibat,

GEBH. Male *nihil segnius obsessa* editiones plurimae. Scribe ex aliis et MS. Cantabr. *nihilo segnius.* 2, 47, 1. *Nihilo segnius in altero cornu consul pugnam ciebat.* 35, 8, 9. *Quum pergeret nihilo segnius referre.* 32, 22, 2. *Inter magistratus gentis certamen nihilo segnius.* Et sic Lipsium in Epist. Quaest. citare video. JAC. GRON. *nihilo segnius* etiam Florent. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. ac. vett. edd. idque se in Put. et omnibus suis invenisse testatur Crevier. *nihil* primum ostentavit Basil. anni 1539. quod, licet interim Sigonius iterum *nihilo* receperit, tamen reliqui editores in contextu servarunt usque ad Crevier. qui priorem lectionem revocavit. V. ad 6, 38, 8. Deinde *oppressus* servant Florent. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 5. Harlej. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. malim tamen cum Lipsio *obsessus.* Non enim *opprimere urbem* est eam obsidione premere, ut Gebhardus existimasse videtur. Solent autem etiam alibi hae voces commutari. V. ad Livii Epit. 57.

§. 5. *Accessit edictum proconsulis*] *proconsulum* Ber. *per consules* Brancal. Latinii. Tum *e senatusconsulto* Lovel. 4. Hinc *ante certum diem*, pro *certam*, Lovel. 2. et Gaertn. Sed v. ad 4, 36, 3.

§. 7. *Nihil salutare in medium consulebatur*] Put. *conflitebatur.* Men. *consistebatur.* Pet. *consistebat.* Reg. *constituebatur.* Rutilius Lupus l. 1. *Efflagitabat, ut senatus haberetur, et, prout tempus postulabat, celeriter, quod opus esset, constitueretur.* l. 2. *Vobis quod aequissimum videatur, ut constituatis, permitto.* Buslid. *consciscebatur.* Quod monebat Rubenius ferri posse, ut 1, [32, 13.] *Senatusque po. R. Quiritium censuit, consensit, conscivit.* Voss. *consiscebatur.* J. FR. GRON. *consulebat* Gaertn. *consistebat* Lovel. 2. 3. et Harlej. cum Hearnii N. ac D. *consistebatur* Lovel. 4. et Hearnii L. 1. *conferebat* Hav. *confitebatur* Florent. *consciscebatur* Lovel. 1. Mira lectionum varietas in locutione haud ita incognita haud levem movet suspicionem aliquid latere: interim tamen locutio *consulere in medium* Liviana est. Supra 24, 22, 15. *Postquam animadvertit* etc. *undique consuli in medium.* Similiter *in commune consulere* dixit 32, 21, 1.

§. 8. *Deseruerat, neque in senatum cogi poterat*] *poterant* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quod tot codd. auctoritate firmatum non spernendum existimo. Ita *nobilitas* hic consi-

Digitized by Google

8 ita nihil salutare in medium consulebatur. Nobilitas rempublicam deseruerat, neque in senatum cogi poterant. in magiſtratu autem erat, qui non sibi honorem adjeciſſet, sed indignitate sua vim ac jus
9 magiſtratui, quem gerebat, demsisset. Jam ne in foro quidem, aut publico loco, principum quisquam adparebat: domibus inclusi patriae occasum cum
10 suo exitio in dies exspectabant. summa curae omnis in Boſtarem Hannonemque praefectos praesidii Punici versa erat, suo, non sociorum, periculo solli-
11 citos. Hi, conscriptis ad Hannibalem literis, non libere modo, sed etiam aspere, quibus, *non Capuam solam traditam in manum hoſtibus, sed se quoque et praesidium in omnes cruciatus proditos*, incusabant:
12 *abiiſſe eum in Bruttios, velut avertentem sese, ne Ca-*

deratur tamquam conlectivum, et conſtruitur cum verbo plurali. Sic apud Salluſt. in Jug. 13. *Uti in gratiam et favorem nobilitatis Jugurtha veniret. Quorum pars spe, alii praemio inducti* etc. V. plura ad 35, 26, 9. Quin etiam *deseruerant* Florent. a m. 1. Id tamen non neceſſe. Saepe enim Livius conlectivo in priori membro verbum singulare, in altero plurale junxit. V. ad 4, 16, 8.

Indignitate sua vim ac jus magiſtratui, quem gerebat, demsisset] Pal. 2. *jus magiſtratus, q. g. depressisset.* ut et exhibet prisca ed. eleganti translatione ab aequilibrio. tert. *vim ac magiſtratus jus, quem g. demsiſſet.* GEBH. *vim ac jus magiſtratus* Lovel. 3. et Rec. *magiſtratu* Hav. Tum *depressisset* Lovel. 4. et Gaertn. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *demserat* Ber. a m. 2. prioris lectionis veſtigiis etiam sublatis. Paullo ante *autem* non adparet in Florent.

§. 10. *Summa curae omnis in Boſtarem*] *summa cura omnis* Florent. et Hav. quod forte referri poſſet ad illa, de quibus egit Gronov. ad hujus lib. c. 10, 2. Verum *summa curae*, ut *summa rerum*, *belli* et similia, de quibus v. ad 8, 26, 6.

§. 11. *Non Capuam solum traditam in manum hoſtibus*] *non Capuam solam* Florent. Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. et Gaertn. quod non displicet. Tum *traditam in manu hoſtibus* Voſſ. Lovel. 1. 2. et Ber. *traditam in manu hoſtium* Lovel. 4. et edd. principes, pro quo Moguntini dederunt *traditam in munum hoſtium*, consentientibus Rec. et Gaertn. Aldus deinde id, quod vulgo nunc exſtat, invexit; quomodo reliqui codd. habent. illud autem verum

Digitized by Google

pua in oculis ejus caperetur. at, Hercule, Romanos ne obpugnatione quidem urbis Romanae abstrahi ab Capua obsidenda potuisse. tanto constantiorem inimicum 13
Romanum, quam amicum Poenum esse. Si redeat Capuam, bellumque omne eo vertat, et se et Campanos paratos eruptioni fore. Non cum Rheginis, neque Ta- 14
rentinis bellum gesturos transisse Alpes. ubi Romanae legiones sint, ibi et Karthaginiensium exercitus debere esse. Sic ad Cannas, sic ad Trasimenum rem bene gestam; coëundo, conferendo cum hoste castra, fortunam tentando. In hanc sententiam literae conscriptae 15
Numidis, proposita mercede jam professis operam, dantur. Hi specie transfugarum quum ad Flaccum in castra venissent, ut inde tempore capto abirent; famesque, quae tam diu Capuae erat, nulli non

puto. 1, 54, 10. *Gabina res regi Romano sine ulla dimicatione in manum traditur.*

§. 12. *Ne obpugnatione quidem urbis Romanae*] Ita Jac. Gronov. edidit, consentientibus multis ex meis codd. Antea vulgabatur *urbis Romae.* V. ad Epit. Liv. 49.

§. 15. *Proposita mercede jam professis operam*] Non pejus legi queat *eam professis operam.* V. Gronov. ad 1, 39, 2. DUKER.

Ut inde tempore captato abirent] Put. *capto.* Virgil. 11. Aen. [783.]

Telum ex insidiis eum tandem tempore capto
Conjicit.

l. 3, 9, 7. *Insidiatum eum et tempore capto adortum rempublicam.* ubi frustra haeret Glareanus. 33, [28, 1.] *Tollere Brachyllam principem fautorum regis statuerunt, et tempore ad eam rem capto, cum in publico epulatus.* Forsan et ita leg. 35, 19, 2. *Purgare se tempore capto.* ubi editur *apto.* J. FR. GRON. *ut inde tempore Capuam abirent* Voss. et Lovel. 1. *tempore capto abirent* Florent. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Gaertn. Hav. pluresque alii cum Hearnii Oxonn. Quaedam supra v. ad 3, 9, 7. Interdum alibi *captus* et *captatus* in Mstis commutantur. V. ad 22, 28, 2. et 38, 44, 3. Multa similia v. ad 10, 37, 2.

Quae tamdiu Capuae erat] Malim *jam diu.* SIG. *jam* et *tam* saepissime a librariis confundi, supra dictum est ad 21, 11, 12. Omnes nostri vulgatum hic servant.

§. 16. *Numidas fraude composita transisse*] Libri omnes *Numidam.* GEBH. Ita quoque Florent. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante

Digitized by Google

16 probabilem caussam transitionis faceret, mulier repente Campana in castra venit, scortum transfugarum unius; indicatque imperatori Romano, Numidas fraude composita transisse, literasque ad
17 Hannibalem ferre. id unum ex iis, qui sibi rem aperuisset, arguere sese paratam esse. Productus primo satis constanter ignorare se mulierem simulabat: paullatim dein convictus veris, quum tormenta posci et parari videret, fassus id ita esse.
18 literaeque prolatae; et additum etiam indicio, quod celabatur, et alios specie transfugarum Nu-
19 midas vagari in castris Romanis. hi supra septuaginta comprehensi, et cum transfugis novis mul-

Frobenium, qui anno 1531. *Numidas* recte substituit. Id enim verum esse, sequentia indicant.

§. 17. *Id unum ex iis, qui sibi rem aperuisset, arguere se paratam esse*] Considera penitius hoc genus dicendi. Se paratam esse, inquit, id unum arguere. Sed *unum* masculini accusativus est, ut paulo ante genitivus *scortum transfugarum unius*. Verum hoc leviculum, et vix dignum annotatione. GLAR. Pal. 3. *arguere sese paratam esse*. GEBH. Dele *sese*. T. FABER. Quamvis ad 1, 23, 5. dictum sit, saepe pronomen *se* omitti, quum tamen id hoc loco omnes codd. tueantur, Fabrum audiendum non esse arbitror. *ad id unum* est in Brancal. Latinii. *id per unum ex iis* vir doctus ad marginem ed. Curionis conjecit.

Satis constanter ignorare se mulierem simulabat] Libb. omnes *se mulierem ignorare*. GEBH. Similiter Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. *mulierem ignorare*, omisso pronomine, Harlej. Mox *dein convictus* vulgavit Jac. Gronov. quum antea *deinde* ederetur. Sed sine dubio codd. suos secutus est. Certe ex meis ita Florent. Harlej. Voss. Hav. pluresque alii. V. ad 3, 3, 6.

§. 18. *Et additum etiam indicio*] *Τὸ et* mihi suspectum est, etsi scio, *et etiam* satis Latine dici. DUKER.

§. 19. *Multati virgis*] Alii *mulctati* ediderunt. Codd. etiam partim *mulctati*, partim *multati* exhibent. Sed legendum est *mulcati*, ut edidit Cleric. et Cl. Wasse ad oram Livii conjecit. Similiter hoc loco legendum, indicasse videtur Lipsius ad Taciti 1. Ann. 32. unde id forte hausit Reuchen. ad Front. 4, 1, 15. V. ad 28, 30, 12. Paullo ante *supra sexaginta* Lovel. 1. Infra autem pro *manibusque praecisis* in Voss. contextu erat *navibusque*; ad margi-

Digitized by Google

cati virgis, manibusque praecisis, Capuam rediguntur. Conspectum tam trifte supplicium fregit animos Campanorum.

XIII. Concursus ad curiam populi factus coëgit Lesium senatum vocare: et primoribus, qui jam diu publicis consiliis aberant, propalam minabantur, nisi venirent in senatum, circa domos eorum ituros se, et in publicum omnes vi extracturos esse. Is timor frequentem senatum magiftratui praebuit. Ibi quum ceteri de legatis mittendis ad imperatores Romanos agerent, Vibius Virrius, qui defectionis ab Romanis auctor fuerat, interrogatus sententiam, negat, *eos, qui de legatis et de pace ac dedi-*

nem autem pro varia lectione adjiciebatur, vel *manibusque*, vel *naribusque* subftituendum efte.

§. 1. *Circa domos eorum ituros se, et in publicum omnes vi extracturos esse*] *circa domum eorum* Lovel. 1. Pronomen *eorum*, quod ab edd. prioribus aberat, Aldus interseruit. Et recte. Agnoscunt enim omnes mei; nisi quod desideretur in Berol. a m. 1. Deinde *ituros se*, *in publicum omnes inde extracturos esse* Voff. *Tò et* ignorant etiam Lovel. 2. Gaertn. et Hav. Praeterea *ituros esse* Cantabr. an scriba voluit *ituros sese?* Tum *abftracturos esse* Lovel. 5.

§. 2. *Vibius Virius, qui defectionis*] Libro 23. non ita longe ab initio [c. 6, 1.] hoc tradidit Livius; ubi tamen non *Vibius*, sed *Subius Virius* legitur. quod ibidem quoque admonuimus. GLAR. *Vibus Virius*, ut ante. SIG. Videtur legendum *Varus*, non *Virius*, ex antiquo denario Vibiae familiae, in quo est C. VIBIUS VARUS. et infra item. URSIN. Pall. tres, et ant. ed. *Vivius Virrius*. 23, 6, 1. vocatur in vulgatis edd. *Subius Virius*. Sigonius et hic et ibi reponendum censet *Vibus Virius*. GEBH. Varie utrumque nomen in scriptis exaratur. Prius vel *Unius*, vel *Iunius*, vel *Vivius*, vel *Vinius*, vel *Subius*: posterius vel *Virrius*, vel *Vitrius*, vel *juvenis*. Florent. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. legunt *Vivius Virrius*. Hinc, *Vibius Virrius* legendum efte, docui ad 23, 6, 1.

§. 3. *Meminiffe, nec quid facturi fuerint*] Pal. 1. *meminisse se, ne quid f. f.* Et ita ferme tert. nisi quod *nec*. GEBH. Palatino 1. consentit Ber. *meminisse se, nec quid* edd. Aldina antiquiores. *meminisse se quid* Lovel. 3. et Harlej. sed in posteriore *ne*, pro *se*, inter versus adscribebatur. *ne* pro *nec* etiam Voff. Lovel. 1. 2. 4. 5. et Ber.

§. 4. *Nostraque omnia Romanis*

Digitized by Google

tione loquantur, meminisse, nec quid facturi fuerint, si Romanos in potestate habuissent; nec quid ipsis pa-
4 *tiendum sit. Quid? vos,* inquit, *eam deditionem fore censetis, qua quondam, ut adversus Samnites auxilium impetraremus, nos nostraque omnia Romanis*
5 *dedidimus? Jam e memoria excessit, quo tempore, et in qua fortuna a populo Romano defecerimus? jam, quemadmodum in defectione praesidium, quod poterat emitti, per cruciatum et ad contumeliam*
6 *necarimus? quoties in obsidentes, quam inimice eruperimus, castra obpugnarimus? Hannibalem vocaverimus ad obprimendos eos? hoc quod recentissimum est, ad obpugnandam Romam hinc eum*
7 *miserimus? Age contra, quae illi infeste in nos fecerint, repetite: ut ex eo, quid speretis, habeatis. Quum hostis alienigena in Italia esset, et Han-*

dedidimus] Exhibetur in Pall. omnibus *dedimus*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. omnesque edd. usque ad Modium, qui recte *dedidimus* substituisse videtur. V. ad 39, 50, 9.

§. 5. *Per cruciatum et ad contumeliam necaverimus*] Put. *necarimus*, et mox *castra oppugnarimus*. Alludit Voss. qui *necaremus*, *oppugnaremus*. J. FR. GRON. *necaremus*, et mox *oppugnaremus*, etiam Florent. a m. 1. Lovel. 4. Harlej. et Hearnii L. 1. atque N. *necarimus* vero et *oppugnarimus* Florent. a m. 2. *necaremus* etiam Lovel. 1. 2. 3. et Gaertn. V. ad 21, 44, 7. Praeterea *per cruciatum et contumeliam* Ber. a m. 2. et Lovel. 4. Atque ita Ant. Perizon. ad marginem Livii conjecit. Non bene. Passim enim Livium solitum fuisse praepositiones variare, vidimus ad 6, 28, 3.

§. 6. *Hannibalem vocaverimus ad obprimendos* etc.] Orationem Virrii hanc ad verbum fere expressit Silius [13, 262.] cujus versus, vulgo corruptissimi, sic sunt emaculandi:

Virrius a Poeno nullam docet esse salutem etc.

MOD. Integrum locum Silii abscribere abstinui, partim quia nullus errorum, quibus verba poëtae obsita sunt, in notis Modii emendabatur; partim, quia emendationes Modianae, ex Novantiq. ejus excerptae, in nupera mea ed. videri possunt. Paullo

Digitized by Google

Hannibal hostis, et cuncta bello arderent, omissis omnibus, omisso ipso Hannibale, ambo consules et duo consulares exercitus ad Capuam obpugnandam miserunt. Alterum annum circumvallatos inclusosque nos fame 8 *macerant, et ipsi nobiscum ultima pericula ac gravissimos labores perpessi, circa vallum ac fossas saepe trucidati, et prope ad extremum castris exuti. Sed omitto* 9 *haec. vetus atque usitata res est, in obpugnanda hostium urbe labores ac pericula pati. illud irae atque odii exsecrabilis indicium est. Hannibal ingentibus copiis pedi-* 10 *tum equitumque castra obpugnavit, et ex parte cepit: tanto periculo nihil moti sunt ab obsidione. Profectus trans Vulturnum, perussit Calenum agrum: nihil tanta sociorum clade avocati sunt. Ad ipsam urbem Ro-* 11 *mam infesta signa ferri jussit. eam quoque tempestatem inminentem spreverunt. Transgressus Anienem, tria millia passuum ab urbe castra posuit: postremo ad moe-*

ante voces *quoties in obsidentes, quam inimice eruperimus, castra obpugnarimus* neglegentia scribae exsulant ab Hearnii D. cui fraudi fuit similitudo inter ultimas syllabas vocum *necarimus* et *obpugnarimus*. Sed *quam inimice* Gronov. anno 1665. edidit. Priores constanter exhibuerunt *quam inimici*. Et ita est in Florent. Lovel. 2. 3. 5. Harlej. Ber. Gaertn. et Hav. Vellem itaque, Gronov. indicasset, quam ob caussam vulgatum inmutaverit; vel viri docti, qui lectionem ejus secuti sunt, monuissent, quid sibi in codd. suis obvium fuisset.

§. 7. *Ambo consules et duo consulares exercitus*] Ita pro *ambos* et *duos* J. Fr. Gronovius vulgari jussit, et quidem fide optimi Put. ut testatur ad 35, 21, 5. Neque aliter apud me Florent. Gebhardus etiam, quum *ambo consules* in Pal. 3. reperisset, etiam *duo consulares* scribendum esse conjecit ad 7, 40, 9.

§. 8. *Ultima pericula, gravissimos labores*] Put. *ac gravissimos*. J. FR. GRON. In omnibus meis copula deest.

Prope ad extremum castris exuti] Pal. 2. *in castris*. Forte *ad extremum vi castris exuti*. GEBH. Nullus meorum vulgatum mutat.

§. 10. *Nihil tanta sociorum clade avocati sunt*] Pal. 3. *tantorum sociorum clade*. GEBH. *advocati sunt* Lovel. 3. et Harlej. V. ad 4, 61, 3. et 8, 23, 11. *avocati* nempe ab obsidione Capuae.

Digitized by Google

nia ipsa et ad portas accessit. Romam se ademturum eis, nisi omitterent Capuam, ostendit. non omiserunt.
12 *Feras bestias, caeco inpetu ac rabie concitatas, si ad cubilia et catulos earum ire pergas, ad opem suis ferendam avertas. Romanos Roma circumsessa, conjuges,*
13 *liberi, quorum ploratus hinc prope exaudiebantur, arae, foci, Deûm delubra, sepulcra majorum temerata ac violata, a Capua non averterunt: tanta aviditas supplicii expetendi, tanta sanguinis nostri hauriendi est*
14 *sitis. Nec injuria forsitan. nos quoque idem fecissemus, si data fortuna esset. Itaque quando aliter Diis in-*

§. 11. *Transgressus Anienem*] Pall. tres *Transgressus Anienem amnem*. GEBH. Similiter Florent. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. Paullo ante *urbem Romanam*, pro *Romam*, Lovel. 1. 3. V. ad Epit. Liv. 49.

Nisi [*quod*] *omitterent Capuam, ostendit. et non omiserunt*] Put. ignorat copulativam. J. FR. GRONOV. Ignorat eamdem Florent. Saepe indocti librarii connectendae orationi eam addiderunt. V. ad 36, 31, 11. Paullo ante *ad ipsa moenia, ad portas*, omissa etiam copula, Harlej. V. ad 38, 18, 12.

§. 13. *Quorum ploratus hic quoque prope exaudiebantur*] Vet. lib. *hinc quoque*. SIG. Pall. tres *hinc prope exaudiebantur*. Vulgatum optime sustinet vet. ed. GEBH. Libri meliores exigunt *τὸ quoque*. J. FR. GRON. *hinc* etiam Florent. omnesque reliqui cum Hearnii Oxonn. Nihil facilius a negligentibus librariis committi potuit, quam ut commutarent voculas *hic* et *hinc* sive, ut scribi solebat, *hīc*. Exempla v. ad 1, 12, 7. 2, 2, 4. 3, 28, 8. c. 62, 4. 4, 28, 4. 5, 54, 7. 7, 34, 5. 14. c. 35, 3. 37, 11, 6. 39, 13, 3. 40, 35, 14. 45, 23, 7. et alibi. Adde Bentl. ad Horat. 1. od. 17, 14. Deinde *τὸ quoque* non adparet in Florent. Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. a m. 2. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. quorum fide etiam delevi. Eamdem particulam, quam omnes sui pariter respuunt, delevit Crevier. perperam tamen eam a Sigonio primum additam putavit; quum omnes ante eum edd. quas vidi, exhibeant. Vocula *prope* deerat in Ber. a m. 1. Insuper *exaudiebatur* Ber. idem, cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Male. V. supra hoc lib. c. 9, 7.

Deûm delubra, sepulcra majorum temerata ac violata] MSS. omnes *Deorum delubra, sepulcra majorum temerata atque violata*. GEBHARD. *Deorum delubra* Lovel. 2. 3. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Tum *atque violata* Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. et Hav. *vulsa, temerata atque violata* iidem typis descripti. Utroque loco optimi vulgatum tuentur.

Digitized by Google

mortalibus visum est, quum mortem ne recusare quidem debeam; cruciatus contumeliasque, quas sperat hostis, dum liber, dum mei potens sum, effugere morte, praeterquam honesta, etiam leni, possum. Non videbo Ap. 15 *Claudium et Q. Fulvium, victoria insolenti subnisos, neque vinctus per urbem Romanam triumphi spectaculum trahar, ut deinde in carcere, aut ad palum deligatus, lacerato virgis tergo, cervicem securi Romanae subjiciam: nec dirui incendique patriam videbo: nec rapi ad stuprum matres Campanas, virginesque, et ingenuos pueros. Albam, unde ipsi oriundi erant, a* 16

§. 14. *Nos quoque idem fecissemus*] Pal. 3. *nos quoque ipsum.* GEBHARD.

Quando aliter Diis inmortalibus visum est] *quoniam aliter* Florent. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. Saepe ita variant librarii. V. ad Epit. Liv. 57. Tum *est visum* Florent. Mox *quas perat hostis*, pro *sperat*, Florent. ubi prima litera ab ultima vocis praecedentis intercepta esse potest. V. ad 30, 3, 7. Manus altera tamen *parat* emendavit. Insuper *mei compos sum*, pro *mei potens*, Harlej. Sed unius testimonium non audiendum reor. V. ad 23, 16, 6.

§. 15. *Per urbem Romanam triumphi spectaculum*] *Romani triumphi spectaculum* edd. principes, quas vidi. Postea Ven. anni 1495. et aliae dederunt *per urbem Romam*, idque Lovel. 2. ac Ber. firmarunt. Ejus loco tandem Jac. Gronov. *per urbem Romanam* substituit; quod est in Florent. et reliquis plerisque meis. V. ad Epit. Liv. 49.

§. 16. *Ne stirpis aut memoria originum suarum exflaret*] Vet. lib. *ne stirps.* SIG. Buslid. et vett. editiones ab Romana ad Frobenianam *flirps.* J. FR. GRON. *ne stirpis* plerique apud me codd. et praesertim Harlej. Florent. aliique optimi: quod eo modo dictum esse potest, quo *frondis* pro *frons*, vel mutandum est in *stirpes.* V. ad 1, 1, 11. vel denique refingendum est in *flirps*; quomodo *urbis*, pro *urbs*, invenit Modius in Mſto supra 9, 32, 1. *flirps* Crevier. in uno e suis, Hearne in Oxon. D. et ego in Lovel. 3. et Hav. invenimus. Ceterum non Frobenius est, qui primus *flirpis* dedit, sed ita jam ante eum exhibuerunt Ascens. annorum 1513, 1516, 1530. Ald. Colon. anni 1525. Cervic. et Paris. anni 1529. Mox *passuros*, pro *parsuros*, Flor. Voſſ. Lovel. 5. Gaertn. et ed. Parm. At codicum primo loco memoratus *parcituros* legit a m. 2.

§. 17. *Quam haec tot et tam acerba videant*] Optimi *tot tam acerba.* Et alibi quoque maluisse Livium ostendimus. J. FR. GRONOV. *haec acerba* Hav. et Hearnii L. 1. *haec tam acerba* Voſſ.

Digitized by Google

fundamentis proruerunt, ne ſtirpis, ne memoria origi-
num suarum exſtaret: nedum eos Capuae parsuros cre-
17 *dam, cui infeſtiores, quam Karthagini, sunt. Itaque*
quibus veſtrûm ante fato cedere, quam haec tot tam a-
cerba videant, in animo est; iis apud me hodie epulae
18 *inſtructae parataeque sunt. Satiatis vino ciboque pocu-*
lum idem, quod mihi datum fuerit, circumferetur: ea
potio corpus ab cruciatu, animum a contumeliis, ocu-
los, aures, a videndis audiendisque omnibus acerbis in-
dignisque, quae manent victos, vindicabit. parati erunt,
qui magno rogo in propatulo aedium accenso corpora
19 *exanima injiciant. Haec una via et honeſta et libera*
ad mortem. et ipsi virtutem mirabuntur hoſtes, et Han-
nibal fortes socios sciet ab se desertos ac proditos esse.

1 XIV. Hanc orationem Virrii plures audierunt
cum adsensu, quam forti animo id, quod proba-
2 bant, exsequi potuerunt. Major pars senatus, mul-

Lovel. 2. 3. 5. Gaertn. et Hearnii N. *haec tot acerba* Lovel. 4. *haec tot tam acerba* Florent. Harlej. Ber. aliique cum Hearnii D. et edd. principibus. *haec tot et tam acerba* demum vidi in Ascens. anni 1513. V. ad 25, 24, 13.

§. 18. *Corpora exanima injiciant*] *exanimata* Voſſ. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Male. V. ad 25, 26, 10. ubi Gebhardus teſtatur, etiam omnes suos *exanimata* praeferre. Mox §. seq. *virtutem* non adparebat in Hearnii L. 1.

§. 1. *Hanc orationem viri plures audierunt*] Pal. 3. *Virrii*. antiqua ed. *Vivii Virrii*. Subſtituendum *Hanc orationem Virii*. GEBH. Scribe *Virii*. J. FR. GRON. *Virrii* legendum, dictum est ad c. 13, 2. Et ita Lovel. 3. Pleraeque autem edd. vett. *Vivii Virrii*, vel *Vivii Virri*. Aldus deinde, primo nomine omiſſo, *Virii*, pro quo Basil. anni 1539. *Viri*, litera majuscula; Curio deinde minori *viri* subſtituerunt. Tum *plures senatores audierunt* Ber. *plures cum aſſensu audierunt* Florent.

§. 2. *Haud diffidentes quoque placabilem fore*] Omiſſum provocabulum *sibi*, quod reſtituendum e Pall. tribus, ac prisca ed. *haud diffidentes sibi quoque pl. f.* GEBH. Pronomen illud operarum errore primus omiserat Modius, sed loco jam reſtituit ultima Gruteri.

§. 3. *Septem et viginti ferme senatores*] *Tò ferme* non adparet in Voſſ. Lovel. 2. 3. 5. Harlej.

Digitized by Google

tis saepe bellis expertam populi Romani clementiam haud diffidentes sibi quoque placabilem fore, legatos ad dedendam Romanis Capuam decreverunt, miseruntque. Vibium Virrium septem et viginti 3
ferme senatores domum secuti sunt, epulatique cum eo; et, quantum facere potuerant, alienatis mentibus vino ab inminentis sensu mali, venenum omnes sumserunt: inde misso convivio, dextris 4
inter se datis, ultimoque complexu, conlacrimantes suum patriaeque casum, alii, ut eodem rogo cremarentur, manserunt; alii domos digressi sunt. Impletae cibis vinoque venae minus efficacem in 5
maturanda morte vim veneni fecerunt. itaque noctem totam plerique eorum, et diei insequentis partem quum animam egissent; omnes tamen, priusquam aperirentur hostibus portae, exspirarunt. Postero die porta Jovis, quae adversus castra Ro- 6

Ber. a m. 2. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1.

Quantum facere potuerant] Videndum censeo, an *facere* a Livio sit. Infra c. 25, 12. *Obtestationem, quam sanctissimam potuerunt, adversus hospites composuerunt.* et c. 38, 6. *Quantum ex tuto poterat, rem Romanam fovebat.* 2, 27, 1. *Quam asperrime poterat, jus de creditis pecuniis dicere.* Sic 9, 24, 9. et 10, 41, 3. Cic. 5. Famil. 13. *Quantum potero, me ab omnibus molestiis et angoribus abducam.* In Terentio quoque saepe *quantum potes*, et *quantum potest.* Nec usquam aliter apud hos reperiri puto. DUK. *To facere* omnes retinent. Sed *potuerunt* legunt Lovel. 4. et Ber.

§. 5. *Impletae cibis vinoque venae*] Libri omnes *vino cibisque.* Sunt hae minutiae nullius momenti. GEBH. Ita etiam Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldinam. *cibi vinoque* Florent. a m. 1. *cibo* a m. 2.

§. 6. *Duae alae, cum C. Fulvio legato*] Voss. Gud. Mureti *cum C. Flaminio Fulvii legato.* Et sane *C. Flaminium* quaestorem Scipionis proconsulis in Hispania habes c. 49, 10. Sed c. 33, 5. habes *M. Atilium* et *C. Fulvium* Flacci, ut Appii Q. Minucium et L. Veturium legatos. Itaque admittere nondum possum. J. FR. GRON. *cum C. Flaminio Fulvio legato* Lovel. 3. Harlej. et Gaertn. *cum C. Flaminio Fulvii legato* Hearnii L. 1. *cum C. Flaminio legato*

Digitized by Google

mana erat, jussu proconsulis aperta est. ea intromissa legio una et duae alae, cum C. Fulvio legato.
7 Is, quum omnium primum arma telaque, quae Capuae erant, ad se conferenda curasset, custodiis ad omnes portas dispositis, ne quis exire aut emitti posset, praesidium Punicum comprehendit, senatum Campanum ire in castra ad imperatores Roma-
8 nos jussit. quo quum venissent, extemplo his omnibus catenae injectae, jussique ad quaestores deferre, quod auri argentique haberent. auri pondo septuaginta fuit, argenti tria millia pondo et ducen-
9 ta. senatores quinque et viginti Cales in custodiam, duodetriginta Teanum missi: quorum de sententia maxime descitum ab Romanis constabat.

1 XV. De supplicio Campani senatus haudqua-

Lovel. 1. 2. 4. 5. Sed vulgatum omnino servandum puto.

§. 8. *Quo quum venissent*] Vet. lib. *venisset*. praecessit autem *senatus*. SIG. Omnes mei recte stant pro vulgato. V. ad 4, 58, 4.

Auri pondo septuaginta fuit, argenti tria millia pondo et ducenta] Immaniter augent Put. regiusque: *auri pondo ↀ ↀ septuaginta fuit; argenti triginta millia pondo et ↀ ducenta*. J. FR. GRON. *argenti triginta millia pondo* Florent. et Cant. *auri pondo ↀ ↀ ↀ LX fuit, argenti XXX pondo et CC* Exc. Pithoei. Paullo ante *auri atque argenti* Florent. Mox autem §. seq. *Teanum misit*, pro *missi*, Florent. a m. 1. et Cant.

§. 1. *Haudquaquam inter Fulvium Claudiumque conveniebat*] Pall. 1. ac 3. *inter Fulvium et Claudium*. sec. *inter Claudium et Fulvium*. GEBH. *inter Fulvium et Claudium* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Harlej.

Fulvii durior sententia erat] Put. Reg. *Fulvio*. J. FR. GRON. Non aliter etiam Florent.

§. 3. *Et num ope eorum in bello forent et municipiorum adjuti*] Put. *in bello forentdadmunicipiorum*. Regius, Men. Voss. *forent et ad municipiorum*. Unde suspicor ante eandem vocem loco propinquo superius excidisse particulam, scribendumque, *num communicassent consilia cum aliquibus* (Put. et Voss. *aliquis*) *sociorum Latini nominis et municipiorum: et num ope eorum in bello forent et municipiorum adjuti*. J. FR. GRONOVIUS. *cum aliqui sociorum* Lovel. 2. et Ber. a m. 1. *aliquo* a m. 2. *cum aliquis sociorum* Florent. Harlej. Gaertn. Colbert. alter, et edd. Rom. anni 1472.

Digitized by Google

quam inter Fulvium Claudiumque conveniebat. Facilis impetrandae veniae Claudius, Fulvio durior sententia erat. Itaque Appius Romam ad senatum 2
arbitrium ejus rei totum rejiciebat: percunctandi etiam aequum esse poteſtatem fieri Patribus, num 3
communicaſſent consilia cum aliquibus sociorum Latini nominis municipiorum: et num ope eorum in bello forent et municipiorum adjuti. *Id vero* 4
minime committendum esse, Fulvius dicere, *ut sollicitaventur criminibus dubiis sociorum fidelium animi: et subjicerentur indicibus, queis, neque quid facerent, neque quid dicerent, quidquam umquam pensi fuisset. itaque se eam quaeſtionem obpressurum exſtincturumque.* Ab hoc sermone quum digressi essent, et Appius, 5
quamvis ferociter loquentem, collegam, non du-

ac Parm. Verum id erranti librario adscribendum. Saepius autem eos hoc modo lapsos eſſe, vidimus ad 21, 60, 7. *forent municipiorum adjuti* Lovel. 5. *forent ad municipiorum adjuti* Gaertn. *forent et ad municipiorum adjuti* Florent. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Colbert. alter, et eaedem duae edd. *forent adjuti* Hearnii L. 1. Gronovio in eo consentit Cl. Crevier. quod legendum etiam credat *sociorum Latini nominis et municipiorum; et num*, addita hac ratione, eos enim, qui ex municipiis erant, non socios Romanorum, sed cives Romanos fuiſſe. Contra emendatio haec displicuerat Doujatio, quia quaedam municipia, quibus civitas sine suffragio data erat, suis legibus vivebant, et ita in sociorum magis, quam civium, numero haberi potuiſſe videntur. Quae omnia si vera forent, vel sic tamen nondum Gronovii conjectura displiceret. Non enim simpliciter *socii*, sed *socii Latini nominis*, a *municipiis* diſtinguuntur. Verum insuper, teſte Feſt. voce *Municeps*, *qui ea conditione cives Romani fuissent, ut semper rempublicam separatam a populo Romano haberent, aeque cives Romani erant, et in legionibus merebant, sed dignitates non capiebant.* In his autem verbis Crevier. voces *et municipiorum* delebat: Doujatio etiam nomen illud *municipiorum* fruſtra repetitum videbatur. Recte. quum enim *eorum* respiciat praecedentia *sociorum Latini nominis et municipiorum*, fruſtra hic additur iterum *et municipiorum*.

§. 4. *Queis, neque quid facerent, neque quid dicerent, quidquam umquam pensi fuisset*] Remota sunt a libris omnibus iſta verba *neque quid dicerent*. GEBH. Remota etiam sunt a Florent. Voſſ. Lovel.

Digitized by Google

bitaret, tamen literas super tanta re ab Roma ex-
6 spectaturum; Fulvius, ne id ipsum inpedimentum incepto foret, dimittens praetorium, tribunis militum ac praefectis sociùm imperavit, uti duobus millibus equitum delectis denunciarent, ut ad ter-
7 tiam buccinam praesto essent. Cum hoc equitatu nocte Teanum profectus, prima luce portam intravit, atque in forum perrexit: concursuque ad primum equitum ingressum facto, magistratum Sidicinum citari jussit, imperavitque, ut produceret
8 Campanos, quos in custodia haberet. Producti omnes, virgisque caesi ac securi percussi. Inde citato equo Cales percurrit: ubi quum in tribunali consedisset, productique Campani deligarentur ad

quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et cdd. Ascensiana anni 1513. antiquioribus; sed, ut existimo, scribarum et typographorum culpa.

§. 6. *Ac praefectis sociorum*] Put. et Reg. *tribunis militum ac praefectis sociùm*. J. FR. GRON. Ita etiam Florent. V. ad 21, 17, 2. Mox *duobus equitum delectis* Florent. Harlej. et Hearnii N. *duobus equitum ac delectis* Lovel. 1. *ducibus equitum ac delectis* Lovel. 2. Praeterea *bucinam* Florent. et alii. V. ad 7, 35, 1.

§. 8. *Literasque a C. Calpurnio populoque Romano Fulvio cum reddidisset*] Voces *populoque Romano* mendosissimae sunt, neque enim literas a populo Romano accepit Fulvius, sed a senatu potius, immo vero ne a senatu quidem, sed a C. Calpurnio praetore, qui senatusconsultum misit. Itaque haud dubie legendum est *C. Calpurnio praetore*. Erroris caussam attulit, quod iisdem literis *praetor* et *populus Romanus* scribuntur ita *P. R. PR.* Sic paullo post ait [c. 23, 3.] *Referente Calpurnio praetore senatus decrevit*. SIG. Pall. 1. 2. *a C. Calpurnio populoque Romano Fulvio contradit*. tert. vero *a G. Calfurnio praetore Fulvio contradit*. GEBH. Ita legebatur ante Sigonium, satis inepte: itaque reposuit ille: *literasque a C. Calpurnio praetore Fulvio quum tradidisset*. Sed Pet. Men. Voss. et Florentini aliquot *a C. Calpurnio populoque Romano Fulvio contradidit*. Alius Etruscus *literasque a C. Calpurnio praetore Fulvio tradit*. Alius *a C. Calphurnio populo R. Fulvio est cum tradit*. Regius et Pal. *Calphurnio praetore Fulvio contradit*. Ita vitiarunt optimam scripturam antiquissimi Put. qui plane: *eques citus ab Roma venit, literasque a C. Calpurnio praetore Fulvio et S. C. tra-*

Digitized by Google

palum, eques citus ab Roma venit, literasque a C. Calpurnio praetore Fulvio et senatusconsultum tradidit. murmur ab tribunali totam concionem 9
pervasit, differri rem integram ad Patres de Campanis. et Fulvius, id ita esse ratus, acceptas literas, neque resolutas, quum in gremio reposuisset, praeconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet. Ita de iis quoque, qui Calibus erant, sumtum supplicium. Tum literae lectae senatusque consultum, 10
serum ad inpediendam rem actam; quae summa ope adproperata erat, ne inpediri posset. Con- 11
surgentem jam Fulvium Taurea Jubellius Campanus, per mediam vadens urbem turbamque, nomine inclamavit: et, quum, mirabundus quidnam

dit. Murmur ab tribunali totam concionem pervasit, differri rem integram ad Patres de Campanis. Haec pro captu suo in sequioris aevi libris corruperunt notarii. Explicatur post paucos versus: *Tum literae lectae senatusque consultum.* J. FR. GRON. Similia fere lectionum monstra in meis et Oxonn. Hearnii obcurrunt. Proxime tamen verum, certe quod ad ultimam partem horum verborum, optimus Florent. *a C. Calpurnio populus Romanus Fulvio est C. tradit.* Sed primo recte Sigonius ex *populo Romano* restituendum vidit *praetore*: qui error in scriptis frequens est. V. ad 31, 10, 4. Deinde recte in ultima parte ex Put. emendavit Gronov. *Fulvio et senatusconsultum tradit.* Ut notae *S. C.* quas librarii adsecuti non sunt, iis errandi ansam dederint. Id autem in Mstis saepius accidisse, vidimus ad 22, 10, 1.

§. 10. *Quae summa ope adparata erat*] Placuit ab initio *properata* legere. Inde vetustus codex ostendit, *approperata* veriorem esse lectionem. SABELL. Princeps ed. *apparata.* Mihi placet legere, *quae summo opere approperata erat.* GEBH. *properata* Lovel. 2. Sed recte *adproperata* Sabellicus, consentientibus reliquis codd. V. ad 4, 9, 13. ubi pariter variant libri scripti. Omnes deinde codd. *summa ope* tuentur; quod non mutandum esse, patebit ex illis, quae notabo ad 45, 13, 3.

§. 11. *Taurea Jubellius Campanus*] *T. Jubellius Taurea* vocatur Val. Max. 3, 2, ext. 1. Sed, Livium se probare, Glareanus monet. Ceterum *Jubelius* Lovel. 5. et Ber. *Jubellus* Hav. *Imbellus* Gaertn. *Vibellius* transpositis literis Florent.

Per mediam vadens turbam] In veteri *per mediam vadens urbem turbamque.* Recte. Foris enim

Digitized by Google

12 sese vellet, resedisset Flaccus, *Me quoque*, inquit, *jube occidi, ut gloriari possis, multo fortiorem, quam*
13 *ipse es, virum abs te occisum esse.* Quum Flaccus negaret, *profecto satis compotem mentis esse:* modo, *prohiberi etiam se, si id vellet, senatusconsulto*, diceret:
14 tum Jubellius, *Quandoquidem*, inquit, *capta patria, propinquis amicisque amissis, quum ipse manu mea conjugem liberosque interfecerim, ne quid indigni paterentur, mihi ne mortis quidem copia eadem est, quae his civibus meis; petatur a virtute invisae hujus vitae vin-*
15 *dicta.* atque ita gladio, quem veste texerat, per adversum pectus transfixus, ante pedes imperatoris moribundus procubuit.

1 XVI. Quia, et quod ad supplicium adtinet Cam-

adveniebat, ut liquet ex sequentibus. LIPS. 2. Ep. Quaest. 13. Lipsii lectionem firmat etiam ed. nostra Mog. in qua est *per mediam vadens urbem turbam nomine inclamavit.* Ceterum de hac quoque re sic Silius noster membranaceus [13, 369.]

Hic atrox virtus (nec enim occulisse probatum etc.)

MOD. Pall. 2. 3. et princeps ed. *per mediam vadens urbem turbamque.* quod probavit quoque Cl. Lipsius. GEBH. *urbem turbamque* in omnibus fere meis superest, ut et in edd. ante Aldum, qui primus dedit *per mediam vadens turbam.* Miror, viros doctos, qui Put. consulendi facultatem habuere, hic nihil de ejus lectione monuisse. Qui si lectionem Lipsii probet, manus abstineo. Sin, Aldinam reducendam putarem, quam Florent. et Cant. tuentur. Verum quidem est, id quod Lipsius firmandae emendationi addidit, ex sequentibus liquere, Jubellium foris advenisse: id enim probant verba cap. seq. *Tauream neque sua sponte venisse Cales:* inde tamen scriptura, quam veriorem puto, non refellitur. Ceterum ex nota Modii omisi plures versus Silii, quia eos non ex membranis, sed ex vulgatis edd. adscripserat. Lectiones autem optimi cod. ex ejus Novant. depromtae videri possunt in mea hujus poetae ed.

Quidnam sese vellet, resedisset Flaccus] Vet. lib. *et cum mirabundus, quidnam sese vellet, inquireret, residens Flaccus.* SIG. *Tò inquireret* Put. et Reg. non habent: ita autem concipiunt verba: *et quum, mirabundus quidnam sese vellet, resedisset Flaccus.* Quod omnino Livii est, et Sigonius inprovide mutavit. J. FR. GRON. *quidnam inquireret, residens Flaccus* Brancal. Latinii. *quidnam sese vellet, inquireret,*

Digitized by Google

panorum, et pleraque alia, de Flacci unius sententia acta erant; mortuum Ap. Claudium sub deditionem Capuae, quidam tradunt. hunc quoque ipsum Tauream neque sua sponte venisse Cales, neque sua manu interfectum: sed, dum inter ceteros ad palum deligatur, quia parum inter strepitus exaudiri possent, quae vociferabatur, silentium fieri Flaccum jussisse: tum Tauream illa, quae ante memorata sunt, dixisse, *virum se fortissimum ab nequaquam pari ad virtutem occidi.* Sub haec dicta, jussu proconsulis praeconem ita pronunciasse: *Lictor, viro forti adde virgas, et in eum primum lege age.* Lectum quoque senatusconsultum, priusquam securi feriret, quidam auctores sunt. sed, quia adscriptum

residens Flaccus omnes Hearnii Oxonn. et mei, exceptis integerrimis Florent. et Cant. qui lectionem a Sigonio rejectam, sed a Gronovio revocatam, recte probant. Eamdem Aldus primus receperat, quum priores edd. a partibus Sigonianae lectionis starent. V. Cl. Dukerum ad 25, 37, 12.

§. 12. *Ab te occisum esse*] Scripti *abs te occisum esse*. J. FR. GRON. Ita omnes etiam mei, nisi quod *ab hoste* sit in Lovel. 2. *abs te* etiam omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, quae demum *ab te* substituit.

§. 13. *Profecto satis compotem mentis esse*] Hinc corrigendus est Priscianus, apud quem l. 6. p. 709. ed. Putschii legitur, *Livius in XXV. Profecto satis compotem menti inesse.* DUK. Contra ex eodem loco Prisc. patet, male trajectis vocibus *compotem esse mentis* legere Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum.

§. 1. *Mortuum Ap. Claudium sub deditionem Capuae*] Ipse Livius hoc dicturus est paulo post [c. 33, 4.] ubi de Campanis dubitat senatus, posteaquam Q. Fulvius ab iis accusatus est. GLAR. *sub deditione* Lovel. 2. 3. 4. Harlej. et Hav. V. ad 2, 55, 1.

§. 2. *Cum inter ceteros ad palum deligatus*] Vide, ut participium suspensum est. Haec etsi obiter a me notantur, suspicionem tamen dare possunt, deesse aliquot locis verba, quae divinare absque vetusti codicis auxilio nulli reor possibile; tantum abest, ut mihi. Quidam *deligatus* participium in *deligatur* verbum mutarunt. GLAR. Ita mutavit Froben. anno 1535. quo tempore insuper *dum* dedit pro *cum*. Omnes tamen mei *cum* et

Digitized by Google

in senatusconsulto fuerit, *si ei videretur*, *integram rem ad senatum rejiceret*, interpretatum esse, quid magis e republica duceret, aestimationem sibi per-
5 missam. Capuam a Calibus reditum est, Atellaque et Calatia in deditionem acceptae. ibi quoque in
6 eos, qui capita rerum erant, animadversum. Ita ad septuaginta principes senatus interfecti; trecenti ferme nobiles Campani in carcerem conditi: alii, per sociorum Latini nominis urbes in custodias dati, variis casibus interierunt: multitudo alia civium
7 Campanorum venumdata. De urbe agroque reliqua consultatio fuit, quibusdam delendam censen-

deligatus servant, licet, si non *dum*, certe *deligatur* verum putem. Mox §. seq. *virum fortissimum*, omisso medio pronomine, Voss. Lovel. quinque, Ber. Gaertner. et Hav. cum edd. antt.

§. 5. *Atellaque et Calatia in deditionem acceptae*] Atellanos et Calatinos ad Poenos defecisse, Livius, in genere narrans, quid mali clades Cannensis Romanis intulerit, refert 22, 61, 11. Eo tamen, quo id accidit, anno non repetiit, ut de quibusdam fecit.

In eos, qui capita rerum erant, animadversum] Pal. 1. *qui capita reipublicae erant*. Reliqui omnes *qui capita rei erant*. GEBH. *capita rei erant* Ber. Rec. Gaertn. et edd. ante Aldum. *capitis rei erant* Lovel. 2. *caput rei erant* Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harlej. et Hav. Tum omnes iidem codd. et edd. *animadversum est*.

§. 6. *Ita ad LXX principes senatus interfecti*] Sic omnia habent exemplaria, quae quidem nos vidimus. Sed legendum *LXXX*. Nam Virium secuti sunt XXVII, Calibus autem occisi XXV. Teani XXVIII. Summa LXXX. GLAR. Gallicani et Voss. *LXX*. J. FR. GRON. *ad octoginta* Gruter. demum, forte Glareanum secutus, in ultima ed. substituit, quum priores servassent *ad LXX*. quod etiam superest in omnibus meis. Et forsitan extra numerum eorum, qui interfecti sunt, Livius habuit Virrium secutos; contra vero eodem retulit capita rerum Atellae et Calatiae, in quos quoque animadversum est. Id autem inde conjicio, quod Livius senatorum interfectorum numerum edat, postquam de Atellanis et Calatinis supplicium sumtum narrasset. Priorem itaque lectionem revocavi. Mox *XXX ferme nobiles* Hearnii L. 1.

Multitudo alia civium Campanorum venumdata] Mira diversitas apud Livium de poena Campanis injuncta. Hic venumdatur multitudo civium: paulo post urbi frequentandae multitudo incolarum, libertinorumque et institorum opificumque retenta.

Digitized by Google

tibus urbem praevalidam, propinquam, inimicam. Ceterum praesens utilitas vicit. nam propter agrum, quem omni fertilitate terrae satis constabat primum in Italia esse, urbs servata est, ut esset aliqua aratorum sedes. urbi frequentandae multitudo inco- 8
larum libertinorumque et institorum opificumque retenta: ager omnis et tecta publica populi Romani facta. Ceterum habitari tantum, tamquam ur- 9
bem, Capuam, frequentarique placuit: corpus nullum civitatis, nec senatus, nec plebis concilium, nec magistratus esse. sine consilio publico, sine 10
imperio multitudinem, nullius rei inter se sociam,

quanquam cives merito quis ab jam enumeratis separet. At non ita multo post, *Multitudo*, inquit, *civium dissipata in nullam spem reditus*. Rursus eodem hoc libro [c. 34.] post Syracusanorum querelas, cum et Campani auditi essent, diversa senatusconsulta Livius recitat, his, quae hic narrat, non omnino convenientia. GLAREAN.

§. 7. *Quibusdam delendam censentibus*] In Put. est *sescentibus*. An fuit *sciscentibus*? Neque enim plebis tantum est *sciscere*. 1, [32, 12.] *Puro pioque duello quaerendas censeo, itaque consentio consciscoque*. J. FR. GRON. *sescentibus* etiam Florent. a m. 1. *censentibus* a m. 2. *sciscere* de aliis, quam de plebe, usurpari consentio. V. N. Heins. ad Phaedr. 4, 24. 32. Hinc et *Scita Patrum* pro senatusconsultis Silius 1, 303. Videtur tamen vulgatum praeferendum.

Ut esset aliqua oratorum sedes] Nemo non intelligit, Livium *aratorum* scriptum reliquisse. SABELL. Et ita MSS. cum ed. Rom. anni 1472. cujus loco *armatorum* dedit ed. Parm. *oratorum* proximae.

§. 9. *Nec senatus, nec plebis concilium*] Non *senatus concilium*, nam hoc ad proximum *plebis* pertinet, nec recte de senatu dicitur; sed, si vulgata scriptura vitio caret, *corpus senatus*. Nec tamen hoc valde probo, ut pote satis inusitatum. Magis placet, quod in vett. quibusdam edd. esse intelligo, *nec senatum*. Nam, sublato senatu, conciliis plebis, et magistratibus, nullum amplius futurum erat corpus civitatis, quod in his consistit. Cic. 1. Agrar. 6. *Majores nostri Capua magistratus, senatum, consilium commune, omnia denique insignia reipublicae sustulerunt*. et 2. Agrar. 32. *Statuerunt homines sapientes, si agrum Campanis ademissent, magistratus, senatum, publicum ex illa urbe consilium sustulissent, imaginem reipublicae nullam reliquissent, nihil fore, quod Capuam timeremus*. DUK. *nec senatum* Lovel. 3. 5. et edd. quas vidi, ante Aldum.

Digitized by Google

ad consensum inhabilem fore. praefectum ad jura
11 reddenda ab Roma quotannis missuros. Ita ad
Capuam res compositae, consilio ab omni parte
laudabili. severe et celeriter in maxime noxios a-
nimadversum: multitudo civium dissipata in nullam
spem reditus: non saevitum incendiis ruinisque in
12 tecta innoxia murosque: et cum emolumento quae-
sita etiam apud socios lenitatis species, incolumi-
tate urbis nobilissimae opulentissimaeque, cujus rui-
nis omnis Campania, omnes, qui Campaniam circa ad-
13 colunt, populi ingemuissent: confessio expressa hosti,
quanta vis in Romanis ad expetendas poenas ab in-

§. 10. *Praefectum ad jura reddenda ab Roma quotannis missuros*] De Capuae loquitur praefectura. Fuisse autem Italica oppida alia colonias, alia municipia, alia praefecturas, satis constat. De praefecturis autem sic Festus. *Praefecturae eae appellantur in Italia, in quibus et jus dicebatur, et nundinae agebantur, et erat quaedam earum respublica, neque tamen magistratus suos habebant, in quas legibus praefecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent; quarum duo fuerunt genera: alterum, in quas solebant ire praefecti quatuor VI. VIR. qui populi suffragio creati erant, in haec oppida Capuam, Cumas, Casilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Atellam, Calatiam: alterum, quos praetor urbanus quotannis in quaeque loca mittebat legibus, ut Fundos, Formias, Caere, Venafrum, Alifas, Privernum, Anagniam, Frusinonem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum, aliaque complura.* SIG. Faciunt ad hunc locum plenius intelligendum, quae tradit elegantissimus JCtus Jac. Cujac. Observ. 11, 24. MOD. Libri omnes *praefectum ad omnia jura reddenda.* GEBH. Pariter Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum.

§. 13. *Et quoniam nihil in Hannibale auxilii ad receptos in fidem tuendos esset*] *quam*, pro *quoniam* reposui. SABELL. Pal. 2. *et quam nihil auxilii in Hannibale esset ad receptos in fide tuendos.* GEBH. Ita etiam Gaertn. neque aliter plerique reliqui, nisi quod *in fidem* servent, et quidam eorum *esse*, pro *esset*, legant. Florent. tamen vulgatum tuetur.

§. 1. *Romani proconsules, perfuncti, quod ad Capuam adtinebat, cura*] Ita mendose plerique codd. habuerunt: sed *qua*, non *quod*, vera est lectio. SABELL. Inepta, me hercle, nec non insueta prorsus Livio Romanisque antiquis scriptoribus phrasis est, *Romani proconsules decernunt.* Nec horum erat decernere exercitum, provinciam, aut imperium dare: sed senatus populique Ro-

Digitized by Google

fidelibus sociis, et quam nihil in Hannibale auxilii ad receptos in fidem tuendos esset.

XVII. Romani Patres, perfuncti, quod ad Capuam adtinebat, cura, C. Neroni ex iis duabus legionibus, quas ad Capuam habuerat, sex millia peditum, et trecentos equites, quos ipse legisset, et sociùm Latini nominis peditum numerum parem, et octingentos equites decernunt. eum exercitum Puteolis in naves inpositum Nero in Hispaniam transportavit. Quum Tarraconem navibus venisset, expositisque ibi copiis, et navibus subductis, socios quoque navales multitudinis augendae caussa armas-

mani. Quare non potest non mihi suspectus esse Livii hic locus, vel truncus videri librariorum culpa: quibus error natus per imperitiam ex antiquis codicum characteribus ac notis, in quibus ita fortasse scriptum fuit. *ROMAE. PRO. COS. PERFUNCTIS* etc. quae isti negligenter extenderunt ita *Romani proconsules perfuncti* etc. sic et in fine periodi verbum *decernunt* ad suam sententiam accommodarunt, ubi erat fortassis *perfunctis* et *decernuntur*. Sed expende locum, Lector, et utere tuo judicio quam accurate, ne forte plura desiderentur in narrationis exordio; quidnam scilicet Romae, profligato jam ex Italiae meditullio Hannibale, Capuaque capta, deliberabatur de Hispania a Poenis recuperanda. PIGH. in Ann. ad ann. DXLII. p. 185. Pal. 1. *Romani Patres*. sec. *Romani praetores*. GEBH. Merito suspectus Pighio locus, qui tamen frustra tentat *Romae proconsulibus perfunctis*, et *decernuntur*. Unus Pal. *praetores*. alter, Put. omnesque Gallicani, Voss. *Romani Patres perfuncti*. Nec dubita sic refingere: nam, quod de illis effertur, senatus erat, non proconsulum videlicet. *Claudio Neroni sex millia peditum et trecentos equites, et sociùm Latini nominis peditum numerum parem et octingentos equites*, in Hispaniam portandos, *decernunt*. Correctores deceperunt interposita verba, *perfuncti*, *quod ad Capuam attinebat*, *cura*. Quasi non aeque illa cura ad Patres, quam ad proconsules, pertinuisset, aut, victa captaque Capua, non aeque senatus, quam Appius et Fulvius, ea cura essent liberati. J. FR. GRON. Etiam eo errat Pighius, vitiosa scriptura deceptus, quod legit, *quas ad Capuam habuerant*, et Neroni hunc numerum militum ex proconsulum legionibus decretum scribit. Est tamen nonnihil scrupuli in eo, quod Nero *duas legiones* ad Capuam habuisse dicitur. Nam superiore anno praetor Suessulam obtinuerat cum exercitu, quem Terentius Varro in Piceno habuerat 25, 3, 4. At ea tantum *una legio* erat, non duae. 24, 44, 5.

Digitized by Google

3 set; profectus ad Iberum flumen, exercitum ab T. Fontejo et L. Marcio accepit. inde pergit ad hostes
4 ire. Hasdrubal Hamilcaris ad Lapides atros castra habebat in Ausetanis. is locus est inter oppida Illiturgin et Mentissam. Hujus saltus fauces Nero oc-
5 cupavit. Hasdrubal, ne in arto res esset, caduceatorem misit, qui promitteret, si inde missus foret, se

Sed potuit illi eodem tempore augeri exercitus, quo imperium prorogatum est: quod etsi factum non scribit Livius, tamen certum est. V. ad c. 1, 5. DUK. *Romani praetores* Rec. et Hearnii L. 1. *Romani Patres* reliqui mei omnes cum Hearnii N. et D.

Claudio Neroni ex iis duabus legionibus, quas ad Capuam habuerat] Vet. lib. *C. Neroni*, ut ante. SIG. Pall. 1. et 2. *Cajo Neroni*. tert. *tum Neroni*. Sic infra c. 19, 10. comparet in Pal. 1. 2. et prisca ed. *Quaeque a Puteolis cum Cajo Nerone trajectae erant*. GEBH. *tum Cn. Neroni* Lovel. 5. *C. L. Neroni* Gaertn. *G. Neroni* Hav. *C. Neroni* Florent. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Hearnii L. 1. cum edd. Aldina prioribus. Idem se etiam in Put. et Victor. invenisse, Crevier. testatur. Voces hae *C.* sive *Cajus*, et *Claudius* saepe commutantur. Exemplis laudatis ad 5, 26, 2. adde supra hoc lib. c. 5, 8. et infra c. 19, 10. Praeterea *habuerant* Florent. a m. 2. Lovel. 2. 4. et edd. Rom. anni 1472. Mediolan. anni 1480. et Parm. Mox *et DCC equites* Hearnii L. 1.

§. 3. *Ab T. Fontejo et L. Marcio*] *Ti. Fontejo* Hav. *C. Fontejo* Lovel. 3. Gaertn. et Hearnii D. Marcii autem praenomen deest in Florent. Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Paullo ante §. praec. *quem exercitum*, pro *eum*, Lovel. 3. Ber. et edd. ante Aldum. Tum *socios navales* Lovel. 2. *sociosque navales* Hav.

§. 4. *In Ausetanis. is locus est inter oppida Illiturgim et Mentissam*] *Ausetani* populi sunt citerioris Hispaniae, ut, praeter Plinium, Caesarem, Ptolemaeum, reliquosque classicos scriptores, ipse author l. 1. hujus belli, [23, 2.] testatur. At Illiturgis ac Mentissa longo hinc oppida sunt prope flumen Anam ac prope Castulonem Baeticamque Oretanorum, ut ex Plinio Ptolemaeoque patet. Quare videndum, num *Oretani*, pro *Ausetani*, legere velis. GLAR. Scribe *Illiturgi*. Numerat enim Priscianus *Illiturgi* inter nomina neutra, quae desinunt in *i*, et sunt aptota. SIG. Pall. 1. et 2. *Illiturgim et Mentissam*. GEBH. *Ausitanis* Hav. *Hausentanis* Lovel. 5. *Ansetanis* Lovel. 2. *Lusitanis* Lovel. 3. *Oretanis* etiam Doujatius conjicit. Deinde primi oppidi nomen varie in Mstis legitur hoc loco. Inveni enim *Illiturgi*, *Iliturgim*, *Ilitirgim*, *Illiturgum*, *Illiturguin*, *Illiturgium*, *Illiturgini*, et *Illiturgim*. Sed *Illiturgi*, ut Sigon. volebat, supra adhuc editur 23, 49, 7. *Illi-*

Digitized by Google

se omnem exercitum ex Hispania deportaturum. Quam 6
rem quum laeto animo Romanus accepisset, diem
posterum Hasdrubal conloquio petivit, ut Romani
leges conscriberent de tradendis arcibus urbium,
dieque statuenda, ad quam praesidia deducerentur, suaque omnia sine fraude Poeni deportarent.
Quod ubi impetravit, extemplo primis tenebris, 7
atque inde tota nocte, quod gravissimum exercitus

turgi oppidum ob defectionem ad Romanos obpugnabatur. Et *Illiturgi obsidione liberato.* At Gronov. ad 21, 60, 7. nihil mutandum docet: nomina enim in *i* exeuntia, quae neutra et aptota sunt, saepe etiam in *is* exire, et esse generis feminini. Scripsi tamen *Illiturgin.* Caussam v. ad 24, 41, 8.

Hujus saltus fauces Nero occupavit. Hasdrubal, ne in arcto res esset, caduceatorem] Put. Pet. melior, optimus Etruscus, Men. *Hujus saltus fauces Nero in arte res esset caduceatorem.* Media desunt, et nescio quid centonis simile habent, ab librario paullo doctiore adsuti. Modestius alius in regio, sed aeque corrupte: *Nero obsederat. inarto res esset.* Voss. et Buslid. *Hujus saltus fauces Nerone in arcto res esset.* Fractus omnino videtur locus. Vide, an clementius sit: *Hujus saltus fauces Nero quum arcte sepsisset, caduceatorem misit.* Nam Poeni nomen sine ulla obscuritate intelligitur ex membro praecedenti. Superius hoc libro [c. 4, 1.] *per custodias tam arctas.* Rubenius, *Nerone insidente, cum in arcto res esset.* J. FR. GRON. *Nero in arto res esset sed caduceatorem* Florent. *Nero ne in arto res esset sed caduceatorem* Voss. Et ita Lovel. 1. ac 5. nisi quod omittant vo-

culam *sed. Nero obsederat in arto res esset caduceatorem* Cant. Ex suis nihil adfert Hearnius. Doujatio judice, tantopere hic variant ac laborant scripti, ut vulgato standum videatur. Gronov. pr. ed. not. conjecit, *Hujus saltus fauces Nero quum insedisset, caduceatorem misit.* N. Heins. ad Tac. 1. Ann. 5. (in Observ. Misc. tom. 9. p. 284.) *Hujus saltus fauces ut Nero arte praesepsit.* Sed propius ad optimorum codd. vestigia transpositis vocibus erit, *Hujus saltus fauces Nero ut arte praesepsit, caduceatorem* cte. Dico *arte*, hanc enim orthographiam etiam Gebh. in optimo suo invenit, ut testatur ad 3, 6, 3. V. ad 2, 50, 8. *in alto* Rec. et Gaertn. solito scribarum lapsu. V. ad 9, 13, 11. Verbo *sepire* ejusque compositis variis saepius Livius usus est: quamvis tamen, eum alibi *praesepire* adhibuisse, nondum observarim.

§. 6. *Romani leges conscriberent de detrahendis arcibus urbium*] Lego *de tradendis arcibus urbium.* VALLA. Quidam etiam codd. *de tradendis artibus urbium*, parum integra fide, ceterum mendo aeque notabili, habuerunt. Nos, restituta dictione, *arcibus* fecimus. SABELL. *Romam leges conscriberentur* praeter edd. Rom. anni 1472. et Parm. etiam Lovel.

Digitized by Google

erat, Hasdrubal, quacumque posset, evadere e sal-
8 tu jussit. data sedulo opera est, ne multi ea nocte
exirent, ut ipsa paucitas, quum ad hostem silentio
fallendum aptior, tum ad evadendum per artas se-
9 mitas ac difficiles esset. Ventum insequenti die ad
conloquium est: sed loquendo plura scribendoque,
dedita opera, quae in rem non essent, die consum-
10 to, in posterum dilatum est. Addita insequens nox
spatium dedit et alios emittendi: nec postero die
11 res finem invenit. ita aliquot dies disceptando pa-
lam de legibus, noctesque emittendis clam e castris
Karthaginiensibus, absumtae: et, postquam major
pars emissa exercitus erat, jam ne iis quidem,
12 quae ultro dicta erant, stabatur: minusque ac mi-
nus (cum timore simul fide decrescente) convenie-

2. 4. 5. Harlej. Gaertn. ac Florent. a m. 1. *Romani* a m. 2. quod posterius servat Ber. *Romanae leges conscriberentur* Voss. et Lovel. 1. Praeterea *de reddendis artibus*, omissa voce sequenti, Gaertn. *artibus* etiam multae ex edd. primis. Mox §. seq. *gravissimum exercitui* Voss. et Lovel. 4. Deinde *evadere saltu*, sine praepositione, Florent. et Voss. Ita Livium aliosque locutos esse, vidimus ad 21, 33, 5. An tamen hic ea lectio recipienda sit, ob aliorum codd. dissensum incertum puto. Certe mox hoc cap. iterum dixit *Evaserant e saltu*.

§. 8. *Ut ipsa paucitas, tum ad hostem*] Meliores *cum ad hostem*. J. FR. GRON. Ita et Florent. Harlej. Hav. et alii. V. ad 6, 23, 3. Mox iterum *artas* in optimo Pal. esse, Gebhard. monuit ad 3, 6, 3. Et ita Florent. Voss. Lovel. 2. 3. 5. et Gaertn. V. modo ad §. 4.

§. 12. *Camposque circa intexuit*] Pal. 1. *intexit*, ab *intego*. GEBH. Rectius scripti *intexit*. J. FR. GRON. Ita et Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. Hav. et Hearnii Oxonn. quod recte viri docti receperunt. *Tegere* in hac re utitur infra Liv. 41, 2, 4. *Nebula matutina texerat inceptum*. Hic autem *integere* pro simplici *tegere* usurpatur. V. ad 7, 23, 6.

Quidquam rei feriatum] Jam probavimus, *illum diem religiosum Carthaginiensibus ad agendum quidquam rei serius esse*. 3, [27, 2.] *Vetat quemquam privatos quidquam rei agere*. Desiderius Heraldus ad Arnob. [p. 117.] de vitio suspicabatur, eoque vocem *feriatum*, ut interpretem τοῦ *religiosum*, delebat. Sed libris scriptis erat opus. J. FR. GRON. Ita se optimis libris auctoribus emendare, Gronov. supra testatur ad 23, 7, 11. Verum neque

Digitized by Google

bat. Jam ferme pedestres omnes copiae evaserant e saltu: quum prima luce densa nebula saltum omnem camposque circa intexit. quod ubi sensit Hasdrubal, mittit ad Neronem, qui in posterum diem conloquium differret. illum diem religiosum Karthaginiensibus ad agendum quidquam rei seriae esse. Ne tum quidem suspecta fraus. quum data 13
esset venia ejus diei, extemplo Hasdrubal, cum equitatu elephantisque castris egressus, sine ullo tumultu in tutum evasit. Hora ferme quarta dis- 14
pulsa sole nebula aperuit diem, vacuaque hostium castra conspexerunt Romani. Tum demum Clau- 15
dius, Punicam fraudem agnoscens, ut se dolo captum sensit, proficiscentem institit sequi, paratus confligere acie: sed hostis detrectabat pugnam, le- 16

ibi, neque hoc loco, codd. nominatim recensuit. Ita tamen in Colbert. meliori fuisse videtur Doujatio. *feria* legit Florent. a m. 1. *feriam* a m. 2. Ex priori autem lectione, prima litera vocis sequentis in fine hujus repetita, facile est formare *seriae*. Ita *seria* et *ferias* commutabantur supra 1, 4, 9. V. etiam viros doctos ad Val. Max. 2, 5, 4. Livio inlustrando Jac. Perizon. ad marginem ejus adscripsit locum Ter. in Eun. 3, 3, 7.

Aut rem divinam fecisse, et rem seriam
Velle agere mecum.

Cui addo Liv. 39, 13, 2. *Ne mulieris libertinae cum amatore sermonem in rem non seriam modo, sed capitalem etiam, verteret.* Paullo ante Ant. Periz. ad marginem Livii scribendum conjiciebat, *mittit ad Neronem, in posterum diem conloquium differret*, ejecto pronomine *qui*. Verum non vidit, *qui* hic accipiendum esse pro *ut*, quae vocula, ejecto *qui*, subintelligi debebit. De usu autem ejus hoc sensu v. Zinzerl. Prom. Crit. c. 3.

§. 14. *Depulsa sole nebula aperuit diem*] Pal. 2. *depulsa sole nebula apparuit dies*. GEBH. Meliores *dispulsa*. J. FR. GRON. *dispulsa* etiam Florent. Harlej. et Hearnii Oxonn. Supra 22, 6, 9. *Quum incalescente sole dispulsa nebula aperuisset diem*. V. Cel. Burm. ad Phaedr. 3, 10, 42. *Discutere* usus est in hac re Liv. 29, 27, 7. *Noctem insequentem eadem caligo obtinuit, sole orto est discussa*. Curt. 4, 12, 28. *Nitidior lux, discussa caligine, aciem hostium ostenderat. Dilabi* Livius 41, 2, 4. *Nebula dilabente ad primum teporem solis*. Ceterum prior locus Livii vulgatam lectionem adversus Gebhardi Pal. 2. *apparuit dies* praeferentem, optime de-

Digitized by Google

via tamen proelia inter extremum Punicum agmen praecursoresque Romanorum fiebant.

1 XVIII. Inter haec Hispaniae populi, nec qui post cladem acceptam defecerant, redibant ad Ro-
2 manos, nec ulli novi deficiebant. Et Romae senatui populoque, post receptam Capuam, non Italiae jam major, quam Hispaniae, cura erat: et exerci-
3 tum augeri, et imperatorem mitti placebat. nec tamen, quem mitterent, satis constabat; quam illud, ubi duo summi imperatores intra dies triginta cecidissent, qui in locum duorum succederet,
4 extraordinaria cura deligendum esse. Quum alii alium nominarent, postremum eo decursum est, ut populus proconsuli creando in Hispaniam comitia
5 haberet: diemque comitiis consules edixerunt. Pri-

fendit. Omnes etiam mei *aperuit diem*. Ita *lux* dicitur *aperire bellum* 3, 15, 9. et *aperire fugam hostium* 27, 2, 10. Et ita 29, 27, 12. *Ventus idem coortus, nebula disjecta, aperuit omnia Africae litora.*

§. 16. *Levia tamen proelia inter extremum*] Muretus *levia tantum*. J. FR. GRON. *tamen* et *tantum* saepe a librariis confundi, vidimus ad 9, 12, 6. Hic tamen vulgatum, quod omnes tuentur codd. non mutandum puto. Sensus est: quamquam hostis pugnam detrectabat, id tamen non impediisse, quo minus varia minoris momenti proelia inter extremum agmen Poenorum et praecursores exercitus Romani committerentur. Saepe *quamvis*, *licet*, similesque particulae, subsequente τῷ *tamen*, omittuntur. V. ad 37, 25, 11.

§. 3. *Nec tamen, quem mitterent, satis constabat*] Mirum vero, si Cl. Nero jam missus non satis dignus erat imperio, qui praetor, et item ante Capuam exercitus parti praefuerat. Nec obstabat absentia, cum absentes non modo saepe imperatores, sed consules etiam crearint. Licuit igitur aut ipsum Claudium, aut T. Fontejum, aut denique, si invidia non obstitisset, L. Martium facere imperatorem. GLAR.

Quoniam illuc, ubi duo summi] Omnes Gallicani, et Vossianus *quam illud*: et deinde *deligendum esse*, non *deligendus esset*. Scilicet pendet infinita oratio a verbo *constabat*, et integra est scripta lectio: *nec tamen, quem mitterent, satis constabat, quam illud, ubi duo summi imperatores intra dies triginta occidissent, qui in locum duorum succederet, extraordinaria cura deligendum esse.* Ait, non tam certum fuisse, cui

Digitized by Google

mo exspectaverant, ut, qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. quae ut destituta exspectatio est, redintegratus luctus acceptae cladis, desideriumque imperatorum amissorum. Moesta itaque civitas, prope inops consilii, comi- 6
tiorum die tamen in campum descendit: atque in magistratus versi circumspectant ora principum, aliorum alios intuentium, fremuntque, adeo perditas res desperatumque de republica esse, ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere. Quum subi- 7
to P. Cornelius, Publii, qui in Hispania ceciderat, filius, quatuor et viginti ferme annos natus, professus se petere, in superiore, unde conspici posset, loco constitit. In quem postquam omnium ora 8
conversa sunt, clamore ac favore ominati extemplo

eam provinciam darent, quam erat certum, non vulgare munus injungendum esse. Subauditur *tam*, ut et alibi a Livio factum. Plautus Men. 5, 6, 3.

Ut absente hero rem heri diligenter
Tutetur, quam si ipse adsit.

Vel, si mavis, pro *tamen*, scribe *tam*. J. FR. GRON. *quam illud*, et mox *deligendum esse* etiam Florent. Harlej. et multi alii codd. mei, cum Hearnii Oxonn. In praecedentibus *nec tam quem mitterent* malebat Doujatius, quod et Gronov. in mentem venerat. Quamvis autem supra dictum sit ad 22, 59, 13. voces *tñ* et *tã*, sive *tamen* et *tam*, saepius in Mstis commisceri, hic tamen nihil mutari malo, tum quia codd. omnes, excepto uno Ber. a m. 2. in vulgatum conspirant, tum quia vocula *tam*, sequente *quam*, frequenter subintelligi solet. V. ad 2, 56, 9. Mox §. seq. *pro consule creando* ed. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 6. *Moesta itaque civitas, prope inops* etc.] De hac re audi Silium ita canentem [15, 1.]

At nova Romuleum carpebat cura senatum, etc.

et alio loco [15, 131.]

Ardua rostra petit, nullo fera bella volente, etc.

MODIUS.

Audeat imperium in Hispaniam accipere] Gronov. ad verba seq. malebat *in Hispania*. quod unus meorum praefert Lovel. 2. V. eumdem ad 40, 36, 13. Sed addenda sunt, quae Dukerus notavit ad §. 9.

§. 7. *Quum subito P. Cornelius, illius, qui in Hispania ceciderat, filius*] Put. regiusque ablegant *to*

Digitized by Google

9 sunt felix faustumque imperium. jussi deinde inire

illius. Suspicor excidisse praenomen: *P. Cornelius, Publii, qui in Hispania ceciderat, filius*. quod, ut adsolet, unica litera notatum erat, eoque facilius omittebatur. Sic idem vulgatis vel editorum vel operarum incuria excidit statim: *Omnes non centuriae modo, sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in Hispania jusserunt*. Sic legendum ex MSS. nam recentiores vulgatae omittunt *Publii*. omnes *in Hispaniam* mendose habent. Ut et paullo ante: *ut nemo audeat imperium in Hispaniam accipere*. Imperium populus Romanus imperatoribus suis non dabat in provinciis, sed in exercitus in provinciis. J. FR. GRON. Etiam ab Cantabrig. ignoratur *τὸ illius*. Et abunde mollem opem praemissam vides. An tamen potius suspicari licebit, scriptum fuisse primo, *Publius Corn. ejus, qui?* ut postea librarii integrum *τὸ Cornelius* exhibentes neglexerint voculam *ejus*. 29, 14, 8 *P. Scipionem Cn. filium, ejus qui in Hispania ceciderat*. JAC. GRON. Vulgatam ante Gronovium lectionem tuentur cum Mstis Hearnii D. et N. omnes nostri, solis exceptis Cantabr. et Florent. qui *P. Cornelius qui*, rejecta voce *illius*, legunt; *P. Cornelii qui* etiam Florent. a m. 2. *P. Scipio illius qui* Hearnii L. 1. et Exc. Pithoei. Si quid mutandum, faciam potius cum J. Fr. Gronovio.

In superiore, unde conspici posset, loco] V. Polyb. 10, 5. et Rutilium apud Macrob. 1. Saturn. 16. Et de professione nominis Gruch. 1. de Comit. 3. DUK.

§. 9. *Jussi deinde inire confusum suffragium*] *Confusum suffragium* non facile reperias apud Latinos authores; quapropter quidam ex hoc loco sustulerunt. Budaeus tamen, immortale Galliae nostrae ornamentum, in annotationibus in Pandectas de testimoniis confusis hoc exemplum allegat, ut in vulgatis habetur codd. praeterea tamen nullum adfert. GLAR. Vet. lib. *inire confusum suffragium*, quod quid sit, quaerendum est. †. „ Badius legit *confusum suffragium*. Atque „ ita Budaeus in Annot. in Pandectas. „ †. Quod ait *omnes centuriae*, mallem *curiae*, quia curiatis comitiis imperium mandabatur, non centuriatis. SIG. Pall. tres *inire confusum suffragium*. Forte rectius est, quod paret in ed. prisca, *inire confestim suffragium*. GEBH. Libri veteres omnes *inire confusum*, aut *confusum*, *suffragium*. Quod videtur ferri non posse, quia, priusquam inirent suffragium, jubebantur discedere, ne confusi essent. Asconius in Cornelianam: *His peractis, cum id solum superest, ut populus suffragium ferat, jubet unumquemque is, qui fert legem, discedere. Quod verbum non hoc significat, quod in communi consuetudine est, ut de eo loco, ubi lex fertur, sed in suam quisque tribum discedat, in qua est suffragium laturus. populus enim confusus, ut semper alias, ita et in concione*. Itaque Aldo primum omissum video: secutos Juntam et Froben. Una vetus *confestim*. Sigonius, quid sit, jubet quaeri. Sensu simile est apud Quintil. Decl. 12, [6.] *Uno quodam consensu, non aetatibus spectatis, non honoribus, pariter retulimus, probavimus, decrevimus, pedibus, manibus livimus in sententiam necessitatis, nec nos ordo officii moratus est*. Sic *per saturam aedilem factum* dicit Lucilius l. 1. Satir. *Confusum suffragium* putare possis esse comitiorum non centuriatorum. Cic. 3. de Legibus,

Digitized by Google

suffragium, ad unum omnes non centuriae modo,

[19.] *Descriptus enim populus censu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quam fuse in tribus convocatus.* Aut si in ipsis centuriatis genera hominum non satis discernerentur. Pro Muraena [23.] *Confusionem suffragiorum flagitasti, prerogationem legis Maniliae, aequationem gratiae, dignitatis, suffragiorum.* Sic legem a Graccho promulgatam auctor est Sallust. in posteriore de Republ. [8.] *Ut ex confusis quinque classibus sorte centuriae vocarentur, ut ita coaequata dignitate, pecunia, virtute auctore alius alium properaret.* Sane proconsulum horum tributa erant comitia, non centuriata. A qua lege solum excipit Scipionem Sigonius de Lege curiata: ac hic legit *omnes non modo curiae.* Sed lex ferebatur de imperio magistratuum. Quid si et hujus tributa fuisse comitia dicamus? Cur ergo *centurias* hic et infra c. 41, 18. adpellat? Nimirum ut *tribus* alibi pro centuriis, ita hic *centurias* pro tribubus posuit. Sic infra [c. 22.] *centuriam Veturiam* appellat, quod tamen tribus nomen est. J. FR. GRON. Sigonius c. 10. de Lege curiata, et in Addend. ad 1. de Ant. jur. civ. Rom. 21. scribit, novum plane ac singulare esse exemplum P. Scipionis, ex privato comitiis centuriatis in provinciam missi, quod tributis fieri soleret. In eadem sententia est Gruchius 1. de Com. 2. p. 545. et 2, 2, 646. tomi 1. Thes. Graev. ubi hoc semel de Scipione reperiri, seque id propter magnitudinem rei, quod tum extraordinaria cura imperator deligendus esset, a senatu decretum existimare dicit. Quae hic in contrariam partem disputat Gronov. nondum me movent, ut cum illo sentiam. Si Livius alicubi *tribum* pro centuria dixit, ex eo non consequitur, eum hic et c. 41. *centuriam* pro tribu dixisse. Nec magnam vim habet, quod Livius c. 22. *centuriam Veturiam* vocat, quod nomen tribus erat. Nam ipse 4. Obs. 1. docuit, omnibus locis, quibus *centuria praerogativa* nomine tribus appellatur, *centuriam* non pro tribu poni, sed vere esse *centuriam* ex ea tribu, cujus nomen habet, sorte ductam, quae prima non in tributis, sed in centuriatis comitiis, suffragium latura erat, quod ad rationem mutati posterioribus temporibus in comitiis centuriatis ordinis suffragiorum, qui olim, illis primum institutis, fuerat, pertinet. Proferenda fuerant diserta testimonia veterum scriptorum, qui in comitiis tributis etiam centuriarum mentionem faciant: nam alioqui nulla apparet ratio, cur Livius in comitiis tributis voluerit memorare *centurias.* Et altera sententia non nihil ex eo confirmatur, quod Livius dicit *postremo eo decursum est:* nam *decurrere* saepe de extremis ultimisque auxiliis ac remediis dici, non necesse est multis ostendi. Quod porro sit *confusum suffragium* post ea, quae hic dicuntur, tamen nondum adsequor. DUK. *inire confusum suffragium* Voss. Lovel. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. *inire confixum suffragium* Lovel. 4. *inire suffragium*, media voce omissa, Florent. Cant. et apud Crevier. Put. ac Regius opt. quos sequendos arbitror. Crevierius etiam, post indicatas difficultates, quae sententiam Gronov. ad hunc loc. et Manutii ad Cic. pro Muren. 23. premunt, eo delabitur, ut vel vocem delendam, vel ejus loco *confestim* ex ed. Camp. emendandum censeat.

P. Scipioni imperium esse in Hi-

Digitized by Google

sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in
10 Hispania jusserunt. Ceterum post rem actam, ut
jam resederat inpetus animorum ardorque, silen-
tium subito ortum et tacita cogitatio, quidnam e-
gissent? num favor plus valuisset, quam ratio?
11 aetatis maxime poenitebat: quidam fortunam etiam
domus horrebant nomenque, ex funestis duabus fa-
miliis, in eas provincias, ubi inter sepulcra patris
patruique res gerendae essent, proficiscentis.

1 XIX. Quam ubi ab re tanto inpetu acta solicitu-

spaniam jusserunt] Egregie. non enim magistratus mandatus est Scipioni, cum pro consule missus est, sed imperium, ut post etiam dicam. SIG. Paullo ante libri Hearnii, itidem ut vulgati, *imperium in Hispaniam accipere*; hic cum Gronovianis consentiunt. Sic 30, 40, 10. *Latum ad populum esse, cujus vellent imperium in Africa esse.* et ibi c. 41, 4. et 31, 50, 11. Nec tamen adhuc decernere possum, an alterum omnino rejiciendum sit. Ratio quidem, qua vir summus in eam rem utitur, non ita firma est, quin labefactari argumentis non improbabilibus possit. Videtur probasse sententiam Sigonii c. 8. et 9. de lege curiata, c. 15. et seqq. posterioris disput. adv. Gruch. et ad Livii 28, 38, 4. Sed digna consideratione sunt, quae Sigonio reposuit Gruchius in Refutat. ad posterior. Sigonii disput. cum alibi, tum praecipue capp. 16. 17. 18. DUK. *P. Scipioni imperium esse in Hispania* legendum censuit Gronov. supra h. c. ad §. 7. et ad 40, 36, 13. In ultima Gruteri omissum erat Scipionis praenomen, quod omnes servant codd. Praeterea *in Hispaniam* praeferebant omnes excusi. sed *in Hispania* cum Gronovianis [hic habent Florent. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. Pari errore *imperium in Siciliam* exhibet unus cod. infra 27, 7, 12.

§. 10. *Ut jam residerat inpetus*] Vet. lib. *resederat*. SIG. *residerat* Florent. a m. 1. Lovel. 1. 3. 4. Sed v. ad 2, 29, 6.

Quidnam egissent: novi favor plus valuisset, quam ratio] Opinor legendum *quidnam egissent novi*. vel *quid legissent novi: nam quod favor plus valuisset*. VALLA. Formandum esse, *quidnam egissent? num favor plus valuisset, quam ratio? aetatis maxime* ostendimus 4. Obs. 11. p. 178. J. FR. GRON. *quidnam egissent*, *novi favor* Florent. Voss. Lovel. 1. 3. 5. Harlej. et Gaertn. *quidnam egissent*, *novo favor* Hav. Sed plane, ut Gronov. emendavit, ego in Lovel. 2. et 4. ac Crevier. in Victor. invenimus; quare lectionem illam recepi. Doujatius vulgatam lectionem, quam Gronovii emendationem, planiorem sententiam habere opinatur; praesertim si, unica litera mutata, legamus, *quidnam egissent novi? quid favor plus valuisset, quam ratio?* Verum Gronov. recte observat,

Digitized by Google

dinem curamque hominum animadvertit, advocata concione, ita de aetate sua imperioque mandato, et bello, quod gerundum esset, magno elatoque animo disseruit, ut ardorem eum, qui resederat, excitaret rursus novaretque: et impleret homines certioris spei, quam quantam fides promissi humani, aut ratio ex fiducia rerum subjicere solet. Fuit enim Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab juventa in ostentationem earum compositus: pleraque apud multitudi-

nihil utique *novi* fieri, quum in campo plus valet gratia, quam meritum: cui Doujatius nihil reponit. Neque etiam potuit, utpote qui ipse in praefat. testetur, se Observationes Gronovii, ubi hujus emendationis rationem reddidit, et, quid in vulgato displiceret, docuit, numquam vidisse. Miror itaque, eum nihilo minus tam audacter pronunciasse.

§. 1. *Quam ubi ab re tanto impetu acta solicitudinem curamque hominum animadvertit*] Pall. duo et prisca ed. *Quod ubi*. Amplius tert. *advertit*. GEBH. Oportet hoc loco conniviſſe eos, qui scriptos vetustos codices inspexerunt; adeo credere non possum, uni Cantabrigiensi relictam fuisse restitutionem Livianae manus. Habet enim *animam advertit*, quod mutandum in *animum advertit*. V. omnino 24, 48, 4. JAC. GRON. *Quod ubi* Voss. Lovel. quinque, Ber. Hav. et edd. ante Aldum. Tum *ad rem tanto impetu actam* Lovel. 2. Hinc *curamque omnium* Voss. et Lovel. 3. de quo scribarum errore v. ad 3, 54, 6. Deinde *avertit* Lovel. 4. et quaedam ex edd. vett. *animam advertit* Put. apud Cl. Crevier. et Florent. a m. 1. *animum advertit* a m. 2. quod in contextum recepi. Mox *gerundum* edidit Gronov. quod firmant Florent. et Harlej. priores *gerendum*.

§. 2. *Ut ardorem eum, qui resederat, excitaret rursus innovaretque*] Vet. lib. *resederat*. SIG. Put. et reg. *novaretque*. 8, [39, 5.] *Novato clamore signa inferuntur*. V. ad Senecam 4. de Benef. 27. [25.] J. FR. GRON. *resederat* Florent. a m. 1. Lovel. 1. 63. Harlej. et Gaertn. *resederat* Flor. a m. 2. cum reliquis meis, Hearnii Oxonn. et editis ante Aldum. V. ad cap. praec. §. 10. *novaretque* Florent. Supra 4, 33, 7. *Magister equitum et ipse novat pugnam equestrem*. 35, 17, 9. *Spem cuique novandi res suas blandiorem esse*. V. quae notavi ad Silii 7, 141.

§. 3. *Sed arte quoque quadam ab juventa in ostentationem earum compositus*] *sed arte quadam*, omissa voce, Voss. et Lovel. 1. ac 2. V. ad 2, 6, 1. Tum *ab juventute* Lovel. 4.

§. 4. *Velut divinitus mente monita, agens*] Optimi Gall. et Florent. *mentem monita*. Sed rectius in vulgata utrumque auferendi casu accipies. J. FR. GRON. Cur

Digitized by Google

nem, aut per nocturnas visa species, aut velut divinitus mente monita, agens: sive et ipse capti quadam superstitione animi, sive ut imperia consiliaque, velut sorte oraculi missa, sine cunctatione
5 exsequerentur. Ad hoc jam inde ab initio praeparans animos, ex quo togam virilem sumsit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque aedem consideret: et plerumque solus in secreto ibi tempus
6 tereret. Hic mos, qui per omnem vitam servabatur, seu consulto, seu temere, vulgatae opinioni

hic addit *velut*, non item in priore membro? Qui dicit *pleraque per nocturnas visa species agebat*, significat species illas vere oblatas fuisse. Sed hoc non magis credebat Livius, quam eum multa divinitus mente monita egisse. DUK. *mentem monita* etiam Lovel. 4. et Harlej. quod Gronov. in pr. ed. not. probavit. Melius tamen postea sententiam mutavit, ac vulgatum praetulit. Ultima litera *τοῦ mentem* ex initio vocis sequentis perperam est repetita. V. ad 40, 7, 8. Ceterum Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii conjecit *mente mota*. Saepe *motus* et *monitus* commutantur. V. quae dixi ad Silii 10, 373. similiter *movere* et *monere*. V. ad 35, 35, 5. Hic tamen vulgatum non puto mutandum esse.

Velut sorte oraculi missa, sine cunctatione adsequeretur] Libb. omnes *missa sint nec cunctatione assequerentur*. Perperam. Haec et praecedentia illustrat Papinius 5. silv. [3, 291.]

— — *sic sacra Numae ritusque colendos*
Mitis Aricino dictabat Nympha sub antro.
Scipio sic plenos Latio Jove ducere somnos
Creditur Ausoniis, et non sine Apolline Sylla.

GEBH. Pall. tres, et Voss. *assequerentur*. Put. *essequerentur*. An voluit *exsequerentur?* homines nempe, quibus imperaret, aut consilia daret. Sequitur, *Ad hoc jam inde*, ut scripti, non *haec*. J. FR. GRON. *exsequerentur*, homines nempe, probat, et multa hujus generis cumulat Perizon. ad Val. Max. 2, 2, 1. Adde eum ad Sanctii Min. 4, 4. in ellipsi v. *Homines*. Scalig. ad Catull. carm. 2. et Lang. ad Cic. 1. de Off. 7. DUK. *assequerentur* etiam Florent. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Omnino cum Gronovio ex Put. vestigiis legendum *exsequerentur*. Passim enim *s*, vel simplex, vel duplex, et *x* in membranis antiquis commutantur. Hinc confunduntur voces *induxi* et *inclusi*. V. ad 2, 2, 8. *hausi* et *auxi*. V. ad 2, 43, 3. *mox* et *mos*. V. ad 4, 8, 6. *Brisia* et *Brixia*. V. ad 5, 35, 1. *justa* et *juxta*. V. ad 6, 6, 18. *vox* et *vos*. V. ad 6, 35, 9. *elusi* et *eluxi*. V. ad 7, 35, 6. *Ausones*

Digitized by Google

fidem apud quosdam fecit, stirpis eum divinae vi-
rum esse; retulitque famam, in Alexandro Magno 7
prius vulgatam, et vanitate et fabula parem, an-
guis inmanis concubitu conceptum, et in cubiculo
matris ejus persaepe visam prodigii ejus speciem,
interventuque hominum evolutam repente, atque
ex oculis elapsam. His miraculis numquam ab ipso 8
elusa fides est: quin potius aucta arte quadam, nec
abnuendi tale quidquam, nec palam adfirmandi.
Multa alia ejusdem generis, alia vera, alia adsimu- 9
lata, admirationis humanae in eo juvene excesse-

et *Auxones*. V. ad 8, 16, 1. *fulsi* et *fulxi*. V. ad 9, 10, 2. *Nasus* et *Naxus*. V. ad 26, 24, 16. *res* et *rex*. V. ad 36, 9, 9. *Theoxena* et *Theosena*. V. ad 40, 4, 3. Adde Pierium ad Virg. 8. Aen. 72. et Behot. 1. Apophor. 1. Praeterea mox *Ad hoc* etiam Florent. Voss. Lovel. quinque, Harlej. et Hav. V. ad 21, 52, 10.

§. 5. *Nulle die prius nullam publicam*] Vet. lib. *ullam publicam*. SIG. Ita non modo omnes scripti, sed et typis excusi usque ad Basil. anni 1554. ubi errore, ut videtur, operarum *nullam* datum est.

Quam in Capitolium iret] Idem est apud eum, qui scripsit de Vir. Illustr. [49.] SIGON.

Ingressusque aedem consideret] Libb. omnes *consederet*. GEBH. *Cellam Jovis* dicit Aur. Vict. 49. Ea media erat inter cellam Junonis et Minervae, quam *aedem Jovis* etiam Ovid. vocat. V. Rycq. de Capit. c. 13. Sed satis obscurum est, *aedes* simpliciter, pro *aedes Jovis*. Nam etiam aliorum Deorum aedes in Capitolio erant. DUKER.

Et plerumque tempus solus in secreto ibi teveret] Pall. duo cum vet. ed. *in secretum*. GEBH. Put. *et plerumque solus in secretu ibi tempus teveret*. J. FR. GRON. Ordinem verborum, qui est in Put. servat etiam Florent. retinet tamen *in secreto*. At *in secretum* plerique reliqui cum edd. Aldina prioribus.

§. 6. *Hic mos, qui per omnem vitam servabatur*] In libris omnibus deficit *qui* provocabulum. Forte non respuenda lectio margini Pal. 1. adscripta: *Hic mos, per omnem vitam servatus, seu consulto, seu* etc. GEBH. Pronomen *qui* omnibus scriptis exsulat. Dein Put. *servabat*. Petav. *servabant*. in margine unius Pal. *Hic mos per omnem vitam servatus*. Quae forte vera lectio est. J. FR. GRON. *Tò qui* deest etiam in Flor. Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et quibusdam edd. vett. Deinde *servabat* Florent. a m. 1. *servatus* Ber. a m. 2. et Hav. Mox *fecit*, *ut stirpis*, inserta media vocula, Florent. Cant. Voss. Lovel. 2. Ber. a m. 1. Gaertn. Hav. et edd. vett.

§. 8. *His miraculis numquam ab*

Digitized by Google

rant modum: quibus freta tunc civitas, aetati haud-
quaquam maturae tantam molem rerum, tantumque
10 imperium permisit. Ad eas copias, quas ex vetere
exercitu Hispania habebat, quaeque a Puteolis cum
G. Nerone trajectae erant, decem millia militum et
mille equites adduntur. et M. Junius Silanus pro-
11 praetor adjutor ad res gerendas datus est. Ita cum
triginta navium classe (omnes autem quinqueremes
erant) ostiis Tiberinis profectus praeter oram Tusci
maris, Alpes atque Gallicum sinum, et deinde Py-
renei circumvectus promontorium, Emporiis urbe
Graeca (oriundi et ipsi a Phocaea sunt) copias ex-
12 posuit: inde sequi navibus jussis, Tarraconem pe-
dibus profectus, conventum omnium sociorum (et-

ipso elusa fides] Scribe *Hujus miraculi*. Nec inficeta forent *abnuentis* et *adfirmantis*. J. FR. GRON.

§. 9. *Quibus freta tunc civitas*] *nunc civitas* Florent. Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Paullo ante *simulata* Ber. a m. 2. *dissimulata* Hav. qui etiam praefert *excesserunt*.

§. 10. *Cum Claudio Nerone trajectae erant*] *cum C. Nerone* Florent. Voss. Lov. 2. 3. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. *cum G. Nerone* Hav. Et ita Gebhardus in Pal. 1. 2. ac prisca ed. se invenisse supra testatur ad c. 27, 1. ubi v. quae notantur.

Decem millia peditum et mille equites adduntur] Put. et optimi *decem millia militum et mille equites adduntur*. Novum visum est correctoribus, *milites* pro peditibus sumi. Nunc id per occasionem jam monuerunt docti. Plancus ad Cic. [10. ad fam. 23.] *Non miles ullus, non eques, non quidquam impedimentorum omitteretur*. Asinius Pollio ad eumdem [10. ad fam. 32.] *Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi; et, si quos equites decedentes nactus sum, supplicio adfeci*. Lepidus eodem 10. Famil. [ep. 34]. *Itaque ad me complures milites et equites ab eo transierunt*. Vide etiam ad l. 28. hujus operae [c. 1, 5.] J. FR. GRON. *militum* etiam Florent. Eam autem vocem de peditibus per excellentiam usurpari, docuerunt Lipsius et Boecler. ad Vell. 2, 15, 3. Schel. ad Hygin. de Castram. Rom. p. 1092. Graev. ad Just. 3, 3. et Tennul. ad Front. 2, 5, 37.

§. 11. *Pyrenes circumvectus promontorium*] *Pyrenei* Florent. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. qua forma Li-

Digitized by Google

enim legationes ad famam adventus ejus ex omni se provincia effuderant) habuit. naves ibi subduci jus- 13
sit, remissis quatuor triremibus Massiliensium, quae officii caussa ab domo prosecutae fuerant. Responsa inde legationibus suspensis varietate tot 14
casuum dare coepit, ita elato ab ingenti virtutum suarum fiducia animo, ut nullum ferox verbum excideret; ingensque omnibus, quae diceret, quum majestas inesset, tum fides.

XX. Profectus ab Tarracone, et civitates so- 1
ciorum et hiberna exercitus adiit: conlaudavitque milites, quod, duabus tantis cladibus deinceps icti, provinciam obtinuissent: nec fructum secundarum 2
rerum sentire hostes passi, omni cis Iberum agro

vius uti maluit. Ita *Pyrenaeus* 21, 24, 1. hoc libro c. 43, 8. 27, 19, 1. 20, 2. *Pyrenaei jugum* 21, 30, 5. *portus Pyrenaei* 34, 8, 5. *Pyrene* apud alios obcurrit; verum hac forma nondum apud Livium notavi.

Emporis urbe Graeca] Vet. lib. *Emporiis*. Livius *Emporias* vocat, Strabo l. 3, [159.] *Emporium*. Sic enim ait Ἐμπόριον Μασσαλιωτῶν ἐστι κτίσμα ὅσον τετρακισχιλίους διέχον τῆς Πυρήνης σαδίους. SIG. *Emporis* errore praeferunt edd. Basil. anni 1554. et 1555. Reliquae cum scriptis omnibus *Emportis*.

Oriundi et ipsi a Phocaea sunt] Voculas *et ipsi* eo referendas esse Clericus putat, quod Livius Gallicum sinum memorans cogitarit de Massilia illic sita, et a Phocaeis condita. Sed Crevierio suspicio oritur, ex eo, quod infra mentio fit de triremibus Massiliensium, Scipionem officii caussa ab domo prosecutis, in narratione navigationis ejus aliquot voces excidisse, in quibus de Massilia egerat, eoque referendas esse voces *et ipsi*.

§. 12. *Legationes ad famam adventus ejus ex omni se provincia effuderant*] *legationes ad famam ejus* Florent. Lovel. 2. et Hav. *legationes adventu ejus* Lovel. 3. *To se* etiam deficit in Hav.

§. 1. *Tantis cladibus deinceps icti*] Pall. 2. et 3. *tantis claudibus deinceps icti*. Corrupte. l. 27, 51. fine. *Annibal tanto simul publico familiarique ictus luctu*. 34, 17, 5. *Consul interim rebellione Bergistanorum ictus*. 37, 24, 11. *Annibal ictus uno proelio adverso*. GEBH. *tantis deinceps cladibus* Florent.

§. 3. *Nihil minus eum vereri, quam ne quis obstaret*] Optimi libri, *nihil minus, quam vereri*,

Digitized by Google

eos arcuissent, socioque cum fide tutati essent.
3 Marcium secum habebat cum tanto honore, ut facile adpareret, nihil minus, quam vereri, ne quis
4 obstaret gloriae suae. Successit inde Neroni Silanus, et in hiberna novi milites deducti. Scipio, omnibus, quae adeunda agendaque erant, mature
5 aditis peractisque, Tarraconem concessit. Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat, quam apud

ne quis. Multo brevius et elegantius. Intellige, nihil minus eum facere, quam ut vereretur, vel nihil minus vereri, quam hoc. Sic 27, [18, 11.] *Per asperta primum nihil aliud, quam via impediti iere.* J. FR. GRON. *nihil minus, quam vereri* Florent. Voss. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Hav. et Hearnii Oxonn. *nihil minus vereri, quam* Lovel. 1. 3. et Gaertn. Veram hujus loci lectionem indicavit, et pluribus adstruxit Gronov. in pr. ed. not. ad 31, 24. et 40, 49. Mox §. seq. *Silanus Neroni* Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum.

§. 5. *Quo minus ratio timoris reddi poterat, eo oppertune majorem inferens metum*] Suspectum illud *opportune.* Manuscr. *oportet timere majorem.* Lego *eo oborto timore.* Verissima emendatio. et sic fieri solet, inclinatis semel ad timorem animis. LIPS. 3. Ep. Quaest. 13. Haec facile suspecta habere poterat acre Lipsii ingenium. Nec tamen ejus medicina salubris. Legit in veteri suo *eo oportet timere.* Itaque verissimum putat *eo oborto timore.* Sed tamen *ratio timoris,* statim *oborto timore,* rursum *inferens metum,* cui non displiceat? Gallicani plures, Italicique, et Pall. cum Vossiano: *poterat oportet temere.* Put. et reg. *oportet emere.* Scribe, *et divinatio quaedam futuri, quo minus ratio timoris reddi poterat oborti temere, majorem inferens metum.* Divinatio, ait, futuri, civibus sociisque metum inferens, eo majorem, quo minus ratio ejus reddi poterat, ex nulla apparente caussa exorti. Intelligit *eo,* ut supra annotavimus. Rubenius *poterat, eo forte temere.* V. ad 10, [43, 12.] J. FR. GRON. Vulgatum, a Lipsio rejectum, superest tantum in Lovel. 4 et Ber. *poterat, metum temere majorem inferens* Hearnii L. 1. *poterat majorem inferens,* mediis omissis, Lovel. 5. *poterat, eo temere majorem inferens* Lovel. 2. Gaertn. et Hav. *poterat, oportet timere majorem inferens* Lovel. 1. et 3. *poterat, oportet temere majorem inferens* Harlej. *poterat oportet emere majorem inferens* Florent. et Cant. Gronovius pr. ed. not. docet, Salmas. conjecisse *poterat oborti temere, eo majorem inferens.* Ipse vero legebat *poterat oborta temere, eo majorem inferens,* quod in Hafn. inveni. Sed verissimum est, quod secundis curis probavit. Saepius *quo* adhibetur, omissa particula, quae ei respondere solet, *eo.* Supra 2, 51, 5. *Quo plures erant, major caedes fuit.* 25, 36, 16. *Lugebant desiderabantque duces; Cnaeum tamen magis, quo diutius praefuerat iis.* ubi vide Gronov. c. 38, 23. *Quo audacius erat, magis placebat.* hoc

Digitized by Google

cives sociosque, et divinatio quaedam futuri; quo minus ratio timoris reddi poterat oborti temere, majorem inferens metum. In hiberna diversi con- 6
cesserant: Hasdrubal Gisgonis usque ad oceanum et Gades: Mago in mediterranea, maxime supra Castulonensem saltum: Hasdrubal Hamilcaris filius proximus Ibero circa Saguntum hibernavit. Aestatis ejus extremo, quo capta est Capua, et 7

lib. c. 38, 10. *Quo audacior res erat, minus similis veri visa est.* 39, 40, 1. *Alia majoris certaminis, quo et majore de re, sunt exorta.* 40, 22, 6. *Vexati omnes, et ante alios rex ipse, quo gravior aetate erat, difficultate viae est.* Senec. in Praef. l. 1. Controv. *Quo plura exempla inspecta sunt, plus in eloquentiam proficitur.*

§. 6. *Hasdrubal Gisgonis usque ad oceanum et Gades*, etc.] Polyb. 10, [7.] *Μάγωνα μὲν ἐπυνθάνετο διατρίβειν ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν ἐν τοῖς Κονίοις προσαγορευομένοις· Ἀσδρούβαν τοῦ Γέσκωνος περὶ τὸ τοῦ ποταμοῦ σόμα κατὰ τὴν Λυσιτανίαν· τὸν δ' ἕτερον Ἀσδρούβαν πολιορκεῖν τινα πόλιν ἐν τοῖς Καρπηταν οἷς· ὀυδένα δὲ τῶν προειρημένων ἔλαττον δέχ' ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν τῆς Καινῆς πόλεως.* SIG.

Supra Castulonensem saltum] Dionys. Voss. ad Caesar. 1. B. Civ. 38. se *Castulonensis saltus* nullam apud auctores mentionem legisse dicit. Non semper officium facit, quum debet, et volumus, memoria. Legerat haud dubie Livium et Epistolas Ciceronis. V. quae adnotantur ad Cic. 10. Famil. 31. DUK. V. ad 22, 20, 12.

§. 7. *Aestatis ejus extremo, quo capta est Capua*] Non omnia haec aestatis extremo potuerunt esse acta, cum post captam Capuam Nero in Hispaniam sit missus, et aliquamdiu ibi manserit, ac res gesserit, et postea demum Scipio et Silanus illi successerint, ut verisimile valde sit, principio aestatis captam esse Capuam. Scribe omnino, *Aestatis ejus extremo, qua capta est Capua.* 27, 17, 1. *Aestatis ejus principio, qua haec agebantur.* 28, 5, 1. *principio aestatis ejus, qua haec sunt gesta.* Et c. 9, 1. *Extremo aestatis ejus, qua haec sunt gesta.* JAC. PERIZON. Supra 22, 19, 1. *Principio aestatis, qua haec gerebantur.* ubi multi etiam codd. *quo.*

Tarentum adcita ad arcendos commeatus praesidii Romani] Interpretamento spurcatus locus. in Pal. 1. nec non ant. ed. disparet *τὸ ad.* Sed sine ambagibus indubitate vera est lectio, quam praeferunt Pall. reliqui duo *accita arcendo commeatus.* Sic forte c. 28, 2. legendum; *Classem satis esse arcendo Italia regem.* GEBH. *Τὸ ad* non comparet etiam in Florent. Harlej. et Gaertn. *arcendo commeatus* Lovel. 3. et Rec. Deinde *praesidio Romano* Florent. a manu 2. Mox *Tarentina* exsulat ab Hav.

§. 10. *Quia ibi pauci erant*] Dele *τὸ ibi* auctoribus omnibus Galli-

Digitized by Google

Scipio in Hispaniam venit, Punica classis, ex Sicilia Tarentum adcita ad arcendos commeatus prae-
8 sidii Romani, quod in arce Tarentina erat, clauserat quidem omnes ad arcem a mari aditus; sed adsidendo diutius artiorem annonam sociis, quam
9 hosti, faciebat. non enim tantum subvehi oppidanis per pacata litora apertosque portus praesidio navium Punicarum poterat, quantum frumenti classis ipsa turba navali mixta ex omni genere hominum
10 absumebat. ut arcis praesidium etiam sine invecto (quia pauci erant) ex ante praeparato sustentari posset; Tarentinis classique ne invectum quidem subfi-
11 ceret. Tandem majore gratia, quam venerat, classis dimissa est. annona haud multum laxaverat: quia, remoto maritimo praesidio, subvehi frumentum non poterat.

XXI. Ejus-

canis. J. FR. GRON. Abest etiam a Florent. Harlej. et plerisque reliquis meis, ab omnibus etiam Hearnii Oxonn. Mox *classi Tarentinisque* Lovel. 2. 4. et Harlej. *et classi Tarentinisque* Lovel. 3. 5. *classique et Tarentinis* praeter edd. vett. etiam Gaertn. Hav. et Ber. a m. 1. *classi et Tarentinis* a m. 2.

§. 11. *Classis dimissa est. annona haud*] Suspicor ab Livio profectum, *Tandem majore gratia, quam venerat, classis dimissa annonam haud multo laxaverat.* J. FR. GRON. Si *laxaverat* non potest accipi, ut interdum *mutare, praecipitare, vertere,* amplectendam puto hanc conjecturam. *Classis* recte potest dici *laxare annonam*, ut *hiems labores bellicos.* 32, 5, 2. *Quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat annus.* 2, 34, 12. *Conditionibus laxandi annonam.* DUK. Cur tamen Gronov. *multum* in *multo* mutarit, nondum intelligo. *To multum* in pr. ed. not. servavit.

§. 1. *A C. Calpurnio praetore*] Additum in Pal. 1. *praetore Romano.* Prisca ed. monstrum fovet *a C. Calphunlino.* tert. *a G. Calphurnio.* GEBH. *a C. Calpurnio P. R.* Harlej. hinc formatum male *praetore Romano*, quum tantum, distinctione inter literas remota, scribendum foret *a C. Calpurnio pr.* Praenomen deest in Florent. Sed v. ad 24, 17, 3.

§. 2. *Quaestus leniter*] Si ita est in libris scriptis, nihil tento. Alioqui praeferrem *leviter.* Cic. pro Rosc. Com. 10. *Quaestus est non leviter.* in Val. Max. 5, 3, 3.

Digitized by Google

XXI. Ejusdem aestatis exitu, M. Marcellus ex 1
Sicilia provincia quum ad urbem venisset, a C. Calpurnio praetore senatus ei ad aedem Bellonae datus est. ibi quum de rebus a se gestis disseruisset, 2
questus leniter non suam magis, quam militum, vicem, quod provincia confecta exercitum deportare non licuisset, postulavit, ut triumphanti urbem inire liceret. id non impetravit. Quum multis ver- 3
bis actum esset, utrum minus conveniret, cujus nomine absentis, ob res prospere ductu ejus gestas, supplicatio decreta foret, et Diis inmortalibus habitus honos, ei praesenti negare triumphum: an, quem tradere exercitum successori jussissent, 4
(quod, nisi manente in provincia bello, non decerneretur) eum quasi debellato triumphare, quum exercitus, testis meriti atque inmeriti triumphi, ab-

ante Pighium erat *levi querela*. Et sic ibi novem MSS. Ovid. 4. Met. 413.

— — *peraguntque leves stridore querelas.*

DUK. *leviter* unus tantum meorum Gaertn. praefert. Solent haec confundi. V. ad 36, 31, 8.

§. 3. *Et Diis inmortalibus habitus honos*] Pal. 2. *additus honos*. GEBHARDUS.

§. 4. *Ad quem tradere exercitum successori*] Pall. 1. 2. *an quem tradere*. tert. autem, una consensum trahens vet. ed. *antequam tradere*. GEBH. Successor fuit M. Cornelius Cethegus. V. Perizon. ad 25, 41, 13. DUK. *ad quem* errore operarum datum est in prioribus Gruteri, quum omnes antiquiores, quod ipse etiam in postrema restituit, haberent *an quem*. *antequam* etiam Lovel. 4. et edd. princ. pro quo Mediol. anni 1505. et Ascens. anni 1513. *an quod*, Aldus *an quem*.

Quod, nisi manente in provincia bello, non decerneretur] De caussis negandi triumphi agit Perizon. Animadv. Histor. c. 6. p. 219. et seqq. et p. 227. Ex hoc loco Livii et altero 39, 29. ostendit, non decretum fuisse triumphum, nisi quis provinciam ita confecisset, ac pacasset, ut exercitus ex ea deportari posset ad celebrandum triumphum. Sunt tamen exempla in contrarium. L. Furius praetor sine militibus, et non pacata provincia, de Gallis triumphavit, Liv. 31, 49. Q. Minucius ex Hispania citeriore, quum exercitum P. Manlio successori tradidisset, et bellum in provincia maneret, 33, 43.

Digitized by Google

5 esset; medium visum, ut ovans urbem iniret. Tribuni plebis ex auctoritate senatus ad populum tulerunt, ut M. Marcello, quo die urbem ovans ini-
6 ret, imperium esset. Pridie, quam urbem iniret, in monte Albano triumphavit. inde ovans multam
7 prae se praedam in urbem intulit. Cum simulacro captarum Syracusarum, catapultae balliſtaeque, et alia omnia inſtrumenta belli lata, et pacis diu-
8 turnae regiaeque opulentiae ornamenta, argenti ae-

34, 10. et 17. Et C. Calpurnius et L. Quintius de Lusitanis et Celtiberis, non confectis provinciis, nec exercitibus deportatis, 39, 38. et 42. Sed in his locus potuit dari gratiae, quod non obscure de Furio, Calpurnio, et Quintio significat Livius. DUK. Negandi particula *non* deest in Florent. Lovel. 1. 3. 4. a m. 2. Harlej. Ber. a m. 1. Gaertn. et edd. ante Aldum. quod defendi poſſet, si *nisi* pro non nisi capere liceret. Eam tamen poteſtatem voculae huic non competere, exiſtimat Gronov. ad 34, 16, 1. et ex omnibus, quae in hunc sensum laudantur, locis negationem excidiſſe suspicatur. Vide, quae ad eum locum notavi. Hic nihil mutare audeo.

Eum quasi debellato triumphare] Pal. 1. 3. et vet. ed. *quasi de bello triumphare*. sec. *quasi de bello confecto triumphare*. GEBH. *de bello triumphare* Florent. Voſſ. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. vett. Frobenius demum *debellato* anno 1531. subſtituit: et recte. Infra 30, 8, 1. *Scipionem, volut jam debellato, quod ad Syphacem Karthaginiensesque adtineret, Uticae obpugnandae intentum, avertit fama belli*. De ipsa locutione v. ad 1, 41, 6.

Teſtis meriti atque immeriti triumphi] Forte *aut immeriti*. J. FR. GRON. Mox *introïret*, pro *iniret*, Ber. a m. 2. Sed v. ad 7, 11, 9.

§. 5. *Tribuni plebis ex auctoritate senatus ad populum tulerunt*] Notandus est hic etiam locus. Negatum aït Marcello, ut triumphans iniret urbem, sed ovans. Deinde per tribunos plebis ad populum latum ex senatus authoritate, ut ei imperium eſſet. Postremo eum in monte Albano triumphaſſe. Apud Dionys. quid simile legitur, apud hunc non item, opinor. GLAR. Miratur Glareanus quasi inconſtantiam Livii, qui scribat, negatum eſſe Marcello triumphum, permissum eſſe, ut ovans iniret: deinde per tribunos plebis ad populum ex senatus auctoritate latum, ut Marcello, quo die ovans iniret, imperium eſſet, postremo in monte Albano triumphaſſe. Nam Marcellus ex SC. ovans iniit, ex sua sententia sine SC. (quod fieri post C. Papirium Masonem, qui primus id fecit, coeptum erat) triumphavit; quoniam vero sine imperio triumphare non poterat, nec imperium, nisi extra urbem, pro consule erat, propterea latum est ad populum, ut ei, quo die

Digitized by Google

risque fabrefacti vis, alia supellex, pretiosaque
vestis, et multa nobilia signa, quibus inter primas
Graeciae urbes Syracusae ornatae fuerant. Puni- 9
cae quoque victoriae signum, octo ducti elephanti.
Et non minimum fuit spectaculum cum coronis au-
reis praecedentes Sosis Syracusanus, et Mericus
Hispanus, quorum altero duce nocturno Syracusas 10
introïtum erat; alter Nasum, quodque ibi praesi-
dii erat, prodiderat. His ambobus civitas data, 11

ovans urbem iniret, imperium esset. Idem autem de L. Aemilio Paullo scribit l. 45, [35.] SIG. Gruchius in Refut. ad posterior. Sigonii disput. c. 4. et 20. observat, nusquam reperiri, legem de imperio illis latam fuisse, qui sui magistratus anno triumphabant, sed tantum proconsulibus et propraetoribus, et aliam ejus rei causam fuisse dicit, quam Sigonius in poster. disput. de Usu legis curiatae de imperio, et c. 6. de Lege curiata tradiderat. DUKER.

§. 6. *In monte Albano triumphavit*] Plutarch. in Marcello [p. 310.] Ἐπεὶ φθόνον εἶχεν ὁ τρίτος τριαμβος συνεχώρησεν αὐτός, τὸν μὲν ἐντελῆ καὶ μέγαν εἰς τὸ Ἀλβανὸν ὄρος ἐξελάσαι, τὸν δὲ ἐλάττω καταγαγεῖν εἰς τὴν πόλιν, ὃν Ὄβαν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. SIGON.

§. 8. *Argenti aerisque fabrefacta vasa, et alia supellex, pretiosaque vestis*] Pal. 2. *aliaque supellex et pretiosa vestis, et multa alia nobilia signa.* GEBH. Omnes deficiuntur τῷ *et*. Put. *argenti aerisque fabrefacti vis: alia supellex.* Etiam regius habet *fabrefacti.* J. FR. GRON. Correctores videntur *vasa* sumsisse ex 34, 52, 6. *Vasa multa omnis generis, et ex aere multa fabrefacta. Vis* pro magna vis, Flor. 4, 2, 72. DUK. *argenti aerisque fabrefacti vasa, alia supellex* etiam Florent. et Cant. *To et* deest etiam in omnibus meis, nisi quod in uno exstet Ber. a m. 1.

§. 9. *Et non minimum fuere spectaculum*] Habent libri omnes *Et non minimum fuit spectaculum.* GEBH. Tres Pall. Voss. Andreas, et ejus traducos: *Et non minimum fuit spectaculum.* J. FR. GRON. Similiter plerique mei cum edd. Aldina prioribus. Ei autem *fuere* substituenti favere videtur Flor.

§. 10. *Altero duce nocturno Syracusas introïtum erat; alter Nasum, quodque ibi* etc.] In primo Syracusarum introïtu, de quo superiore libro, nulla est mentio Sosidis. Suspicor, diversis locis diversos secutum Livium authores, oblitum videlicet, hoc antea ab se non esse scriptum, ut prope necessum fuit, in tanta rerum mole. GLAR. Duplici nomine hic Livio litem movet Cl. Periz. Animadv. Hist. c. 8. p. 341. Primo quod tradat, Mericum Romanis prodidisse Nasum, quum tamen 25, 30. narret, eum prodidisse Achradinam: Nasum vero a Marcello vi captam esse, quia, quo tempore Achradina

Digitized by Google

et quingena jugera agri. Sosidi in agro Syracusano, qui aut regius, aut hostium populi Romani fuisset, et aedes Syracusis cujus vellet eorum, in
12 quos belli jure animadversum esset: Merico Hispanisque, qui cum eo transierant, urbs agerque in Sicilia ex iis, qui a populo Romano defecissent,
13 jussa dari. Id M. Cornelio mandatum, ut, ubi ei videretur, urbem agrumque eis adsignaret. In eo-

prodebatur, multi inde, stationibus suis relictis, ad Nasum defendendam concurrerunt. De eo etiam quaedam v. ad 25, 30, 6. Deinde, quod Glareanus etiam observat, quoniam innuat, Romanos Soside duce nocturno Syracusas primum introiisse; cujus tamen rei libro praec. ubi historiam ex professo narrat, non meminit.

§. 11. *Et quingena jugera agri Sosidi in agro Syracusano*] Si de solo Soside, ut puto, intelligitur, *quingenta* legendum est, non *quingena*; nam Merico Hispanisque, qui cum eo transierant, alibi in Sicilia datus est ager. Itaque neque distinguendum ante *Sosidi*. Quidam autem vetusti codd. pro *Sosidi* habebant *agri solidi*. Sed non placet. GLAR. Put. reg. *quingena*. J. FR. GRON. Vox *quingena* deest in Voss. et Lovel. 1. *quingenta* habent Hav. et Ber. a m. 1. *quingena* reliqui omnes cum Hearnii N. et edd. ante Curionem. Recte. Distinguendum enim est post vocem *agri*. Ut sensus sit, quemque eorum accepisse quingenta jugera. Et quidem Sosidi data esse in agro Syracusano, Merico alibi. Male igitur *et jugera agri solidi quingena in agro Syracusano* Lovel. 5. *agri solidi* etiam Voss. Lovel. 1. 3. 4. Gaertn.

§. 13. *Id M. Cornelio mandatum*] Toto hoc libro, maxime in sequentibus, id nomen suspectum. Libro quippe praec. [c. 3, 6.] praetori Siciliae P. Lentulo prorogatum imperium erat. Hoc vero anno Siciliae praetor fuit C. Sulpicius: propraetor autem P. Cornelius, ut ab hujus libri initio ipse dixit author: sed idem est P. Cornelius Lentulus, ut nos ibidem admonuimus. Quare et hoc loco, et in sequentibus pro *M.* legam *P.* Nam in magistratuum hujus anni catalogo praenomen *Marcus* non reperias. Caeterum *Belligenem* hic nominat, cujus nomen priore libro, cum Mericus ad Romanos transitionem pararet, omisit. GLAR. M. Cornelius Cethegus, ut supra dixi [ad 25, 41, 13.] praetor erat Siciliae. Glareanus *P. Cornelio* legit, et P. Cornelium Lentulum intelligit, qui praetor ante fuerat. SIG. Recte Sigonius vulgatum contra Glar. defendit. Non tamen ideo cum eodem Sigon. ad 25, 41, 13. legendum *Sulpicio Apulia*, *Cethego Sicilia*. Qua ratione enim Cethego, qui antea Apuliam sortitus erat, postea Sicilia obvenerit, rectius ad eum locum Perizon. docuit. Quod vero Glareanus nullum hujus anni magistratum *Marci* praenomen habuisse contendat, inde factum est, quia in antiquioribus Liv.

Digitized by Google

dem agro Belligeni, per quem inlectus ad transitionem Mericus erat, quadringenta jugera agri decreta. Post profectionem ex Sicilia Marcelli, Pu- 14
nica classis octo millia peditum, tria Numidarum equitum exposuit. Ad eos Murgantinae desciverunt terrae. secutae defectionem earum Hybla et Macella sunt, et ignobiliores quaedam aliae. Et 15
Numidae, praefecto Mutine, vagi per totam Sici-

edd. eodem loco Cethegi praenomen omissum erat, quod Sigonius demum revocavit.

Eis adsignaret. In eodem agro] Put. Men. optimus Etruscorum, Barberinus, Vossianus: *Id M. Cornelio mandatum, ut, ubi ei videretur, urbem agrumque eis adsignaret in eodem agro Syracusano, qui aut regius, aut hostium populi Romani fuisset, et aedes Syracusis, cujus vellet eorum, in quos belli jure animadversum esset. In eodem agro Belligeni* etc. Quae a vulgatis absunt, et videntur quidem ex superioribus inculcata, eoque aliis librariis spreta fuisse: quia tamen in optimis tantum libris reperiebantur, monere de eo volui, ne, si cui secus videretur, fidem nostram accusaret. J. FR. GRON. Supersunt etiam illa apud me in Florent. Harl. Gaertn. et in margine Ber. sed sine dubio ex praecedentibus male repetita a librariis. Mox *trecenta jugera* Hav. *CCCC. jugera* Lovel. 2. et 4. *XL^c jugera* Hearnii L. 1.

§. 14. *Octo millia peditum, tria Numidarum equitum*] *tria millia Numidarum* Voss. Lovel. 1. 2. et Harlej. Male. V. ad 31, 34, 7.

Ad eos Murgeniae desciverunt terrae] Alii *Murgentinae* emendarunt; sed *Murgantinae* per *a* in secunda syllaba legam. *Murgantinas* autem *terras* aït, non *Murgantiam*: quia Murgantia antea ad Poenos defecerat, ut priore libro habetur, quamquam paullo post rursus expugnata a praetore Romano P. Cornelio Lentulo. GLAR. Amputat Pal. 2. *τὸ terrae*. Pall. 1. 3. *ad eos Murgeniae terrae. secutae*. GEBH. Quae sunt istae *terrae Murgantinae?* aut ubi sic Livius? Sed magis arguunt veteres libri. Pal. unus ignorat *τὸ terrae*. Duo alii, Voss. Put. caeterique Gallicani: *Murgeniae terre secute*, nulla voce media. *Τὸ terre* corruptum videtur ex cauda verbi, cujus priorem partem ultima syllaba vocis praecedentis absorpsit, sive id fuerit *defecere*, sive *descivere*. Ita ut Livius scripserit *ad eos Murgantini descivere. secutae defectionem eorum Hybla et Macella*. J. FR. GRON. *Murgeniae desciverunt terrae* in uno inveni Ber. *Murgeniae terrae defecerunt* Lovel. 5. Hafn. et Hav. *Murganeae terrae* Lovel. 2. *Murgeniae terrae* Florent. Cant. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii Oxonn. Jac. Gronov. Diss. epist. ad Livii loc. quaed. geogr. ep. 4. p. 30. legit, *Ad eos Murgenia et Enna; secutae defectionem earum Hybla et Macella sunt*. quam conjecturam evertere conatus est Fabrett. in Apologem. p. 19.

Digitized by Google

16 liam, sociorum populi Romani agros urebant. Super haec exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non devectus ex provincia esset, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia: magisque eis auctor ad
17 seditionem, quam animus, deerat. Inter has difficultates M. Cornelius praetor et militum animos, nunc consolando, nunc castigando, sedavit, et ci-

Clericus J. Fr. Gronovii conjecturam in contextum recepit; quod etiam fecit Crevier. Ego, donec certior aliunde lux adfulgeat, priorem lectionem, quam passus est superesse J. Fr. Gronovius, revocavi.

Secutae defectionem earum Hybla et Marcella] Nullibi locorum in Sicilia *Marcella* est, sed *Macella*, ut quidam habent, ut alii *Magella*. SABELL. Vetus *et Marcella*. Sed leg. *Macella*. Nominat Polyb. 1, [24.] et marmor vetustum Romae de rebus Duillii, quod in Antiquis expressi. LIPS. 5. Epist. Quaest. 7. Noster Moguntiaci editus *et Manella*. Sed legendum *Macella*. MOD. Pall. tres *Marcella*. GEBH. *Marcella* etiam Florent. Lovel. quinque, Harlej. Gaertn. et Hav. Sed recte viri docti emendarunt *Macella*. V. Cluverii 2. Sicil. ant. 12. p. 375.

§. 17. *Et civitates omnes, quae defecerant, in deditionem redegit*] Scribe, quamvis silentibus libris, *in ditionem*. J. FR. GRON. Haec saepius permutantur. V. Oudend. ad Caesar. 2. B. Gall. 34, et 6, 9. Nec tamen ubique rejicere ausim *in deditionem redigere*, in primis quum de urbibus obsessis sermo est. Flor. 3, 10, 25. *Maximam civitatem in deditionem redegit*. Etiam bona sunt *venire* et *accipere in deditionem*. Liv. 23, 27, 8. *Universa gens postero die in deditionem venit*. 33, 17, 15. *Omnes populi Acarnaniae in deditionem venerunt*. Flor. 4, 2, 33. *Tamen ne in deditionem veniret*. *Accipere in deditionem* dicunt Liv. 26, 16, 5. 28, 22, 1. Curtius 7, 6, 7. et Justinus saepe. *Recipere* Caesar 3. B. Gall. 21. Sed, quum variat scriptura, ut in Liv. 29, 38, 1. 32, 31, 5. et in aliis, non intercedo, quo minus cum viris doctis legatur *in ditionem*. DUK. Ut *redigere in deditionem*, ita *subigere ad deditionem* 9, 41, 3. *compellere in deditionem* 34, 16, 4. *cogere in deditionem* 43, 1, 1. Miror, Gronov. *in ditionem* emendantem addere, se ita scribere, quamvis silentibus libris. Non modo enim ita inveni in Florent. et Lovel. 4. Verum Crevier. etiam in Put. et Reg. optimo, quibus etiam Gronov. usus est. Infra 41, 19, 1. *Omnibusque in ditionem redactis arma ademit*. Suet. Vesp. 4. *Insulam Vectem, Britanniae proximam, in ditionem redegit*. Ubi v. Cel. Burm. Saepissime voces *ditio* et *deditio* in Mstis commutantur. V. ad 6, 29, 7. 7, 31, 7. 8, 20, 6. 9, 40, 4. 10, 10, 5. 21, 5, 16. 24, 23, 11. 26, 43, 4. 28, 11, 15. 29, 38, 1. 30, 7, 2. 32, 31, 5. 34, 35, 10. 40, 28, 6. et c. 49, 4. Adde Cel. Burm.

Digitized by Google

vitates omnes, quae defecerant, in ditionem redegit: atque ex his Murgantiam Hispanis, quibus urbs agerque debebatur, ex senatusconsulto adtribuit.

XXII. Consules, quum ambo Apuliam provinciam haberent, minusque jam terroris a Poenis et Hannibale esset, sortiri jussi Apuliam Macedoniamque provincias. Sulpicio Macedonia evenit, isque Laevino successit. Fulvius, Romam comitiorum 1 2

ad Suet. Caes. 34. Duker. ad Flori 1, 18, 23. et Torren. ad Val. Max. 3, 2, 12.

Ex senatusconsulto tribuit] Legendum ex Pall. omnibus *attribuit*. GEBH. Lego ex consentientibus scriptis *ex senatusconsulto attribuit*. J. FR. GRON. Ita etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii cum edd. antt. Postea demum Proben. anno 1535. *tribuit* vulgari curavit. Paullo ante *Murgentiam* Florent. Utroque modo dici, constat ex Cluver. 2. Sicil. ant. 8. p. 335.

§. 1. *Minusque jam terroris a Poenis et Hannibale esset*] *minusque jam terroris et Hannibal esset* Voss. et Lovel. 1. qui ambo mox cum Florent. Lovel. 2. Harlej. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Apuliam Macedoniamque provinciam*.

§. 2. *Praerogativa centuria juniorum declaravit T. Manlium*] Ut hoc loco in vet. lib. est, pro *centuria*, *Veturia*: sic infra, *redire in suffragium Veturiam juniorum*. item, *Veturiam seniorum citaret*. item, *citatis Veturiae senioribus*. idque, ut ego censeo, recte. Est enim *Veturia* centuriae nomen, ut *Galeria*, cujus meminit l. 27. [6, 3.] his verbis: *Galeria juniorum, quae sorte praerogativa erat*, Q. *Fulvium et* Q. *Fabium consules dixerat*. Quod qui non intellexerunt, *centuria* ibi quoque reposuerunt. †. „ Robortell. 2. Emend. 32. vehementer hoc loco increpat Sigonium, „ ostendens, centurias, quae erant classium partes illarum sex, „ nomina non habuisse ulla, quibus vocarentur, sicuti tribus „ illae xxxv. Atqui centum nonaginta tres erant, ut docet Halicarnasseus. Et ut in hoc errore convincit Sigonium, sic „ nullibi *Veturiam* legendum, „ sed *centuriae* vocem retinendam „ asserit l. 2, 32. „ †. SIG. Pall. tres, et vet. ed. *praerogativa Veturia*, sicut et eodem cap. hoc bis. quod Sigonius verum putat, notans esse nomen centuriae. Contra quem 2. Emend. 32. renititur Robortellus, pertendens centurias, quae erant classium partes, nominibus caruisse, quibus vocarentur. GEBH. Cum MSS. omnibus et Sigonio legimus *praerogativa Veturia juniorum*: et mox, *redire in suffragium Veturiam juniorum juberet*: iterumque, *ut Veturiam seniorum citaret*: denique, *citatis Veturiae senioribus*. Nec moramur aemulum ejus Robortellum, a quo scrupulus injectus editores, alia intentius, quam quod agebant, agentes, hactenus hic loci consulere Livio non sivit. Ad intelligendum autem Sigonium opus non

Digitized by Google

cauſſa arcessitus, quum comitia consulibus rogandis haberet, praerogativa Veturia juniorum decla-
3 ravit T. Manlium Torquatum et T. Otacilium. Manlius, qui praesens erat, gratulandi caussa quum turba coïret, nec dubius esset consensus populi, magna circumfusus turba ad tribunal consulis ve-
4 nit; petitque, ut pauca sua verba audiret, centuriamque, quae tuliſſet suffragium, revocari juberet.
5 Erectis omnibus exspectatione, quidnam poſtulatu-

est alio, quam ipso Sigonio, ubi rationem comitiorum explicat, lecto. Sed, quod indignum est, pauci etiam ex illis, qui haec valde scire, et nascentes adhuc didiciſſe videri volunt, eam studiis patientiam praeſtant, ut ultra phrases et formulas statim patentes (has quoque medioeriter) quidquam consectentur, aut ipsum rerum rituumque antiquorum ordinem cognoscere laborent. Quos non miror in aliis calumniari criticen, quam ipsi et didicerunt nunquam, et perperam exercent, tanquam subsicivum aliquid et subitarium faſtidiose minimaque cum cura tangentes: etenim quam ipsi non nisi in nugis occupant, stulto amore atque admiratione sui non nisi in nugis occupari a quoquam poſſe arbitrantur. J. FR. GRON. Bene hanc emendationem adversus reprehensionem Robortelli tuetur Sigonius 2. Emend. 31. et 32. Alia ad hunc locum pertinentia habet Gruchius 1. de Comit. 4. p. 609. tom. 1. Thes. Graev. De *praerogativa centuria* et *tribu* v. ad 5, 18, 1. DUK. *Veturia*, pro *centuria*, et hic et tribus locis infra hoc cap. a Sigonio laudatis praeferunt Florent. Cant. Voſſ. Lovel. 2. 3. a m. 1. Lovel. 4. Harlej. Ber. Gaertn. et Hearnii Oxonn. atque ita legendum eſſe monuit etiam Pantagath. apud Ursin. ad Livii 1, 43, 12. Recte igitur Gronov. et hic, et 4. Obs. 1. p. 12. fidem abrogat Robortello, adfirmanti, se decem Livii codices habere, nec in ullo tamen *Veturiae* nomen inveniri. Vox etiam *declaravit* deest in plerisque Mſtis.

§. 3. *Gratulandi caussa quum turba coïret*] Exsulat a Pall. *quum*. GEBH. Etiam a Florent. Voſſ. Lovel. 1. 3. 4. 5. Harlej. et Hav. *quum turba gratulandi caussa coïret* alio ordine est in Ber. Praeterea vox *Manlius* deest paullo ante in Florent. Lov. 2. 3. Gaertn. et Hav. Ex his Lovel. 2. et Gaertn. sequentia verba ita exhibent *et quum jam gratulandi caussa turba coïret.*

Magna circumfusus turba] Pal. 3. et ant. ed. *turma*. GEBH. *Torquatus magna* Gaertn. *magna Torquatus* Lovel. 2. Deinde *circumfusus turisa* Florent. a m. 1. *circumfusus turissa* Lovel. 1. et Voſſ. *circumfusus turma* Lovel. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. Cant. et edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm. V. ad 25, 16, 15.

§. 5. *Oculorum valetudinem excusavit*] *invaletudinem* Harlej. Sed v. ad Epit. Liv. 13.

Digitized by Google

rus esset, oculorum valetudinem excusavit. *Inpu-* 6
dentem et gubernatorem et imperatorem esse, qui, quum alienis oculis ei omnia agenda sint, postulet sibi aliorum capita ac fortunas committi. proinde, si videretur, et 7
redire in suffragium. Veturiam juniorum juberet, et meminisset in consulibus creandis belli, quod in Italia sit, temporumque reipublicae. Vixdum requiesse aures a 8
strepitu et tumultu hostili, quo paucos ante menses adsederint prope moenia Romana. Post haec quum cen-

§ 6. *Postulet sibi aliorum capita ac fortunas committi*] Omnes scripti post *τὸ sibi* inserunt vocem *post*. Forte *sibi oculatorum*. J. FR. GRON. *postulet sibi praeter aliorum* Hearnii N. *postulet sibi post aliorum* Cant. Voss. Lovel. quinque, Harlej. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Gronovius in pr. ed. not. legebat *postulet sibi potius aliorum*.

§. 7. *Et meminisset in consulibus creandis*] Ejus rei sane quidem necessariae non tam consul, qui nihil nisi comitiis praeerat, quam ipsa Veturia, cujus in manu suffragium erat, memor esse debebat. Et id voluit auctor, quem scripsisse censeo *meminisse*, nempe consul juberet Veturiam. 24, 6, 8. *Pyrrhi etiam regis, materni avi, jubebant meminisse*. 36, 44, 8. *Demittere in aquam remos ab utroque latere remiges stabiliendae navis caussa jussit, et meminisse Romanae virtutis*. JAC. GRONOV. Hoc utique referendum est ad centuriam, quam paullo post ita adloquitur: *redite in suffragium, et cogitate*. Adde orationem Fabii ad praerogativam juniorum 24, 8. Probo *meminisse*. nec tamen multum repugnabo, si quis *meminisset* non minus recte de centuria dici contendere volet, quam praecedens *redire*. Nam et alia similis constructionis cum verbo *jubeo* exempla sunt in Livio. V: 7, 35. 10, 43. 24, 10. 25, 15. DUK. V. ad 25, 15, 20. 29, 14, 10. et 32, 11, 9. Omnes etiam codd. constanter *meminisset*. At *meminisse* edd. ante Aldum.

§. 8. *Vixdum requiescere aures a strepitu*] Princeps ed. *Vixdum requiescere se in auris*. Pall. 1. ac 3. *Vixdum requiesse mauris*. sec. *Vixdum requiesse auris*. GEBH. Meliores *requiesse*. Amat hanc inflexionem Livius, ut in *sisse*, *desisse*, *decresse*. Sic alibi [3, 48, 3.] *Proin quiesse erit melius*. 38, [10, 5.] *Insita genti tranquillitate quiesse eos*. 42, [57, 11.] *Quum Romani quiessent*. J. FR. GRON. *requiescere se auris*, vel *in auris* edd. pleraeque ante Ascens. anni 1513. duplicem lectionem *requiescere* et *requiesse* conjungentes, praeferunt. Sed *requiesse* cum ed. Mediol. anni 1505. legunt Florent. Voss. Lovel. 4. et Harlej. V. ad 37, 11, 5. Mox *assueverint* Rec. *assuerint* Lovel. 3. *asserint* Florent. a m. 1. atque ita, vel etiam *asserint*, praeferre Put. auctor est Crevier. unde scribendum conjicit, *sonuerint* vel *circumsonuerint prope moenia Romana*, aut certe ita componi orationem cuperet, ut *moenia Re-*

Digitized by Google

turia frequens subclamasset, *nihil se mutare sententiae, eosdemque consules dicturos esse;* tum Torquatus, *Neque ego vestros,* inquit, *mores consul ferre potero, neque vos imperium meum. Redite in suffragium, et cogitate bellum Punicum in Italia, et hostium ducem Hannibalem esse.* Tum centuria, et auctoritate mota viri, et admirantium circa fremitu, petit a consule, ut Veturiam seniorum citaret: *Velle se cum majoribus natu conloqui, et ex auctoritate eorum consules dicere.* Citatis Veturiae senioribus, datum secreto in Ovili cum his conloquendi tempus. Seniores de tribus consulendum dixerunt esse, duobus jam ple-

mana casu recto accipi possent. *accesserint* est in Florent. a m. 2.

§. 9. *Neque vestros, inquit, mores*] Omnes, *Neque ego vestros, inquit, mores.* J. FR. GRON. Ita non tantum omnes scripti, et mei, et Hearnii Oxonn. sed etiam typis excusi. Pronomen primum omiserunt Lugdunenses anno 1553. hinc Parisienses anno 1573. et inde reliqui. Mox §. seq. *petiit a consule*, pro *petit*, Florent. Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. a m. 2. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 37, 45, 2. Deinde τὸ *ut* deest in Cant.

§. 11. *Secreto in Ovili*] *Ovile* locus in campo Martio, quod etiam *Septa* dicitur. Lucanus [2, 197.]

— — *et miseras maculavit Ovilia Romae.*

SIG. V. Donat. de Urb. Rom. 3, 16. et Nardin. Rom. Vet. 6, 6.

§. 12. *Adversus Philippum regem terra marique res gessisse*] Voces *terra marique* desunt in Voss. Lovel. quinque, Harlej. Gaertn. et Hav. Deinde *rem gessisse* Ber. *recessisse* Florent. id est *rem gessisse*. V. ad 10, 43, 6.

§. 13. *M. Claudium Marcellum*] *C. Marcium Marcellum* Hearnii L. 1. *M. Marcellum Claudium* Florent. Voss. Lov. quinque, Harlej. Gaertn. Hav. Hearnii D. et edd. ante Froben. anni 1531. quod cur mutatum sit, idoneam caussam non video. Interdum enim cognomen medium locum inter praenomen et nomen obtinuisse, vidimus ad 8, 18, 4. Adde, quae notantur ad 22, 8, 6. (* v. ad 40, 25, 1.)

Et M. Valerium absentes consules dixerunt] Ego *absentem* legam, non *absentes*, ut referat Valerium. nam Marcellus Romae fuit, ut sequentia satis convincunt. Et Valerio adjiciendum 11. quippe qui antea fuit consul, ut Liv. I. 9, [11, 3.] et 10, [23, 5.] hujus belli ostendit. GLAR. Sic lib. vet. *absentes*, id est non petentes intelligit: alioquin M. Claudius, qui paulo ante triumpha-

Digitized by Google

nis honorum, Q. Fabio et M. Marcello; et, si utique novum aliquem adversus Poenos consulem creari vellent, M. Valerium Laevinum egregie adversus Philippum regem terra marique res gessisse. Ita de 13
tribus consultatione data, senioribus dimissis, juniores suffragium ineunt. M. Claudium Marcellum, fulgentem tum Sicilia domita, et M. Valerium absentes consules dixerunt. auctoritatem praerogativae omnes centuriae secutae sunt. Eludant nunc 14
antiqua mirantes. non equidem, si qua sit sapientium civitas, quam docti fingunt magis, quam norunt, aut principes graviores temperantioresque a

verat, in urbe erat, sed non in Campo. SIG. Libri omnes *absentes:* quod probum. Nam etsi Marcellus Romae, absens tamen Campo erat. Notavit quoque Sigonius. GEBH. Recte Sigonius *absentes consules dixerunt*; confirmantque consensu scripti nostri. quorum antiquissimi *absentis*. J. FR. GRON. Ex omnibus codd. soli Lovel. 2. et Ber. *absentem*, quod demum Paris. anno 1573. receperunt. Omnes priores cum reliquis meis codd. et omnibus Hearnii Oxonn. *absentes*. Quinam autem in comitiis *absentes* dicantur, v. supra ad 4, 42, 1. et 10, 22, 9. Adde, quem Cl. Dukerus mihi indicavit, Vinet. ad Somn. Scipion. c. 2. Quamvis autem verum sit, Laevinum jam antea consulatum gessisse, non opus tamen est, ut iterati consulatus nota nomini ejus adjiciatur. V. quae notantur ad 2, 16, 7.

§. 14. *Eludant nunc antiqua admirantes*] Quidam *miranies* legunt. Caeterum si mirantur, non utique eludent. Sed pusillum hoc. GLAR. Frustra vellicat Glareanus, quasi, si mirarentur, non eluderent. Non enim quos mirari, eosdem et eludere dicit Livius. Eant nunc, inquit, homines parum docti, et ignorantiam rerum et morum veterum contemnendis iisdem, praesentibusque praeferendis velantes, et eludant rideantque illos, qui antiqua mirantur et praeferunt, ut haud dubie optimus et doctissimus quisque. 28, [44, 17.] *Gloriam ejus eludere, et meam verbis extollere velim*. 40, [5, 7.] *Alii res gestas, alii speciem urbis ipsius, alii singulos principes eluderent.* Habent autem scripti *mirantes*, non *admirantes*. J. FR. GRON. Unus meorum Ber. *admirantes*, quod fuit etiam in edd. vett. usque dum ei substitueret Aldus *mirantes*. Id autem servant reliqui codd. unde constat, male Gruter. in postrema ed. *admirantes* revocasse. Nullas esse differentias illas, quas inter utraque haec verba statuunt recentiores, eaque sine discrimine fere usurpari, docuit Cel. Burm. ad Phaedri 1, 12, 5. Glareanum

Digitized by Google

cupidine imperii, aut multitudinem melius mora-
15 tam censeam fieri posse. Centuriam vero juniorum seniores consulere voluisse, quibus imperium suffragio mandaret, vix ut verisimile sit, parentum quoque hoc seculo vilis levisque apud liberos auctoritas fecit.

1 XXIII. Praetoria inde comitia habita. P. Manlius Vulso, et L. Manlius Acidinus, et C. Laetorius,
2 et L. Cincius Alimentus creati sunt. Forte ita incidit, ut comitiis perfectis nunciaretur, T. Otaci-

in errorem hunc, ut *mirantes* casu primo acciperet, quum quarto accipi debeat, induxit, quod alioqui verbo *eludant* nullus nominativus adderetur. Sed id saepe apud Livium obcurrere, videbimus ad 34, 56, 11.

Quam docti fingunt magis, quam norunt] Platonem intelligit in libris de rep. SIGON.

Aut principes graviores temperantioresque] Pall. 1. 2. *ut principes*. tert. *utrum principes*. Hinc comparet in Pall. omnibus et vet. ed. *censeant fieri posse*. GEBH. *ut principes graviores* Florent. Lovel. 3. 4. Harlej. Ald. et quaedam proximae edd. *ut graviores* Lovel. 1. 2. et Voss. *aut graviores* Hav. *utrum principes graviores* Harlej. Tum *temperatioresque* Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Gaertn. et alii codd. cum omnibus, quas vidi, edd. usque ad Sigonium. (*ita 36, 38, 7.) V. ad 5, 48, 3. Mox *melius morigeratam*, pro *moratam*, Brancal. Latinii. Male. 45, 23, 10. *Si hoc in tam bene morata civitate accidere potuit*. Deinde *censeant* tantum non omnes mei, etiam optimi, cum edd. vett. usque ad Froben. anni 1535.

§. 15. *Quibus imperium suffragio mandaret*] *imperium suffragium mandaret* Harlej. Florent. et Voss. *imperii suffragio mandaret* Hearnii L. 1. *imperii suffragium mandaret* Lovel. 3. 4. 5. Ber. Hafn. Hav. Brancal. Latinii, et edd. ante Froben. anni 1531. *suffragium imperii mandaret* Rec. *imperii suffragium mandaretur* Lovel. 2. Mox *parentium*, pro *parentum*, Florent. Lovel. 1. et Gaertn. V. ad 7, 30, 19.

§. 1. *P. Manlius Vulso*] *Vulso* ex lap. Cap. SIG. Pall. tres, et prisca ed. *Valens*. GEBH. *P. Manlius Valens* Florent. Voss. Lovel. 2. 3. 5. Harlej. Ber. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. Aldina priores. *P. Manlius Valerius* Lovel. 1. 4. et Gaertn. Primus Aldus *Volso* dedit, pro quo Sigonius *Vulso*. V. ad 22, 35, 1.

C. Laetorius] *Laetorius*, ut supra. SIG. V. ad 2, 27, 6.

L. Cincius Alimentius] *Alimentus*, ut supra. SIG. Ita fere omnes mei, nisi quod quidam adspirate *Halimentus* legant. *Alimentus* etiam typis descripti ante Aldum. V. ad 21, 38, 3.

§. 2. *Forte ita incidit, ut, comitiis* etc.] Haec ita referuntur, ut, qui legat, putet, nescio quae, subsequi, quae tamen non se-

Digitized by Google

lium, quem T. Manlio, nisi interpellatus ordo comitiorum esset, collegam absentem daturus fuisse videbatur populus, mortuum in Sicilia esse. Ludi 3
Apollinares et priore anno fuerant, et, eo anno ut fierent, referente Calpurnio praetore, senatus decrevit, ut in perpetuum voverentur. Eodem an- 4
no prodigia aliquot visa nunciataque sunt. In aede Concordiae Victoria, quae in culmine erat, fulmine icta decussaque, ad Victorias, quae in antefixis erant, haesit, neque inde procidit. Et Ana- 5

quuntur. Est etiam in aliis libris locus notatus asterisco. GLAR.

§. 3. *Ut fierent, repente Calpurnio*] Placet Paulo Manut. legi *referente Calpurnio*. et recte. Calpurnius enim praetor urbanus, cujus ea cura erat, ad senatum de ludis retulit. SIG. *referente* etiam Brancal. Latinii. *repetente* Florent. plerique reliqui *repente*. Sensus Livii est, quum Calpurnius praetor de ludis Apollinaribus eo anno faciendis referret, senatum decrevisse, ut in perpetuum voverentur. Locum non recte intellexerat Doujatius.

§. 4. *Quae in ante fixae erant*] *Antes quadraturae et quadrae columnae*. Marcellus. SIG. Lego, *quae in antefixo erant*. Festus, *Antefixa, quae ex opere figulino tectis adfiguntur sub stillicidio*. Livius 34, [4. 4.] *Jam nimis multos audio Corinthi et Athenarum ornamenta laudantes, et antefixa fictilia Deorum Romanorum ridentes*. LIPS. 5. Ep. Quaest. 7. *Antes* Sigonius ex Nonio interpretatur; at Lipsius legit, *quae in antefixo erant*. Sed Pal. 1. praeit leg. *quae in antefixis erant*. sec. *quae ibi antefixa erant*. Andreae recensio, *quae in arce fixae erant*. GEBH. Lipsius *in antefixo erant*. Nostri *in antefixi*, aut *in antefixis erant*. idque sumus secuti, et ante nos alii receperunt. J. FR. GRON. *in antefixis* legit Salmas. ad Spart. Pescenn. Nigr. cap. ult. et, si recte mentem illius percipio, *antefixa* interpretatur, quae Graeci templorum ἀκρωτήρια, Latini *fastigia* dicunt, id est ornamenta templorum fastigiis imposita. Haec non bene capio. Nam si ἀκρωτήρια, *fastigia*, et *antefixa* eadem sunt, quomodo Victoria de culmine decussa in antefixa deferri, ibique haerere potuit? E Livio liquet, *antefixa* inferiora culmine fuisse. Si editioni Fesii Amstelodamensi credimus, Scaliger hic quoque voluit legi *in antefixis*. Sed duae edd. Festi apud Santandreanum in adnotatis Scaligeri ad v. *Antefixa*, habent *quae inante fixae erant*. Non ergo *in antefixis* hic legit Scaliger, sed *inante*, ni fallor, pro *ante* positum, et ab eo *fixae* separandum putavit. Dacierius autem, vel alius quicumque, locum hunc Livii apud Scaligerum ad editionem Gronoviapam Livii accommodavit. DUK. *quae in arce fixae erant* Ber. et Hearnii L. 1. neque aliter edd. ante Aldum, nisi quod quaedam ea-

Digitized by Google

gnia et Fregellis nunciatum est, murum portasque de coelo tactas: et in foro Sudertano sanguinis rivos per diem totum fluxisse, et Ereti lapidibus pluis-
6 se, et Reate mulam peperisse. Ea prodigia hostiis majoribus sunt procurata, et obsecratio in unum
7 diem populo indicta, et novemdiale sacrum. Sa-

rum *fixa* praeferant. *quae ibi ante fixae erant* Lovel. 5. et Hafn. *quae jam ante fixae erant* Brancal. Latinii. *quae ante fixae erant* Hav. *quae in ante fixae erant* Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. et Gaertn. *quae in antefixis erant* Florent. V. Sigon. ad 34, 4, 4. (* Dukerum refellit Menken. in Miscell. Lips. novis T. 2. part. 2. p. 343.)

§. 5. *Et Anagnia et Fregellis nunciatum est*] Ita recte edidit Cl. Jac. Gronov. quae lectio etiam superest in Florent. Voss. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. antt. Primus Aldus *Anagniae* edidit, idque postea editores servarunt, concinentibus Lovel. 1. et 4.

Murum portasque de coelo tactas] Referunt libri *de coelo igne tactas*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. Brancal. Latinii, et edd. ante Aldum. *igne de coelo tactas* Lovel. 2. Male. Sufficit enim *de coelo tactas*, ut praeferunt Florent. Cant. et Harlej. Supra 22, 36, 8. *Aliquot homines de coelo tacti exanimatique fuerant*. 25, 7, 7. *Tacta de coelo multa: duae in Capitolio aedes*, etc. 24, 10, 9. *Tactu de coelo atrium publicum in Capitolio, aedem in campo Vulcani*. c. 44, 8. *Ariciae etiam Jovis aedes de coelo tacta fuerat*. 29, 14, 3. *Anagniae et portam, et multis locis murum de coelo tactum*. Alia exempla habes 36, 37, 3. 37, 3, 2. 39, 22, 4. 41, 9, 5. et 16, 6. Plura etiam apud Obseq. de Prodig. Virg. Ecl. 1, 17.

De coelo tactas memini praedicere quercus.

In foro Sudertano] Pal. 1. et vet. ed. *Subertano*. Pal. sec. *Subvertano*. GEBH. *Subterrane* Lovel. 1. *Suttrano* Hearnii L. 1. *Subvertano* Lovel. 4. Rec. et una vel altera primarum edd. *Subertano* Florent. Voss. Lovel. 2. 3. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. N. et edd. pleraeque ante Moguntinos. *Tudertano* Lov. 5. quomodo Doujatius scribendum conjicit. Sed cui bono? Siquidem Cluver. 2. Ital. ant. 3. p. 517. docuerit, *Sudertanos* memorari apud Plin. 3, 5. ubi tamen Harduin. ex omnibus Mstis et edd. ante Hermolaum legebat *Subertano*, quia id propius accedit ad nomen hodiernum *Sovretto*, et nomen accepisse putat a *subere*, quo circumjectus ager abundat. Ita et hic plures et integriores codd. praeferunt.

Ereti lapidibus pluisse] *Terreti* Lovel. 5. *Areti* Ber. *Ceresti* Lovel. 3. et Hav. *Fredi* Gaertn. *Freti* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. et Harlej. V. ad 3, 26, 2. Tum *pluvisse* Florent. Voss. et Lovel. 3. V. ad 1, 31, 1.

§. 7. *Sacerdotes publici aliquot eo anno mortui sunt*] In MSS. *aliquanti eo anno mortui*. Et sic Plautus, Sallustius aliique loquuntur. Canem et furcam iis, qui immutarunt. LIPS. 5. Ep. Quaest. 7. *aliquanti* merito probant et

Digitized by Google

cerdotes publici aliquot eo anno demortui sunt, novique subfecti: in locum M.' Aemilii Numidae decemviri sacrorum M. Aemilius Lepidus: in locum M.' Pomponii Mathonis pontificis C. Livius: in locum Sp. Carvilii Maximi auguris M. Servilius. T. 8 Otacilius Crassus pontifex quia exacto anno mor-

recipiunt viri docti. Sic enim optimus quisque Latinitatis loqui auctor amat. MOD. Libri omnes *aliquanti*. GEBH. Non sequimur Lipsianum *Sacerdotes publici aliquanti*. Nec reprehendo locutionem. Sed Put. *Sacerdotes aliquod eo anno demortui sunt*. Caeteri, quos vidimus, *aliquot*, excepto Barberino et Voss. in quibus *aliquanti*. Alteram quoque mutationem significat regius exhibendo *eodem mortui*. J. FR. GRON. *aliquanti* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. Gaertn. Hav. et edd. ante Ascensianam anni 1513. Sed reliqui scripti, et inter eos optimi, cum omnibus Hearnii Oxonn. *aliquot*, quod recte Gronov. tuetur. Non enim sufficit monuisse, Plautum, Sallustium et alios ita loqui; verum Livium etiam ita locutum esse, ostendendum erat. Deinde *eo anno mortui* Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. Sed *eo anno eodem mortui* Florent. Cant. quorum, ut Regii apud Gronov. lectio τὸ *demortui*, Msti optimi Put. auctoritate insuper firmatum, verius esse ostendit. V. ad 5, 31, 7.

M. Aemilii Numidae decemviri] Emendo *M.' Aemilii*. Nam invenio in tab. Cap. ubi de tertiis ludis secularibus fit mentio, hujus decemviri, ut reor, fieri mentionem sic:

LVDI. SAECVLARES. TERT.
M.' AEMILIO. M.' F. MAG. XVIR
M. LIVIO. M. F. M. N. SALINATORE

SIG. Est apud Gruter. 292. Ad eumdem Aemilium pertinere putat Pighius ad ann. DIII. p. 48. et addit, rarum esse hoc cognomen in Aemiliis. Credo etiam in aliis gentibus Romanis hujus aetatis, et aliquamdiu post eam. DUKER.

Sp. Carvilii Maximi auguris] Doujatius, fidem habens quibusdam edd. quae vocem *Maximi* minori litera scribunt, ex hoc loco efficere conatur, quemadmodum in collegio pontificum unus, qui omnium supremus erat, *maximi* titulo decorabatur, ita idem etiam in collegio augurum obtinuisse: quum tamen *Maximi* majuscula hic litera scribi debeat, ut est in ed. Jac. Gronovii, et fuerit cognomen Sp. Carvilii.

§. 8. *Quia exacto anno mortuus erat*] Utrum in ea re religio aliqua fuerit, an ob aliam caussam fieri non soleret, nusquam inveni. DUKER.

Flaminio abiit] Decreto pontificum, qui cerimoniarum et sacrorum judices ac vindices erant. Guther. 2. de Vet. jur. pontif. 11. Vel fortassis pontificis maximi decreto, cui omnia sacra subjecerat Numa. Liv. 1, 20. Ejus decretis si parere non vellent sacerdotes, a populo coactos fuisse verosimile est, a quo sacerdotes quosdam pontifici maximo dicto audientes esse jussos

Digitized by Google

tuus erat, ideo nominatio in locum ejus non est facta. C. Claudius flamen Dialis, quod exta perperam dederat, flaminio abiit.

1 XXIV. Per idem tempus M. Valerius Laevinus, tentatis prius per secreta conloquia principum animis, ad indictum ante ad id ipsum concilium Ae-
2 tolorum classe expedita venit. Ubi quum Syracusas Capuamque captam, in fidem in Sicilia Italia-

que

fuisse, aliquot locis narrat Livius. Valer. Max. 1, 1, 4. de Claudio et aliis ob eamdem culpam a flaminio remotis: *Propter exta parum curiose admota aris Deorum immortalium, flaminio abire jussi sunt, coactique etiam. Dare* et *reddere exta* sunt verba propria in hac re. Virgil. 2. Georg. 194.

Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.

Ubi v. Servium, in quo emendando operam perdidisse puto Barthium ad Statii 4. Theb. 464. DUKER.

§. 1. *Ad indictum ante ad ipsum id concilium*] Nostri *ad indictum ante ad id ipsum concilium*. J. FR. GRON. Ita et omnes nostri cum edd. priscis. Basileenses demum operarum, ut videtur, errore anno 1539. ediderunt *ad ipsum concilium*; pro quo postea Curio vulgavit *ad ipsum id concilium*. Quamvis autem interim alii, et cum illis Sigonius, priscam lectionem revocarint, posteriores tamen usque ad Gronov. editores errantem Curionem secuti sunt.

§. 2. *In fidem in Italiaque rerum secundarum successum*] Desideratur in Pall. 1. ac 3. *τὸ successum*. At sec. *Ubi cum Syracusas Capuamque captas in fide Italiaque secundarum rerum eventum ostentasset*. GEBH. Haec mendosa sunt. Praeterquam enim, quod *capere in fidem* nescio quam bene dicatur, *τὸ successum* omnibus exsulat scriptis. Recte. sed et una vox elisa est ob similis vicinitatem. Scribe, *in fidem in Sicilia Italiaque rerum secundarum ostentasset*. Ait, Laevinum, ut fidem faceret, res secundas Romanis in Sicilia Italiaque esse, commemorasse Syracusas Capuamque captas. 23, [12, 1.] *Ad fidem tam laetarum rerum effundi in vestibulo curiae jussit annulos aureos*. 38, [51, 1.] *Vetera luxuriae crimina Syracusanorum hibernorum et Locris Pleminianum tumultum quum ad fidem praesentium criminum retulissent*. 27, [40, 4.] *Multa secunda, in Italia Siciliaque gesta, quassatam rempublicam excepisse*. 30, [33, 9.] *Liguribus campi uberes Italiae in spem victoriae ostentantur*. Sueton. Ner. [1.] *Atque in fidem majestatis adeo permulsisse malas*. Put. autem *Capuamque captam*. Quod si magis placet, non contra contendam. Solet enim Livius interdum posteriori jungere, quod respondet duobus. J. FR. GRON. Ex omnibus meis unus tantum Ber. agnoscit *τὸ successum*, unus Lovel. 5. ejus loco *eventum*. a reliquis omnibus tota vox exsu-

Digitized by Google

que rerum secundarum, ostentasset, adjecissetque, *jam inde a majoribus traditum morem Romanis colendi socios, ex quibus alios in civitatem atque aequum secum jus accepissent, alios in ea fortuna haberent, ut socii esse, quam cives, mallent. Aetolos eo in majore futuros honore, quod gentium transmarinarum in amicitiam primi venissent. Philippum eis Macedonas graves adcolas esse; quorum se vim ac spiritus et jam fregisse, et eo redacturum esse, ut non his modo urbibus,* 3 4 5

lat. Praeterea *in Italia*, pro *in Italiaque*, Lovel. 2. et Hav. Deinde *Syracusas Capuamque captam* Florent. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. Gaertn. Hearnii Oxonn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quorum auctoritate, testimonio Put. firmata, hanc lectionem recepi. Ejusdem generis est *legatos sortesque oraculi Pythici exspectandas* 5, 15, 12. ubi plura vide. Doujatius in Colbert. invenit *Ubi quum Syracusas Capuamque captam in fidem in Italia rerum secundarum ostentasset*: qua lectione proposita subjungit, in ea nihil esse, quod Gronovius arguat. Nomine enim *Italiae* satis intelligi posse Siciliam, insulam adjacentem, adeoque vicinam, ut Italiae quondam pars fuisse dicatur. Verum tum ipsi credam, quum ostenderit, *Messanam* et *Rhegium*, quae sane maxime vicinae sunt, altera in Sicilia, altera in Italia, *urbes Italiae* vocari. Quum igitur ejus sententia hac difficultate prematur, et longe plurimi atque optimi codd. *in Italiaque* praeferant, longe verisimilius videtur, unica voce addita legendum *in Sicilia Italiaque*, quam, duorum vel trium, eorumque non optimorum, Mstorum scriptura probata, substituendum *in Italia*, et sub Italia Siciliam comprehendendam esse. Vocem illam evidenter necessariam esse agnovit Cl. Crevier. Gronovius in pr. ed. not. conjecerat, *Ubi quum Syracusas Capuamque captas, in Hispania Italiaque rerum secundarum Romanis ostentasset*, quod in sec. ed. merito sprevit.

§. 5. *Vim ac spiritus etiam fregisse, et eo redactos esse, ut*] Quos *redactos esse?* Omnes libri *redactum esse*. Scribo, *quorum se vim ac spiritus et jam fregisse, et eo redacturum esse, ut non modo* etc. Se ipse intelligit, deque se promittit Valerius Laevinus. J. FR. GRONOV. *vim ac spem fregisse vigoremque eo redactum* Lovel. 3. 4. Rec. et Hearnii D. *vim ac spiritus vigorem fregisse et eo redactum* Voss. *vim ac spiritus fregisse vigorem et eo redactum* Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. principes. Hinc Veneta anni 1498. et Moguntina *vim ac spiritus fregisse, vigorem etiam eo redactum*. Et ita Colon. anni 1525. et Cervic. nisi quod insuper *ac spiritus etiam fregisse*. Paris. anni 1529. *vim ac spiritus etiam fregisse, et vigorem eo redactum*. Froben. anni 1531. *vim ac spiritus etiam fregisse, et eo redactos*. Verum Flor. ac Cant. *vim ac spiritus etiam fregisse, et eo redactum*: quomodo etiam Aldus vulgavit. Gronovii con-

Digitized by Google

quas per vim ademissent Aetolis, excedant, sed ipsam
6 *Macedoniam infestam habeant. Et Acarnanas, quos aegre ferrent Aetoli a corpore suo diremtos, restituturum se in antiquam formulam jurisque ac ditionis eorum.*
7 Haec, dicta promissaque ab Romano imperatore, Scopas, qui tum praetor gentis erat, et Dorymachus, princeps Aetolorum, adfirmaverunt auctoritate sua, minore cum verecundia et majore cum fide vim majestatemque populi Romani extollentes.
8 maxime tamen spes potiundae movebat Acarnaniae.

jectura verissima est; *etiam* atque *et jam* saepe commutantur. V. ad 39, 10, 6. Ex *redacturum* autem vel *redact'um* levi errore datum est *redactum*, quod quum sensum non efficeret, inde editores *redactos* dederunt, librarii vocem *vigorem* inseruerunt.

§. 6. *Restituturum se in antiquam formulam jurisque ac ditionis eorum*] Infra *contribuere* uno verbo dicit. *προσνέμειν* Graeci. Sic *formula juris* 32, 33, 7. 38, 9, 10. (* ubi v. Donat.) *formula sociorum* 44, 16, 7. H. VALES. Liv. 33, 38, 1. *Asiae civitates in antiquam imperii formulam redigere est conatus.* 39, 26, 2. *Parachelotida nullo jure Thessalorum formulae factam.* 43, 6, 10. *Lampsacenos in sociorum formulam referre Q. Maenius praetor jussus.* De verbo *contribuere* v. ad 38, 3, 10.

§. 7. *Dorimachus princeps*] Puto *Dorymachus*, ut *Doryphorus* Suet. Ner. 29. *Dorylaus* Cic. pro Dejot. 15. *Dorylas* Ovid. 5. Met. 129. ut ibi recte Heinsius, pro *Dorilas*. Est enim contractum ex *Dorylaus*, ut *Arcesilas* ex *Arcesilaus*. DUK. *Thorimachus* Flor. *Deromachus* Lovel. 2. Paullo ante *qui tum .... gentis erat*, ita lacuna relicta, Harl. *qui tum populi Romani gentis erat* Voss. *qui tum populi Romani getisserat* Lovel. 1. *qui tum populus Romanus gentis erat* Flor. V. ad 31, 10, 4.

Confirmarunt auctoritatem suam minore cum verecundia] Sensus est perquam obscurus. Quidam post verbum *confirmarunt* distinxerunt, haec omnia referentes ad participium *extollentes*. Alii post *suam* distinctionem faciendam censent. Nonnulli accusativum in ablativum mutarunt *authoritate sua*. Sed, ut ingenue fatear, sensum verum non percipio. Qui post verbum *affirmarunt* distinctionem posuerunt, hunc sensum elicuerunt: Aetolos se nimis impudenter laudasse, Romanorum autem vim vere extulisse: haec utraque ad commovendos Aetolos juvisse. quanquam nihil aeque movebat, atque Acarnaniae potiundae spes. Sed haec atque sequentia mutila esse suspicor. GLAR. Libri omnes habent praeter Pal. 1. *affirmaverunt auctoritatem suam minore cum verecundia et majore cum fide vim.* Ille vero *affirmaverunt. auctoritatem suam in ore cum verecundia, et majorem cum fide vim.* GEBH. *adfirmarunt* primum obvium fuit in Basil. anni 1554. adsumtum, ut videtur, ex Glarea-

Digitized by Google

Igitur conscriptae conditiones, quibus in amicitiam societatemque populi Romani venirent: additumque, 9
ut, si placeret vellentque, eodem jure amicitiae Elei, Lacedaemoniique, et Attalus, et Pleuratus, et Scerdilaedus essent. (Asiae Attalus, hi Thracum et Illyriorum reges.) *Bellum ut extemplo Aetoli cum Philippo terra gererent. Navibus ne minus viginti quinque-* 10
remibus adjuvaret Romanus. Urbium Corcyrae tenus 11
ab Aetolia incipienti solum tectaque, et muri cum agris, Aetolorum; alia omnis praeda populi Romani esset.

no. Certe omnes edd. priores, omnesque scripti *affirmaverunt*, quod iterum Paris. anno 1573. revocarunt. Deinde *auctoritate sua* primus dedit Froben. anno 1531. Priores *auctoritatem suam*, quod servant Flor. Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Alterum tamen malo. Interpungendum autem est, ut hic exhiberi jussi; qua distinctione admissa, nihil morari potest. Intellige autem *minore cum verecundia et majore cum fide*, quam fecerant Romani, qui verecundius se laudarant, et tamen minus credebantur, utpote qui in re sua testimonium dabant.

§. 9. *Pleuratus et Scerdiletus*] Vet. lib. *Scerdilendus*. Polyb. Σκερδιλαΐδας. SIG. Pal. 1. et vet. ed. *Scerdiledus*: sec. *et Pleoratus et Scerdiledus*, ut posterius nomen quoque scriptum habet Pal. 3. GEBH. Put. *Scerdilaedus*. Polyb. Σκερδιλαΐδας. J. FR. GRON. *Scerdilaedus* in Oxonn. esse, Hearne auctor est, *Scerdiledus* edd. principes. Codd. mei varia monstra obferunt. Sed Gronov. verum restituit. V. ad 28, 5, 7. Miror vero, non vidisse, id etiam restituendum esse 44, 31, 3. ubi nunc *Scerdileto* circumfertur.

Asiae Attalus] Erat rex Pergami. *Asiam* non uno modo dicunt antiqui. Romanos Asiam proprie dictam appellasse tractum litoralem a Pergamo usque ad Cariam, in eaque re fere divisionem priscam sequutos fuisse, scribit Is. Vossius ad Catulli carm. 47. p. 108. Adde Spanhem. Diss. 9. de Praest. et Usu num. p. 620. et Cellar. Differt. Academ. parte 2. dissert. 3. DUKER.

Hi Thracum et Illyriorum reges erant] Vide hunc loquendi modum. Thracum Pleuratus erat, Illyricorum Scerdiletus, quem Polyb. *Scerdilaidum* vocat. Eosdem nominabit lib. seq. et libro 1. de bello Macedonico. GLAR. Pall. tres, et vet. ed. *hi Thracum et Illyriorum*. sec. tamen *Hoticorum*. tert. *Illiciorum*. vet. ed. *Illyricorum*. GEBH. In primo invenio Gryphio *hi Illyriorum*. Ceterum omnes scripti et prius editi *hi Thracum et Illyriorum reges*. J. FR. GRON. Primae edd. *hi Thracum et Illyricorum reges*. Froben. deinde anno 1535. *hi Illyriorum reges*, duabus vocibus omissis, vulgavit, quas in suis superesse Gebhard. et Gronov. monuerunt. Concinunt omnes mei et Oxonn. Hearnii. Mox §. seq. *terra mariqne gererent* Brancal. Latinii.

Digitized by Google

Darentque operam Romani, ut Acarnaniam Aetoli ha-
12 *berent. Si Aetoli pacem cum Philippo facerent, foe-*
deri adscriberent, ita ratam eorum pacem, si Philip-
pus arma ab Romanis sociisque, quique eorum ditionis
13 *essent, abstinuisset. Item, si populus Romanus foedere*
jungeretur regi, ut caveret, ne jus ei belli inferendi Ae-
14 *tolis sociisque eorum esset.* Haec convenerunt, con-
scriptaque biennio post Olympiae ab Aetolis, in
Capitolio ab Romanis, ut testata sacratis monumen-
15 tis essent, sunt posita. Morae caussa fuerant re-
tenti Romae diutius legati Aetolorum. Nec tamen
inpedimento id rebus gerendis fuit. et Aetoli extem-

§. 11. *Urbium Corcyrae tenus*] *Corcira tenus* verior erit ordo. SABELL. Pal. 1. et vet. ed. *Corcyrae.* sec. *Cortire.* tert. *Comretenus.* GEBH. Scripti *Corcyrae tenus.* J. FR. GRON. Ita et codd. mei, atque Oxonn. Hearnii. V. ad 44, 40, 8.

§. 12. *Ita ratam eorum pacem*] Muretus [19. Var. lect. 16.] *ita ratam fore pacem.* J. FR. GRON. Muretus ita emendavit ex Msto. Verum omnes mei vulgatum servant, nisi quod *earum* corruptius sit in Gaertn. Mox §. seq. *bellum inferendi* Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. antt. Postea Aldus dedit *bellum*, reliquis scriptis adstipulantibus.

§. 14. *Olympiae Aetolis*] Vet. lib. *Olympiae ab Aetolis.* Recte. SIG. Ita non modo omnes scripti, sed et edd. una Sigonii excepta, in qua praepositio omissa erat.

§. 15. *Eam praeter arcem vi cepit*] Pall. tres *accepit.* Vet. ed. *excepit.* Vulgata Latinitati magis congrua. GEBH. *propter arcem accepit* Lov. 5. *praeter arcem accepit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *praeter arcem excepit* Ber. et edd. ante Aldum. Ceterum post haec verba demum finiebatur praecedens parenthesis, quam deinde Gruter. in ultima ed. ante ea clausit. Sed priorem interpunctionem revocavi.

Et Oleniadas Naxumque Acarnanum captas] Quidam *Oleniada* emendarunt, quod Olenus etiam in Aetolia. At nihil hoc ad Acarnanas: ideoque ego *Oeniadas* legendum puto. Οἰνειάδας enim Acarnanum urbem et apud Strabonem et Thucydidem reperias. Ita in posterioribus quoque Livii verbis [cap. seq.] *Adversus quos Acarnanum gens et viribus impar, et jam moenia Oleniados Naxumque amissa cernens*, legendum puto *Oeniadων.* Et facilis in his lapsus est, quemadmodum sciunt omnes docti, quid in Graecis dictionibus ab octingentis jam annis libris acciderit. GLAR Vet. lib. *Etholoniadas.* Item [cap. seq.] *Meniadas.* Quae lectio etsi ex omni

Digitized by Google

plo moverunt adversus Philippum bellum, et Laevinus Zacynthum (parva insula est propinqua Aetoliae: urbem unam eodem, quo ipsa est, nomine habet; eam praeter arcem vi cepit) et Oeniadas Nasumque Acarnanum captas Aetolis contribuit. Philippum quoque satis inplicatum bello finitimo 16
ratus, ne Italiam Poenosque et pacta cum Hannibale posset respicere, Corcyram ipse se recepit.

XXV. Philippo Aetolorum defectio Pellae hibernanti 1
adlata est. itaque, quia primo vere moturus exercitum 2
in Graeciam erat, Illyrios finitimasque eis urbes alterno metu quietas ut Macedonia haberet, expeditionem subi-

parte recta non est, habet tamen vestigia aliqua germanae integritatis. Est enim legendum *et Oeniadas*. Item [cap. seq.] *jam Oeniadas*. Est enim urbs Acarnanum hoc nomine, de qua ita Stephanus. *Οἰνιάδαι πόλις Ἀκαρνανίας πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ, ἡ καὶ Ἐρυσίκη καλουμένη*. Et Polyb. 9, [33.] *Ἤδη παρῄρηται μὲν Ἀκαρνάνων Οἰνιάδας καὶ Νῆσον*. ubi de his ademtis loquitur. SIG. Glareanus primus legendum esse docuit *Oeniadas*, post quem longo intervallo Sigonius idem censet. Sed Pall. 1. 3. *et Olomadas Nassumque*. sec. *Etholomadas Nassumque Archanum captas Aetoliae contribuit*. Vet. ed. *et Oeniadas*. GEBH. *et Oeuicidas* Hearnii L. 1. pro quo eadem manu *et Oleicidas* mutatum est. *et Aloniadas* ejusdem D. *et Oliniadas* N. *Etholemadas* Hav. *et Moniaclas* Hafn. *et Olimadas* Lovel. 2. *et Oloniadas* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Gaertn. *et Oleniadas* Ber. Lov. 5. et primae edd. *et Oleniada* Mogunt. Sed recte viri docti *et Oeniadas*. De ea v. Palmer. Graec. antiq. 3, 8. Tum *Nassumque* Flor. Voss. Lovel. 3. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii D. *Nasonque* Lovel. 4. *Nasumque* Lovel. 1. 2. et Harl. quomodo legendum esse, Gronov. monuit cap. seq. §. 10. Caussam erroris v. ad c. 19, 4. Utro modo scribi debeat, incertus est Palmer. ibid. c. 12. Sed v. Cellar. 2. Orb. ant. 13. p. 708.

§. 2. *Primo vere moturus exercitum in Graeciam erat* etc.] Quae hic pluribus Livius de Philippo recenset, ita compendio tradit meus Silius membranaceus [15, 286.]

Aemathio interea tellus Aetola tumultu
Fervebat, Macedum subitis perculsa carinis etc.

MOD. Pal. 1. *moturus exercitus*. sec. *et moturus exercitum*. Mihi rectius videtur legi posse, *quia primo vere moturus in Graeciam erat*, ut praestat prisca ed. GEBH. *maturus exercitus* Harl. *moturus in Graeciam erat*, voce una omissa, Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Quamvis autem Livius ita saepe *movere* simpliciter, pro *movere exercitum*, *castra*, *se*, usur-

Digitized by Google

tam in Oricinorum atque Apolloniatium fines fecit: egressosque Apolloniatas, cum magno terrore atque pavore,
3 compulit intra muros. Vastatis proximis Illyrici, in Pelagoniam eadem celeritate vertit iter; inde Dardanorum urbem, sitam in Macedonia, transitum

parit, ut vidimus ad 10, 4, 9, unius tamen cod. et quarumdam editionum auctoritatem hic sequi, et reliquorum Mstorum testimonium neglegere, iniquum foret. Ceterum in nota Modii iterum omisi multos Silii versus, quia non membranaceam lectionem, sed suo tempore vulgatam, expresserat.

Illyrios finitimasque eis urbes alieno metu quietas] Libri omnes *alterno metu*. GEBH. Duo Pall. Voss. Buslid. *alterno metu*. Alternus metus est Illyriorum a Macedonibus, ut Macedonum ab Illyriis. Qualem ostendit Tacitus 3. Hist. [5.] *Sextilius Felix cum ala Tauriana et octo cohortibus et Noricorum juventute* etc. *missus, nec his aut illis proelium tentantibus, fortuna partium alibi transacta*. Vocem habes 23, [16, 11.] *In hoc alterno pavore certamina aliquot contracta*. Statius 6. Theb. [759.]

Alternus paullum timet et permixta furori
Consilia.

In Put. tamen erat *Saltergo*, unde Salmasius olim et Rubenius *ab tergo*. J. FR. GRON. *finitimasque ejus urbes* Put. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et ed. Ald. cum proximis, usque ad Froben. qui anno 1531. *eis* dedit, adsentientibus reliquis scriptis. Ejus loco Gruter. in ultima ed. vulgavit *et*, quod exhibent etiam edd. ante Aldum, et recentiores post Gruter, servarunt usque ad Crevier, qui recte *eis* revocavit. Deinde *alieno metu* demum dedit Froben. anno 1535. omnes priores praeferunt *alterno metu*, quod firmant omnes codd. mei cum Hearnii Oxonn. et Brancal. Latinii. Ex Cl. Sallier. teste oculato didici, Put. praeferre *alterno*, sed supra penultimam literam inter versus adscriptum esse *n*, ut sit etiam *alterno*. Mox perperam *Macedoniam* Lovel. 2, 3. 4. Harl. Ber. Hearnii L. 1. D. et edd. ante Aldum.

In Originorum et Apolloniatum fines] Omnia exemplaria, quae vidimus, sic habent; qui error locorum inscitia est ortus. Oricum enim haud procul Apollonia est; quare *Oricinorum* reponendum est pro *Originorum*. SABELL. Scripti *Apolloniatium*. J. FR. GRON. *Orighinorum* Hearnii L. 1. *Originorum* plerique reliqui mei cum Hearnii N. Sed perpetua est literarum *C* et *G* in Mstis commutatio, V. ad 6, 25, 6. Sequentem vocem varie scribunt codd. De ea tamen inter eos omnes ferme convenit, ultimas syllabas non *atum* sed *atium* proferendas esse; a recto nempe *Apolloniates*, quod aeque dicitur atque *Apolloniatae*, V. ad 24, 40, 10, et 29, 12, 6. Ita semper editum est infra 44, 30. Ita *Labeates* format *Labeatium*. V. ad 44, 31, 10. Plura similia v. ad 5, 15, 11.

§. 3. *Vastatis proximis Illyriis*] Alii *Illyricis*, Optimi *Illyrici*. J. FR. GRON. *Illyricis* omnes mei, *Illyriis* Hearnii D. *Illyrici* ejusdem N. V. ad Epit. Liv. 20. De

Digitized by Google

Dardanis facturam, cepit. His raptim actis, memor Aetolici junctique cum eo Romani belli, per Pelagoniam, et Lyncum, Bottiaeam, in Thessaliam descendit. Ad bellum secum adversus Aetolos capessendum incitari posse homines credebat: et, re- 4 5

locutione autem *proxima Illyrici* v. ad 37, 58, 8.

In Pelagoniam] In quibusdam exemplaribus *Paphlagoniam* bis scriptum reperio. SABELL.

Dardanorum urbem, sitam in Macedonia, transitum Dardanis facturam] Quae sit illa urbs, non nominat, cum Ptolemaeus [3, 9.] Dardanorum supra Macedoniam quatuor urbes exhibeat, Scupos, Ulpianum, Nessum ac Arrhibantium. Fortassis autem nomen omissum in codicibus. GLAR. Put. altique scripti et editi *Macedoniam*. Lege cum doctissimo Rubenio *inde Dardanorum urbem Sintiam, in Macedoniam transitum Dardanis facturam*. Stephanus Σιντία, πόλις Μακεδονίας πρὸς τῇ Θράκῃ. J. FR. GRON. *in Macedoniam* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Mogunt. Neque aliter Gebhardus in suis invenit, quem v. ad §. 13. Gronovii conjecturam probat etiam Grevier. *Sintii* memorantur infra 42, 51, 7. *Sintice* 44, 46, 2. Praeterea *inde et Dardanorum urbem* Lovel. 5.

§. 4. *Per Pelagoniam, et Nymphaeum, et Boeotiam in Thessaliam descendit*] Pro *Boeotiam* quidam *Boeam* emendarunt: sed id nominis nescio, an uspiam eo in loco reperias. Nam in Argivis locus apud Pausaniam [in Corinth. 36.] huc non pertinet. Suspicor legendum *Beroeam*. est enim ea in itinere ex Dardanis in Thessaliam. GLAR. Vet. lib. *Boeotiam*, quae vox aperte mendosa est. Probo igitur conjecturam Glareani, qui legendum putat *Beroeam*. De hac enim urbe et Plinius et Strabo et Stephanus ea tradunt, quae suspicionem Glareani corroborare maxime posse videantur. †. „ Hic „ semel probat Glareanum, cum „ plus quam sexcentos locos ab „ illo repurgatos habeat, sicut „ proxime *Oeniadas* pro *Oleniadas* „ idem Glareanus emendarat, ipse quasi ex Stephano primus emendarit, obtiget nomen Glareani.„ †. SIG. Pal. 1. *et Lyncum*, *et Bottiam*. sec. ac tert. *et Lintum et Boetiam*. Prisca ed. *et Lymphum et Bolaïcam*. GEBH. Scripti *per Pelagoniam et Lyncum et Bottiaeam*, non, ut Sigonius, *Boeotiam* aut *Beroeam*. Utriusque urbis mentio apud Plinium, Stephanum, aliosque Geographos. J. FR. GRON. *et Byaretum* Gaertn. *et Illiricum* Hav. *et Olintum* Lovel. 5. *et Linsum* Ber. *et Linchum* Lovel. 2. *et Linthium* Hearnii L. 1. et D. *et Lynetum* ejusdem N. *et Lintum* Brancal. Latinii. *et Lyncum* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. et Harl. V. etiam infra ad 31, 33, 6. Deinde *et Obithicam* Lovel. 2. *et Lothicam* Hav. *et Boetiam* Harl. *et Bollicam* Hearnii N. *et Boeticam* Brancal. Latinii. *et Boetiam* Lov. 3. 4. 5. Gaertner. et Hearnii L. 1. ac D. *et Bolaicam* Ber. et ed. Parm. *et Bolaicum* ed. Rom. anni 1472. *et Boitiam* Lov. 1. *et Boitiaeam* Voss. *et Bottiam eam* Flor. cujus librarius duplicem lectionem, *Bottiam* et *Bottieam*, invenisse videtur, quam utramque hoc modo junctam expressit: quod non intelligens interpolator postea τὸ *eam* delevit.

Digitized by Google

licto ad fauces Thessaliae Perseo cum quatuor mil-
6 libus armatorum ad arcendos aditu Aetolos, ipse, priusquam majoribus occuparetur rebus, in Macedoniam, atque inde in Thraciam exercitum ac Mae-
7 dos duxit. Incurrere ea gens in Macedoniam solita erat; ubi regem occupatum externo bello, ac
8 sine praesidio esse regnum sensisset. Ad Phragan-

De *Bottiaea* v. Noris. Differt. 3. de Epoch. Syro-Mac. c. 2.

§. 5. *Relicto ad fauces Thessaliae Perseo*] Philippi regis filius Perseus fuit. SIG. *Perse* Lov. 2. et Gaertn. V. ad 42, 25, 2. Verum optimi hic vulgatum tuentur. Paullo ante *concitari*, pro *incitari*, Gaertn. reliquis invitis.

§. 6. *In Macedoniam, atque inde in Thraciam exercitum ac Medos eduxit*] *Maedos* scribe ex Polyb. 10, [38.] *Μαίδους*. Et Stephanus *Μαῖδοι ἔθνος Θράκης πλησίον Μακεδονίας*. Alii sunt *Medi* Asiani. SIG. *in Macedoniam atque inde Thraciam* Voss. Lov. 1. 2. 3. Gaertner. et Hav. Male. Amat enim Livius praepositiones repetere. V. ad 6, 28, 6. Quum autem vox praecedens *inde* per compendium hoc modo *iñ* scriberetur, facile praepositionem sequentem elidere potuit. V. ad 37, 31, 4. Hinc etiam factum, ut ipsa vox *inde* sive *iñ* omittatur in Lovel. 4. Ber. et quibusdam edd. antt. quae intercepta est a sequenti praepositione *in*. V. ad 37, 52, 2. Prior etiam praepositio *in* deerat in Harlej. quam absorpsit sequentis vocis litera initialis. V. ad 37, 1, 2. Deinde *ad Medos* Lovel. 3. a m. 2. Hafn. et Brancal. Latinii. *ad Cinedos* Hav. *ac viaedos* Florent. ubi diphthongus recte a Sigonio revocata superest. *ac Maedos* ediderunt etiam Ald. et plerique proximi usque ad Curion. V. etiam Ortelii Thes. Geogr. hac voce, et Sigon. ad Liv. 28, 5, 7. Eorum regionem *Maedicam* memorat Liv. 40, 22, 12. et 44, 26, 7. Eos tamen etiam Graecis *Μεδοὺς*, adeoque Latinis *Medos* dictos esse, suspicatur Oudend. ad Obseq. de Prodig. 108. *Μαιδοὺς* sive *Μεδοὺς* Thraciae et *Μηδοὺς* Asiae confudit Cl. Cortius ad Sall. Jug. 18, 10. Praeterea *seduxit* Voss. et Lovel. 1. prima litera ex fine vocis praecedentis male repetita. V. ad 37, 29, 8. ejus loco *reduxit* dedit Gaertn. Sed *duxit* Florent. et Cant. quod in Put. etiam repertum non male probat Crevier.

§. 7. *Incurrere ea gens Macedoniam solita erat*] Vet. lib. *in Macedoniam*. SIG. Omnia haec verba desunt in Voss. *in Macedoniam* praeferunt reliqui mei, Hearnii Oxonn. et pleraeque edd. antt. usque ad Froben. qui primus anno 1535. praepositionem omisit. Male. V. ad 8, 38, 6. *in Macedonia* est in edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 8. *Ad Phragandas igitur vastare agros, et urbem Samphariam*] Nec haec nomina apud ullum authorem invenio. Quod ideo admonendum duxi, ut codd. vetusti eo diligentius perquirantur conspicianturque. GLAR. Vet. lib. *Samphorinam*. SIG. *Ad*

Digitized by Google

das igitur vastare agros, et urbem Jamphorinam, caput arcemque Maedicae, obpugnare coepit. Scopas, ubi profectum in Thraciam regem, occupatumque ibi bello audivit, armata omni juventute Aetolorum, bellum inferre Acarnaniae parat. Adversus quod Acarnanum gens et viribus inpar, et jam Oeniadas Nasumque amissa cernens, Romanaque 9 10

frangendas igitur vastare Flor. Cant. Lovel. 4. et Harlej. *Ad frangendos igitur vastare* Lov. 2. Hafn. et Hav. *Ad frangendos igitur eorum animos et vastare* Brancal. Latinii. *Ad Phrangandas igitur vastare* Lovel. 1. *Ad Fragandas igitur vastare* Voss. *Ad Phragadas igitur vastare* Ber. *Ad Framodas igitur vastare* Hearnii D. *Astrangandas igitur vastare* Lovel. 5. *Astragandas igitur vastare* Gaertn. *Ad Stragandas igitur vastare agros* Lovel. 3. *Ad Stramgadas igitur vastare agros* Hearnii L. 1. An igitur hic lateat *Stramborum* nomen, ac legendum sit *Ad Strambas igitur*, videant acutiores. Certe Στράμβαι urbs Thraciae memoratur Stephano in ea voce. Cellarius *Phragandas* obscuram gentem Thraciae mediterraneae putat 2. Geogr. Ant. 15. p. 856. et ita Ortel. Sed potius obscurae urbis vel castelli nomen fuisse videtur. Deinde *Lamforinam* Ber. *jam Sophorinam* Lovel. 2. et Hav. *Jamformiam* Lovel. 4. *Jamphorimiam* Brancal. Latinii. *Jamphormiam* Hearnii L. 1. *Jamformam* Lovel. 5. *Jamforinnam* Voss. et Harlej. *Jamphorynnam* Florent. *Jamforinam* Gaertn. *Jamphariniam* vel *Jampharniam* fere omnes ante Sigonium edd. Doujatius *et urbem Topirinam* legendum censet; intelligit autem Thraciae urbem, quae Plin. et Ptolem. vocatur *Topiris*, Thucydidi *Doberus*. Sed *Doberus*, quam Thucyd. 2, 98. Paeoniae urbem vocat, ab urbe, quam Livius hic memorat, et *caput arcemque Maedicae* vocat, diversissima fuit. Utrum vero *Topirinam* legendum sit, dijudicare nequeo.

Caput arcemque Medicae] *Maedicae*, ut supra. SIG. V. ad §. 6. *capit arcemque mediam* Brancal. Latinii, et Hafn.

§. 10. *Adversus quos Acarnanum gens*] Non videtur fortuitum, quod Cantabr. et plerique alii scripti habent *Adversus quod*, nimir. bellum. 8, 2, 5. *Copiis iisdem, quibus usi adversus Romanum bellum fuerant.* Justin. 3, [6.] *Athenienses adversus tantam tempestatem belli duos duces deligunt.* JAC. GRON. *Adversus quod Acarnanum* Ber. Hav. et Hearnii D. quomodo etiam omnes codd. Crevierii praeferunt. *Adversus quod se Acarnanum* Florent. Cant. Lovel. 1. 3. 5. Harlej. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. Quae forte lectio inde nata est, quod duplex lectio *quod* et *quos* in cod. hoc modo, *quod*, *s*, juncta fuerit; quod non intelligentes alii ex *s* fecerunt *se*. Primus Froben. anno 1531. *quos* substituit.

Et jam moenia Oeniadon Nasumque amissa cernens] *et jam Oeniadas*, ut dixi. SIG. Put. *et jam moeniadas Nassumque.* Absque quo esset, tamen decuit edito-

Digitized by Google

insuper arma ingruere, ira magis instruit, quam
11 consilio, bellum. Conjugibus liberisque et senioribus supra sexaginta annos in propinquam Epirum missis, ab quindecim ad sexaginta annos conjurant,
12 nisi victores, se non redituros. Qui victus acie excessisset, eum ne quis urbe, tecto, mensa, lare reciperet, diram exsecrationem in populares, obtestationem quam sanctissimam potuerunt adversus
13 hospites, composuerunt. precatique simul Epirotas sunt, ut, qui suorum in acie cecidissent, eos uno

res aurem praebere Sigonio, qui rectissime, *et jam Oeniadas*. Sera est medicina, quam imputat nobis vir doctus, *et jam Oeniada Naxumque*. Nam quod allegat ille [ex cap. praec.] *Oeniada Naxumque Acarnanum captas*, ibi quoque MSS. *Oloniadas*. et vere Sigonius atque ante eum Glareanus *Oeniadas* scribendum esse monuerunt. Et populi et urbs *Oeniadae*. Diodorus Siculus 18. [p. 632.] Ἀιτωλοὶ μὲν τοὺς Οἰνιάδας ἐκβεβληκότες ἐκ τῆς πατρίδος. Et mox Οἰνιάδων παῖδες. Livius 38, [11, 9.] *Oeniadae cum urbe agrisque Acarnanum sunto*. Quum autem dicat Polyb. [9, 33.] Ἀκαρνάνων Οἰνιάδας καὶ Νῆσον, non tam miror in Livio primos editores expatrasse nobis *Naxum*, (nam et *Ulyxem*, et *Sextertium*, et *Exquilias* fecerunt) quam ita Casaubonum quoque vertisse, nec Sigonium, dum Polybium testem advocat, in Livio offensum: praesertim quum libri omnes scripti, et inprimis Put. *Nassumque* utrobique. Reponatur ergo *Nasum*, quam vocem et in Syracusanorum historia legimus: nam et ibi *Nasus*, quae Graecis aliis Νῆσος. Caeterum quemadmodum illic est *Oeniadas Nasumque Acarnanum captas*, ita porro hic reficiendum puto *et jam Oeniadas Nasumque amissas cerneus*. Intelligitur enim *urbes*. J. FR. GRON. *et jam moeniadas Nassumque* plerique codd. ubi prima litera ex fine vocis praecedentis adhaesit. V. ad 37, 29, 8. *et jam moenia Oeniados*, vel *Oeniadas*, edd. principes. Ceterum quum omnes codd. mei *amissa* tueantur, idque Crevier. in suis invenerit, vix mutandum censeo; nam ad *amissa* aeque cum ipso *oppida*, quam ad *amissas* cum Gronovio *urbes* intelligere possum. Et solet etiam alibi duobus nominibus singularibus vel etiam pluralibus alterius generis subjungi adjectivum plurale neutrum. Vide ad 4, 57, 6. Ita 37, 43, 11. *In portis valloque, quae se capturos erediderant*. 40, 10, 6. *Regem regnumque Macedoniae sua futura sciunt*. 3, 20, 5. *Non jusjurandum et leges sibi aptas faciebat, sed mores ad ea adcommodabat*.

§. 11. *Ab quindecim ad sexaginta annos conjurant, nisi victores, se non redituros*] Dodwell. Praelect. Acad. p. 267. ita videtur accipere hunc locum, quasi haec legitima aetas militaris apud Acarnanas fuerit. Sed aliud est,

Digitized by Google

tumulo contegerent, adhiberentque humatis titulum: HIC SITI SUNT ACARNANES, QUI, ADVER- 14
SUS VIM ATQUE INJURIAM AETOLORUM PRO PATRIA PUGNANTES, MORTEM OBCUBUERUNT.
Per haec incitatis animis, castra in extremis finibus 15
suis obvia hosti posuerunt. nunciis ad Philippum missis, quanto res in discrimine esset, omittere Philippum, id quod in manibus erat, coëgerunt bellum, Jamphorina per deditionem recepta, et prospero alio successu rerum. Aetolorum inpetum 16

urgente necessitate et publico discrimine hanc aetatem armari; aliud, hos esse legitimos militiae annos. Romani interdum in magno tumultu ac metu eos, qui infra septemdecim, et supra quinquaginta annos erant, armabant, nec tamen apud illos haec aetas militaris erat. V. Lipsium 1. de Milit. Rom. 2. et 4. DUK. Pronomen *se* exsulat a Cant. Lovel. 1, 2. et Voss. V. ad 1, 23, 5. At reliqui nihil mutant. Caesar 3. B. Civ. 87. *Juravit, se, nisi victorem, in castra non reversurum.* Mox §. seq. *qui metu acie excessisset* Brancal. Latinii. Deinde *obtestationemque quam sanctissimam* Ber. et edd. ante Aldum.

§. 13. *Qui suorum in acie occidissent*] Pal. 2. et vet. ed. *in aciem.* Sic paulo ante *Inde Dardanorum urbem, sitam in Macedoniam, transitum Dardanis facturam.* Ita legendum omnino c. 29, 7. e Pall. tribus ac prisca ed. *In cujus potestatem mox futuri sunt.* GEBH. *in aciem* etiam Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed aliorum dissensus efficit, ut peccatum scribarum existimem. V. ad 2, 14, 4. Praeterea *concidissent* Lovel. b. *occidissent* typis descripti Aldo priores. V. ad 36, 36, 6.

Adhiberentque humatis titulum] Put. *adhiberentque.* Forte *adscriberentque.* Calpurn. declam. 28. *Te inseram majorum sepulcris, et elogio, quod ostasti, nomen inscribam.* Martialis (9, 16.)

Inscripsit tumulo septem celebrata virorum,
Se fecisse, Chloe,

J. FR. GRON. Conjecturam hanc probat Crevier.

§. 14. *Mortem obcubuerunt*] Vet. lib. *oppetierunt.* SIG. Put. et regius, *mortem occubuerunt.* J. FR. GRON. *Obpetere mortem* supra habes 9, 4, 6. *Si nunciaretur, omnibus eo loco mortem obpetendam esse.* Et ita plerique codd. Verum praevalet auctoritas Flor. et Cant. qui *occubuerunt.* Quum autem ab initio *oppetierunt* editum fuisset, Aldus ejus loco *occubuerunt* substituit, quod iterum mutavit Sigonius; adversus quem reduxit Gronov. De locutione *obcumbere mortem* v. ad 31, 18, 6.

§. 15. *Castra in extremis finibus suis obviam hosti posuerunt*] Vet. lib. *obvia.* SIG. In omnibus nostris abest *in.* GEBH. Abest

Digitized by Google

tardaverat primo conjurationis fama Acarnanicae: deinde auditus Philippi adventus, regredi etiam in
17 intimos coëgit fines. Nec Philippus, quamquam, ne obprimerentur Acarnanes, itineribus magnis ierat, ultra Dium est progressus. inde, quum audisset reditum Aetolorum ex Acarnania, et ipse Pellam rediit.

1 XXVI. Laevinus, veris principio a Corcyra profectus navibus, superato Leucata promontorio, quum venisset Naupactum, Anticyram inde se petiturum
2 edixit, ut praesto ibi Scopas Aetolique essent. Sita Anticyra est in Locride laeva parte sinum Co-

etiam a Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et edd. antt. Restituit primus Aldus, cum quo faciunt Florent. et Cant. Deinde *obvia* etiam Florent. Cant. Voss. Harlej. et Hav. quod in tribus etiam suis inventum Crevier. probavit. V. ad 1, 26, 2. 3, 6, 7. 4, 58, 1. 24, 35, 9. 26, 27, 12. 27, 40, 13. 44, 46, 11. aliisque locis.

§. 17. *Ultra Clinen est progressus*] Mogunt. cod. habebat *Climanen*. Sed neutrum nomen valde obvium apud authores. GLAR. Pal. 1. *Dium*. sec. *ultra Clium*. tert. *ultra Cluen*. GEBH. MSS. *ultra Dium*, cujus urbis frequens mentio in historia belli Persici. J. FR. GRON. *ultra Clinem* Hav. *ultra deinde* Lov. 5. Rec. et Gaertn. *ultra ducum* Lovel. 4. *ultra Dinem* Lovel. 2. *ultra diu* Hav. *ultra diuēm progressus* Voss. transpositis literis, pro *ultra Dium ē progressus*. Et ita Florent. Harlej. et Cant. Hujus urbis Livius, praeterquam bello Persico, meminit etiam 33, 3, 5.

§. 1. *Superato Leucate promontorio*] Probe ita prisca editio. Pall. 2. 3. *Leucada*. pr. *Leucata promunctorio*. GEBH. Put. et alii *Leucata promuntorio* J. FR. GRON. *Leucada* Rec. *Leucata* Florent. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. et Gaertn. Utroque modo hoc promontorium adpellatur, *Leucate* et *Leucata*. V. infra ad 44, 1, 4. Optimos praeeuntes hic secutus sum. Mox *praesto sibi*, pro *ibi*, Voss. et Lovel. 1. Saepe hae voces in libris scriptis confunduntur. Quaedam exempla habuimus ad 1, 55, 4. Adde, quae notantur ad 2, 48, 8. 8, 30, 9. 9, 21, 5. c. 27, 12. c. 36, 7. 10, 32, 4. 31, 30, 6. et alibi.

§. 2. *Sita Anticyra est in Locride laeva parte*] Vet. ed. *in Locide*. Pal. 1. *in loci de laeva*. tert. *in Locide*. GEBH. *in Locide* Florent. Lovel. 1. 3. 4. 5. et Ber. *in Lotide* Lovel. 2. *in loci de laeva parte* Harlej. et Gaertn. *in locis de laeva parte* Hafn. et Hav. Ceterum Anticyram, ad sinum Corinthiacum, non sitam esse in Locride, sed in Phocide, regione Locridi vicina, et hinc *a Locri-*

Digitized by Google

rinthiacum intrantibus. breve terra iter eo, brevis navigatio ab Naupacto est. Tertio ferme post die 3 utrimque obpugnari coepta est. Gravior a mari obpugnatio erat; quia et tormenta machinaeque omnis generis in navibus erant, et Romani inde obpugnabant. Itaque intra paucos dies recepta urbs per deditionem Aetolis traditur, praeda ex pacto Romanis cessit. Literae Laevino redditae, consu- 4 lem eum absentem declaratum, et successorem venire P. Sulpicium. ceterum, diuturno ibi morbo inplicitus, serius spe omnium Romam venit. M. 5 Marcellus, quum Idibus Martiis consulatum iniisset,

de legendum esse, existimat Cellar. 2. Geogr. ant. 13, 720. non enim putandum esse, aliam in Phocide, aliam in Locride Anticyram fuisse. Verum fimiliter etiam Strabo Anticyram hanc modo Locridi, modo Phocidi tribuit. Nam l. 9, 418. memorat Anticyram Phocidis, atque aliam ejusdem nominis urbem ad Oetam in sinu Maliaco sitam refert. Deinde p. 434. recensens Anticyram ad sinum Maliacum, addit, ejusdem nominis urbem esse in Locris Hesperiis. Locros autem Hesperios alio nomine Ozolas vocari testatur ibid. p. 416. qui siti sunt ad sinum Corinthiacum. Ex his patet, vel duas urbes Anticyrae nomine adpellatas sitas esse ad sinum Corinthiacum, vel eamdem urbem altero loco Locridi, altero Phocidi tribui, adeoque hic nihil mutandum esse. De Anticyra Phocidis v. Palmer. 6. Graec. ant. 7. p. 609.

Breve terra iter eo] Pall. 1. 2. et vet. ed. *brevis terrae iter eo*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. 2. 3. Harlej. Ber. Gaertn. et Hav. cum nonnullis edd. antiquis. *breve terrae iter eo* Lovel. 1. et 4.

§. 3. *Praeda ex pacto Romanis cessit*] Nihil tale supra Romani pacti erant. quare, *ex Naupacto* Livium scriptum reliquisse, credere est. Id enim oppidum tum captum a Romanis est. SABELL. De Anticyra capta loquitur eadem Lyciscus Acarnanum legatus apud Polyb. 9, [33.] SIG. In libb. omnibus continetur *ex Naupacto*. GEBH. Quamvis ita quoque omnes mei, etiam integerrimi, cum edd. antt. praeferant, vulgatum tamen servandum est. Non enim Naupactus Aetolorum, sed Anticyra in Locride expugnata est. Quod vero Sabellicus tradat, nihil tale antea Romanos pactos esse, erravit, neque adtendit ad locum supra c. 24, 11. *Urbium Corcyrae tenus ab Aetolia incipienti solum, tectaque, et muri cum agris Aetolorum; alia omnis praeda populi Romani esset.*

§. 6. *In villis obtrectatorum suorum esse*] *obtrectatorum factorum*

Digitized by Google

senatum eo die, moris modo caussa, habuit: professus, *nihil se, absente collega, neque de republica,*
6 *neque de provinciis, acturum. Scire se, frequentes Siculos prope urbem in villis obtrectatorum suorum esse. quibus, tantum abesse, ut per se non liceat palam Romae*
7 *crimina edita fictaque ab inimicis vulgare, ut, ni simularent, aliquem sibi timorem, absente collega, dicendi de consule esse, ipse eis extemplo daturus senatum fuerit. Ubi quidem collega venisset, non passurum quidquam prius agi, quam ut Siculi in senatum introducan-*
8 *tur. Delectum prope a M. Cornelio per totam Siciliam habitum, ut quamplurimi questum de se Romam venirent. eumdem literis falsis urbem implesse, bellum in*

suorum esse Ber. et edd. ante Aldum. *obtrectatores factorum suorum esse* Lovel. 5. Gaertn. et Brancal. Latinii. Paullo ante §. praec. *non de republica, non de provinciis* Lovel. 5. Insuper *Idibus Martii* Voss. Lovel. 1. 2. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Male. V. ad 4, 37, 3. Tum *magistratum inisset* Lovel. 2.

Crimina edicta facta ab inimicis vulgare] Vide, quaeso, ne *edita fictaque* sit potius legendum. SABELL. Pall. 1. 2. et vet. ed. *edicta facta ab inimicis.* tert. *e. f. ab inimicis.* GEBH. A Sabellico damnata lectio in plerisque quidem superest codd. meis; illa tamen, quam probavit, exstat in Florent. nisi quod *ficta*, pro *fictaque*, legat.

§. 7. *Non passurum quidquam prius agi, quam Siculi in senatum introducantur*] Put. Men. Voss. *quam ut Siculi.* J. FR. GRON. Ita et omnes mei, Hearnii Oxonn. et edd. ante Aldinam.

§. 8. *Delectum prope a M. Cornelio* etc.] Non dicit, ab eo delectum militum tota provincia habitum, quod ex hoc loco scribit Pighius ad A. V. 13XLII. sed tantum, numerum accusatorum ab eo submissum, ut prope per totam Siciliam delectum eorum habuisse videatur, tamquam militum. DUK. *Dilectum* Florent. et Lovel. 1. V. ad 37, 51, 7.

§. 9. *Ac prope justitium omnium rerum futurum*] Princeps ed. *justum justitium.* codd. Pall. *justum judicium.* perperam. GEBH. *justum justitium* Ber. et edd. usque ad Aldum. *justum judicium* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. *justitium indictum* Hav.

§. 10. *Belli diuturnitate, et vastatos agros*] *diuturnitatem*, nempe *querebantur*, Lovel. 3. et Hav. Atque ita ex conjectura legebat Crevier. praefatus parum commodum videri, vastationem agrorum, qui circa urbem erant, adscribi diuturnitati bellorum.

Digitized by Google

Sicilia esse, ut suam laudem minuat. Moderati animi 6
gloriam eo die adeptus consul, senatum dimisit;
ac prope justitium omnium rerum futurum videba-
tur, donec alter consul ad urbem venisset. Otium, 10
ut solet, excitavit plebis rumores: *belli diuturnitate,*
et vastatos agros circa urbem, qua infesto agmine isset
Hannibal, et exhaustam delectibus Italiam, et prope
quotannis exercitus caesos querebantur; *et consules* 11
bellicosos ambo, viros acres nimis et feroces, creatos,
qui vel in pace tranquilla bellum excitare possent, ne-
dum in bello respirare civitatem forent passuri.

XXVII. Interrupit hos sermones nocte, quae
pridie Quinquatrus fuit, pluribus simul locis 1

Et pro republica Cannis exercitus caesos querebantur] Pall. tres *et pro re quod Cannensis exercitus caesus querebantur.* Sed sec. *querebatur.* GEBH. Quid hic faciunt illae *Cannae?* Pall. Men. Pet. Voss. *pro re quod Cannensis.* Put. *pro re quod annis.* Scribe *prope quotannis exercitus caesos querebantur.* 27, [9, 2.] *Decimum annum delectibus et stipendiis exhaustos esse. quotannis ferme clade magna pugnare.* J. FR. GRON. Postrema vox hic non magis necessaria est, quam 21, 63. 22, 1. 27, 9. et aliis locis in similibus orationibus. Considerandum est, an intrusa sit ab iis, qui putabant, sine illa sensum non constare. DUK. *pro re quod Cannensis* Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Ber. Gaertn. Hearnii N. et edd. antiquae, cujus loco *pro republica Cannis* Aldus substituit. *pro re qua Cannensis* Hearnii D. *pro republica quo Cannensis* Hafn. *P. R. P. Cannensis* Lov. 5. *pro repub.* Cant. *prope quod Cannensis* Lovel. 1. et Hav. *pro re quod Cannis* Florent. Sed egregie Gronov. ex vestigiis Put. restituit *prope quotannis.* Passim autem librarii in optimis Mssis *quod annis*, pro *quotannis*, scripserunt; quae etiam scribendi ratio in monumentis antiquis optimo aevo confectis superest. V. Noris. ad Cenot. Pis. Diss. 4. c. 2, 2. p. 452. *querebantur* omnes codd. servant. at in uno meorum Gaertn. *querebatur.* Ceterum particulam *et*, quam ante haec verba Gronov. in ed. sua omisit, sed servant omnes mei, loco restitui. Quin et ex pr. ed. not. Gronov. ubi malebat *et pro republica quotannis exercitus caesos querebantur*, colligendum videtur, voculam illam in ed. anni 1665. et postea male expunctam esse.

§. 11. *Consules bellicosos ambo*] Ita edidit Gronov. pro *ambos*, et quidem ex auctoritate Put. ut patet ex illis, quae notat ad 35, 21, 5. Neque aliter Florent. Hearnius, Gronovium secutus, et in variis lectionibus tantum Oxon. L. 1. *ambos* legere testatus, te-

Digitized by Google

2 circa forum incendium ortum. eodem tempore septem tabernae, quae postea quinque, et argentariae, quae nunc novae adpellantur, arse-
3 re. Comprehensa postea privata aedificia: neque enim tum basilicae erant: comprehensae lautumiae, forumque piscatorium, et atrium re-
4 gium. Aedes Vestae vix defensa est tredecim maxime servorum opera, qui in publicum redemti ac ma-

cite agnovit, reliquos etiam *ambo* praeferre. Mox *sint*, pro *forent*, Ber.

§. 1. *Pridie Quinquatrus*] *Quinquatrus* accusativus casus est, ut *pridie Kalendas*, cujus rectus est *Quinquatrus*. Cicero ad Coelium [2. fam. 12.] *Molestae Quinquatrus*. Charisius sic [1. p. 61.] *Quinquatrus, non Quinquatria, non enim dictae sunt quinque dies atri, sed quod quinquatus antiqui dicebant, sive a quinquando, id est lustrando, quod eo die arma ancilia lustrari sint solita.* SIG. Vet. ed. et Pal. 2. perperam *quinquatriis*. GEBH. Similiter errat Rec.

§. 2. *Septem tabernae, quae postea quinque, et argentariae, quae nunc novae*] Numeri notam putant esse, quae non erat. Habet enim antiquus liber *quae postea vet. et argentariae*. Nam, ut *novae*, ita *veteres tabernae* in foro erant. Unde locorum nomina *sub veteribus*, et *sub novis*. At illi, deletis duabus literis, quas frustra geminatas putarent, illud *V* notam esse quinarii numeri judicarunt. MURET. 16. Var. lect. 8. De his et de *argentariis* agit Nardin. 5. Rom. Vet. 8. Supersunt tamen de his quaedam satis obscura atque incerta. V. G. quae et quorum hae *septem tabernae* fuerint; quando *argentariae*, quae deinde *novae* appellatae sunt, ita dici coeperint; cur Livius 27, 11, 16. pro argentariis *macellum* dicat, et alia. Sed, ea omnia adcurate excutere, non est hujus loci. Illud huc pertinet, Nardinum non recte videri scribere, ex hoc loco apparere, *septem tabernas argentarias ad quinque redactas fuisse*. Nam Livius aperte *septem tabernas*, quae *postea quinque* fuerunt, ab *argentariis* distinguit. DUK. Incertum etiam, vel potius falsum, videtur, quod ibidem Nardin. contendit, argentarias eo tempore *novas* dictas esse, quum, expulsis laniis, qui eas tempore decemvirum obtinebant, in argentarias converterentur. Livius enim dicendo *nunc* indicat, nondum, quo tempore ardebant, *novas* dictas esse. Antea tamen jam circa forum argentarias fuisse, constat ex Livio 26, 11, 7.

§. 3. *Comprehensa postea privata aedificia* (*neque enim tum basilicae erant*)] Innuit, opinor, suo tempore in ordine post tabernas fuisse basilicas, ubi olim privata aedificia. alioqui frustra fuerit haec parenthesis. GLAR. Pal. 1. *aedificata*. GEBH. Recte censet Glareanus. V. Liv. 39, 44. 40, 51. et 44, 16.

Comprehensae latumiae] *Latumias* ex Graeco esse, et maxime

Digitized by Google

manumissi sunt. nocte ac die continuatum incendium fuit. Nec ulli dubium erat, humana id fraude fa- 5
ctum esse, quod pluribus simul locis, et iis diversis, ignes coorti essent. Itaque consul ex auctoritate 6
senatus pro concione edixit, qui, quorum opera id conflatum incendium, profiteretur, praemium fore, libero pecuniam, servo libertatem. Eo prae- 7
mio inductus Campanorum Calaviorum servus (Mannus ei nomen erat) indicavit, *dominos et quinque prae-*

a Syracusanis, qui eas instar carceris habent, fatetur Festus, immutata nimirum voce. *Λιθομίαι* enim apud illos dicuntur, ut videre est apud Thucydidem l. 7. ad finem. GLAR. Festus: *Latumias ex Graeco, et maxime a Syracusanis, qui Latomias et appellant, et habent ad instar carceris, ex quibus locis excisi sunt lapides ad exstruendam urbem.* SIG. De *Lautumiis* v. eos, qui laudantur in Lexico Antiquit. Adde Cujac. 6. Obs. 7. et Periz. ad Aelian. 12. V. H. 44. De atrio regio nihil, praeter ea, quae ad Livii 27, 11, 16. adnotat Jac. Gronovius, traditum inveni. DUK. Gronov. edidit *Lautumiae*, quomodo se in sanctioribus codd. invenisse testatur ad 37, 3, 8. Et ita plerique mei, etiam optimi, nisi quod *Lautamiae* sit in Gaertn. *Lautomiae* in Lovel. 3. Hearnius etiam, ex uno L. 1. *Latumiae* proferens, in reliquis Oxonn. *Lautumiae* invenisse videtur. V. viros doctos, et praesertim Cel. Graevium, ad Cic. 5. in Verr. 27. ac Grut. ad 1. in Verr. 5. Ceterum apud Thucyd. non, ut vult Glarean. *λιθομίαι*, sed *λιθοτομίαι* obcurrit. Voces *et atrium regium* desunt in Harlej. Mox §. seq. *nocte et die* Florent. Lovel. 3. 4. 5. Harlej. Ber. et Hav. cum edd. Aldina vetustioribus.

§. 5. *Quod plurimis simul locis*] Ita demum exhibet ed. Francofurt. anni 1578. Omnes priores, simul cum plerisque et optimis meis, ut et Hearnii L. 1. *pluribus simul locis.* Et ita in initio cap. *Pluribus simul locis circa forum incendium ortum.* Priscam igitur lectionem revocavi. Paullo ante pronomen *id* deerat in Cant.

§. 7. *Eo praemio inductus*] Pal. 1. iterum *Eo inductus*, omisso *τῷ praemio.* GEBH. Non aliter etiam Lovel. 1. 2. 3. et Voss.

Mannus ei nomen erat] Forte *Manio nomen erat.* Id enim in servilibus. Cato de re rust. [c. 142.] *Cum Divis volentibus, quod bene eveniat, mando tibi, Mani.* Dio in Excerptis: *Μάνιός τις, ὅτι μήτε ἐλευθερίας, μήτ' ἄλλου μηδενὸς, ὧν ἤλπισεν, ἔτυχε.* J. FR. GRON. *Majus ei nomen* Hearnii L. 1. *Manus ei nomen* Hearnii N. Florent. Voss. Lovel. 3. 4. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Manus ejus nomen* Lovel. 5. Gronovius in pr. ed. not. ad 1, 3. conjecit *Manno ei nomen erat.* V. etiam, quae de hac locutione notantur ad 1, 1, 4. Mox *juvenes nobiles Campanorum* Voss. Cant. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Hearnii L. 1. et edd. Aldo priores. *juvenes Campanorum* Rec.

Digitized by Google

terea juvenes nobiles Campanos, quorum parentes a Q. Fulvio securi percussi erant, id incendium fecisse; vul-
8 *goque facturos alia, ni comprehendantur.* Comprehensi ipsi familiaeque eorum. et primo elevabatur index indiciumque: *pridie eum verberibus castigatum ab dominis discessisse, per iram ac levitatem ex re fortuita cri-*
9 *men commentum.* ceterum ut coram coarguebantur, et quaestio ex ministris facinoris foro medio haberi coepta est, fassi omnes, atque in dominos servosque conscios animadversum est. indici libertas data,
10 et viginti millia aeris. Consuli Laevino Capuam praetereunti circumfusa multitudo Campanorum est, obsecrantium cum lacrimis, ut sibi Romam ad senatum ire liceret, oratum, si qua misericordia tandem flecti possent, ne se ad ultimum perditum irent, nomenque Campanorum a Q. Flacco deleri sinerent.

nobiles Campanorum Hav. *nobiles juvenes Campanorum* Gaertn. Insuper praenomen Fulvii *Q.* exsulat a Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et iisdem edd. Insuper §. praec. Clericus perperam edidit *Ita consul*, pro *Itaque*, sine dubio operarum errore. Id tamen retinuit Crevier. Omnes mei adversantur.

§. 8. *Comprehensi familiaeque eorum*] Put. plenius justiusque *Comprehensi ipsi familiaeque eorum.* V. ad 22, 25, 19. 27, [15, 13.] *Fabius vigilia prima dato signo iis, qui in arce erant, ipse circuito portu* etc. *occultus consedit.* J. FR. GRON.

§. 11. *Publicas inimicitias et hostiles esse*] Pall. tres *publicas inimicitias hostilis esse.* GEBH. Ita et Voss. ac Lovel. 4. *publicas inimicitias esse hostilis* Harlej. *publicas inimicitias hostiles esse* Lovel. 1. 3. 5. *punicas inimicitias hostiles esse* Lovel. 2. *publicas inimicitias hostiles et esse* Hav. *publicas inimicitias hostis esse* Gaertn. *publicas inimicitias hostis et esse et futuras* Florent.

Quoad eo animo in populum Romanum esse sciret] Vet. lib. *quoad alieno animo a populo Rom. esse sciret.* SIG. Quod Sigonius adfert, *alieno animo a populo Romano,* nusquam nos invenimus, et manus est audacissimi corruptoris. Omnes autem Gallicani, et optimus Pal. *eo animo erga populum R.* J. FR. GRON. Non multum a vet. lib. Sigonii discedens Hafn. *eo et alieno animo a populo Romano esse sciret* exhibet. *eo animo populos Romanos sciret* Voss. *eo animo esse populos Romanos sciret* Lo-

Digitized by Google

Flaccus, *sibi privatam simultatem cum Campanis*, ne- 11
gare, *nullam esse: publicas inimicitias et hostiles esse, et futuras, quoad eo animo esse erga populum Romanum sciret. nullam enim in terris gentem esse, nullum infe-* 12
stiorem populum nomini Romano. Ideo se moenibus inclusos tenere eos: quia, si qui evasissent aliqua, velut feras bestias per agros vagari, et laniare, et trucidare, quodcumque obvium detur. Alios ad Hannibalem trans- 13
fugisse, alios ad Romam incendendam profectos. inventurum in semiusto foro consulem vestigia sceleris Campanorum. Vestae aedem petitam, et aeternos ignes, et 14
conditum in penetrali fatale pignus imperii Romani. Se minime censere tutum esse, Campanis potestatem intrandi Romana moenia fieri. Laevinus Campanos, 15
jurejurando a Flacco adactos, quinto die, quam ab senatu responsum accepissent, Capuam redituros,

vel. 1. *eo animo esse plures Romanos sciret* Hav. *eo esse animo populum Romanum sciret* Gaertn. *eo animo esse populum Romanum sciret* Lovel. 3. 4. 5. et Harlej. *eo animo erga populum Romanum esse sciret* Ber. *eo animo esse erga populum Romanum sciret* Florent. et Lovel. 2. Ex plerorumque igitur codd. arbitrio, probata Gronovii emendatione, etiam verborum ordinem mutavi.

§. 12. *Ideo se moenibus inclusos onere eos*] Ex iis, quae sequuntur, *tenere* legendum esse, et non *onere*, haud dubie apparet. SABELL. *onere*, pro *tenere*, tantum vidi in edd. Tarvisinis, operarum errore.

Velut feras bestias per agros vagari] *vagare* se in Pal. 2. reperisse, testatur Gebhard. ad 7, 36, 10. Sed v. quae ibidem notavi. *velut veras bestias* Gaertn. errore, qui ex verba praeeuntis pronunciatione facile oriri potuit. V. ad 21, 2, 4. Mox *quodcumque obviam detur* Lovel. 4. a m. 1. et Harlej. V. ad c. 25, 15.

§. 13. *In semiusto foro*] *semusto foro* Florent. V. ad 22, 40, 3.

§. 14. *Vestae aedem perditam*] Sic ab quinquaginta annis vulgo; alicubi *Vestae aedem etiam*. Sed scripti omnes et olim vulgati, *Vestae aedem petitam*. Quod recte habet. J. FR. GRON. In ed. Gruteri anni 1608. operae aberrantes dederant *peditam*. quod vitiosum deprehendentes, qui editioni Paris. anni 1625. praefuerunt, non consultis prioribus excusis, mutarunt in *perditam*. Ipse Gruter. anno 1628. ejus loco dedit *etiam*. Omnes mei et Hearnii Oxonn. *petitam* servant.

Digitized by Google

16 sequi se Romam jussit. Hac circumfusus multitudine, simul Siculis obviam egressis Aetolisque Romam praeivit, clarissimarum urbium excidio celeberrimis viris victos bello accusatores in urbem adducens.

§. 16. *Hac circumfusus multitudine similis Siculis obviam egressis Siculisque Romam praebuit clarissimarum urbium excidio ac celeberrimis viris bello victos accusatores in urbem adducentes*] Hunc ego locum duobus hinc annis, a Jacobo Curlo rogatus, aegre duobus diebus emendare potui, emendatumque homini tradidi, cum pridie eidem petenti alterum, sed facilius, emendassem. Qui cur regium codicem ex mea sententia non emendarit, nullam aliam reperio causam, nisi ab Antonio, ne me recte correxisse fateretur, impeditum. Ex quo datur intelligi, acriorem esse odii, quam amoris effectum. Citius me destructum vellet Antonius, quam Alphonsum Caesarem. Sic autem emendavi hunc locum: *Nunc circumfusus multitudine, simul et Siculis obviam egressis, potestatem Romam adeundi fecit, et nonnullis*, vel *aemulis, querimoniam praebuit, clarissimarum urbium excidio a celeberrimis viris victos bello accusatores in urbem adducens*. VALLA. *Siculis quoque* vera lectio. Ut sit ordo: Siculis quoque obviam egressis potestatem fecit adeundi Romam, adducens secum accusatores duobus viris, celeberrimis excidio duarum clarissimarum urbium, Syracusarum scilicet et Capuae. Quare, nisi *ac* particulam demas ante *celeberrimis*, neque ordo, neque sensus stare poterit. SABELL. *clarissimarum urbium excidio celeberrimis viris victos bello accusatores in urbem adducens* mira est compositio, ut sunt multae apud hunc authorem, quae tamen intelligitur. Laurentius Valla ita emendavit: *Nunc circumfusus multitudine, simul et Siculis* etc. Haec ille. quae quam bene habeant, lector judicet. GLAR. Hic locus Vallae tempore in manuscriptis libris ita legebatur: *Hac circumfusus multitudine simul Siculis obviam egressis Romam praebuit, clarissimarum* etc. atque ita nunc etiam legitur. Valla autem, multa hic verba desiderari suspicatus, ita ex ingenio legit: *Hac circumfusus multitudine, simul Siculis* etc. Quam lectionem nemo jure probare potest, quia nimis multa de suo infercit, haud satis auctoris sententiae congruentia. Ego igitur veterem lectionem tueor, uno paululum immutato verbo, et pro *praebuit*, *pervenit* restituo sic: *Hac circumfusus multitudine, simul Siculis obviam egressis, Romam pervenit, clarissimarum* etc. hoc sensu: Laevinus Campanorum multitudine et Siculis obviam egressis circumfusus Romam pervenit, accusatores bello victos Campanos et Siculos in urbem adducens Fulvio et Marcello, viris celeberrimis excidio clarissimarum urbium, Capuae et Syracusarum. Hinc Suidas: Ἐπεχείρησαν δὲ καὶ Καμπανοὶ τοῦ Φλάκκου, καὶ οἱ Συρακούσιοι τοῦ Μαρκέλλου κατηγορῆσαι. Sic paulo post [c. 30, 12.] *ut victos armis accusatores habeamus*. SIG. Pall. codd. scriptura haec est: *Hac circumfusus multitudine simul Siculis obviam egressis Siculisque Romam praebuit clarissimarum urbium excidio a* (tert. *ac*) *celeberrimis viris victos bello accusatores in urbem adducentes*. Neque Val-

Digitized by Google

De republica tamen primum ac de provinciis ambo 17
consules ad senatum retulere.

XXVIII. Ibi Laevinus, quo statu Macedonia et 1
Graecia, Aetoli, Acarnanes Locrique essent, quas-

lae neque Sigonii correctionem probo: utrique itaque oppono lectionem a me erutam e principe ed. *simul Siculis obviam egressis occasionem calumniae Romam praebuit, clarissimarum urbium excidio celeberrimis viris victos bello accusatores in urbem adducens.* Sic paullo post [c. 29, 4.] *Quid iratum, quod Romam de se questum venisse Siculos sciat, facturum?* Marcellus ipse c. 30, 12. *Ea conditione pro vobis P. C. bellum gerimus, ut victos armis accusatores habeamus.* GEBH. Haec jam a Vallae aevo doctorum ingenia torserunt. Habes nunc expeditam lectionem: *simul Siculis obviam egressis Aetolisque Romam praeivit.* Cujus rationem reddidimus 4. Obs. 16. [p. 264.] J. FR. GRON. *simul Siculis obviam egressis aemulis querimoniam praebuit* Ber. a m. 2. prioris lectionis vestigiis penitus erasis. *simul Siculis obviam egressis Siculisque querimoniam praebuit* Hafn. et Hav. *simul Siculis obviam egressis Siculisque Romam praebuit* reliqui mei et Oxonn. Hearnii. Neque aliter in suis invenit Gronov. nisi quod optimus Put. *seculisque Romam*, pro *Siculisque*, exhibeat. Ejus loco *Aetolisque* Gronov. substituit, et intelligit legatos Aetolorum, qui Romam missi erant, ut foedus cum Laevino initum senatus probaret: hos enim diutius Romae retentos fuisse, Livius supra testatur c. 24, 15. Doujatius Sigonii emendationem probavit; mihi illa Gronovii maxime placet. Verisimilius enim videtur, vocem *Siculisque*, quam non tantum edd. quaedam, ut Doujatius scribit, verum, uno cod. excepto, omnes omnino Msti servant, leviter corruptam et in *Aetolisque* mutandam, quam totam ejiciendam esse: minus etiam ab omnium membranarum scriptura recedimus, si pro *praebuit* cum Gronov. legamus *praeivit*, quam si cum Sigonio *pervenit*. Deinde *excidio ac celeberrimis* Florent. Cant. Voss. Lovel. 3. 4. Ber. et Hav. a m. 1. *excidio a celeberrimis* Lovel. 2. 5. Harlej. et Gaertn. Sed, illud *ac* vel *a* delendum esse, recte Sabellicus monuit. Ceterum etiam hoc loco Clericus, invitis omnibus scriptis, *exscidio*, pro *excidio*, edidit. V. ad 5, 15, 9.

§. 1. *Quo in statu Macedonia et Graecia*] Non scripti tantum, sed et editiones omnes antiquae *quo statu*. V. ad 22, 22, 10. 30, [2, 8.] *Si per quinquennium respublica eodem statu fuisset.* J. FR. GRON. *quo in statu* demum Modius in Francof. anni 1588. edidit. Sed praepositionem etiam omnes mei et Oxonienses Hearnii abjiciunt. Infra 30, 38, 6. *Donec, quo statu res in Africa essent, sciretur.* Plura v. ad 3, 68, 3. Saepe etiam in hac locutione Livius praepositionem adscivit. V. ad 35, 8, 2.

Acarnanes Locrique] In Acarnania Oeniadae, Nasus captae, in Locride Anticyra fuerat. SIG.

§. 2. *Classem satis esse ad arcendum Italia regem*] Gebhard. ad c. 20, 7. scribendum conjicit *satis esse arcendo Italia regem*. Sed scripti et editi omnes *ad arcendum*: quod sine caussa

Digitized by Google

que ibi res ipse egisset terra marique, exposuit.
2 *Philippum, inferentem bellum Aetolis, in Macedoniam retro ab se compulsum, ad intima penitus regni abisse, legionemque inde deduci posse. classem satis esse ad arcendum Italia regem.* Haec de se deque provincia,
3 cui praefuerat. Consulum de provinciis communis relatio fuit. decrevere Patres, *Ut alteri consulum Italia bellumque cum Hannibale provincia esset: alter classem, cui T. Otacilius praefuisset, Siciliamque pro-*
4 *vinciam cum L. Cincio praetore obtineret.* Exercitus eis duo decreti, qui in Etruria Galliaque essent. eae quatuor erant legiones. urbanae duae superioris anni in Etruriam; duae, quibus Sulpicius con-
5 sul praefuisset, in Galliam mitterentur. Galliae et legionibus praeesset, quem consul, cujus Italia
6 provincia esset, praefecisset. In Etruriam C. Calpurnius, post praeturam prorogato in annum im-

ei suspectum fuit. Supra 2, 49, 9. *Non ad praesidium modo tutandum Fabii satis erant.* 21, 17, 6. *Si ad arcendum Italia Poenum consul alter satis esset.* Paullo ante *abisse* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm. V. supra ad 2, 4, 2. Adde ad 7, 21, 2. c. 22, 3. 9, 26, 12. 31, 38, 9. cap. 39, 3. 32, 21, 14. et alibi.

§. 4. *Exercitus eis duo decreti, quae in Etruria Galliaque essent (eae quatuor erant) legiones*] Livii fuit, *Exercitus eis duo decreti, qui in Etruria Galliaque essent; eae quatuor erant legiones.* Quomodo etiam Mogutina ed. nisi quod non distinguit post *legiones.* Solet ita semper Livius. 24, 44, 1. *Bellum cum Annibale consulibus mandatum, et exercituum unus, quem ipse Sempronius habuerat; alter, quem Fabius consul; eae binae erant legiones.* 28, 10, 10. *Exercitus ita divisi. Consulum alteri, quem C. Claudius; alteri, quem Q. Claudius propraetor (eae binae legiones erant) habuisset exercitum.* 32, 16, 6. *Una* (classis) *cum Attalo rege, eae quatuor et viginti quinqueremes erant.* 33, 1, 2. *Sussis legionis hastatis (ea duo millia militum erant) sequi se.* JAC. PERIZ. Quemadmodum conjecit Perizon. non tantum praeferunt mei, Hearnii Oxonn. et Crevier. codices, verum etiam omnes edd. usque ad Paris. anni 1573. ubi operae aberrantes *quae*, pro *qui*, vulgarunt. Gronov. demum tres illas voces parenthesi inclusit.

Digitized by Google

perio, missus; et Q. Fulvio Capua provincia decreta, prorogatumque in annum imperium. Exercitus 7
civium sociorumque minui jussus, ut ex duabus legionibus una legio, quinque millia peditum et trecenti equites essent; dimissis, qui plurima stipendia haberent: et sociorum septem millia peditum 8
et trecenti equites relinquerentur, eadem ratione stipendiorum habita in veteribus militibus dimittendis. Cn. Fulvio consuli superioris anni, nec de 9
provincia Apulia, nec de exercitu, quem habuerat, quidquam mutatum. tantum in annum prorogatum imperium est. P. Sulpicius collega ejus omnem exercitum, praeter socios navales, jussus dimittere est. Item ex Sicilia exercitus, cui M. Cornelius 10
praeesset, ubi consul in provinciam venisset, dimitti jussus. L. Cincio praetori ad obtinendam Si- 11
ciliam Cannenses milites dati, duarum instar legio-

Recte igitur jam Doujatius et Crevier. ita ediderunt, ut Perizon. scribendum monuerat.

Eae quatuor erant legiones urb. duae super. anni] Si de eisdem legionibus loquatur, non procedit: sed de aliis haud dubie intelligendum. Qui enim fieret, ut in Galliam mitterentur, quum consulum alter in Siciliam iturus esset? GLAR. Aliae hae [*urbanae duae superioris anni*] legiones sunt a quatuor illis, quas ante nominavit. SIG. Ex multis locis Livii constat, *legiones urbanas* ad tutelam urbis scribi, ac deinde fere altero anno, interdum etiam eodem, si ita res posceret, adversus hostem duci solitas fuisse. V. 23, 14. 25. 31. 24, 11. 44. 25, 3. 27, 7. 8. 24. 35. 36. et alibi singulis prope libris. DUK. Haesitatio Glareani inde provenit, quod in edd. antt. omissa sit distinctio post vocem *legiones*, quam primus Froben. anno 1535. addidit.

§. 6. *Post praeturam prorogato in annum imperio*] Ex hoc loco Gruchius Refut. ad poster. Sigonii disput. c. 5. valide probari putat, *imperium in magistratu insitum fuisse*. An ei bene responderit Sigonius c. 6. de lege Curiata, judicent alii. mihi non liquet. DUKER.

§. 11. *L. Cincio praetori*] Non memorat hic sortem duorum aliorum praetorum. Sed L. Manlium praetorem urbanum fuisse dicit 27, 4, 4. C. Laetorium Gal-

Digitized by Google

12 num. Totidem legiones in Sardiniam P. Manlio Vulsoni praetori decretae, quibus L. Cornelius in
13 eadem provincia priore anno praefuerat. Urbanas legiones ita scribere consules jussi, ne quem militem facerent, qui in exercitu M. Claudii, M. Valerii, Q. Fulvii, fuissent; neve eo anno plures, quam una et viginti, Romanae legiones essent.

1 XXIX. His senatusconsultis perfectis, sortiti provincias consules. Sicilia et classis Marcello, Italia cum bello adversus Hannibalem Laevino eve-
2 nit. Quae sors, velut iterum captis Syracusis, ita exanimavit Siculos, exspectatione sortis in consu-

liam obtinuisse ibidem c. 7, 11. Hunc tamen eam non sortitum fuisse, ex SCto de Gallia, quod paullo ante retulit Livius, facile colligitur. Nam hoc factum est post adventum Laevini consulis e Graecia, quum praetores magistratum jam inivissent. Relinquitur ergo, ut primum jurisdictionem peregrinam habuerit, et, quum deinde a consule ex SCto in Galliam missus fuisset, collega ejus praetor urbanus utramque jurisdictionem, ut mos erat, exercuerit. DUKER.

§. 12. *P. Manlio Volsoni*] *Vulsoni* tantum non omnes codd. cum priscis edd. quod revocavi pro *Volsoni*, quod Froben. anno 1531. substituerat. V. ad 22, 35, 1.

§. 13. *Qui in exercitu M. Claudii, M. Valerii, Fulviique fuissent*] *M. Valerii, Q. Fulvii* optime Florent. quod etiam in uno non spernendae notae codice (an Puteani?) repertum Crevier. probavit. Scriptum fuerat forte *M. Valeriiq; Fulvii*. Saepe enim praenomen *Quintus*, sive *Q.* et vocula *que* in Mstis commutantur. V. ad 22, 31, 7. Alius deinde illud *que*, tamquam non suo loco positum, post sequentem vocem transtulit. Praeterea *fuisset* Hearnii D. cujus librario displicuit *ne quem, qui fuissent*. quod tamen commode expediri potest subintellecto pronomine, quod saepe omittitur, *eorum; ne quem eorum, qui fuissent*.

§. 1. *His senatusconsultis perfectis, sortiti provincias consules*] Pal. 2. *Iis senatusconsultu perfectis. senatusconsultu* quarta declinatione in praecedentibus ex MSS. codice quoque eruit Cl. Lipsius. GEBH. Haec adjungenda puto capiti seq. et scripsisse Livium *His SC. perfectis, sortitis provinciis consulibus, Sicilia et classis Marcello*. V. ad 3, 22, 3. J. FR. GRON. *senatusconsultu* etiam Harl. unde male *senatusconsultu* conjecit Gebhard. quod exstat in Hafn. Verum, quid de hac forma ejus vocis in Mstis censendum sit, supra v. ad 5, 13, 5. Praeterea illa, quae supra memorata sunt, non

Digitized by Google

lum conspectu stantes, ut comploratio eorum flebilesque voces et extemplo oculos hominum converterent, et postmodo sermones praebuerint. Cir- 3
cumibant enim senatum cum veste sordida, adfirmantes, *se non modo suam quisque patriam, sed totam Siciliam, relicturos, si eo Marcellus iterum cum imperio redisset. Nullo suo merito eum ante inplacabilem* 4
in se fuisse: quid iratum, quod Romam de se questum venisse Siculos sciat, facturum? Obrui Aetnae ignibus, aut mergi freto, satius illi insulae esse, quam velut dedi noxae inimico. Hae Siculorum querelae, domos pri- 5
mum nobilium circumlatae, celebrataeque sermoni-

fuerunt perfecta senatusconsulto, verum senatusconsulta de iis rebus fuerunt perfecta, facta. Supra 22, 10, 1. *His senatusconsultis perfectis, L. Cornelius Lentulus pontifex maximus* etc. Ita *perficere delectum, comitia* saepe obcurrunt. Quod ad Gronov. conjecturam adtinet, si codex probae notae vel unus accederet, eam haud difficulter probarem. Facile enim unius literae additione ex *sortiti provincias consules* fit *sortitis provincias coss.* Verum quum omnes omnino scripti vulgatum tueantur, nisi quod in Hafn. esse videam *sortiri provincias consules jussi*, caussam non video, cur displicere debeant, quae notavi ad 3, 22, 3.

§. 2. *Converterent, et postmodum sermones*] Put. *converterint, et postmodo sermones.* Quam vocem et supra habet 25, 38, 12. infraque 28, 19, 12. J. FR. GRON. Omnes mei hic vulgatum tuentur. De voce *postmodo* v. ad 25, 38, 12.

§. 3. *Se non modo suam quisque patriam*] Opinor legendum *suam quemque patriam.* VALLA. An *suam quemque patriam?* J. FR. GRON. Ita Campanum edidisse, et rectam loquendi rationem postulare, docet Crevier. Paullo ante *Circuibant* Florent. Lovel. 1. 3. Harlej. et Gaertn. V. ad 3, 6, 9. c. 47, 2. 7, 34, 15. Adde Cel. Burm. ad Suet. Ner. 19.

§. 4. *Obrui ab Aethnae ignibus*] Vet. lib. *Obrui Aethnae ignibus.* SIG. Pal. 2. *Brevi Aethnae ignibus.* princeps ed. *Obrui ab Aethnae ignibus.* GEBH. Unus tantum meorum Ber. *ab Aethnae ignibus.* Reliqui vet. lib. Sigonii concinunt. *To Obrui* deest in Cant.

§. 5. *Hae Siculorum querelae domos primum nobilium circumlatae*] Vet. lib. *per domos.* SIG. Abjudicat auctoritas Pall. trium particulam *per* ab Sigonio inculcatam. tert. *domos prius.* GEBH. Ita [*per domos*] quidem Sigonius, sed pluribus certe et melioribus, si non omnibus, nostris abest *to per.* Et absit sane: nam multo elegantius *domos circumlatae.* Caesar 1. de Civ. [53.] *Magni*

Digitized by Google

bus, quos partim misericordia Siculorum, partim invidia Marcelli excitabat, in senatum etiam perve-
6 nerunt. Postulatum a consulibus est, ut de permutandis provinciis senatum consulerent. Marcellus, *si jam auditi ab senatu Siculi essent, aliam forsi-*
7 *tan futuram fuisse sententiam suam*, dicere. *nunc, ne quis timore frenari eos dicere posset, quo minus de eo libere querantur, in cujus potestate mox futuri sint, si collegae nihil intersit, mutare se provinciam paratum*
8 *esse. deprecari senatus praejudicium; nam, quum extra sortem collegae optionem dari provinciae iniquum fuerit, quanto majorem injuriam, immo contumeliam esse, sor-*

domum concursus ad Afranium, magnae gratulationes fiebant. J. FR. GRON. Soli meorum Hafn. et Hav. praepositionem a Sigonio additam agnoscunt. Eamdem reliqui cum Hearnii Oxonn. omittunt. Praeterea *principum nobilium*, pro *primum*, idem Hav.

§. 6. *Aliam forsitan futuram fuisse sententiam suam*] Illud *suam* quid referat, perambiguum est. Alii ad *senatum*, alii ad *Marcellum* comparant. Ego lectori judicandum relinquo. GLAR. *suam*, de quo ambigit Glareanus, procul dubio ad *Marcellum* referendum est. SIGON.

§. 7. *In cujus potestate mox futuri sint*] *in cujus potestatem* ex tribus Pall. et prisca ed. omnino legendum esse, supra Gebhard. monuit ad c. 25, 13. Et ita apud me Lovel. 1. 2. 4. Harlej. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Aldum. Ita saepe optimos scriptores locutos esse, ultro confiteor. Meliorum tamen codd. in vulgatam consensus efficit, ne his libris credere audeam. V. ad 2, 14, 4.

§. 8. *Deprecari senatus praejudicium*] Sensus, precari, ne permutatio provinciae a senatu permissa sibi in contumeliam vertat. SIGONIUS. Frustra hoc in plerisque exemplaribus alio charactere expresserunt. Continuandum est cum reliqua oratione, et ne periodum quidem novam facit. Neque intellexit Sigonius, qui sensum ejus facit, precari, ne permutatio provinciae ab senatu permissa sibi in contumeliam vertat. Immo est, si non repugnet collega, ultro se provinciam cum eo commutaturum: ut vero decretum interponatur senatus, ut id faciat senatusconsulto jussus, id sibi grave, idque deprecari. J. FR. GRON. Hunc, quem Gronovius dicit, sensum esse verborum Livii, ex illis, quae postea subjungit, constat: *Ita senatus, quum, quid placeret, magis ostendisset, quam decresset, dimittitur.*

Collegae optionem dare provinciae] Scribe *dari*. J. FR. GRON.

Quantum majorem injuriam] Doct. Cortius ex optimis codd. apud

Digitized by Google

tem suam ad eum transferri? Ita senatus, quum, quid 9
placeret, magis ostendisset, quam decresset, dimittitur. inter ipsos consules permutatio provinciarum, rapiente fato Marcellum ad Hannibalem, facta est: ut, ex quo primus adversae pugnae glo- 10
riam ceperat, in ejus laudem postremus Romanorum imperatorum, prosperis tum maxime bellicis rebus, caderet.

XXX. Permutatis provinciis, Siculi, in senatum 1
introducti, multa de Hieronis regis fide perpetua erga populum Romanum verba fecerunt, in gratiam publicam avertentes, *Hieronymum ac postea* 2

Sallust. in Jug. 85, 22. *Quantum vita illorum praeclarior*, pro *quante*, edidit. utque doceat, *quantum* etiam comparativo jungi, hujus quoque loci testimonio usus est. De ipsa locutione hic nihil dicam. V. quae de ea notantur ad 44, 7, 6. Nunc tantum observo, non animadvertisse Cortium, *quantum* hic operarum lapsu in ed. Jac. Gronov. inrepsisse, ejusque lectorem in syllabo erratorum monitum esse.

§. 9. *Magis ostendisset, quam decrevisset*] Lege cum optimis *decresset*. J. FR. GRON. V. ad 2, 27, 8. Omnes nostri hic *decrevisset* pertinaciter servant.

Rapiente fato Marcellum ad Hannibalem] Haec Livius ita refert, perinde atque hoc consulatu, quo quartum fuerat consul Marcellus, occubuerit, hoc est, nono hujus belli anno, cum ipse quintum consul, annis duobus post hunc, occubuerit, videlicet hujus belli undecimo. GLAR. Hoc ait, quia post quintum consulatum Marcellus ab Annibale interfectus est. SIGON.

§. 10. *Ex quo primum adversae pugnae gloriam ceperat*] Et hoc lector advertat, necesse est, an *primus* sit legendum. Nam si *primum* adverbium sit, non procedit, quoniam Marcellus priores honores bellicos ante fuerat adeptus: sed primus Romanorum ducum Hannibalem vicit. SABELL. *primus* est in Flor. quod postea ex mente Sabellici receptum est.

§. 1. *In gratiam publicam avertentes*] Minuas, censeo, capite postremam vocem, scribasque *vertentes*. 28, [11, 1.] *Quum omnium secundorum adversorumque causas in Deos verterent*. J. FR. GRON. Vir doctus ad marginem ed. Curion. conjecit *in se gratiam publicam avertentes*.

§. 2. *Prope publico consilio interfectum*] Pall. tres, et Vet. ed. *pro publico interfectum consilio*. A Pal. 2. tamen et *pro* et *prope* abest. GEBH. *pro publico interfectum consilio* Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et quaedam ex edd. antt. *pro publico con-*

Digitized by Google

Hippocraten et Epicyden tyrannos, quum ob alia, tum propter defectionem ab Romanis ad Hannibalem, invisos fuisse sibi. ob eam caussam et Hieronymum a prin-
3 *cipibus juventutis prope publico consilio interfectum: et in Epicydis Hippocratisque caedem septuaginta nobilissimorum juvenum conjurationem factam; quos, Marcelli mora destitutos, quia ad praedictum tempus exercitum ad Syracusas non admovisset, indicio facto, omnes ab*
4 *tyrannis interfectos. Eam quoque Hippocratis atque Epicydis tyrannidem Marcellum excitasse, Leontinis*
5 *crudeliter direptis. Numquam deinde principes Syracusanorum desisse ad Marcellum transire, pollicerique, se urbem, quum vellet, ei traditurus. sed eum primo*
6 *vi capere maluisse. dein, quum id neque terra, neque mari, omnia expertus, potuisset, auctores traditarum*

filio etiam scriptum fuerat in Flor. sed *pro* postea est expunctum. Paullo ante semper editum fuit *Hippocratem et Epicydem*. Gronov. demum anno 1665. dedit *Epicyden*. Sed Florent. praefert *Hippocraten atque Epicyden*. et contra §. 4. *Hippocratis et Epicydis*. Hinc certe utrumque vocabulum hoc loco terminatione Graeca efferendum patet, quod recepi. V. ad 24, 31, 2.

§. 3. *Quos, Marcelli mora destitutos*] Vox *Marcelli* exsulat a Voss. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. priscis, quam recte addidit Aldus. Mox etiam male *admovissent* Voss. Lovel. 1. 2. Ber. Gaertn. et quaedam ex primis edd. Ceterum pro *septuaginta* nobilissimorum juvenum, quos paullo ante memoravit, *octoginta* numerat 25, 23, 7. Neque tamen alterutro loco varietas in scriptis vel editis obcurrit.

§. 6. *Fabrum aerarium Sosin*] *Sosim* Florent. Lovel. quinque, Gaertn. et Hav. quod iterum admisi in contextum, quia Livius etiam supra 24, 22, 16. eodem modo extulit.

§. 9. *Sacra fracta ac spoliata Deûm delubra*] Quod nos nacti sumus e Spira Livianum exemplar, ex fragmentis vetustissimorum codicum saltuatim descriptum videbatur, praesertim in hoc libro sexto tertiae decadis. Nam initium voluminis fecerat librarius a particula, quam nos vix tandem in medio libro reperimus, abruptis verbis. Cum ea cohaerebat, aliquot paginis intermediis omissis, libri finis. Deinde cum septimum librum conferre coepissemus, iterum particulam invenimus, quae ad sextum librum pertinebat. Vide miram confusionem. Nos in his annotationibus excusorum codicum or-

Digitized by Google

Syracusarum fabrum aerarium Sosim, et Mericum Hispanum, quam principes Syracusanorum habere, toties id nequidquam ultro obferentes, praeoptasse: quo scilicet justiore de caussa vetustissimos socios populi Romani trucidaret, ac diriperet. Si non Hieronymus ad Han- 7
nibalem defecisset, sed populus Syracusanus et senatus, si portas Marcello Syracusani publice, et non, obpressis Syracusanis, tyranni eorum Hippocrates et Epicydes, clausissent, si Karthaginiensium animis bellum cum populo Romano gessissent; quid ultra, quam quod 8
fecerit, nisi ut deleret Syracusas, facere hostiliter Marcellum potuisse? Certe praeter moenia et tecta exhausta 9
urbis, et refracta ac spoliata Deûm delubra, Diis ipsis ornamentisque eorum ablatis, nihil relictum Syracusis esse. Bona quoque multis ademta, ita ut ne nudo qui- 10

dinem sequimur. Pro sex istis dictionibus, *sacra fracta, ac spoliata Deûm delubra*, nos tantum quatuor reposuimus, *et refracta Deûm delubra*. Castigator, quia connexis syllabis scriptum reperit *et refracta*, substituit ipse *sacra fracta*. Deinde quum superessent duae dictiones *Deûm delubra*, ne nullus esset sensus, adjecit has voces *ac spoliata*. Jam substantive *sacrum* usurpari, magis poëticum est, ut apud Persium [2, 69.] *in sacro quid facit aurum*. Itaque potius *sacraria fracta* dixisset Livius, ut de proditis Bacchanalibus l. 9. dec. 4, [9, 4.] *Deinde pure lautum in sacrarium deducturam*. Et mox [10, 5.] *Ancillam se, ait, dominae comitem id tum sacrarium intrasse*. Nam *sacrum* ipsum est sacrificium. ut ibidem [12, 4.] *Quae in ludo simili Bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri*. Porro *refringendi* verbum saepe apud Livium comperias, ut hoc l. 6. ad finem [46, 6.] *Et porta intus forisque pariter refringi coepit*. Et l. 7, [15, 18.] *Deinde proximâ refracta porta*. RHEN. Addenda vox ex vet. lib. *refracta ac spoliata Deûm delubra*. LIPS. 5. Ep. Quaest. 7. Pal. 1. *et tecta exhausta urbi sacra fracta ac spoliata Deûm delubra*. Reliqui autem libri *exhausta urbis sacra fracta ac spoliata Deûm delubra*. Lectionem, quam et Cl. Lipsius probavit, reposui contra Rhenanum. Paullo quoque ante induxi veram lectionem, *nisi ut deleret Syracusas*, cum legeretur alias perperam *videret*. GEBH. Omnes scripti *et refracta ac spoliata Deûm delubra*. quod occupavit Lipsius, et temere secuit Rhenanus. J. FR. GRON. Plerique codd. *tecta exhausta urbi*, vel *urbis*, *sacra fracta ac spoliata*. Flor. *ac refracta ac spoliata*. Illud itaque *urbi* vel *urbis sacra fracta* inde natum est, quod u-

Digitized by Google

dem solo, reliquiis direptae fortunae, alere sese ac suos possent. Orare se Patres conscriptos, ut, si nequeant omnia, saltem, quae compareant cognoscique possint,
11 *restitui dominis jubeant.* Talia conquestos quum excedere ex templo, ut de postulatis eorum Patres
12 consuli possent, Laevinus jussisset, *Maneant immo,*

nica serie scriptum erat *urbis-acrefracta*, ut jam Rhenan. docuit. Verum ita non *et refracta*, sed *ac refracta* substituendum erit. De verbo *refringere* v. ad 23, 18, 2. Ceterum *videret*, de quo monet Gebhardus, in prima Grut. ed. exstabat, pro quo ipse in postrema *deleret* emendavit.

§. 10. *Ita ut ne nudo quidem solo, reliquis direptis, alere*] In vet. cod. est *reliis direptae fortunae*. Reposuimus nos *reliquiis direptae fortunae*. Intelligenda autem per appositionem sententia: *nudo solo*, subaudi agrorum aedificiorumque, quae erant reliquiae direptae fortunae. Hoc, tametsi leviculum, non animadversum castigatorem decepit. RHEN. Lego, *ita ut nec, nudo frugum solo, reliquiis* etc. Convenit cum illo: *nihil reliqui, praeter terram nudam ac vastam habere*. T. FABER. *ita ut ne nudo quidem solo* omnes libri. Et tamen sensus nullus. Conjiciebam, *ita ut ne nunc quidem salvi reliquiis direptae fortunae alere sese ac suos possent*. Ii, qui effugerunt tempestatem belli, et salvi sunt, ne nunc quidem, restituta pace, habent, unde se ac suos tueantur. J. FR. GRON. *ita ut nudo quidem solo reliquis direptis ne alere* Lovel. 2. In ceteris etiam codd. quae partim *reliquis direptis*, partim *reliquis direptae*, partim *reliquiis direptae* praeferunt, omittitur vox *fortunae*, ita tamen ut similiter ejus ultima syllaba *ae* remanserit. Secundum Doujatium, ut receptae lectioni commodum sensum inesse doceat, queruntur Syracusani, multis suorum bona ita fuisse ademta, ut ne alere quidem sese ac suos possint reliquiis fortunarum suarum, quod nudum tantum solum relictum esset. Secundum Crevier. conqueruntur Syracusani, post spoliatam urbem ac domos, etiam reliquias direptae fortunae, id est, privata bona, agros, domos, etc. multis ademta. *ita ut nudo solo*, quum nihil reliquerit Marcellus praeter moenia et tecta urbis exhausta, et spoliata Deûm delubra, *ne reliquiis quidem direptae fortunae*, id est privatis suis bonis, puta agris etc. *alere sese ac suos possent*. Sed recta loquendi ratio non permittit, ut, si hic sensus verborum sit, adeo turbato ordine proponantur. Sensum puto simplicissimum esse. In praecedentibus questi erant Syracusani, ideo Marcellum optasse, Sosim et Mericum tradendae urbis auctores habere, ut Syracusanos diriperet. Id convenit illis, quae narrat 25, 31, 8. urbem Syracusas diripiendam militi datam esse. Et hinc paullo ante memorantur *tecta exhausta urbis*. Nunc addunt, *bona quoque multis ademta*, intelligo, aedes, agros, sive, ut mox vocat, *nudum solum*, *reliquias direptae fortunae*: ita ut ne his quidem alere se ac suos possint, quod ceteroquin faciendi spes fuisset, nisi ea quoque Marcellus in pu-

Digitized by Google

inquit Marcellus, *ut coram his respondeam, quando ea conditione pro vobis, Patres conscripti, bella gerimus, ut victos armis accusatores habeamus. Duae captae hoc anno urbes Capua Fulvium reum, Marcellum Syracusae habeant.*

XXXI. Reductis in curiam legatis, tum consul, 1

blicum redegisset. Jam vero aedes et agros quibusdam Syracusanorum ademtos fuisse, ex praemio Sosidi et Merico dato supra c. 21. constat.

Quae comparent cognoscique possint] Non potest ulli dubium videri, legendum esse *compareant* modo potentiali, etiamsi scriptus liber nullus monuisset. RHEN. *quae comparari*, vel *comperari*, Voss. Lovel. quinque, Harl. Gaertn. Hafn. Rec. Hav. et Brancal. Latinii. *quae comparare* Ber. et edd. antt. *quae comparent* Aldus, concinente Florent. quod, aperte vitiosum, scriptum videtur pro *compar'ent*, seu *compararent*, quod exhibent Aldo proximae edd. usque ad Froben. qui 1531. edidit *compareant*. *Comparere* in hac re usurpatur 6, 1, 10. *Foedera ac leges conquiri, quae comparerent, jusserunt.* ubi etiam vide. 30, 37, 11. *Nihil praeter ipsas comparebat naves.*

§. 11. *Talia conquestos quum excedere ex templo*] *ex templo* duae orationis partes videntur. Nam postea Marcellus ita orationem conclusurus inquit [c. 31, 11.] *Et quoniam coram et Siculorum et mea verba audistis, Patres conscripti, simul templo excedemus.* Alii praepositionem *ex* ante *templo* sustulerunt, quod placet. GLAREAN. Curiam intelligit. Nam senatus non nisi sacrato haberi loco poterat. Unde paulo post [c. 31, 1.] ait: *Reductis in curiam legatis.* SIG. Libri omnes *extemplo*, vel *extimplo*. Perperam. Sic fine c. 31, 11. *Simul templo excedam, ut me absente liberius consuli senatus possit.* Ita refert Pall. duorum biga. Sic infra c. 33, 4. *Summotis deinde e templo* etc. GEBHARD. *extimplo* Flor. et Harl. *ex templo* Lovel. 1. 2. 3. 5. Ber. Rec. Gaertn. Hearnii L. 1. D. et edd. antt. Praepositionem autem primus Froben. anno 1535. omisit. Sine praepositione saepissime hoc verbum usurpasse Livium, certum est. V. ad 8, 2, 8. et 10, 2, 3. Ne tamen eum etiam hic ita locutum esse credam, obstat tot codd. et inter eos optimorum, praepositionem retinentium auctoritas. Alibi autem etiam adhibuit praepositionem in regimine hujus verbi. Supra c. 13, 5. *Jam e memoria excessit, quo tempore a populo Romano defecerimus.* Livium insuper in regimine verborum cum *ex* compositorum eamdem praepositionem repetiisse, videbimus ad 37, 30, 9.

§. 12. *Maneant, inquit Marcellus*] In exemplari scripto legitur *Maneant imo, inquit Marcellus.* Neque est hic otiosa confirmantis particula. RHEN. Omnibus nostris abest τὸ *imo*. Secus placeret Rhenani *Maneant imo*, quod indocte transposuerunt secuti editores, ut infra [ad 38, 43, 6.] dicemus. SIG. Destituuntur omnes libri τῷ *imo*. GEBH. Quum τὸ *imo* ab omnibus plane Mstis

Digitized by Google

Non adeo majestatis, inquit, *populi Romani imperiique hujus oblitus sum, Patres conscripti, ut, si de meo crimine ambigeretur, consul dicturus caussam, accusan-*
2 *tibus Graecis, fuerim. sed non, quid ego fecerim, in disquisitionem venit, quam quid isti pati debuerint. qui si non fuerunt hostes, nihil interest, nunc, an vivo*
3 *Hierone, Syracusas violaverim. Sin autem desciverunt, legatos nostros ferro atque armis petierunt, urbem ac moe-*

absit, et tamen non modo optime conveniat, sed et Liviana consuetudo id deposcat, dubium mihi non est, tertiam vocem, nescio unde coalitam, resolvendam in duas, Liviumque dedisse *Maneant imo*, *ait Marcellus*. Adde ad 38, 43, 6. Ita idem verbum mutatum video 37, 1, 9. *Quum res nova exspectatione certaminis senatum erexisset, P. Scipio Africanus dixit*. Nam illic Mog. Voss. Thuan. *Africanus ait*. JAC. GRON. *To immo* deest etiam a meis, et Crevier. codd. Unice igitur debetur codici Rhenani.

Capua Fulvium rerum, Marcellum Syracusae habeant] Licet plura exemplaria sic habeant, perspicue tamen apparet, *reum* Livium, non *rerum*, scripsisse. SABELL. V. ad 5, 47, 10. *rerum* in paucis tantum edd. operarum errore superest. *reum* omnes codd. praeferunt.

§. 1. *Reductis in curiam legatis*] *Eductis* Flor. Voss. Lov. quinque, Harlej. et Gaertn. Sed primam literam ejus vocis in principio hujus sectionis minio ornatius scribendam librarii omiserunt, quod deinceps facere obliti sunt.

§. 2. *Sed non, quid ego fecerim, in disquisitionem venit*] Post haec verba omissa erat sententia, quam nos in contextum inseruimus, *quem, quicquid in hostibus feci, jus belli defendit*. Tametsi illic depravate scriptum erat *defendi*. Ingentem saltum hoc loco fecit librarius, quemadmodum paulo ante meminimus. RHEN. Pall. tres *sed non, quid ego* (sec. *eo*, tert. *nunquam ego*) *fecerim, in disquisitionem venit. Nam quicquid isti pati debuerant* (tert. *potuerunt*) emotis iftis verbis *quem, quicquid in hostibus feci, jus belli defendit*, etiam ab ant. ed. GEBH. Rhenanus hic integra sententia auctiorem Livium fecit, quam ego in illius gratiam Livii esse mallem, quam credere possum. Put. antiquissimus, et omnes Gallicani, Pall. Italici, Voss. *venit*, *nam quidquid isti pati debuerint*. Et sane illud est additamentum temerarii hominis, qui utcunque defectam veterem scripturam juvare voluit. Potuit multo clementius, debuitque: *sed non, quid ego fecerim, in disquisitionem venit, quam quid isti pati debuerint*. In priori membro particula *tam* intelligitur, qua omissa (et gaudere hac ellipsi Livium saepius monuimus) opportunior corruptioni fuit, quae ei respondet, particula, et incidit tandem in illum Alexandrum, qui audacter adeo nodum solvi difficilem se-

Digitized by Google

moenia clauserunt, exercituque Karthaginiensium adversus nos tutati sunt; quis passos esse hostilia, quum fecerint, indignatur? Tradentes urbem principes Syra- 4
cusanorum aversatus sum: Sosim et Mericum Hispanum, quibus tantum crederem, potiores habui. Non estis extremi Syracusanorum, quippe qui aliis humilitatem ob-
jiciatis. Quis est vestrûm, qui se mihi portas apertu- 5
rum, qui armatos milites meos in urbem accepturum promiserit? Odistis et exsecramini eos, qui fecerunt, et ne hic qui-

care est aggressus. J. FR. GRON. In nullo etiam meorum pannus, quem purpurae Livianae adsuere Rhenanus conabatur, conspicitur, quem ipsi iterum abjudicat Gronovius ad 28, 23, 1. Ceterum *sed numquid ego* Lovel. 1. 4. Deinde *nam quicquid isti pati* Florent. Voss. Lovel. 1. 4. Harlej. et Hav. *sed quidquid isti pati* Lovel. 2. *sed quid isti pati* Lovel. 3. 5. Ber. Hafn. Rec. et edd. vett. *sed quid est pati* Gaertn. De ellipsi voculae *tam*, sequente *quam*, v. ad 2, 56, 9. Tum *debuerant* Voss. Lovel. quinque, et Harlej.

§. 3. *Sin autem desciverunt, legatos nostros*] Non temere est, quod Put. et omnes Gallicani *desciverunt portas legatos nostros*. An ea vox interpretatur τὸ *moenia clauserunt?* an fuit *desciverunt aperte?* Rubenius *ad portas*, vel *in portu legatos* ex l. 24, 33. J. FR. GRON. Vocem *portas* eodem loco inserunt Florent. Voss. Lovel. 2. Harlej. Ber. a m. 1. Hearnii N. codd. Crevier. et edd. Rom. Aler. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm. Ex qua lectione Gronov. in pr. ed. not. conjicit *desciverunt ad Poenos*, vel *adsciverunt Poenos*.

Exercitumque Karthaginiensium adversus nos tutati sunt] Put. *exercituque Carthaginiensium adversus nos tutati sunt*. Certe enim magis Punicis armis adversus Romanos defensae fuerunt Syracusae, quam ipsae Punicum praesidium sunt tutatae. J. FR. GRON. *exercituque* etiam Florent. et quidam alii. Repete autem ex praecedenti *tutati sunt urbem ac moenia*.

§. 4. *Sosin et Mericum Hispanum, quibus tantum rem crederem*] Pall. duo *quibus tanta crederem*. GEBH. Omnes Gall. et Voss. ignorant τὸ *rem*. An *tantum?* Duo Pall. *quibus tanta crederem*. 25, [35, 4.] *Quod ab sociis se desertum hostium tantum auctas copias sentiebat*. 43, [1, 9.] *Senatus indignari, tantum consulem ausum, ut suam provinciam relinqueret, in alienam transiret*. J. FR. GRON. Vulgatum *tantam rem crederem* servant Lovel. 3. Ber. Hafn. et Hearnii L. 1. *rem tantam crederem* Lovel. 5. et Gaertn. *tantam crederem* Florent. Lovel. 1. et Harlej. *tanta crederem* Lovel. 2. Hav. et Hearnii D. *tantum crederem* Lovel. 4. *tamen crederem* Colbert. quod forte non deterius pronunciat Doujatius. Ego contra unius testis rationem non habendam puto. Quin et is potius Gronovii conjecturae favere videtur. Nam *tamen* contracte scribitur *tn̄*, quod cum

Digitized by Google

dem contumeliis in eos dicendis parcitis: tantum abest,
6 *ut et ipsi tale quidquam facturi fueritis. Ipsa humilitas eorum, Patres conscripti, quam isti objiciunt, maximo argumento est, me neminem, qui navatam operam*
7 *reipublicae nostrae velit, aversatum esse. Et, antequam obsiderem Syracusas, nunc legatis mittendis, nunc ad conloquium eundo, tentavi pacem: et, postquam neque legatos violandi verecundia erat, nec mihi ipsi congresso ad portas cum principibus responsum dabatur, multis terra marique exhaustis laboribus, tandem vi atque ar-*
8 *mis Syracusas cepi. Quae captis acciderint, apud Hannibalem et Karthaginienses victosque justius, quam apud*
9 *victoris populi senatum, quererentur. Ego, Patres con-*

tm, id est *tantum*, saepissime confundi, vidimus ad 9, 12, 6. Ex hoc igitur loco patet, librarios vocem *rem*, quae in paucis et minoris auctoritatis codd. tantum superest, contra mentem Livii addidisse; de quo v. ad 2, 18, 2. Ceterum *Sosim* iterum Florent. Lovel. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. cum nonnullis edd. antt. quod probo. V. ad cap. praec. §. 6.

§. 6. *Reipublicae nostrae velit*] Forte *vellet*. J. FR. GRON. Huic conjecturae favere videtur Flor. lectio *velit*, *et aversatum*, quae forte inde nata est, quod, quum duplex lectio *velit* et *vellet* in cod. reperta, eaque hoc modo *velit*, *let*, juncta fuisset, id non adsecutus postea alius, una litera expuncta *velit et* dederit. Paullo ante *maxime argumento est*, pro *maximo*, Lovel. 1. 3. Voss. et edd. antt. Etiam §. praec. *his quidem contumeliis*, pro *hic*, Flor. Cant. Voss. Lovel. 2. 3. 4, 5. Ber. Harlej. Gaertn. et Hav. cum edd. vetustis.

§. 7. *Nec mihi ipsi congresso ad portas* etc.] Hoc nusquam de ipso Marcello ante prodidit, quod equidem sciam, sed de ejus legatis. GLAREAN.

§. 8. *Apud Hannibalem et Karthaginienses victos sese justius*] Quidam emendarunt *victosque*. sed neutrum admodum placet: et quia nihil aliud, quod reponam, habeo, in medium lectori conjiciendum relinquo. GLAR. Pall. tres *victos se justius*. ant. ed. *victos sese justius*. GEBH. Gallicani, Pall. immo omnes *victos se justius*. etiam ant. ed. *victos sese justius*. Scribe eleganter: *apud Annibalem et Karthaginienses, victos secum, justius, quam apud victoris populi senatum, quererentur*. nam et τὸ *Romani* Put. et Voss. ignorant. J. FR. GRON. *victo se justius* Flor. a m. 1. *victos se justius* a m. 2. Et ita Voss. Lovel. quinque, Harlej. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. *victos sese justius* Ber. et edd. antt. *victosque justius* Aldus, et proximi.

Digitized by Google

scripti, Syracusas spoliatas si negaturus essem, numquam spoliis earum urbem Romam exornarem. Quae autem singulis victor aut ademi, aut dedi; quum belli jure, tum ex cujusque merito, satis scio me fecisse. Ea 10 *vos rata habeatis, Patres conscripti, nae magis reipublicae interest, quam mea. Mea quippe fides exsoluta est: ad rempublicam pertinet, ne acta mea rescindendo, alios in posterum segniores duces faciatis. Et quoniam* 11 *coram et Siculorum et mea verba audistis, Patres conscripti, simul templo excedemus, ut, me absente, liberius consuli senatus possit.* Ita dimissis Siculis, et ipse in Capitolium ad delectum discessit.

XXXII. Consul alter de postulatis Siculorum ad 1

Romani autem neque in ullo meorum, neque in Hearnii Oxonn. neque in edd. Rom. anni 1472. ac Parm. adparet. Doujatius conjecturae Gronovii, quam elegantem vocat, ideo non accedit, quod nullus cod. adstipuletur. Probat igitur Colbert. scripturam *victos justius*. Sed cum Crevier. puto, commodius esse, quod Gronovius subjecit.

§. 10. *Ea vos rata habeatis, Patres conscripti, nec ne*] Ita nullus ex scriptis. Put. Cantabr. Voss. Gud. omnes ignorant *tò nec*. Lege: *Ea vos rata habeatis, P. C. nae magis reipublicae interest, quam mea*. Intelligitur causalis *ut* in priore membro. Eadem particula videtur mihi exsulare apud Cic. 4. de Finib. 5. *Quod item cum vestri faciant, non satis magnam tribuunt inventoribus gratiam*. Ubi notant, in Pal. 1. esse *nam satis*, tentantque *an satis*. Sed Ciceronianum et elegantissimum erit legendo: *quod item cum vestri faciant, nae satis magnam tribuunt inventoribus gratiam*. Solet enim Tullius *tò satis* usurpare in privationibus, ut *satis magnam* illi sit minime magnam. In Orat. 22. *Quaré si jam me vultis esse oratorem, si etiam sat bonum, si bonum denique*. JAC. GRON. *Tò nec* etiam deerat in Florent. Lovel. 1. 2. Ber. Hearnii Oxonn. et edd. Rom. Aler. Rom. anni 1472. ac Parm. sequens *ne* in Lovel. 5 et Harl. utrumque *nec* et *ne* in Lovel. 3. 4. et Hav. Forte voculae illae altera alteram elisisse censendae sunt, ut infra c. 34, 4. Interim tamen *nae magis reipublicae interest* editum inveni Mediol. anno 1480. et in utraque Tarvis. Illam autem voculam hoc sensu etiam sine diphthongo *ne* scribi posse, vel etiam debere, contendit Faërn. ad Ter. Andr. Prol. vers. 17. Ceterum in loco Cic. quum postea Jac. Gronovius eum universum ederet, sententiam mutavit, et *jam satis magnam* legendum censuit.

§. 11. *Simul templo excedemus*]

Digitized by Google

Patres retulit. Ibi quum diu de sententiis certatum
esset, et magna pars senatus, principe ejus senten-
2 tiae T. Manlio Torquato, *cum tyrannis bellum geren-
dum fuisse*, censerent, *hostibus et Syracusanorum et
populi Romani: et urbem recipi, non capi: et receptam
legibus antiquis et libertate stabiliri, non fessam miseran-
3 da servitute bello adfligi. Inter tyrannorum et ducis
Romani certamina, praemium victoris in medio positam
urbem pulcherrimam ac nobilissimam periisse, horreum
atque aerarium quondam populi Romani: cujus muni-
ficentia ac donis multis tempestatibus, hoc denique ipso*

In duobus Pall. se *excedam* invenisse, testatur Gebhard. ad c. 30, 2. Sed omnes mei vulgatum servant. Mox *dilectum* Florent. Lovel. 1. et Gaertn. V. ad 37, 51, 7. Deinde *descendit* Hearnii L. 1. errore librarii.

§. 1. *Ibi quum diu de sententiis certatum esset*] Expunge praepositionem. 27, 11, 12. *Quum diu certatum verbis esset.* Ita enim transponit Put. voces. J. FR. GRON. 28, 26, 1. *Consilium de iis Carthagini erat, certabantque sententiis.* Plinius 29. H. N. 1. *Hinc illae circa aegros miserae sententiarum concertationes, nullo idem censente.* DUK. Plerique et tantum non omnes mei cum Hearnii Oxonn. *de sententiis.* Adsentior tamen Gronovio praepositionem delendam censenti. Liv. 10, 19, 5. *In quam* sententiam *inter paucos certatum verbis fuerat.* 27, 6, 9. *His orationibus quum diu certatum esset.* c. 45, 11. *Modestia certare milites, ne quid ultra usum necessarium sumerent.* 34, 18, 4. *Ut parsimonia, et vigiliis, et labore cum ultimis militum certaret.* 42, 5, 11. *Quum certatum utrimque temeritate atque audacia cerneret.* c. 50, 1. *Ibi aliquamdiu diversis sententiis certatum est.*

Et magna pars senatus etc. *censerent*] Oratio haec inchoatur quidem hoc loco, sed absolvitur demum post propositas senatorum sententias hoc modo: *Ibi quum diu sententiis certatum esset, et magna pars senatus* etc. *censerent* etc. *mitius tamen decreverunt Patres.* Verba enim, quae §. 5. proxime post enarrata senatorum vota sequuntur, *Haec taliaque quum ad invidiam consulis miserationemque Siculorum dicerentur*, reputanda sunt quasi repetitio illorum *et magna pars senatus censerent*, propter longum satis hyperbaton addita. Similia v. supra ad 2, 12, 2. 25, 27, 1. et alibi saepe.

Principe ejus sententiae T. Manlio Torquato] Pal. 3. *a principe ejus sententia et Manlio Torquato.* Reliqui quoque *a principe ejus sententia.* GEBH. Similiter etiam in plerisque codd. meorum erraruntlibrarii. Nec aliter edd. principes.

§. 2. *Non fessam miseranda servitute bello adfligi*] Pal. 2. *servi-*

Digitized by Google

Punico bello, adjuta ornataque respublica esset. Si ab 4
inferis exsistat rex Hiero, fidissimus imperii Romani cultor, quo ore aut Syracusas, aut Romam ei ostendi posse? quum, ubi semirutam ac spoliatam patriam respexisset, ingrediens Romam in vestibulo urbis, prope in porta, spolia patriae suae visurus sit? Haec taliaque 5
quum ad invidiam consulis miserationemque Siculorum dicerentur, mitius tamen decreverunt Patres caussa Marcelli: *Quae is gerens bellum victorque egis-* 6
set, rata habenda esse. in reliquum curae senatui fore rem Syracusanam, mandaturosque consuli Laevino, quod

tute et bello affligi. GEBH. Ita et Lov. 5. perperam praefert. Mox §. seq. *perisse* Florent. Voss. Lovel. 2. 5. Harlej. et Gaertn. V. ad 5, 8, 3. Tum *hoc denique Punico bello* edd. principes, quas vidi.

§. 4. *Si ab inferiis exsistat*] Vet. lib. *Si ab inferis.* SIG. Omnes, non modo codd. sed etiam edd. quas vidi, *ab inferis*, ut Sigonius voluit; ut nesciam, ubi alterum *ab inferiis* ipsi obvium fuerit. Deinde *exeat* Ber. a m. 2. et Hearnii L. 1. *exstat* Gaertn. *resistat* Lovel. 4. Infra 39, 37, 3. *Si exsistat hodie ab inferis Lycurgus.* Cic. 4. in Verr. 48. *Etenim propter est spelunca quaedam, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse.* V. ad 25, 21, 3.

Rex Hiero, fidissimus imperii Romani cultor] Put. *imperio Romano.* J. FR. GRON. Ita etiam Flor. et Cant.

Quum, ubi semirutam ac spoliatam patriam respexisset] Pall. duo *respexerit.* tert. *respexit.* GEBH. *respexerit* Flor. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. et Hav. *respexit* edd. vett. Praeterea *semirupta* Lovel. 3. Ber. et Hav. V. ad 10, 4, 7.

§. 6. *Quae is gerens bellum victorque egisset, rata habenda esse. in reliquum curae senatui*] Comparet in Pal. 1. *Quaeve is gerens bellum victorque egisset, rata habenda et se in reliquum cura senatui fore.* sec. *rata habenda, et in reliquum.* tert. *habenda et se in reliquum fore curae senatui.* GEBH. *habenda et se in relictum* Florent. *habenda et se in reliquum* Voss. a m. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Ber. Gaertn. et edd. vetustae. *habenda et in reliquum* Voss. a m. 2. *habenda et se reliquum* Hav. *habenda in reliquum* Lovel. 1.

Quoad sine jactura] Idem Put. sed et alii, *quod sine jactura reipublicae fieri posset.* non *quoad.* Bene. Nam illud hoc sensu amant veterum optimi. Cicero in Verr. [l. 4, 11.] *Senator populi Romani, quod in vobis fuit, in vestro oppido jacuit et pernoctavit in publico.* Pro domo [13.] *Sacra Clodiae gentis cur intereunt, quod in te fuit?* Hinc illustrabimus, quod in prima ad Famil. Victorio, Ma-

Digitized by Google

sine jactura reipublicae fieri posset, fortunis ejus civitatis
7 *consuleret.* Missis duobus senatoribus in Capitolium ad consulem. uti rediret in curiam, et introductis
8 Siculis, senatusconsultum recitatum est: legatique, benigne adpellati ac dimissi, ad genua se Marcelli consulis projecerunt, obsecrantes, *ut, quae deplorandae ac levandae calamitatis caussa dixissent, veniam eis daret, et in fidem clientelamque se urbemque Syracusas acciperet.* post haec consul clementer adpellatos dimisit.

1 XXXIII. Campanis deinde senatus datus est,

nutio, omnibus editoribus difficile visum est: *tibi decernit, ut regem deducas, quod commodo rem facere possis.* Sic ad Atticum [1, 1.] *Petitionis hujusmodi ratio est, quod conjectura provideri possit.* Sed non id praecipuum est. quod impedivit viros doctos. *Τὸ rem* percepit Victorius, non Manutius: *τὸ commodo* Manutius, non Victorius. Neque hoc verbum requirit, ut adjungatur *reipublicae:* cum ita generatim conceptum comprehendat, significetque et reipublicae, et proconsulis Lentuli, et provinciae ejus, et ipsius regis commodum. Ita Cic. in Bruto [4.] contrarium *incommodo*, non addito cujus: *Etsi fortasse ego a te hujus voluntarius procurator petam, quod ipse, sui debes, se incommodo exacturum negat.* Sic igitur aït, ut regem deducas, quatenus id, vel eam rem, commodo, omnium nempe, quorum interest, facere possis. Tam praegnantis sententiae sunt concepta eodem modo in omnibus vett. bonis libris verba. J. FR. GRON. *quidem si sine jactura* Rec. *quod si sine jactura* Hearnii L. 1. *quod sine jactura* ejusdem N. et D. cum omnibus codd. meis reliquis, et vett. edd. ante Aldinam. Infra 39, 45, 7. *Id eos ut prohiberet, quod ejus sine bello posset, praeteri mandatum est.* ubi similiter peccabatur. 44, 17, 8. *Quod per religiones posset.* Ovid. 8. Her. 5.

Quod potui, feci; no non invita tenerer.

ubi v. Cel. Burmann.

§. 8. *In fidem et clientelam*] Put. et fere omnes *in fidem clientelamque se urbemque.* J. FR. GRON. Ita et plerique meorum.

Syracusas acciperet] Vet. lib. *reciperet.* SIG. Similiter Hav. dissentientibus reliquis meis, omnibusque Hearnii Oxonn. Frustra Sigonium hanc cod. sui laciniam movisse recte monet Gronov. ad 7, 30, 4. Saepius haec verba commutantur a librariis. V. ad 7, 30, 4. 8, 19, 1. c. 27, 10. 9, 7, 9. c. 16, 2. 22, 52, 3. et alibi.

Post haec consul clementer adpellatos eos dimisit] Plutarchus, qui totam hanc historiam narrat [in Marcell. p. 311.] hoc sic exprimit: Ἐπικλασθεὶς οὖν ὁ Μάρκελλος, ταύτοις τε διηλλάγη

quorum oratio miserabilior, caussa durior erat. ne- 2
que enim meritas poenas negare poterant, nec tyranni erant, in quos culpam conferrent: sed satis pensum poenarum, tot veneno absumtis, tot securi percussis senatoribus, credebant. *Paucos nobilium* 3
superstites esse, quos nec sua conscientia, ut quidquam de se gravius consulerent, inpulerit, nec victoris ira capitis damnaverit; eos libertatem sibi suisque, et bonorum aliquam partem orare, cives Romanos, adfinitatibus plerosque et propinquis jam cognationibus ex connubio vetusto junctos. Submotis deinde e templo, paul- 4

καὶ τοῖς ἄλλοις Συρακουσίοις ἀεί τι πράττων ἀγαθὸν διετέλει, SIG. Put. *appellatos dimisit*, extrito τῷ *eos*. J. FR. GRON. *potens hoc consul* Flor. a m. 1. Lovel. 1. 2. Harlej. et Voss. a m. 1. *potens haec consul* Lovel. 4. *petentes hoc consul* Voss. a m. 2. Ber. et Hav. Deinde τὸ *eos* omnes mei servant; insuper vero *amplexus eos* Voss. et Lovel. 1. ac 3. Sed modo habuimus *Legatique benigne adpellati ac dimissi.*

§. 2. *Neque enim meritas poenas negare poterant*] Hoc non uno modo suppleri potest. Nec tamen displiceret *meritos*, scil. se, si quid libri juvarent. DUKER.

In quos culpam conferrent] Pall. 2. ac 3. *deferrent*. Forte *referrent*. Curtius 4, 3. *Hic, quod in adversus rebus solet fieri, alius in alium culpam referebant.* Prisca ed. *inferrent*. GEBH. *deferrent* Lovel. quinque, Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et edd. antt. pro quo Aldus *conferrent*, quod est in Flor. aliisque. Supra 5, 11, 6. *Noxii ambo alter in alterum caussam conferant.* 43, 4, 3. *Quibus purgantibus se, culpamque in duorum amentiam conferentibus.* c. 11, 10. *Culpam ejus rei consulem in tribunos militum, contra illos in consulem conferre.* (* Cic. de Sen. 5. pro Flacco 17. Terent. in Eun. 2, 3, 96.)

§. 3. *Paucos nobilium superstites esse*] Non tacendum, in Put. et reg. legi *superior esse*. Ut et infra c. 35, 6. non hi modo, sed Gallicani omnes: *Ne unde redimantur quidem, quidquam superior esse*, vel *superius esse*. Numquid diviso verbo duplicato uti voluit, ut esset *super iis esse*. Cornel. Nep. Alcib. [8.] *Contra Atheniensibus exhaustis, praeter arma et naves, nihil erat super.* Tacitus 1. Hist. 20. *At illis vix decumae super portiones erant.* Voss. *nobilium superiores esse.* J. FR. GRON. *superiores esse* Florent. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. Hav. et Hearnii Oxonn. Non displicet Gronovii *super iis esse.* Virgil. 2. Aen. 567. *Jamque adeo super unus eram.* Eo autem verisimilior Gronovii conjectura est, quod *superesse* et *superstes esse* etiam alibi commutentur. Exemplum infra est 27, 49, 4.

Victoris ira captis damnaverit] Lege *capitis*. SABELL.

Digitized by Google

lisper dubitatum, an arcessendus a Capua Q. Fulvius esset. (mortuus enim post captam Claudius consul erat) ut coram imperatore, qui res gessisset, sicut inter Marcellum Siculosque disceptatum fue-
5 rat, disceptaretur: dein, quum M. Atilium, C. Fulvium fratrem Flacci, legatos ejus, ac Q. Minucium et L. Veturium Philonem, item Claudii legatos, qui omnibus gerendis rebus adfuerant, in senatu vide-

Eos libertatem sibi suisque, et bonorum aliquam partem orare] Haec verba ita ponuntur, quasi pro solis nobilibus roget libertatem bonorumque partem, ac non pro omnibus Campanis. Oratio mihi mutila videtur. GLAR.

Propinquis jam cognationibus] Put. Cantabr. Voss. Gud. duo Pall. *jamjam*. Apparet verum esse *propinquis jam etiam cognationibus*. Justinus [2, 4.] *Jam etiam cum contemtu virorum se tuentur*. Et sic alibi Livius. JAC. GRON. Liv. 22, 15, 1. *Jam etiam Romae infamem suam cunctationem esse*. *Jamjam* etiam Flor. Lovel. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antt. Gronovii conjecturam firmat nonnihil, quod *jam et cognationibus* praeferat Lovel. 4.

§. 4. *Mortuus enim post captam Claudius consul erat*] Legendum *pro consule*, quod eo anno, quo Capua capta est, P. Sulpicius et Cn. Fulvius consules fuerint. Q. autem Fulvius et Ap. Claudius ad Capuam cum proconsulari imperio. Itaque paulo post ait *Fulvio proconsuli*. Nisi si accipias consul pro eo, qui consulare gerat imperium. ut paulo post *In consilio arbitror me fuisse consulibus Capua capta*. SIG. Sigonius, sed tamen ex judicio Glareani, conjecit legi debere *pro consule*. Sed meo animo rectius abesset vel τὸ *consul*, vel suppositum *pro consule*. Certe ejusdem monetae est. Neque illud *consul* adscitum Pal. 3. Princeps ed. *Mortuus Claudius consul erat*. GEBH. Rectius Sigonius *Claudius pro consule*. etsi quibusdam in libris ea vox tota desit. Sic enim hoc cap. *Qui se dediderunt in arbitrium ditionemque populi Romani Fulvio pro consule*. Tacitus 2. Ann. 52. *Furius Camillus pro consule Africae*. J. FR. GRON. Non dubium est, quin recte dicatur *pro consule*. Sed hoc quaeri potest, an, qui *pro consule* est, etiam *consul* dici possit. Si hoc non licet, emendanda sunt aliquot Livii et aliorum scriptorum loca, a Perizonio Animadv. Hist. c. 7. p. 309. prolata: quae omnia corrupta esse, non magis credo, quam illa, in quibus *praetor* dicitur, qui *pro praetore* erat. DUK. Verum esse puto, id quod Sigonio visum est ad 28, 38, 4. *praetorem* saepe pro propraetore, *consulem* pro proconsule poni. V. etiam Cel. Dukerum ad 23, 40, 1. Necesse igitur non est, ut hic *pro consule* invitis omnibus libris pro *consul* legamus. Ceterum verba *post captam* desunt in Voss. et Lovel. 1. *enim post captam* in Ber. a manu 1. et edd. Ascensiana anni 1513. prioribus. Contra voce auctiores *post Capuam captam* Hav. *post captam Capuam* Brancal. La-

Digitized by Google

rent, nec Fulvium avocari a Capua, nec differri Campanos vellent; interrogatus sententiam M. Atilius Regulus, cujus ex iis, qui ad Capuam fuerant, maxima auctoritas erat; *In consilio*, inquit, *arbitror me fuisse consulibus, Capua capta, quum quaereretur, ecquis Campanorum de republica nostra bene meritus esset; duas mulieres compertum est, Vestiam Oppiam Atellanam Capuae habitantem, et Fauculam Cluviam,*

6 7 8

tinii legunt. Mox *sicut et inter Marcellum Siculosque* Flor. *sicut inter Marcellum Syracusanosque* Lov. 5.

§. 5. *Quum M. Atilium, C. Fulvium fratrem Flacci, legatos ejus*] Gallicani ignorant *ejus*, dein *fratres* habent. Scribe, *quum M. Atilium, C. Fulvium fratris Flacci legatos, ac Q. Minutium.* Respicit autem τὸ *fratris* solum Fulvium, quasi dictum esset *hunc fratris Flacci.* Hanc notabilem sermonis brevitatem sustulerunt librarii et correctores, ego unice amplector. J. FR. GRON. *fratres Flacci, legatos ejus* Flor. Voss. Lovel. quinque, Harlej. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. neque aliter in Put. et tribus aliis se invenisse testatur Crevier. qui nihil vetare putabat, M. Atilium fratrem esse Flacci, etsi diverso nomine sit, sive ex eadem tantum matre ortus, sive per adoptionem in Atiliorum familiam adscitus fuerit. Mox *atque Minucium* Florent. Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. sollemni scribarum errore. V. ad 22, 31, 7.

Rebus adfuerant] Vet. lib. *interfuerant.* SIG. *an fuerant* Florent. Voss. et Lovel. 1. ac 5. *antefuerant* Lovel. 4.

§. 7. *In consilio, inquit, arbitror me fuisse consulibus, Capua capta, quum quaereretur*] Proconsules Claudius ac Fulvius Capuam cepere, non consules. Praeterea vide, num potius *concilio* legendum. GLAR. Haec ita quidem apte nectit distinctio minima: sed si eam relinques, satis abrupta erunt sequentia, *duas mulieres compertum est.* Non displiceret, distinctionem maximam post *capta* poni, ut ita procedat oratio: *Quum quaereretur* etc. *compertum est* etc. Sed cur *arbitrari* se dicit, quod haud dubie pro certo sciebat? DUK. Omnes codd. et edd. *In consilio*, idque cum Glareano non mutandum, aut scribendum esse *In concilio*, patet ex illis, quae Gronov. notavit ad 44, 2, 6. Praeterea *fuisse cum consilibus* Brancal. Latinii. Mox *bene meritus de republica nostra esset*, mutato ordine vocabulorum, Flor. Lovel. quinque, Harlej. Gaertn. et Hav. [quid sibi velit *arbitrari* v. Cic. pro M. Fontejo 9. et Quaest. Acad. 4, 47. Liv. 3, 13, 3.]

§. 8. *Vestiam Oppiam Atellanam* etc. *et Fauculam Cluviam*] *Vestia* et *Faucula* videntur praenomina esse. nam c. 34, 1. *Oppiam* et *Cluviam* vocat. Et *Oppius* et *Cluvius* nomina gentilia sunt in Livio et Cicerone. DUK. *Bestiam Oppiam* Voss. a m. 1. Lovel. 3. 4. et Hav. *Bestiam Appiam* Voss. a m.

Digitized by Google

quae quondam quaestum corpore fecisset; illam quotidie sacrificasse pro salute et victoria populi Romani, hanc captivis egentibus alimenta clam suppedi-
9 *tasse. Ceterorum omnium Campanorum eumdem erga nos animum, quem Karthaginiensium, fuisse: securique percussos a Q. Fulvio esse magis, quorum dignitas inter alios, quam quorum culpa eminebat.*
10 *Per senatum agi de Campanis, qui cives Romani sunt, injussu populi non video posse. idque et apud majores nostros in Satricanis factum est, quum defecissent, ut M. Antistius tribunus plebis prius rogationem ferret, sciretque plebs, uti senatui de Satrica-*

2. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et editi ante Aldum. Deinde *Fauculam Cluvinam* Harlej. *Faculam Divinam* Hav. *Faculam Diviam* Hafn. *Fauculam Duviam* Lovel. 2. 4. 5. *Fauculam Dunam* Lovel. 3. *Fauculam Cluvinam* Lovel. 1. Mox Cl. Perizon. *quaestum corpore fecissent* in ora Livii conjecit, ut ad utramque referatur. Male. Val. Max 5, 2, 1. *Vestia Opidia materfamilias, et Cluvia Facula meretrix.*

§. 9. *Securique percussos a Q. Fulvio fuisse magis*] Voss. *vicisse magis.* Put. *percussos esse magis.* Lege *percussos esse.* J. FR. GRON. *a Q. Fulvio inquisitum fuisse magis* Ber. a m. 2. et Brancal. Latinii. *a Q. Fulvio facisse magis* Hearnii L. 1. *a Q. Fulvio vicisse magis* Flor. Cant. Lovel. 2. Harl. Hafn. et Hav. Haud male Gronov. *esse magis* ex vestigiis Put. *fuisse* enim modo praecessit.

§. 10. *Idque et apud majores nostros in Sutrianis factum est*] Id si bene habet, oportet secunda decade scriptum esse: nam in prima nusquam puto inveniri. Satricanorum civium Romanorum quidem meminit l. 9. ab urbe cond. post Caudinas furcas, sed nihil tale de illis ibidem narratur. GLAR. Vet. lib. *in Satricanis.* et recte. Satricanos enim ad Samnites defecisse anno ab V. C. CDXXXIIII, tradit Livius l. 9, [16.] De *Sutrinis* autem (sic enim legendum esset) nihil est traditum. SIG. Vet. ed. et Pal. 1. *Satrianis.* Rectius reliqui duo Pall. *Satricanis.* GEBH. *Satricanis* etiam legit Pighius in Ann. ad a. V. C. CCCCXXXIV. p. 353. *Satricum* colonia civium Romanorum erat. Liv. 6, 16. 22. et 9, 16. DUK. *in Samiis* Lovel. 2. *in Sanniis* Lovel. 4. qui ambo in verbis seq. legunt *de Satrianis.* Utroque loco *Satrianis* est in Flor. Ber. Lov. 1. 3. Harl. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Satricanis* in Voss. Rec. Lovel. 5. Gaertn. Hav. et Brancal. Latinii. Quorum ultimus in praeced. legit *sine jussu populi.* Verum id ex glossa natum videtur. Insuper *factum esse* Florent. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

Digitized by Google

nis sententiae dicendae jus esset. Itaque censeo, cum 11
tribunis plebis agendum esse, ut eorum unus pluresve ro-
gationem ferant ad plebem, qua nobis statuendi de Cam-
panis jus fiat. L. Atilius tribunus plebis ex auctori- 12
tate senatus plebem in haec verba rogavit: *Omnes*
Campani, Atellani, Calatini, Sabatini, qui se dedide-
runt in arbitrium ditionemque populi Romani Fulvio
proconsuli, quaeque una secum dediderunt, agrum ur- 13
bemque, divina, humanaque, utensiliaque, sive quid
aliud dediderunt; de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo,
Quirites. Plebes sic jussit. *Quod senatus juratus, maxi-* 14
ma pars, censeat, qui adsidetis, id volumus jubemusque.

Scireique plebs, uti senatui] Forte *seiscereique plebs*. J. FR. GRON.

§. 12. *Dediderunt in arbitrium ditionemque populi Romani Fulvio proconsule*] Ita fere primum ed. Gruteri ultima; quum priores praeferant *proconsuli*, consentientibus Flor. et plerisque meis cum Hearnii D. quod reduxi. *pro cons.* per compendium est in ed. Rom. anni 1472. *procons.* in ed. Parm. Debuisset saltem Gruter. si vulgatum displiceret, dare *Fulvio pro consule*, ut laudat Gron. ad §. 4. Ceterum omnia haec verba cum sequentibus *quaeque una secum* exciderunt ex Hearnii L. 1. neglegentia scribae ob vocis *dediderunt* repetitionem. Mox §. seq. *quosque una secum dedidere* Florent. *quosque secum una dediderunt* Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Ber. Gaertn. et Hav. *quosque secum una prodiderunt* Voss. et Lovel. 3. *quosque* et Hearnii D. *quique secum una dediderunt* Brancal. Latinii. *quosque secum una* edd. antt. Moguntina deinde *quaeque secum una*. Aldus tandem *quaeque una secum*. Ceterum verba *agrum urbemque, divina humanaque, utensiliaque, sive quid aliud dediderunt* desunt iterum in Harl. et Hearnii D. ob ejusdem verbi *dediderunt* repetitionem.

§. 14. *Quod senatus maxima pars censeat, qui adsidens, id volumus*] Solennia haec verba esse videntur, quibus plebs in probando senatusconsulto utebatur. Vet. lib. *qui assidetis*. SIG. Vocem addit vetus *senatus juratus maxima*. Lege *senatus jurati*. et valde ea additio ad sententiam facit. Notum est, gravioribus in rebus senatum juratum sententiam dixisse. exempla apud Ciceronem. Illud *qui assidetis* quid in hac solemni formula valeat, qui explicaverit, vir esto. Liber meus et ante Sigonium alii *qui adsidens*. Ego taceo. LIPS. 5. Ep. Quaest. 7. Forsan legendum *qui assides*, id est cui assides. vel *qui accedes*. Quid enim jussum populi tribunum exquirere attinuit, si ipse fortasse an intercessione sua id, quod jurati senatus maxima pars censuisset, non haberet ratum? An denuo rogandus popu-

Digitized by Google

1 XXXIV. Ex hoc plebeiscito senatus consultus, *Oppiae Cluviaeque primum bona ac libertatem restituit. si qua alia praemia petere ab senatu vellent, venire eas*
2 *Romam.* Campanis in familias singulas decreta facta, quae non operae pretium est omnia enumerare.

lus? Hercle plebem inconsultam, si id non providit. Recte ergo sibi quasi a tribuno cavit plebes, ne duabus nequicquam inde rogationibus fatigarentur, cum prima totum negotium expedire posset. Nihil tamen pugno, si legas *qiii accedetis*. Etsi enim unus Atilius tribunus plebis rogationem tulerit, potuit tamen, ut alii juxta assisterent. Lego etiam *Quod senati jourati maxima pars censeat, qiii ollic stetis, id volumus joubemusque.* vel *qiii olli stetis* etc. *ollic* pro illic antique dici, Festus notat. Sed et *olli;* idem significat quippe cum *illi*, quod adverbium loci esse notat Donat. ad Ter. Ad. 1, 2, 36. et alibi. Si in antiquis libris esset *qui assistetis*, nihil dubitarem, vel laborarem. KLOCK. Ego τὸ *adsistis* detrunco, et rescribo, qui *adsid*, id est *adsit*, ἀρχαϊκῶς. Librarii verbum existimabant esse adtegrum, alius *adsidetis*, alius *adsidens* varie explicabant, pro captu et suo quisque acumine. Liv. supra 1, [32, 12.] *Quandoque pars major eorum, qui aderant, in eandem sententiam ibant, bellum erat consensu fieri solitum.* Et est senatus verbum *adesse*. Brissonio observatum in Formulis. Sed quid huic loco *qui adsit?* Credo, ne impedimentum SCto adferret *numera senatum.* Locum quem diu torseram, torsit me quoque acriter, et ipsae fere me acuendi curae reddiderunt hebetem. KLOCK. in Syllog. epist. a Cel. Burm. editar. tom. 1. p. 396. Pall. tres *Quod senatus juratus maxima pars censeat qui assidens.* Quae ego extricare nequeo. GEBH. Libri omnes *senatus juratus.* Et constat, gravioribus in rebus senatum juratum decrevisse. Sed commodius putat Lipsius *senatus jurati.* In illo autem, *qui adsidetis*, vir tantus bonam copiam ejurat: quid, inquit, in hac solenni formula valeat, qui explicaverit, vir esto. Tentandum est aliquid hac conditione praeposita. Libri omnes *qui adsidens:* nam illud est Sigonii, et potest tolerari: sed et commode fit *adsederint*, vel *adsidebunt.* Probum vero *senatus juratus.* Nam in formula hac, *senatus juratus*, *maxima pars*, *qui adsederint*, perpetua est epexegesis, et posterius membrum explicat praecedens. Ut igitur ostendant, per hoc *senatus juratus* non intelligi praecise omnes et singulos, sed majorem senatorum partem, additur *maxima pars.* Rursum poterat fieri, ut in longum res per infrequentiam produceretur, ut per incidentia alia publicae consultationis negotia huic rei vacare pars maxima nequiret, et ideo necesse esset, certos nec nimis magno numero, hanc procurationem subituros, ex amplissimo ordine deligi. Id ut liceat, neve de eo dubitetur, adjiciunt, se habituros hoc pro eo, quod a senatu, id est parte maxima senatorum, sit constitutum, quod visum fuerit illis, *qui* ad hanc rem consultandam *adsederint.* Istiusmodi appositionum plenus Livius. 1, [7, 5.] *Aversos boves, eximium quemque pulchritudine, candis in*

Digitized by Google

Aliorum bona publicanda: ipsos liberosque eorum et 3
conjuges vendendas, extra filias, quae enupsissent prius, quam in populi Romani potestatem venirent. Alios in 4
vincula condendos, ac de his posterius consulendum.
Aliorum Campanorum summam etiam census dis-

speluncam traxit. 3, [14, 3.] *Juniores, id maxime quod Caesonis sodalium fuit, auxere iras in plebem.* 21, [32, 13.] *Cum expeditis, acerrimo quoque vire.* Jam de parte maxima firmant illa 9, [46, 7.] *Ne quis templum aramve injussu senatus aut tribunorum plebis partis majoris dedicaret.* 40. [29, 13.] *Quantum Q. Petilio praetori majorique parti tribunorum plebis videretur.* Nonnumquam etiam certus numerus requirebatur. Ut 39, [18, 9.] *Praetor senatum consuleret, si ei permissum esset, quum in senatu centum non minus essent.* 42, [28, 9,] *Donaria dari, quanta ex pecunia decresset senatus, quum centum et quinquaginta non minus adessent.* Quod hic est *adesse*, illic est *adsidere.* Ut 1, [32, 12.] *Inde ordine alii rogabantur: quandoque major pars eorum, qui aderant, in eam sententiam ibant.* Ex quo potest et τὸ *eorum* intelligi in eo: *maxima pars qui adsederint.* Denique, quia de senatu jurato apud Ciceronem exempla esse aït vir summus, addemus unum alterumve ex Livio. 30, [40, 12.] *Patres igitur jurati* (*ita convenerat*) *censuerunt, uti consules provincias inter se compararent.* 42, [21, 5.] *Ut juratus senatus decerneret, qui eam rem quaereret animadverteretque.* Scribe etiam cum optimis circa haec ipsa *plebes sic jussit.* et *Ex hoc plebeiscito.* J. FR. GRON. *juratus* in omnibus meis est, exceptis Ber. qui id a m. 1. omisit, et Hav. qui legit *iratus.* Deinde *qui adsidens* Florent. Voss. Lovel. 3. 4. Harlej. et Gaertn. *adsidens*, pronomine omisso, Lovel. 2. *qui adsidet* Ber. a m. 2. *qui assidendis* Lovel. 5. *qui adsidetis* reliqui. *Quod senatus juratus maxima pars censeat, assidemus, volumus, jubemusque* Brancal. Latinii. *Quod senatus jurati maxima pars censet, qui* (sive *quae*, illud antique) *adsit, id volumus, jubemusque* conjecit Schegk. ad Vell. Pat. 2, 9. fere similiter, atque amicus ejus Klockius; in cujus conjectura nihil adsensu dignum est, nisi quod Lipsium docuerit, quid illa *qui adsidetis*, sive, ut emendat, *qui adsid*, indicarint. Gronov. hic optime verum vidit, et verba Livii recte exposuit. Paullo ante *plebes sic jussit* etiam Florent. Voss. et Hearnii Oxonn. V. ad 1, 20, 6. 2, 24, 2. et c. 55, 2.

§. 1. *Ex hoc plebiscito senatus consultus*] Princeps ed. *Ex hoc plebiscito senatusque consulto.* GEBH. Ita et Ber. a m. 1. cum edd. antt. *plebeiscito* autem, ut Gronov. ad verba ultima cap. praec. emendavit, etiam Florent. Mox *Appiae* Florent. Voss. Lov. 3. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. principes. *Apiae* Lovel. 1. 4. 5. *Piae* Lovel. 2. Deinde *Duviaeque* Lovel. 4. *Diviaeque* Harlej. et Hav. *Divinaeque* Lovel. 2. *Duniaeque* Lovel. 3. *Elimaeque* Gaertn. V. ad cap. praec. §. 8.

§. 3. *Extra filias, quae nupsissent*] Vet. lib. *enupsissent.* Egregie, quasi quae e paterna domo in mariti transissent. Ut enim *innubere* est in mariti domum transire, sic *enubere* e patris domo

Digitized by Google

5 tinxerunt, publicanda necne bona essent; *pecua captiva, praeter equos, et mancipia, praeter puberes virilis sexus, et omnia, quae solo non continerentur, re-*
6 *stituenda*, censuerunt, *dominis. Campanos omnes, Atellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quam, qui eorum, aut ipsi aut parentes eorum, apud hostes essent,*
7 *liberos esse*, jusserunt, *ita ut nemo eorum civis Romanus, aut Latini nominis esset: neve quis eorum, qui Capuae fuissent, dum portae clausae essent, in urbe agro-*
8 *ve Campano intra certam diem maneret. Locus, ubi habitarent, trans Tiberim, qui non contingeret Tiberim, daretur. qui nec Capuae, nec in urbe Campana,*

exire. Livius 1, [34, 4.] *Ea cum innupsisset.* Et 10, [23, 4.] *Virginiam, quod e Patribus nnupsisset, sacris arcuerant.* SIG. Put. et Men. *extra filias, quae enupsissent:* ut Sigonius. J. FR. GRON. *enupsissent* etiam Florent. Voss. Lovel. 1. 3. 5. Harlej. et alii. V. ad 4, 4, 7.

Priusquam in populi Romani potestatem venirent] Pall. 1. et 3. *in populi Romani venirent potestatem.* sec. *in potestatem populi Romani venirent.* GEBH. Posterius superest etiam in Lovel. 1. et Ber. *in potestatem populi Romani venissent* edd. principes.

§. 4. *Summam etiam census distinxerunt*] Non bene capio. Si significare voluit, senatum voluisse publicari bona eorum, quibus magnus census erat, non eorum, quibus exiguus, videtur scripturus fuisse *summa*, id est magnitudine. DUK. *summa* legit Gaertn. Mox *publicandane bona essent* Brancal. Latinii, et Hearnii D. Sed vocula *nec* excidit ob similitudinem sequentis *ne.* Verum ne ita etiam judicemus de alio loco supra c. 31, 10. vetat optimorum *to nec* omittentium auctoritas.

§. 5. *Pecua captiva praeter equos*] *pecora* Lovel. 2. Harl. Hav. Brancal. Latinii, Hearnii D. et nonnullae edd. vett. quod ex glossa esse puto. Supra 5, 48, 3. *Quum aestu et angore vexata vulgatis velut in pecua morbis moreretur.* ubi quaedam vide. 35, 21, 6. *In agris passim inundatis pecua ablata.*

Praeter puberes virilis sexus] Studiose et Salmasius et pater notarunt ex Put. *viriles*, ut mihi dubium sit nullum, quin Livius scripserit *praeter puberes virile sexus*, et adponi debeat hic locus iis, quae notata sunt ad 26, 47, 1. JAC. GRON.

§. 6. *Extra quam, qui eorum*] Sollemnem hanc excipiendi formulam inlustrat Brisson. 5. de Formul. 404. In ea *extra* est praeter. Ita supra hoc cap. *Extra filias, quae enupsissent.* Sequentia *aut ipsi aut parentes eorum* desunt

Digitized by Google

quae a populo Romano defecisset, per bellum fuissent, eos cis Lirim amnem Romam versus; qui ad Romanos transissent 9
prius, quam Hannibal Capuam veniret, cis Vulturnum emovendos, censuerunt. *ne quis eorum propius mare quindecim millibus passuum agrum aedificiumve haberet. Qui eorum trans Tiberim emoti essent, ne ipsi posterive eorum uspiam* 10
pararent haberentve, nisi in Vejente, aut Sutrino, Nepesinove agro: dum ne cui major, quam quinquaginta jugerum, agri modus esset. Senatorum omnium, quique magistratus Capuae, Atellae, Calatiae gessissent, bona venire 11
Capuae, jusserunt. *libera corpora, quae venumdari placuerat, Romam mitti, ac Romae venire. Signa, statuas ae-* 12

in Lovel. 4. ob repetitionem vocis *eorum* omissa. Sola ultima vox *eorum* exsulat a Lovel. 5.

§. 7. *Neve quis eorum, qui Capuae fuissent*] Hic velut aliud decretum de habitationis loco incipit, nam alioqui plane non intelligo. Ergo libertas data, sed habitatio mutata. GLAR. *Capuae fuissent* Florent. Cant. Lovel. 2. 3. 4. 5. Ber. Mox *infra octavam diem maneret* Rec.

§. 10. *Trans Tiberim moti essent*] Ita primum dedit ultima Gruteri ed. Omnes priores legunt *emoti*. Neque aliter scripti mei, nisi quod *amoti* sit in Lovel. 2. et 4. *emoti* Hearne etiam in L. 1. et D. invenit; itaque in Put. esse, de ejus scriptura consultus Cl. Sallier. respondit. Id itaque revocavi, quod et fecit Crevier. trium e suis et edd. Andreae ac Campani auctoritate inductus. Ita modo hoc cap. dixit Liv. *Cis Vulturnum emovendos censuerunt*. Plura v. ad 42, 50, 6.

Dum ne qui major, quam quinquaginta] *ne qui* pro *ne cui* injuria notari contigisse apparet. SABELL. Illud *ne qui* scribarum errore etiam superest in Florent. et Lovel. 2. ac 4. *ne quis* in Hav. Vocula *quam* exsulat ab Harl.

§. 12. *Signa, statuas aeneas, quae capta de hostibus*] Ita Aldus primus edidit. Antea vulgabatur *quae captae* consentientibus Voss. Lovel. quinque, Harlcj. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Sed optimi Florent. et Cant. recte cum Aldo faciunt. Infra 29, 35, 8. *Tormenta machinasque et advexerat secum, et ex Sicilia missa cum commeatibus erant*. Sallust. in Jug. 17. *Quae et nationes ob calorem aut asperitatem, item solitudines minus frequentata sunt*. Id jam alibi me notare memini.

Ad pontificum collegium rejecerunt] Gutherius 1. de Vet. jur. Pont. 24. scribit, in quibusdam libris esse *ad consilium pontificum*, et utramque scripturam probat; illam, quia frequentior is modus loquendi sit Livio; hanc, quia Theophilo §. 4. Instit. Qui

Digitized by Google

neas, quae capta de hostibus dicerentur, quae eorum sacra ac profana essent, ad pontificum collegium rejece-
13 runt. Ob haec decreta moestiores aliquanto, quam Romam venerant, Campanos dimiserunt. nec jam Q. Fulvii saevitiam in sese, sed iniquitatem Deum atque exsecrabilem fortunam suam incusabant.

1 XXXV. Dimissis Siculis Campanisque, delectus habitus. scripto deinde exercitu, de remigum sup-
2 plemento agi coeptum. in quam rem quum neque hominum satis, nec, ex qua pararentur, stipendium-que

et ex quib. caus. manum. non poss. *consilium* sit *συνέδριον φανερῶν ἀνδρῶν*. Livius, Cicero, et alii *collegium pontificum* dicunt, et ita hic sine dubio habent libri optimi. *Consilium pontificum*, haud scio, an nusquam inveniatur. Locus Theophili ad consilium magistratuum urbanorum et provincialium pertinet, nec quidquam huc facit. DUK. In nullo vel manu vel typis descripto libro, quo quidem usus sum, hic *consilium pontificum* inveni.

§. 3. *Ut privati ex censu ordinibusque*] Pall. tres *privatim*. prisca ed. *privato ex censu*. Paullo post Pall. 1. et 3. *remiges darent cum stipendio dari hisque dierum XXX.* sec. *cum stipendio dati usque dierum XXX.* Prisca ed. *tum stipendia dari his dierum XXX.* GEBH. *privatim* etiam Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et Hav. *privato ex censu* Ber. et edd. usque ad Aldum, qui *privatim*. Postea Froben. anno 1531. *privati* primus reposuit. Mox *remiges darent cum stipendio dariisque triginta dierum* Flor. et corruptius adhuc reliqui; quorum lectiones enumerari, non est operae pretium. probum enim *cibariisque*, quae vox, indoctis librariis minus nota, frequenter tamen apud Livium obcurrit. Exempla v. 3, 25. 24, 11. et 47. 26, 7. 29, 25. 37, 37. 44, 32. et 35.

§. 4. *Tantus fremitus hominum, tanta indignatio fuit*] Vet. lib. *tantaque indignatio fuit*. SIG. Repone *tanta indignatio fuit*. GEBH. Sigonii lectionem secuti editores receperunt, neque aliquid ex codd. adtulerunt Gronovii. Hearnius vero, monens alios edere *tanta indignatio*, de Oxonn. suorum lectione nihil addit. Unus meorum Hav. Sigonio favet; reliqui copulam ignorant, quam recte Crevierius, Put. et omnium suorum auctoritate, iterum expunxit. Supra 3, 26, 5. *Itaque tantus pavor, tanta trepidatio fuit.* ubi iterum *tantaque* Sigon. Sed v. quae ibidem notantur. Mox *materia seditionis deesset*, pro *seditioni*, Lovel. 4. Ber. et edd. vett. V. ad 3, 46, 2.

§. 5. *Servos agri cultores rempublicam abduxisse, nunc ad militiam parvo aere emendo, nunc remiges imperando*] De volonibus

Digitized by Google

que acciperent, pecuniae quidquam ea tempestate in publico esset, edixerunt consules, ut privati ex 3
censu ordinibusque, sicut antea, remiges darent cum stipendio cibariisque dierum triginta. Ad id 4
edictum tantus fremitus hominum, tanta indignatio fuit, ut magis dux, quam materia, seditioni deesset. *Secundum Siculos Campanosque plebem Romanam perdendam lacerandamque sibi consules sumsisse. per tot* 5
annos tributo exhaustos nil reliqui, praeter terram nudam ac vastam, habere. Tecta hostes incendisse, servos agri cultores rempublicam abduxisse, nunc ad militiam

quidam priorem hujus orationis partem [*nunc ad militiam* etc.] intelligunt. sed si id esset, fortassis et sequens propter *nunc* geminatum. Nisi quis potius de parvo stipendio, quo milites conductos conqueruntur, eum loqui intelligat. GLAR. Integra lectio, siquidem ex hac nullus sensus percipitur, est in vet. lib. *servos agricultores populi Romani abduxisse.* Quamquam suspicor etiam, ne pro *populi Romani* legendum sit *praetores.* Est enim lapsus, ut dixi, quotidianus. Querela autem plebis haec est, quae suas calamitates aperit, et ait tecta ab hostibus incensa, servos, qui agros colebant, a praetoribus abductos, partim ad militiam parvo aere emendo, partim remiges imperando. Intelligit autem eos, qui post Cannensem pugnam a Ti. Graccho proconsule armati fuerant. Itaque 34, [6, 12.] ait L. Valerius, loquens de hac re et tempore, ita: *Servi, quibus arma darentur, ita ut pretium pro iis bello perfecto dominis solveretur, emebantur.* Glareanus hoc loco haeret. †. „Quid mirum, „si Glareanus haereat, cum et „Sigonius ejus doctor haereat.„ †. SIG. Pall. 2. et 3. *populum Romanum.* Sigonius suspicatur *praetores.* Malim ego vulgatam lectionem. GEBH. Laborat hic Sigonius. Refert ex suo libro *agricultores populi Romani:* legit autem *praetores abduxisse.* Quasi mirum sit, qui abducti sint in usum reipublicae jussu illorum, qui reipublicae praesunt, eos *rempublicam abduxisse* dici. Male ergo et Cic. in Bruto [27.] de Ti. Graccho, *Propter turbulentissimum tribunatum, ad quem ex invidia foederis Numantini bonis iratus accesserat, ab ipsa republica est interfectus.* Et 1. Fam. 9. *Me universa respublica, duce senatu, comitante Italia*, etc. *omnibus denique suis viribus recuperasset.* Male Tacit. 1. Ann. [7.] *Dabat et famae, ut vocatus electusque potius a republica videretur, quam per uxorium ambitum et senili adoptione irrepsisse.* Itaque absit, ut editum, ab optimis libris confirmatum, mutemus. J.FR.GRON. *agricultores populi Romani* Lovel. 4. 5. Hav. Hearnii D. et eodem teste ed. Rom. Aler. *agricultores Romani populi* edd. proximae, consentiente Ber. *agricultores relp.* Gaertn. et Hearnii L. 1. Sed re-

Digitized by Google

6 *parvo aere emendo, nunc remiges imperando. Si quid cui argenti aerisve fuerit, stipendio remigum et tributis annuis ablatum. Se, ut dent, quod non habeant, nulla vi, nullo imperio cogi posse. Bona sua venderent: in corpora, quae reliqua essent, saevirent. Ne unde redi-*
7 *mantur quidem quidquam superesse.* Haec non in occulto, sed propalam in foro atque oculis ipsorum consulum ingens turba circumfusi fremebant: nec eos seda-
8 re consules, nunc castigando, nunc consolando, poterant. Spatium deinde his tridui se dare ad cogitandum dixerunt: quo ipsi ad rem inspiciendam expediendam-
9 que usi sunt. Senatum postero die habuerunt de remigum supplemento: ubi quum multa disseruissent,

ete Aldus *rempublicam abduxisse*, quod firmant reliqui codd. mei, et jure Gronov. defendit adversus Sigonium, qui memor esse debuerat eorum, quae notavit ad 9, 26, 8. ubi egregie *adversus rempublicam*, pro *adversus Romanum populum*, restituit. Plura eo hujus corruptionis exempla congessi. V. et Gronov. ad 28, 25, 7. Paullo ante *nihil reliqui*, pro *nil*, Florent. et Lovel. 2. ac 4. V. ad 6, 40, 3.

§. 6. *Quidquam superesse*] *superius esse* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Hav. et Hearnii L. 1. *superior*, vel *superius esse* in Put. Reg. et omnibus Gallicanis esse, Gronov. supra notavit ad c. 33, 3. qualem quum eo loco etiam lectionem reperisset, inde *super iis esse* scribendum conjecit, quod hic tamen non convenit, quum dicendum foret *super sibi esse*.

§. 7. *Ingens turba circumfusi fremebant*] Pall. tres, et vet. ed. *circumfusa*. Forte legendum *ingenti turba circumfusi*. GEBH. *circumfusi* deest in Voss. et Gaertner. *turba circumfusa fremebat* Lovel. 5. Brancal. Latinii, Hearnii L. 1. D. et, eodem teste, ed. Rom. Aler. *circumfusa fremebant* Lovel. 2. 3. 4. Harlej. Ber. Hafn. Rec. Hav. et edd. multae ex vett. *turba circumfusi fremebant* Aldus substituit. Et ita optimi Florent. et Cant. *turba circumfusi* eodem modo dictum, quo *aetas obvii*. V. ad 27, 51, 1.

§. 8. *Spatium deinde his tribuere se dareque ad cogitandum*] Nemo hunc locum mendose esse animadvertisset, nisi veteres libri id docuissent, in quibus est, *Spatium deinde tridui se dare ad cogitandum dixerunt*. Est enim verisimile, certum dierum spatium esse datum. SIGON. Put. *Spatium deinde iis tribui se dare ad cogitandum*. Optime, modo literam mutes, faciasque *tridui*, quod anticipavit Sigonius. Voss. *tribuisse dareque*. J. FR. GRON.

Digitized by Google

cur aequa plebis recusatio esset, verterunt orationem eo, ut dicerent, *Privatis id, seu aequum, seu iniquum, onus injungendum esse. Nam unde, quum* 10 *pecunia in aerario non esset, paraturos navales socios? Quomodo autem sine classibus aut Siciliam obtineri, aut Italia Philippum arceri posse, aut tuta Italiae litora esse?*

XXXVI. Quum in hac difficultate rerum consilium 1 haereret, ac prope torpor quidam occupasset hominum mentes, tum Laevinus consul, *Magistratus se-* 2 *natui, et senatum populo, sicut honore praestent, ita ad omnia, quae dura atque aspera essent, subeunda duces debere esse. Si quid injungere inferiori velis, id* 3

his tribuisse dareque Lovel. 2. 5. Gaertn. Hafn. et Hearnii N. *his tribui se dareque* Lovel. 3. *his tribuisse dare* Lovel. 1. 4. *his tribui ad cogitandum* Hav. *iis se dare ad cogitandum* Ber. a m. 1. *instribui se dare ad cog.* Flor. a m. 1. *iiis tribui se dare* a m. 2. *iis*, vel *his*, *tridui se dare* Harl. et Hearnii L. 1. Unde recte viri docti *iis tridui se dare*. Sine caussa enim Doujatius vulgatum, quod in nullo meorum codd. nisi in Ber. a m. 1. obvium habui, defendit. Quod enim evertendae Sigonii lectioni praetendit, jam postero die consules de remigum supplemento senatum habuisse, id eo animo fecisse videntur, ut vel, secundum emendationem Salmasii in verbis proximis, parata haberent, quibus plebem exacto triduo supplementa dare recusantem ad id cogerent, vel, secundum vulgatam lectionem, viderent, num plebem hoc onere liberandi ratio superesset. Iniquior autem est in Sigonium, dicens *eum videri velle* emendationem, quam proposuit, ex vett. libb. hausisse, ita fidem ejus in dubium vocans. Verum praeter Robortellum, forte aestu disceptandi abreptum, nemo umquam hujus criminis Sigonium suspectum habuit, quasi codicum, qui nusquam exstarent, lectiones laudasset: praeterquam quod una tantum litera a Sigonii emendatione differentes lectiones ex variis codd. Gronovius, Hearnius, et ego laudarimus, quae de fide Sigonii dubitandi locum non reliquunt.

§. 9. *Quum multa disseruissent, cur aequa plebis recusatio esset*] Ita quidem MSS. Sed placebat Salmasio *curaeque plebis recusatio esset*. J. FR. GRON. *cum aequa plebis* Lovel. quinque, Harlej. Gaertn. Hav. et edd. antt. Sed, Colbertinum vetustiorem Salmasii conjecturam probare, auctor est Doujatius. Mox §. seq. *averti posse*, pro *arceri posse*, Ber. et edd. usque ad Aldum.

§. 2. *Et senatus populo sicut ho-*

Digitized by Google

prius in te ac tuos si ipse juris statueris, facilius omnes obedientes habeas. nec inpensa gravis est, quum ex ea plus quam pro virili parte sibi quemque capere princi-
4 *pum vident. Itaque classes habere atque ornare volumus populum Romanum? privatos sine recusatione re-*

nore praestet] Put. et Gallicani *et senatum populo sicut honore praestent.* Recte: nam *τὸ magistratus* plurativo numero accipiendum, utrumque autem *τὸ magistratus* et *τὸ senatum* respondent orationi infinitivae *duces debere esse.* nam et sic optimi, non *ducem.* J. FR. GRON. *et senatum populo sicut honore praestet* Lovel. 3. 4. 5. *et senatum populo sicut honore praestitit* Flor. Voss. Lovel. 1. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. quorum Voss. *perstat* habet in margine. *et senatum populo sicut honore praestent* Brancal. Latinii. Omnes tamen *τὸ ducem* servant. Verum Crevier. *duces* in contextum recepit, quum Gronov. *ducem* reliquisset, caussatus, altero admisso nil dubium esse, quin et hoc recipiendum foret.

§. 3. *Id prius in te ac tuos si ipse juris statueris*] Pal. 1. *id si prius ante ac tuos is ipse juris statueris.* GEBH. *id prius ante ac tuos ipse juris statueris* Florent. *id prius ante actuosis ipse juris statueris* Lovel. 1. et Voss. *id prius ante auctosis ipse juris statueris* Lovel. 4. *id prius in te ac tuis ipse juris statueris* Lovel. 3. et ita Hav. nisi quod *a te* legat. *statuens* Lovel. 2.

Quum ex ea plus quam pro virili parte sibi quemque capere principum vident] Conspicitur in Pall. 1. 2. *cum eam plus quam pro virili sibi quemque capere principium viderit.* ubi *principium* genitivus est ἀρχαϊκῶς pro *principum.* tert. *cum ea plus quam pro virili parte sibi quemque capere principium video.* GEBH. *quum ea plus* Flor. Voss. Lov. 1. 5. Harl. Gaertn. et edd. vett. usque ad Ascens. anni 1513. Sed *ex* interceptum est a proxima voce ob similitudinem literarum *x* et *a. quum eam plus* Lovel. 2. 3. 4. Ber. et Hav. Deinde *principium* Lovel. 2. Voss. Harlej. et Gaertn. De genitivo illo hoc modo formato v. ad 2, 27, 12. Deinde *viderint* Lovel. 3. Ber. a m. 1. et edd. Aldo priores. *videant* Florent. et Harlej.

§. 4. *Itaque ut classem habeat, quam ornare volumus, populus Romanus*] Malim *respublica*, errore ex praeposteris literis orto, *P. R.* et *R. P.* Sic enim paulo post: *Nec remige in supplementum, nec stipendio respublica eguit.* SIG. Pal. 1. *Itaque classes habeat, quae ornare volumus.* sec. *Itaque classes habeat, quas armare volumus.* tert. *Itaque classem hanc, quam ornare volumus.* GEBH. Quis haec sana judicet? Sed et MSS. vitii ea coarguunt. Alii, *Itaque classes habeat quas ornare.* Alii *Itaque classem hanc quam ornare.* Put. et optimi *Itaque classes habeatque ornare volumus P. R. privatos.* Scribe et distingue: *Itaque classes habere atque ornare volumus populum Romanum? privatos sine recusatione remiges dare? nobismet ipsi primum imperemus.* J. FR. GRON. *classes*, pro *classem*, omnes mei, uno vel altero excepto: deinde *habeat quas*, vel *quae*, plerique eorum. *habeatque* Cant. quod ex eo natum est, quia librarii, quum

Digitized by Google

miges dare? nobismet ipsis primum imperemus. Aurum, argentum, aes signatum omne senatores crastino die in publicum conferamus: ita ut annulos sibi quisque, et conjugi, et liberis, et filio bullam, et, quibus uxor filiaeve sunt, singulas uncias pondo auri relinquant; 5

non disjunctis vocibus olim *kab'eatque*, id est *habere atque*, ut Gronov. scribendum voluit, exaratum fuisset, additum apicem non animadverterint. Quid multa? quum a m. 1. in Flor. etiam scriptum fuisset *Itaque classes habeatque ornare volumus populus Romanus*, a manu altera recte deinde emendatum est *habere atque* et *populum Romanum:* unde Gronovii conjectura egregie firmatur. Judicio suo per me fruatur Doujatius, qui in vulgata lectione, in utroque Colbertino obvia, haud multum vitii esse judicat, modo eam, quam Gronov. produxit, nobis non invideat.

§. 5. *Aurum, argentum, aes signatum omne senatores*] Abjudicant libri omnes *aes*. Pal. 2. exhibet *aurum et argentum signatum*. GEBH. *Τὸ signatum* non referendum est ad *aurum* et *argentum*, sed ad solum *aes*. Hinc etiam in sequentibus, ubi excipitur aurum et argentum, quod cuique servare liceret, memoratur tantum vel aurum et argentum factum, vel pondus utriusque metalli; quum contra definiatur numerus assium, qui in singulos patres familiae relinquerentur. Praeterea nummi argentei quidem hoc tempore erant signati, nondum tamen aurei, ut colligitur ex Plinio 33, 3. Hinc patet, male vocem *aes* exsulare a Flor. Voss. Lov. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et omnibus editis usque ad Mogunt. Deinde *omnes senatores* legunt Florent. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. omnesque edd. usque ad Gronov. qui recte anno 1665. substituit *signatum omne*; ita enim Livius mox, *Ceterum omne aurum, argentum, aes signatum ad triumviros mensarios extemplo deferamus*. Ubi jam vox *aes* constanter superest in omnibus scriptis et editis. Si quis tamen *signatum* etiam ad *argentum* referre velit propter locum Livii 34, 6, 14. a Sigonio ad verba sequentia laudatum, non intercedam. Videtur tamen *argentum signatum* comprehendi illis *omne argentum*. Ultima igitur litera *τοῦ omnes* adhaesit ex initio vocis sequentis. V. ad 28, 25, 2. Deinde *crastino die* edidit Clericus, quum omnes priores *crastina* praeferant. Cur vero vulgatum mutaverit, monere neglexit. Eamdem lectionem etiam recepit Crevier. verum neque is mutatae scripturae caussam dedit. Similiter etiam hic edi curavi, non tam eorum exemplum secutus, sed codd. Florent. Cant. aliosque. Et ita Livium saepissime locutum esse, docent supra notata ad 3, 20, 4. ubi non consultis codd. meis, fide ed. Gronov. inter alia etiam hunc locum laudavi, ut docerem, Livium non tantum *crastino*, sed etiam *crastina die* dixisse. V. etiam ad 8, 11, 15.

Singulas uncias auri pondo relinquant etc.] Quia foede vitiatus hic locus multis in partibus est, ipsum, quomodo legendum

Digitized by Google

6 *argenti, qui curuli sella sederunt, equi ornamenta et libras pondo, ut salinum patellamque Deorum caussa ha-*
7 *bere possint. ceteri senatores libram argenti tantum, aeris signati quina millia in singulos patres familiae re-*
8 *linquamus. Ceterum omne aurum, argentum, aes si-*

esse censeo, recitabo: deinde, cur ita legam, exponam. Loquitur ita Laevinus consul de ratione auri argentique in publicum conferendi: *Aurum, argentum, aes signatum omnes senatores craftina die in publicum conferamus, ita ut annulos sibi quisque, et conjugi, et liberis, et filio bullam, et, quibus uxor filiaeve sunt, uncias pondo relinquat auri, argenti; qui curuli sella sederunt, equi ornamenta, et libras pondo, ut salinum, patellamque Deorum causa habere possint. Caeteri senatores libram argenti tantum, aeris signati quina millia in singulos patres familiae relinquamus.* Ex ejusmodi verborum interpunctione et lectione satis commode sensum colligi puto, qui ex vulgata lectione nullus eliciebatur. Quod autem antea legebatur *singulas uncias auri pondo relinquant, argenti, qui sella*, inveni in vet. lib. legi *singulas uncias pondo relinquat auri, argenti*, ita ut aliud deinceps sequatur membrum. Qui sella curuli sederunt, ii sibi relinquant equi ornamenta, et libras pondo auri, argenti, ita ut salinum, patellamque habere possint. Caeteri senatores nihil auri sibi relinquant, ac libram argenti tantum. Porro autem aeris signati quinque millia in singulos patres familiae relinquamus. Quod autem aït *uncias pondo auri*, et *libras pondo* recte aït. Sic enim loquebantur antiqui, cum libram ponderalem, non mensuralem, significabant, ut Plaut. in Pseudolo [3, 2, 27.] *Eo laserpicii libram pondo diluunt.* et in Rudente [4, 2, 8.] *Neque piscium libram unam jam hodie pondo cepi.* Et Livius hoc libro paulo post [c. 47, 7.] *Paterae aureae fuerunt CCLXXVII librales ferme omnes pondo.* et 4, [20, 4.] *Coronam auream librae pondo.* Itaque libro 34, [6, 14.] de hoc decreto sic scriptum est. *Cautum erat, quo ne plus auri et argenti facti, quo ne plus signati argenti et aeris domi haberemus.* Hic locus torsit Vallam et Glareanum. †. „Locus Glareanum torsit, sed ejus objectiones non diluuntur, „maxime quae ad rem pecuniariam intelligendam facere videbantur.„ †. SIG. Scribendum *singulas uncias pondo auri.* Dictum fuit in commentario de pecunia vet. 1, 6. J. FR. GRONOVIUS. *auri pondo* primum adparuit in ed. Ascensii anni 1513. et ita praefert Berol. a m. 2. Reliqui omnes cum prioribus edd. *pondo auri*, ut Gronov. voluit.

§. 6. *Et libras pondo, ut lignum patellamque*] Nescio, an legendum sit *salinum patellamque.* Est autem *salinum* salis vas, ut *acerra* thuris. Inde diminutivum ejus *salillum*, quod ego Antonium docui, qui pro minuto accipiebat sale. VALLA. Ad *libras pondo* cum non addat cujus rei, aurine an argenti, non video, quomodo intelligendum. Nam quod quidam distinxerunt ante *argenti*, et post verbum *relinquant*, quae utraque praecedunt, mihi non probatur. Valla legit

Digitized by Google

gnatum, ad triumviros mensarios extemplo deferamus, nullo ante senatusconsulto facto: ut voluntaria conlatio et certamen adjuvandae reipublicae excitet ad aemulandum animos primum equestris ordinis, dein reliquae plebis. hanc unam viam, multa inter nos conlocuti, con- 9

librae pondo. Hoc quoque mirum alicui videri poterit, cum lege Oppia nulli mulieri licuerit habere plus semuncia auri, ut l. 4. sequentis decados [c. 1, 3.] habetur, hic permissum esse, ut uxores filiaeve auri plenas uncias habeant. Neque enim Oppia lex interea temporis lata erat, sed antea. Verum lectorum judicio haec committimus. GLAR. Libri *lignum*, unde illud Vallae. Lipsius *culignam* 1. Epist. Q. 8. Put. *utalinum*, inter versus supra *i* et *n* interpositum *g*. Persius 3. Sat. 35.

Est tibi far modicum, purum et sine labe salinum.

Et ipse Lipsius mutavit sententiam Saturn. 1, 2. J. FR. GRON. Omnes et nostri *lignum*, pro quo quin *salinum* legendum sit, nullus hodie dubitat. Glareano, qui ob oculos habuerat ed. Aldinam, vitiosa interpunctione laborantem, quaerenti ad *libras pondo* utrum *auri*, an *argenti*, intelligendum sit, Sigonius responderat utriusque, ita ut magistratu curuli functis liceret praeter equi ornamenta habere libras pondo auri et argenti, ceteris senatoribus tantum argenti. et hinc locum ita interpungebat, ut proposuit ipse in Scholio ad §. praec. Sed, Sigonium errare, docuit Gronov. 1. de Pec. vet. 6. p. 28. ac putat, distincte de auro et argento locutum esse Livium: illius non tantam in his pecuniae angustiis adfluxisse copiam, ut praeter annulos et bullam cuique libras pondo concederent, sed vix uncias, duodecimam librae partem, concessisse: hujus vero singulis senatoribus concessisse libras pondo ad cultum Deorum; insuper vero illis senatorum, qui honorem curulem gesserant, equi ornamenta, non vero reliquis senatoribus. Eam autem ob caussam ita distinguebat verba Livii, ut in contextu ejus hic exprimitur. Alteri difficultati Glareani, unde fiat, ut hic uxoribus filiabusve auri uncias habere permittatur, quum tamen lege Oppia, ante haec tempora lata, tantum semunciae iis concedantur, quam iterum proponit ad 34, 1, 3. Sigonius neque hic, neque ad eum locum respondit. Gronov. vero loco laud. in Livio legit *quibus uxor filiaeque sint*, ac putat, nihil derogari hic legi Oppiae, sed *uncias* memorari, quia de uxore filiabusque facta est mentio, at Oppia caveri, ne qua mulier plus semuncia auri haberet: adeoque quibus filiae non essent, essent uxores, earum nomine etiam nunc plus semuncia habere non liceret. Doujatius, insignis JCtus, et Antecessorum Parisiensium primicerius, levi negotio rem conficit, legem Oppiam hoc tempore posteriorem statuens. Ait enim non plus quam *pondus unciae* (ipsius sunt verba) servari uxoris et unius cujusque filiae gratia: lege Oppia cautum *postea* fuisse, ne qua mulier plus semuncia auri haberet. Quum tamen ex Liv. 34, 1, 3. quem locum ipse ad partes vocavit, constet, plebiscitum Oppium latum

Digitized by Google

sules invenimus. Ingredimini, Diis bene juvantibus. Respublica incolumis et privatas res facile salvas prae-
10 *stat. publica prodendo, tua nequidquam serves.* In
haec tanto animo consensum est, ut gratiae ultro
11 consulibus agerentur. senatu inde misso, pro se
quisque aurum, argentum et aes in publicum conferunt, tanto certamine injecto, ut prima inter primos nomina sua vellent in publicis tabulis esse; ut nec triumviri accipiundo, nec scribae referundo
12 subsicerent. Hunc consensum senatus equester ordo est secutus: equestris ordinis, plebes. ita sine edicto, sine coërcitione magistratus, nec remige in

esse Q. Fabio, Ti. Sempronio consulibus. V. etiam c. 6, 9. Hos autem jam consules memoravit supra 23, 31. Nuper Cl. Crevier. conjecit, forte locum non habuisse caput illud legis Oppiae de semuncia auri, quod perfacile ita posset neglegi, ut fraus ipsi facta aut detegi, aut vindicari nequiret. Verum, caput Oppiae de modo auri etiam eo adhuc tempore, quo abrogabatur, in usu fuisse, ex Catonis et Valerii orationibus, a Livio in initio l. 34. per compendium relatis, satis constat. Quamvis itaque omnes Msti constanter hic tueantur *uxor filiaeve*, minoribus tamen difficultatibus premitur sententia Gronovii, quam propterea praefero. Saepissime enim voculas *ve* et *que* commutari in Msstis, vidimus ad 24, 10, 2.

§. 8. *Caeterum omne aurum, argentum*] *Caeterum* nomen est, non adverbium: intelligit enim reliquum aurum argentumque in publicum conferendum praeter id, quod sibi quisque ex senatus auctoritatate reliquerit. Itaque accentus tollendus est. SIGON.

§. 9. *Publica prodendo*] Vet. lib. *perdendo*. Vere. SIG. Elegantior multo lectio a Sigonio approbata *perdendo*. GEBH. *perdendo* unus meorum Hafn. idque requirere videtur obpositio verbi *servare*. Praefero tamen vulgatum *prodendo*, quod similiter τῷ *servare* obponitur 9, 4, 12. *Produntur ea omnia, deleto hoc exercitu, non servantur*. De vi verbi hujus adversus Gruter. ad Liv. 1, 13, 5. disputat Gronov. 3. Obs. 20. Saepe autem *prodere* et *perdere* in Msstis commutantur. V. ad 6, 30, 6. 8, 4, 2. 9, 9, 11. c. 14, 16. Adde Heins. ad Nason. Rem. Am. 457. 3. Fast. 113. 2. Trist. 99. Broekh. ad Prop. 2, 6, 8. Bentl. ad Horat. 1. epist. 16, 67. et Burm. ad Virg. Ecl. 3, 59.

§. 11. *Nec triumviri accipiundo, nec scribae referendo*] Optimi libri *accipiundo* et *referundo*. J. FR. GRON. Ita et quidam meorum. V. ad Praef. §. 11. ad 3, 11, 1.

Digitized by Google

supplementum, nec stipendio respublica eguit: paratisque omnibus ad bellum, consules in provincias profecti sunt.

XXXVII. Neque aliud magis tempus belli fuit, quo 1
Karthaginienses Romanique pariter variis casibus inmixtis magis in ancipiti spe ac metu fuerint. Nam 2
Romanis et in provinciis, hinc in Hispania adversae res, hinc prosperae in Sicilia, luctum et laetitiam miscuerant: et in Italia, quum Tarentum a- 3
missum damno et dolori, tum arx cum praesidio retenta praeter spem gaudio fuit: et terrorem subi- 4
tum pavoremque urbis Romae obsessae et obpugna-

c. 20, 3. c. 61, 12. 4, 58, 14. 5, 53, 3. 6, 3, 6. c. 5, 8. c. 26, 6. c. 32, 1. c. 37, 12. 10, 5, 6. 27, 25, 5. et aliis locis. Adde Vossium 6. Gramm. 14.

§. 12. *Sine edicto, sine cohortatione magistratus*] Pal. 2. *coërtione.* tert. *coërctione.* GEBH. Pal. unus *coërtione.* alter *coërctione.* Put. Reg. Men. Voss. *coërcitatione.* An verum est *coërcitione?* est utique: nam cohortatio facta quidem illa fuerat, sed profecerat omnino nihil. Et sic noster 4, [53, 7.] *Consuli damnum aliamve coërcitionem detrectantibus militiam inhibenti.* Sueton. Aug. [45.] *Coërcitionem in histriones magistratus in omni tempore et loco lege vetere permissam ademit.* Vise libros Juris. J. FR. GRON. *sine exercitione* Gaertn. *sine coërcitatione* Lov. 1. 2. 4. *sine coërcione* Lov. 3. 5. et Hearnii L. 1. pro quo recte Gronov. *sine coërcitione:* cujus vim non adsecutus Doujatius mallet, si liceret, *sine coactione.* Saepe *coërcio* vel *coërtio* pro *coërcitio* in Mstis exaratur. V. supra ad 4, 53, 7. Cel. Burm. ad Quinctil. 9. Instit. Or. 2. p. 769. eumdem aliosque ad Suet. Aug. 45. et Claud. 38. Simili errore *tristia* pro *tristitia* supra erat 6, 7, 3.

§. 1. *Neque aliud magis tempus*] Adscripsit margini suo pater, τὸ *magis* forte delendum. JAC. GRON. Idem etiam sibi videri, ad editionis Gronovianae anni 1665. oram monuit Antonius Perizonius. Deest etiam in Lovel. 2. quod similiter de Victor. suo notat Crevier. Eamdem vocem *magis* non hic, sed mox Sigonius ex contextu ejecit, nulla facti ratione in scholiis reddita.

Pariter variis casibus inmixtis] Pall. duo, et vet. ed. *immixti.* GEBH. Ita et Lovel. 4. Harlej. Rec. Ber. et edd. ante Aldum. Mox §. seq. *miscuerunt* Lovel. 3. 4. Ber. Hav. a m. 2. et eaedem edd. Id autem sequentia *fuit* et *vertit* requirere videntur. Optimi tamen in vulgatum conspirant. Etiam alibi plusquamperfecta et perfecta jungi, videbimus ad 34, 26, 12.

§. 3. *Tum arx cum praesidio retenta*] Pall. *tum arce c. p. retenta.*

Digitized by Google

tae Capua post dies paucos capta in laetitiam ver-
5 tit. Transmarinae quoque res quadam vice pensa-
tae. Philippus hostis tempore haud satis opportu-
no factus; Aetoli novi adsciti socii, Attalusque
Asiae rex, jam velut despondente fortuna Roma-
6 nis imperium orientis. Karthaginienses quoque Ca-
puam amissam et Tarentum captum aequabant: et,
ut ad moenia urbis Romanae nullo prohibente se
pervenisse in gloria ponebant, ita pigebat irriti in-
7 cepti; pudebatque adeo se spretos, ut, sedentibus
ipsis ad Romana moenia, alia porta exercitus Ro-
8 manus in Hispaniam duceretur. Ipsae quoque His-
paniae, quo propius spem venerant, tantis duobus
ducibus exercitibusque caesis, debellatum ibi, ac
pulsos inde Romanos esse; eo plus, ab L. Marcio

sed sic non procedit syntaxis. GEBH. Similiter errarunt librarii Florent. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harlej. Rec. Gaertner. et Hav. Neque aliter edd. usque ad Frob. anni 1531.

§. 5. *Jam velut despondente fortuna Romanis imperium orientis*] Libri omnes *jam vel despondente*. GEBH. *vel despondente* etiam Lovel. 3. 4. 5. Hav. Harlej. Gaertn. Ber. a m. 1. et edd. Frobeniana anni 1531. priores. Sed lineam per cornu ultimae literae *τοῦ vel* traductam, quae nota indicat, esse compendium vocis *velut*, non observarunt scribae. *vel tum despondente* Ber. a m. 2. *velut despontante* Lovel. 1. Tota vox *velut*, quae hic optime metaphoricae locutioni additur, exsulat a Flor.

§. 6. *Capuam amissam et Tarentum captum aequabant*] Pall. tres *Capua amissa*. Forte *Capuae amissae Tarentum captum aequabant*. GEBH. *Capua amissa* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Mox *urbis Romanae* edidit Jac. Gronov. consentientibus Florent. et tantum non omnibus reliquis Msis. V. ad Epit. Liv. 49.

§. 8. *Ipsae quoque Hispaniae*] Hic distinguendum est. *quo propius spem venerant*, nempe Carthaginienses. In fine periodi *praebebat* errore typographorum, an consulto editum sit, mihi non liquet. Sed *praebebant* rectum puto; nam jungendum est cum *ipsae Hispaniae*. DUK. Recte. *praebebat* primum J. Fr. Gronovius edidit anno 1665. quamvis autem ei consentiat Hav. non dubito tamen, quin ita operarum errore datum sit, quem eumdem omnes postea editores commiserunt. Reliqui enim codd. mei cum

Digitized by Google

tumultuario duce ad vanum et irritum victoriam redactam esse, indignationis praebebant. Ita aequante 9
fortuna, suspensa omnia utrimque erant, integra spe, integro metu, velut illo tempore primum bellum inciperent.

XXXVIII. Hannibalem ante omnia angebat, quod 1
Capua, pertinacius obpugnata ab Romanis, quam defensa ab se, multorum Italiae populorum animos averterat: quos neque omnes tenere praesidiis, nisi 2
vellet in multas parvasque partes carpere exercitum, quod minime tum expediebat, poterat: nec, deductis praesidiis, spei liberam vel obnoxiam timori sociorum relinquere fidem. Praeceps in avaritiam et 3
crudelitatem animus ad spolianda, quae tueri nequibat, ut vastata hosti relinquerentur, inclinavit.

Hearnii L. 1. et D. *praebebant.* quod restitui. Similiter etiam Jac. Perizon. ad oram Livii sui emendavit. Praeterea *propius spe* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et edd. principes: quod pro *spei* positum accipi posset. Sed vulgatum praestat. V. ad 2, 41, 11.

Eo plus, ab L. Marcio tumultuario duce ad vanum et irritum victoriam reductam, indignationis praebebant] Bene custoditur haec lectio a principe editionum. Pal. 1. *eo p. r. ab L. Martio t. d. ad v. et i. v. r. indignationes praebebant.* Et ita sec. nisi quod in principio *eo praetore L. Martio.* tert. *eo post ab L. Martio.* GEBH. Similibus aliisque modis librarii meorum codd. lapsi sunt. Nam *eo tempore ab L. Martio* praeferunt Lovel. 3. 5. Rec. Gaertn. et Hav. *eo pressius ab L. Marcio* Lovel. 2. *eo p. r. ab L. Marcio* Lovel. 4. Deinde *indignationes* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 2. *Nisi vellet in multas parvasque partes capere exercitum*] *capere* librarii fecerunt pro eo, quod Livius *carpere* scriptum reliquerat. SABELL. Sine copula vet. ed. *in multas parvas partes.* Pal. 2. *nisi vellet in multasque partes.* GEBH. *in multas parvas partes* Ber. a m. 1. et edd. ante Aldum, qui recte dedit *multas parvasque*, consentientibus reliquis scriptis. Hinc male *capere*, ut ante Sabell. vulgabatur, Lovel. 5. Gaertn. et Ber. a m. 2. *Carpere* est discerpere, in partes dividere. V. Munker. ad Hygin. Fab. 155. Solet autem id verbum cum *capere* confundi a scribis. V. ad 6, 32, 11. Paullo ante §. praec. *populorum animos verterat*, pro *averterat*, Flor.

Spei liberam, vel obnoxiam ti-

Digitized by Google

4 Id foedum consilium, quum incepto, tum etiam exitu fuit. neque enim indigna patientium modo abalienabantur animi, sed ceterorum etiam. quippe ad plures exemplum, quam calamitas, pertinebat.
5 Nec consul Romanus tentandis urbibus, sicunde
6 spes aliqua se ostendisset, deerat. Salapiae principes erant Dasius et Blattius: Dasius Hannibali amicus; Blattius, quantum ex tuto poterat, rem Romanam fovebat, et per occultos nuncios spem proditionis fecerat Marcello; sed sine adjutore Dasio res
7 transigi non poterat. Multum ac diu cunctatus, et tum quoque magis inopia consilii potioris, quam spe effectus, Dasium adpellabat. at ille, quum ab re aversus, tum aemulo potentatus inimicus, rem

mori sociorum relinquere fidem] Quidam *timoris*, pro *timori*, reposuerant. At ego sensum non ad amussum intelligo. GLAR. Hannibal, deductis praesidiis spei liberam relinquebat fidem eorum sociorum, qui nutantes jam eo facilius se ad Romanos defecturos sperabant: contra timori obnoxiam relinquebat fidem eorum, qui ex animo ei faventes metu armorum cogi poterant, ut se Romanis jungerent. *obnoxiam timoris* praeferunt edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. ambae, aliaeque usque ad Ascens. qui anno 1513. in contextu dedit *timori*, altera lectione in marginem rejecta. *timori* deinde Froben. et postea omnes probarunt, concinentibus scriptis, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Praeterea *spem liberam* Ber.

§. 5. *Salapiae principes erant Dasius et Blactius*] Apud Val. Max. 3, 8. (si codices non fallunt) *Blasius*, non *Blactius*, legitur. Quae ideo annotantur nobis, ut lector ipse videat, uter ex altero emendari debeat. GLAR. Vet. lib. *Blatius*. Valerius Max. 3, 4. *Blasium*, ubi de eadem re agit, vocat. Quae eadem scriptura in vetustissimo, quem apud ingeniosissimum humanissimumque Joannem Baptistam Pignam legi, libro est. SIG. Put. ubique *Blattius*. Appian. ἐν Ἀνιβαϊκ. [339.] Τούτοις Δάσιος μὲν τὰ Λιβύων ἡρεῖτο, Βλάτιος δὲ τὰ Ῥωμαίων. J. FR. GRON. Vulgatum *Blasius* est a Sigonio. Id in paucissimis tantum libris mihi obvium fuit. Antea edebatur *Blactius*, quod inveni in Lovel. 3. et Gaertn. *Blatius* in Voss. Lovel. 2. 4. et Harlej. *Blacius* in Lovel. 5. et Hav. qui tamen in sequentibus *Blatius* habent. *Blastius* Florent. et ita in optimis perpetuo esse, monuit Gronov. 4. Obs. 11, 166.

§. 6. *Spem proditionis fecerat*

Hannibali aperit. Arcessito utroque, Hannibal quum 8
pro tribunali quaedam ageret, mox de Blattio cogniturus, starentque submoto populo accusator et reus: Blattius de proditione Dasium adpellabat. *Enimvero*, ille, velut in manifesta re, exclamat, *sub* 9
oculis Hannibalis secum de proditione agi. Hannibali atque eis, qui aderant, quo audacior res erat, minus similis veri visa est. *aemulationem profecto atque* 10
odium esse: et id crimen adferri, quod, quia testem habere non posset, liberius fingenti sit. Ita inde dimissi sunt. nec Blattius ante abstitit tamen tam audaci 11
incepto, quam idem obtundendo, docendoque, quam ea res ipsis patriaeque salutaris esset, pervicit, ut praesidium Punicum (quingenti autem Nu-

Marcello] Pall. 1. *consuli Marcello*. GEBH. *Marcello fecerat* Gaertn. *fecerat consuli Marcello* Flor. a m. 2. Paullo ante *Hannibalis amicus* Hav. Sed v. ad 39, 47, 11. Mox §. seq. *quum* deficit in Voss. Lovel. 1. 2. 3. Ber. et Hav.

§. 8. *Blasius de proditione Dasium adpellabat*] Hoc item exponit Valerius [3, 8, ext. 1.] *Blasius vultu dissimulante ac voce summissa monere Dasium coepit, ut Romanorum potius, quam Carthaginiensium, partes foveret.* SIGON.

§. 9. *Enimvero, ille, velut in manifesta re, exclamat*] Pall. duo *immaniter stare exclamabat.* sec. *velut in manu rem stare exclamat.* Antiqua impressio *Enimvero ille immanifestare. Exclamabat.* GEBHARD. *velut immanite stare exclamabat* Lovel. 1. *velut immaniter stare exclamabat* Lovel. 3. *velut immaniter stare exclamat* Lovel. 4. *velut immaniter restare exclamabat* Ber. et ed. Parm. neque aliter Rom. anni 1472. nisi quod *immanite* legat. *velut immaniter exclamat* Harlej. *velut immanitate raperetur exclamat* Lovel. 2. Praepositio *in* deerat in Lovel. 5. *exclamabat* legit Voss.

§. 10. *Potuisset, liberius fingeretur. Ita deinde*] Gallicani, Voss. duo Pall. *quia testem habere non posset, liberius fingentis ita inde.* Put. *fingentisitia inde.* Repone, *liberius fingenti sit. Ita inde dimissi sunt.* 30, [32, 8.] *Colloquium Annibalis in secreto habitum ac liberum fingenti, qua velit flecti.* J. FR. GRON. *potuisset* demum Froben. anno 1535. reposuit, quum priores haberent *posset*, quod etiam servant apud me Florent. Lovel. quinque, Harlej. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. quorum etiam auctoritate ita edidi. Praeterea *deinde*

Digitized by Google

12 midae erant) Salapiaque traderetur Marcello. Nec sine caede multa tradi potuit. longe fortissimi equitum toto Punico exercitu erant. Itaque, quamquam inprovisa res fuit, nec usus equorum in urbe erat, tamen, armis inter tumultum captis, et 13 eruptionem tentaverunt, et, quum evadere nequirent, pugnantes ad ultimum obcubuerunt. nec plus quinquaginta ex his in potestatem hostium vivi ve- 14 nerunt. plusque aliquanto damni haec ala equitum amissa Hannibali, quam Salapia, fuit: nec deinde umquam Poenus (quo longe plurimum valuerat) equitatu superior fuit.

1 XXXIX. Per idem tempus, quum in arce Taren-

primum invenio in ed. Paris. anni 1573. Priores cum omnibus scriptis meis et Hearnii Oxonn. *inde*. Insuper *liberius fingeretur ita* unus tantum exhibet Lov. 3. *liberius fingatur ita* Hafn. *liberius fingentur ita* Hav. *libertas fingendi esset ita* Lovel. 5. *liberius fingentes ita* Ber. a m. 1. et edd. quas vidi, priores. *liberius fingentis esset ita* Ber. a m. 2. Rec. et Gaertn. *liberius fingentis ita* Florent. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. et Hearnii Oxonn. unde, repetitis duabus literis a vocis proximae initio absorptis, fit *liberius fingenti sit. ita*, ut Gronov. ex vestigiis Put. restituit.

§. 11. *Nec Blasius ante abstitit tam audaci incepto*] Put. *abstitit tamen tam audaci*. Significat *abstitit tamen tam audaci*. J. FR. GRON. Nostri nihil mutant.

Ut praesidium Punicum (hi autem Numidae erant)] Solet in hujusmodi re Livius numerum eorum, qui sunt in praesidio, nominare. Quare non dubito, quin vox *hi* mendose sit, pro *D*. nam quingentos fuisse Numidas, qui traditi Marcello a Blasio sunt, eodem loco [3, 8. ext. 1.] Valerius scribit, qui cetera a Livio mutuatus est. Hoc autem tanto verius puto, quod subdit: *Nec plus quinquaginta ex his in potestatem hostium vivi venerunt*. SIG. Pal. 2. *ii autem*. tert. *id autem*. Paullo ante etiam idem tert. *edocendoque*. GEBH. Put. et Voss. *praesidium Punicum autem Numidae*. ut et Reg. et Men. Palatinus unus *Punicum id autem*. Nempe excidit numerus, aut corruptus est: nam scriptum fuerat *ID autem*, sive *quingenti autem Numidae erant*. Valer. Max. 3, 8. *Marcelloque Salapiam et quingentos Numidas, qui in ea custodiae caussa erant, tradidit*. Nec fugit hoc Sigonium. J. FR. GRON. Vulgatum servant Lovel. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *Punicum ii autem Numidae erant* Lovel. 5. *Punicum, erant autem Numidae* Lovel. 2. *Punicum, hi*

Digitized by Google

tina vix inopia tolerabilis esset, spem omnem praesidium, quod ibi erat, Romanum praefectusque praesidii atque arcis M. Livius in commeatibus ab Sicilia missis habebant. qui ut tuto praeterveherentur oram 2
Italiae, classis viginti ferme navium Rhegii stabat. Praeerat classi commeatibusque D. Quinctius, ob- 3
scuro genere ortus, ceterum multis fortibus factis gloria militari inlustris. Primo quinque naves, qua- 4
rum maximae duae triremes a Marcello ei traditae erant, habuit: postea rem inpigre saepe gerenti tres additae quinqueremes: postremo ipse a sociis, 5
Rheginisque, et a Velia, et a Paesto, debitas ex foedere exigendo, classem viginti navium, sicut

Numidae erant Harlej. *Punicum autem Numidae erant* Florent. Lov. 1. et Hearnii L. 1. ac D. Recte viros doctos numeri quingenarii notam *IↃ* restituisse puto. Eam enim, ut minus notam, librarii saepius omiserunt. V. ad 37, 40, 11.

§. 1. *Praefectusque* etc. *M. Livius*] Supra [25, 10, 3.] nomen, ut dixi, hujus praefecti reticuit, quem *C. Livium* Polybius nominavit. SIG. Pall. 1. et 3. *M. Levius*. Prisca ed. *M. Levinus*. GEBH. *M. Levius* Florent. Voss. et Lovel. 2. *M. Levinus* Lov. 4. Gaertn. et Hearnii L. 1. Paullo post §. 3. praenomen Quinctii *D.* exsulat a Voss. et Lovel. 1. Deinde *militari gloria* Florent. Lovel. quinque, Harlej. et Gaertn.

§. 4. *A Marcello ei traditae erant, habuit*] Si constaret, eum has omnes quinque naves a Marcello accepisse, non dubitarem, distinctione post *quinqueremes* posita, expellere *habuit*. Sed quia hoc, etsi non improbabile, tamen incertum est, nihil tento. DUKER.

§. 5. *A Velia, et Pesio*] *Pesium* in Lucania aut Bruttiis legere, quod sciam, non est, sed *Pestum*. Veram igitur lectionem *a Velia et Pesto* esse, haud dubie apparet. SABELL. Vet. lib. *et a Pesto*. SIG. Praepositionem agnoscunt Florent. cum reliquis scriptis meis, et edd. usque ad Frobèn. qui eam perperam anno 1531. omisit, quum tamen Livius praepositiones repetere amarit. V. ad 6, 28, 6. Recte etiam Gronov. anno 1665. cum diphthongo *a Paesto* edidit. Graecis enim est Παῖσον. V. quae notavi ad Silii 8, 580.

Classem viginti navium, sicut ante dictum est, effecit] Libb. omnes *classem triginta navium, s. a. d. e. efficit*. GEBH. Voss. Gallic. et Pall. omnes *triginta navium*. J. FR. GRON. *triginta*, vel *XXX*, *navium* etiam Flor. Lov. 2. 3. 4. 5.

Digitized by Google

6 ante dictum est, effecit. Huic ab Rhegio profectae
classi Democrates, cum pari classe navium Tarenti-
narum numero, quindecim millia ferme ab urbe ad
7 Sacriportum obvius fuit. Velis tum forte, inprovi-
dus futuri certaminis, Romanus veniebat. sed circa
Crotonem Sybarimque suppleverat remigio naves,
instructamque et armatam egregie pro magnitudine
8 navium classem habebat: et tum forte sub idem
fere tempus et venti vis omnis cecidit, et hostes in
con-

Harlej. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Oxonn. Hearnii, et edd. ante Moguntinam. Supra tamen, quo ipse Livius provocat, memoratur *classis viginti ferme navium.* Verum ibi quoque Lovel. 3. a m. 2. Lovel. 5. et Gaertn. *triginta ferme* praeferunt. Deinde *efficit* Lovel. 1. 2. 4. 5. et Gaertn.

§. 6. *Quindecim millia ferme ab urbe ad Sacriportum*] Haec non potest esse *Sacriportus*, urbs Latii, haud procul Praeneste et Signia, nobilis clade Marii junioris. Quis autem inter Sybarim et Tarentum, quindecim millibus passuum a Tarento sit locus hoc nomine, nusquam invenio. Solus Ortelius in Thes. Geogr. ex hoc loco Livii adnotat, videri circa Tarentum fuisse. DUK. Paullo ante vocem *classe*, ut superfluam et odiosam, delendam censet Crevier.

§. 7. *Circa Crotonem Sibarimque*] *Sybaris* antiquioribus temporibus adpellata est, quae postea *Thurii* dicta fuit. Quum autem, prisco illo *Sybaris* nomine jam diu antea abolito, Livius eam urbem supra 10, 2. et alibi recentiore *Thuriorum* nomine vocitaverit, quin et mox hoc cap. *Thurinos* memoret, vox *Sibarimque* suspecta est Cluverio 4. Ital. ant. 15. p. 1315. ejusque loco *Siberinamque* legendum suspicatur. *Simbarimque* est in Lovel. 1. *Subarimque* in Lovel. 2. *Siberimque* in Lovel. 3. *Sibarimque* in Lovel. 4.

§. 8. *Sub idem fere tempus et venti vis omnis cecidit*] *fere* non adparet in Florent. *excidit* habet Lovel. 5. *et ventus omnis cecidit* Ber. et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, aliaeque posteriores usque ad Aldum. *venti vis* non tantum reliqui codd. sed et edd. Rom. anni 1472. et Parm. Id itaque non est mutandum. *Vis venti* est ejus vehementia. (* Supra 21, 58, 6.) Infra 29, 27, 7. *Caligo sole orto est discussa, et addita vis vento.* Ita *vis frigoris* 10, 45, 11. *vis tempestatis* 25, 25, 11. Ventus autem dicitur *cadere*, quum vehementiam remittit, lenior fit. 25, 27, 11. *Cadente jam Euro, prior Bomilcar movit.* 29, 27, 10. *Ventus premente nebula cecidit.* 36, 43, 11. *Ubi primum Aquilones cecidere.*

Ad imminens certamen satis temporis esset] Adde vocem ex vet. lib. *vix satis temporis esset.* SIG.

Digitized by Google

conspectu fuere, ut ad componenda armamenta, expediendumque remigem ac militem ad inminens certamen satis temporis esset. Raro alias tantis a- 9
nimis justae concurrerunt classes: quippe quum in majoris discrimen rei, quam ipsae erant, pugnarent. Tarentini, ut, recuperata urbe ab Romanis 10
post centesimum prope annum, arcem etiam liberarent; spe commeatus quoque hostibus, si navali proelio possessionem maris ademissent, interclusuros: Romani, ut, retenta possessione arcis, osten- 11

Ita et Lovel. 5. *satis vix temporis esset* Hav. Omnes reliqui cum Hearnii Oxonn. et edd. vett. τοῦ *vix* carent; neque caussam video, cur iis omnibus invitis voculam illam addamus. Quia sub id tempus, quo hostes in vicem in conspectum venerunt, vehementia venti remisit, sat temporis superfuit, ut se ad inminens certamen utrimque pararent. Inflat Doujatius, et judicat, neminem negaturum, *vix satis temporis esset* usitatiorem loquendi formam esse, quam *satis temporis esset*. Sed *satis* cum casu secundo, non addita vocula *vix*, et apud Livium, et apud alios passim obcurrit. Supra 3, 60, 4. *Relinquitur magis castris praesidium, quam satis virium ad certamen.* Cic. 2. in Verr. 1. *Ut ad dicendum temporis satis habere possim.*

§. 10. *Post centesimum prope annum*] LX. anni numerantur a L. Papirio, Sp. Carvilio consulibus, quibus de Tarentinis debellatis triumphatum est anno ab urbe condita CDLXXX, ad hunc annum, qui est DXL. SIGON.

Spem commeatus quoque hostibus etc. *interclusuri*] Voss. et Put. omnesque Gall. *interclusuros*. Recte. sed et *spe* legendum. *Spe* (id est, spe ipsis facta vel innata, per intellectum verbi substantivi) *commeatus quoque hostibus, si navali proelio possessionem maris ademissent, interclusuros*. De intellecto τοῦ *se* cum alibi, tum ad 40, 42, 2. J. FR. GRON. *interclusuros* etiam Lovel. 3. 4. Gaertn. et alii ex meis cum Hearnii L. 1. et N. Verum plane, ut Gronov. conjecit, *spe commeatus quoque hostibus* etc. *interclusuros* Florent. Lovel. 1. Harlej. et nonnulli alii. Minus itaque nunc audio Doujatium, cujus judicio praestat altera lectio; quam tamen ob rationem ita judicet, non aperuit. Postea etiam Crevier. lectionem, quae ante Gronov. extitit, praetulit, partim auctoritate cod. Victor. partim quod, recepta Gronovii scriptura, supervacanea sit particula *quoque*. Verum uni ejus cod. plures ex meis obpono: et praeterea in lectione Gronovii suam voculae *quoque* vim servari contendo. Spes erat fore, ut, si hostem navali proelio superassent, non tantum possessionem maris ei adimerent, sed insuper commeatus *quoque* praesidiariis arcis Tarentinae intercluderent. *Spe*, subintelle-

Digitized by Google

derent, non vi aut virtute, sed proditione ac furto,
12 Tarentum amissum. Itaque ex utraque parte signo
dato quum rostris concurrissent, neque retro navem
inhiberent, nec dirimi ab se hostem paterentur,
quam quis indeptus navem erat, ferrea injecta manu; ita conserebant ex propinquo pugnam, ut non
missilibus tantum, sed gladiis etiam prope collato
13 pede gereretur res. Prorae inter se junctae haerebant, puppes alieno remigio circumagebantur. ita
in arto stipatae erant naves, ut vix ullum telum in
mari vanum intercideret. frontibus velut pedestris
acies urguebant, perviaeque naves pugnantibus e-
14 rant. Insignis tamen inter ceteras pugna fuit dua-

eto participio verbi substantivi, de quo v. ad 4, 47, 7. et 22, 31, 5. *commeatus* numero plurali, quod Livio est familiarissimum. V. ad 9, 15, 3. Denique *interclusuros* scilicet se. De hac ellipsi v. ad 1, 23, 5.

§. 11. *Non vi aut virtute, sed proditione ac furto*] *ac virtute* Flor. Lovel. 2. 3. Ber. et Hav. Neque multum discedunt Voss. Harlej. et Gaertn. qui *hac virtute*, in quorum tamen priore librarius stigmate literae *h* subjecto indicavit, eam delendam esse. Forte non male. Supra 25, 38, 10. *Cujus populi vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade*. 34, 14, 11. *Tota in virtute ac viribus spes erat*. Solent autem *aut* et *ac* commutari. V. ad 21, 53, 3.

§. 12. *Neque retro navem inhiberent*] V. Scalig. ad Manil. 5. p. 386. Salmas. epist. 114. et ad Achill. Tat. p. 642. Gronov. 4. Obs. 26. et Graev. ad Cic. 12. ad fam. 13. DUK. *navem inhiberi* Brancal. Latinii: qui idem mox exhibet *qua quis adeptus*. Sed *adeptus*, pro *indeptos*, etiam Ber. Gaertn. Hav. cum edd. ante Aldum. nisi quod *indepertus* sit in Rom. anni 1472. ac Parm. *inceptus* Rec. *invectus* Harl. Male. Infra 28, 30, 11. *Duas triremes suppressit*, etc. *ceterasque, quas indepta esset, mulcasset*.

Ita conferebant ex propinquo pugnam] Locutionem *conferre pugnam* non damno. Hic tamen *conferebant*, pro *conserebant*, operarum errore in ed. Cl. Jac. Gronovii editum esse, ex scriptis et editis prioribus constat; qui typographorum lapsus quum inter Errata non adnotatus esset, eumdem etiam Joh. Clericus postea emendare neglexit.

Prope conlato pede proeliarentur] Pet. Reg. Men. duo Pall. *collato pede quereretur*. tertius Pal. *gereretur*. Put. *quereretur res*. Utrum *collato pede gereretur res?* an *collato pede cerneretur?* vel

Digitized by Google

rum, quae primae agminis concurrerant inter se.
In Romana nave ipse Quinctius erat, in Tarentina 15
Nico, cui Perconi fuit cognomen, non publico mo-
do, sed privato etiam odio invisus atque infestus
Romanis: quod ejus factionis erat, quae Tarentum
Hannibali prodiderat. Hic Quinctium, simul pu- 16
gnantem hortantemque suos, incautum hasta transfi-
git. ille atque praeceps cum armis procidit ante pro-
ram. victor Tarentinus, in turbatam duce amisso 17
navem inpigre transgressus, quum submovisset ho-
stes, et prora jam Tarentinorum esset, puppim male
conglobati tuerentur Romani; repente et alia a pup-
pi triremis hostium adparuit. Ita in medio circum- 18

certaretur? J. FR. GRON. *collato pede quererentur* Ber. *collato pede quereretur* Florent. Cant. Voss. Lovel. quinque, Harlej. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. *collato pede quaereretur*, vel *quaerentur* edd. quas vidi, antiquae; pro quo demum Mogunt. *proeliarentur* datum est.

§. 13. *Prorae inter se junctae haerebant, puppes* etc.] *Prope inter se junctae haerebant prorae aliena* Voss. Lovel. 1. et 4. Mox *incideret*, pro *intercideret*, Brancal. Latinii. V. supra hoc lib. ad c. 9, 11. Mox §. seq. *concurrerunt* Voss. Lovel. 2. 4. 5. Rec. et Hav.

§. 16. *Ille atque praeceps cum armis procidit ante portam*] Etsi pleraque exemplaria id habent, *proram* tamen reponendum duxi. Is enim casus navalis pugnae est. SABELL. Male feriati intruserunt τὸ *simul* fastiditum Pall. trigae et vetustae ed. Est autem hoc Livii simile illi Virgilii [1. Georg. 203.]

Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.

GEBH. Gallicani, Palatini, Italici, quos consuluimus, omnes, Voss. Andreas cum traducibus suis, et Aldus ad Gryphium usque τῷ *simul* deficiuntur. Apud primum reperio Curionem. Sic ergo distinguo: *Hic Quinctium simul pugnantem hortantemque suos incautum hasta transfigit: ille atque praeceps cum armis procidit ante proram. Victor Tarentinus, in turbatam duce amisso navem impigre transgressus, quum summovisset hostes* etc. Posuit autem ut solent, τὸ *atque* in re subita, pro *continuo*, vel *statim*. Plaut. Epid. [2, 2, 33.]

Quum ad portum venio, atque ego illam illic video praestolarier,
Et cum ea tibicinae ibant quatuor.

Bacchid. [2, 3, 45.]

Dum circumspecto, atque ego lembum conspicor.

Digitized by Google

venta Romana navis capitur. hinc ceteris terror injectus, ut praetoriam navem captam videre: fugientesque passim, aliae in alto mersae, aliae in terram remis abreptae, mox praedae fuere Thurinis Me-
19 tapontinisque. ex onerariis, quae cum commeatu sequebantur, perpaucae in potestatem hostium venere: aliae, ad incertos ventos hinc atque illinc obliqua transferentes vela, in altum evectae sunt.
20 Nequaquam pari fortuna per eos dies Tarenti res gesta. nam ad quatuor millia hominum frumenta-
21 tum egressa, quum in agris passim vagarentur; Li-

Virgil. 1. Georg. [202.]

— — — — *si brachia forte remisit,*
Atque illum praeceps prono rapit alveus amni.

J. FR. GRON. *ille simul ut praeceps* Hearnii L. 1. et D. *ille ut praeceps* Lovel. 5. Reliqui mei cum Hearnii N. *ille atque praeceps*: quod mutata distinctione Gronov. probavit, et per *continuo*, *statim* interpretatus est. Quomodo etiam Livium infra locutum putabat 40, 12, 2. *Quum dicere juberent*, *atque ita versus est.* ubi tamen τὸ *atque* etiam ordinario sensu accipi potest. Vocem *atque* sensu, quo Gronovius votuit, olim usurpatum fuisse, docent Gell. 10, 29. ubi v. viros doctos, Colv. ad Appul. 1. Met. p. 18. J. Fr. Gronov. ad Taciti 3. Hist. 17. Huet. ad Manil. 5, 632. et Burm. ad Phaedri 1. fab. 16, 5. De veritate tamen ejus lectionis hoc loco dubito. Illa enim admissa omnia nimis dissoluta fore videntur. At, neque vulgatum a Livii manu esse, codd. docere videntur. Paullo ante *pugnantem orantemque* Gaertn. V. ad 30, 7, 7. Praeterea *transfixit* Lovel. 4. Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 19. *Quae cum commeatu sequebantur*] Praepositio *cum* deest in Flor. a m. 1. Lovel. 1. 2. 4. et Hav. Sed intercepta est a prima syllaba vocis seq. V. ad 3, 69, 5. *cum commeatus aequabantur* Voss. et Lov. 2. *cum commeatus equebantur* Lovel. 1. *cum commeatus sequebantur* Hav. *cum commeatibus sequebantur* Ber. a m. 2.

§. 20. *Ad quatuor millia hominum frumentatum egressi*] Quidam contra vetustiorum codicum fidem emendarunt *egressa*, pro *egressi*, quasi contra grammatices praecepta sit, si quis ita loquatur *quatuor millia hominum egressi*, cum non ita longe post [c. 40, 17.] Livius ipse de Agatirnae (quam *Agathyrsum* Strabo vocare videtur) multitudine in Italiam a Levino consule traducta ita loquatur. *Quatuor* (inquit) *millia hominum erant*, *mixti ex omni colluvie*, *exules*, *obaerati* etc. Nec distinctio hoc tam adjuvat, quam quod licet etiam ita loqui, invitis Grammaticis. GLAR. Edd. Ven. anni 1498. Me-

Digitized by Google

vius, qui arci praesidioque Romano praeerat, intentus in omnes occasiones gerendae rei, C. Persium, inpigrum virum, cum duobus millibus armatorum ex arce emisit. qui, vage effusos per agros pala- 22
tosque adortus, quum diu passim cecidisset, paucos ex multis, trepida fuga incidentes semiapertis portarum foribus, in urbem compulit, ne urbs eodem inpetu caperetur. Ita aequatae res ad Taren- 23
tum; Romanis victoribus terra, Tarentinis mari. frumenti spes, quae in oculis fuerat, utrosque frustrata pariter.

diol. anni 1505. et paucae aliae (has *vetustiores codices* vocat Glareanus) *egressi*: quomodo saepe Livium aliosque locutos esse, infra videbimus ad 37, 39, 12. Moguntini deinde substituerunt *egressa*, non tamen, ut Glarean. credidit, quia locutionem *millia hominum egressi* praeceptis grammatices adversari putabant, sed forte quia eam a codd. suis damnari videbant. Certe omnes mei manu exarati, et edd. quas vidi, principes, modo memoratis priores, hic uno ore *egressa*, quod propterea recte editores, qui Moguntinos secuti sunt, servarunt. Mox §. seq. *C. Perseum* Gaertn. *C. Persinum* Voss. et Lovel. 5.

§. 22. *Trepida fuga incedentes*] *incidentes* legendum, non *incedentes*. Sed id non difficile animadversum: GLAR. Glareani emendationem, antequam monuisset, receperunt edd. Frobenii. Et ita etiam praeferunt tantum non omnes codd. V. ad 9, 24, 10. *incidens* dedit Basil. anni 1539. quod paucae aliae ibidem curatae perperam servarunt.

Semiapertis portarum foribus, *in urbem compulit*, *ne urbs* etc.] Hoc ita positum est, perinde atque Livius dicat, ideo C. Persium hostes in urbem compulisse, ne urbs eodem impetu caperetur: cum contra hoc velit innuere, ideo semiapertas fuisse portarum fores, ne urbs a Romanis eodem caperetur impetu. Haec sic cui videbuntur frivola argutiorave, quam ut hic referantur, meminerit, Laur. Vallam, de Latina lingua optime meritum, l. 1. Elegant. capitibus aliquot, et l. 2. minutiora longe etiam serio tractasse, ut A. Gellium taceam, in quo sunt quaedam multo minus ulla tractatione digna. Quamquam hoc quoque lector scire debet, apud hunc nostrum Livium multa alia similia esse, a nobis studio, non temere neglecta, sed obiter quaedam indicata, quaedam omnino omissa. GLAR. Videtur hic locus mutilus esse, cujus deliquium princeps suppleo e Pal. 2. optimo cod. *semiapertis portarum foribus in urbem compulit, parumque abfuit, ne urbs eodem impetu caperetur*. Pall. 1. *compulit, nec urbs*. GEBH. Non videtur haec collocatio Livii esse; sed lego, *semiapertis*, *ne urbs eodem impe-*

Digitized by Google

1 XL. Per idem tempus Laevinus consul, jam magna parte anni circumacta, in Siciliam, veteribus novisque sociis exspectatus, quum venisset, primum ac potissimum omnium ratus, Syracusis 2 nova pace inconditas componere res. Agrigentum inde (quod belli reliquum erat, tenebaturque a Karthaginiensium valido praesidio) duxit legiones. et 3 adfuit fortuna incepto. Hanno erat imperator Karthaginiensium, sed omnem in Mutine Numidisque 4 spem repositam habebant. Per totam Siciliam vagus praedas agebat ex sociis Romanorum: neque

tu caperetur, portarum foribus, in urbem compulit. T. FABER. V. Jac. Gronov. ad Gell. 12, 5. DUKER.

§. 23. *Utrosque frustrata pariter*] *utrosque frustrata pariter est* Pal. 2. qui etiam legit ante *Romanis victoribus terra marique Tarentinis frumenti spes.* in quo etiam turbati Pall. reliqui. Eorum pr. *Romanis victoribus mari frumenti spes.* tert. *Romanis victoribus terra frumenti spes.* Vet. ed. *Romanis victoribus frumenti spes.* Ceterum Lipsius e suo libro *utros frustrata pariter* 4. Epist. Quaest. 2. GEBH. *utros* etiam Lovel. 1. Sed, Quadrigarium, de quo ibi agit Lipsius, ita hac voce usum fuisse, aut certe uti potuisse, concedo; at Livii tempore jam id ex usu recesserat. Deinde *frustrata est*, omissa voce *pariter*, Lovel. 5. et Ber. In praecedentibus vox *terra* deest in Lovel. 3. *terra Tarentinis* in Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. et Gaertn. *terra Tarentinis mari* in Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. Parm. Tervis. utraque, et quibusdam aliis. *Tarentinis mari* in edd. Mediol. anni 1480. aliisque. Vulgatum primo obcurrit in Mediol. anni 1505.

§. 1. *In Sicilia veteribus*] Hoc operis tribuendum esse, pro *in Siciliam*, ex iis, quae Hearnius habet, colligo. DUK. *in Sicilia* primum vulgavit Gruter. in ultima ed. idque Dan. Heins. uterque Gronovius, Clericus, Hearne, aliique servarunt, pro quo omnium meorum et Hearnii codd. fide *in Siciliam* reduxi; quomodo etiam ex suis Mssis Crevier. correxit.

Syracusanis nova pace inconditas componere res] Pal. 1. a manu emendatoris *Syracusanas*. GEBH. Put. *Syracusus*. Lege *Syracusis*, vel *Syracusanas*. J. FR. GRON. Vulgatum *Syracusanis* est in Voss. Cant. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Ree. Gaertn. et Hearnii D. *Syracusis* in ejusdem Hearnii L. 1. *Syracusanus* in Florent. a m. 1. *Syracusanas* a m. 2. Hav. et Colbert. meliore, quod Doujatius probavit. Paullo ante *omnium* deest in Hav. *potissimum ratus omnium* legunt Ber. et edd. ante Aldum.

§. 2. *Duxit legiones. adfuit for-*

Digitized by Google

intercludi ab Agrigento vi aut arte ulla, nec, quin erumperet, ubi vellet, prohiberi poterat. Haec 5 ejus gloria, quia jam imperatoris quoque famae obficiebat, postremo in invidiam vertit; ut ne bene gestae quidem res jam Hannoni propter auctorem satis laetae essent. propter quae postremo praefe- 6 cturam ejus filio suo dedit, ratus, cum imperio auctoritatem quoque ei inter Numidas erepturum. quod longe aliter evenit. Nam veterem favorem 7 ejus sua insuper invidia auxit. neque ille indignitatem injuriae tulit, confestimque ad Laevinum oc-

tuna] Pall. trini, nec non prisca ed. *et affuit fortuna incepto*. GEBH. Put. Voss. et omnes Gall. *duxit legiones. et adfuit fortuna incepto.* J. FR. GRON. Voculam *et* agnoscunt omnes mei, et Hearnii Oxonn. cum edd. plerisque. Eam primi Parisini anno 1573. omiserunt. Paullo ante *belli* non adparet in Hav. nec *erat* in Harl. Deinde *tenebaturque Karthaginiensium valido praesidio* legunt Lovel. 5. et Gaertn. *tenebaturque a Karthaginiensibus valido praesidio* Harlej.

§. 3. *Omnem in Mutina Numidisque spem repositam habebat*] Libri omnes *in Mutina*, a *Mutines*. GEBH. Immo *habebant*. Nimirum Carthaginienses, non Hanno; qui, si spem in eo repositam habuisset, non irritasset hominem ablata praefectura. J. FR. GRON. *habebant*, ut Gronovius conjecit, Colbert. apud Doujatium. Quod quum in Put. etiam Crevier. esse testetur, illud ejus exemplo in contextum recepi.

§. 4. *Per totam Siciliam vagus praedas agebat*] Reponit Pal. 2. *Is per totam Siciliam vagus*. GEBH. *Qui per totam Siciliam* Hav. Verum et *Is* et *Qui* ab illis additum censeri debet, qui ita melius orationem cohaesuram existimarunt. V. Gronov. ad 1, 1, 11.

§. 5. *Jam Hannoni propter auctorem satis laetae essent*] Pal. 2. *satis gratae essent*. GEBH. Ita et Flor. a m. 2. Sed eam lectionem ex glossa ortam existimo; quemadmodum ex solito scribarum errore *latae* datum est in eodem Flor. a m. 1. et in Hav. V. ad 6, 1, 3. Vocula *jam* omittitur in Lovel. 5.

§. 6. *Propter quae postremo praefecturam ejus filio suo dedit*] Deficiunt in Pall. 1. ac 2. voculae duae *propter quae*. tert. pro illis habet *propterea*. Statim comparet in Pall. omnibus *auctoritatem quoque et inter Numidas erepturum*. GEBH. Vocula *quae* tantum deest in Florent. Voss. Lovel. 1. et Hav. *propere postremo praefecturam* legit Lovel. 2. *propterea postremo praefecturam* Lovel. 3. 4. 5. Harl. Rec. et Gaertn. Praeterea *ejus* non adparet in Voss. nec *suo* in Ber. Mox *auctoritatem quoque inter Numidas*

Digitized by Google

8 cultos nuncios misit de tradendo Agrigento. Per quos ut est facta fides, compositusque rei gerendae modus, portam ad mare ferentem Numidae quum occupassent, pulsis inde custodibus, aut caesis, Romanos ad id ipsum missos in urbem accepe-
9 runt. Et quum agmine jam in media urbis ac forum magno tumultu iretur, ratus Hanno non aliud, quam tumultum ac secessionem (id quod et ante acciderat) Numidarum esse, ad comprimendam seditionem
10 processit. atque ille, quum ei multitudo major, quam Numidarum, procul visa, et clamor Romanus haudquaquam ignotus ad aures accidisset, prius,
11 quam ad ictum teli veniret, capessit fugam. per aversam portam emissus, adsumto comite Epicyde,

Lovel. 1. *auctoritatem quoque, et inter Numidas* Florent. Voss. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum.

§. 8. *Romanos ad id ipsum missos in urbem acceperunt*] Hic iterum, omisso altero pronomine, Put. Pet. Men. Cantabr. *ad ipsum missos*. V. ad 21, 55, 11. JAC. GRON. Idem pronomen deest etiam in Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. quibus et quatuor suos concinere Crevier. testatus est. V. ad 5, 43, 4. et 33, 18, 5. Deinde *in urbem receperunt* Gaertn. Male. V. ad 9, 16, 2.

§. 9. *Quum agmine jam in media urbis ac forum magno tumultu iretur*] *in media urbe ac foro magno tumultuaretur* Brancal. Latinii. *in media urbe ac foro magno tumultu iretur* Rec. et Hearnii L. 1. *in medio urbis ac foro* Hafn. *in mediam urbem ac forum* Lovel. 2. 4. Ber. Hav. et editi ante Aldum. *in moenia urbis ac forum* Lov. 4. Sed vulgatum optimi tuentur, propterea etiam non mutandum, quum hoc genus loquendi passim Livius sectatus sit. 5, 29, 4. *Liberam per aversa urbis fugam dederat*. 8, 26, 3. *Quum summa urbis Romano milite implesset*. 31, 23, 4. *Qua infrequentissima urbis sunt*. 33, 17, 8. *Ima urbis plana sunt jacentia ad mare*. Plura supra v. ad 6, 32, 5. et infra ad 37, 58, 8. Mox *tumultum ac seditionem*, pro *secessionem*, Gaertn. Ita variatur etiam supra ad 7, 41, 3. et infra ad 34, 5, 5.

§. 10. *Prius, quam ad ictum teli veniret*] *Esse* et *venire sub ictum* optimae sunt locutiones. V. ad 43, 10, 5. An vero *ad ictum teli venire* dicatur, dubito. Ant. Perizon. ad oram Livii legendum conjecit *ad jactum teli veniret*. quod non displicet. Supra 8, 7, 1. *Ut vix teli jactu ab statione pro-*

Digitized by Google

cum paucis ad mare pervenit: nactique opportune parvum navigium, relicta hostibus Sicilia, de qua per tot annos certatum erat, in Africam trajecerunt. alia multitudo Poenorum Siculorumque, ne 12
tentato quidem certamine, quum caeci in fugam ruerent, clausique exitus essent, circa portas caesa. Oppido recepto Laevinus, qui capita rerum 13
Agrigenti erant, virgis caesos securi percussit: ceteros praedamque vendidit. omnem pecuniam Romam misit. Fama Agrigentinorum cladis Siciliam 14
quum pervasisset, omnia repente ad Romanos inclinaverunt. Prodita brevi sunt viginti oppida: sex vi capta: voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta. quarum civitatium principibus quum 15

xima abesset. Tacit. 15. Ann. 11. *In quos saxa et hastae longius permeabant, quam ut contrario sagittarum jactu adaequarentur. venire ad conjectum teli*, ut hic *ad jactum*, saepe apud nostrum obcurrit. Ita 2, 31, 6. 7, 26, 9. 22, 15, 8. et 29, 3. 26, 4, 7. 28, 14, 19. Similiter *esse intra conjectum teli* 30, 29, 9. Solent autem voces *ictus* et *jactus* in Mstis confundi. V. ad 8, 7, 1. 9, 35, 6. 27, 18, 11. 43, 10, 5. et Salmas. ad Lampr. Alex. Sev. 55. Similiter *reictus* et *rejectus* 9, 20, 2.

§. 11. *Adsumto comite M. Epicyde*] Nulli, quod sciam, Carthaginensium praenomen fuit *Marco*. *uno* igitur *Epicyde* legerim; sive, ut vetustus habet codex, *inde Epicyde*. SABELL. Pal. 1. et vet. ed. *comite M. Epicide*. GEBH. Ita quoque Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. Hav. et edd. principes. *comite inde Epicyde* Lovel. 5. et Gaertn. In ed. Ven. anni 1495. et pluribus aliis ad marginem conjicitur legendum esse *comite moeste Epicyde*. Sed Flor. *comite Epicyde*, omissa voce media. Et ita Ascens. anno 1510. tum Froben. anno 1531. et hinc reliqui ediderunt. Paullo ante *per adversam portam* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Male. V. ad 4, 46, 6.

§. 14. *Omnia repente ad Romanos inclinaverunt*] *omnes repente* Lovel. 5. et Hearnii Oxon. L. 1. *inclinavere* Ber. et edd. ante Aldum. Mox *ad LX*, pro *ad quadraginta*, Lovel. 4.

§. 15. *Quum pro cujusque merito consul praemia poenasque exsolvisset*] Put. Regiusque *pretia poenasque*. Cujus alterum est interpretatio. Plautus Capt. [5, 3, 20.]

Pro benefactis ejus uti ei pretium possim reddere.

Livius 5, [47, 7.] *Quum et recte*

Digitized by Google

pro cujusque merito consul pretia poenasque ex-
solvisset, coëgissetque Siculos, positis tandem ar-
16 mis, ad agrum colendum animos convertere, ut
esset non incolarum modo alimentis frugifera in-
sula, sed urbis Romae atque Italiae (id quod mul-
tis saepe tempestatibus fecerat) annonam levaret;
ab Agathyrna inconditam multitudinem secum in
17 Italiam transvexit. quatuor millia hominum erant,
mixti ex omni conluvione exsules, obaerati, capi-
talia ausi plerique; et quum in civitatibus suis ac
sub legibus vixerant, et postquam eos ex variis
caussis fortuna similis conglobaverat Agathyrnam,
18 per latrocinia ac rapinam tolerantes vitam. hos ne-
que relinquere Laevinus in insula, tum primum no-
va pace coalescente, velut materiam novandis re-

et perperam facto pretium deberetur. 30, [30, 7.] *Ne vobis quidem Sicilia atque Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibus.* 34, [36, 7.] *Pretia militiae casura in pace aegre ferebant.* Neque insolens Tacito. J. FR. GRON. *pretia poenasque* etiam Flor. Lovel. 2. Cant. et apud Doujat. in Colbertino meliori. Supra 21, 43, 6. *Si Siciliam-tantum ac Sardiniam recuperaturi essemus, satis tamen ampla pretia essent.* ubi id paullo antea *praemia* vocarat. 45, 37, 5. *Ita et pretium recte facti triumphum haberet.* Solent autem passim voces *pretium* et *praemium* a librariis confundi. V. Heins. ad Nason. 6. Her. 146. ubi multa exempla hujus locutionis videnda. Gronov. 2. Obs. 25. ad Senec. Oed. 634. Graevium ad Justin. 9, 2, 6. et Cel. Burm. ad Quinctil. 10. Instit. orat. 7. p. 954. Paullo ante *civitatium*, pro *civitatum*, quod plerasque priores edd. insederat, vulgari curavit Gronov. Hic quidem omnes mei vulgatum servant. V. tamen ad 33, 20, 11.

Coëgissetque Siculos, positis tandem armis] Pall. 2. et 3. *singulos.* GEBH. Similiter peccat Recan.

§. 16. *Ab Agathyrna inconditam multitudinem*] Ita recte Gronov. pro *Agatirna*, edidit. Graecis enim *Ἀγάθυρνον* vel *Ἀγάθυρνα* vocatur. V. Cluver. 2. Sicil. ant. 5. p. 294.

§. 17. *Et quum in civitatibus suis ac sub legibus vixerant, et postquam* etc.] Doujatius haec verba referenda censet ad praecedentia *capitalia ausi plerique*, a quibus rectius in vulgatis edd. distinctione dividi, et ad sequentia, *per latrocinia ac rapinam tolerantes vitam*, referri puto. Paullo ante *ex omni colluvie*, pro *colluvione*, Lovel. 5. reliquis in-

Digitized by Google

bus, satis tutum ratus est: et Rheginis usui futuri erant ad populandum Bruttium agrum, adsuetam latrociniis quaerentibus manum. Et, quod ad Siciliam adtinet, eo anno debellatum est.

XLI. In Hispania principio veris P. Scipio, navibus deductis, evocatisque edicto Tarraconem sociorum auxiliis, classem onerariasque ostium inde Iberi fluminis petere jubet. Eodem legiones ex hibernis convenire quum jussisset: ipse cum quinque millibus sociorum ab Tarracone profectus ad exercitum est. Quo quum venisset, adloquendos maxime veteres milites, qui tantis superfuerant cladibus, ratus, concione advocata, ita disseruit: *Nemo ante me novus imperator militibus suis prius, quam opera eorum usus esset, gratias agere jure ac merito potuit.*

vitis. Amat vocem *conluvio* Livius. *conluvio omnis generis asimantium* supra est 3, 6, 3. *conluvio omnium rerum* 3, 9, 8. *conluvio omnium gentium* 4, 2, 5. 22, 43, 2. 28, 12, 3. et 30, 35, 7. *ex omni conluvione et confusione in tolerabilem formam redigere* 34, 51, 4.

§. 18. *In insula, tum primum nova pace conlescente*] Pal. 3. *incalescente*. GEBH. *in insulam* etc. *coalescentem* Voss. *coalescentem* etiam Lovel. 1. et *in insulam* ed. Mediol. anni 1480. Vox *primum* deest in Lovel. 4. Mox *materiam novandis rep.* Flor. *materiam novam disreptis* Voss. et Lovel. 1. *in materiam novam direptam* Lovel. 2. *materiam novandis rebus aptam* Ber. a m. 2. Hafn. et Hav.

Eo anno debellatum est] Pal. 1. *eo anno bellum delatum est*. sec. quoque hujus particeps est scripturae. At tert. *bellum dilatum est*. vet. ed. *deletum bellum est*. GEBH. *bellum delatum est* Voss. Lovel. 1. 3. 4. Hafn. Gaertn. et Hav. *bello delatum est* Lovel. 2. *bellum dilatum est* Harl. in margine. *eo anno dilatum* bellum *est* edd. quas vidi, Aldina priores, nisi quod *delatum* sit in Parm.

§. 1. *Classem onerariasque ostium inde Iberi*] Vocem *classem* omittunt Voss. et Lovel. 1. Eamdem omittit etiam Lovel. 2. et insuper *onerarias naves ostium* legit. *classem onerariasque naves ostium* Ber. a manu 2. Sed, τὸ *naves* ex glossa additum esse, patebit ex illis, quae notantur ad 25, 27, 12.

§. 2. *Concione advocata, ita disseruit*] Pall. 1. et 3. *convocata concione*. GEBH. Ita et Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. *concione convocata* Hearnii L. 1. Frustra. 7, 37, 1. *Advocata concio-*

Digitized by Google

4 *Me vobis prius, quam provinciam aut castra viderem,*
obligavit fortuna: primum, quod ea pietate erga patrem
5 *patruumque meum vivos mortuosque fuistis: deinde, quod*
amissam tanta clade provinciae possessionem, integram,
et populo Romano et successori mihi, virtute vestra ob-
6 *tinuistis. Sed quum jam benignitate Deûm id paremus*
atque agamus, non ut ipsi maneamus in Hispania, sed
ne Poeni maneant, nec ut pro ripa Iberi stantes arceamus
transitu hostes, sed ut ultro transeamus, transfe-
7 *ramusque bellum; vereor, ne cui vestrûm majus id auda-*
ciusque consilium, quam aut pro memoria cladium nu-
8 *per acceptarum, aut pro aetate mea, videatur. Ad-*

me, *P. Decii laudes peragit.* ubi plura vide. Hoc lib. c. 43, 2. *Ut spem potiundae* urbis *cohortando faceret, concione advocata ita disseruit.* 28, 32, 2. *Concione advocata multis verbis in perfidiam invectus.* Ita et *advocare consilium* 30, 5, 1. ubi vide. Paullo ante *jussissent* edd. Rom. anni 1472. Mediol. anni 1480. et Parm. unde conjici posset, legendum *jussae essent.* V. ad 23, 29, 16. Sed, omnibus scriptis pro vulgato stantibus, nihil muto.

§. 3. *Nemo ante me novus imperator*] Capita hujus orationis Scipionis sumpta sunt a Polyb. qui ita scribit 10, [6.] Ὀυ μὴν ἀλλὰ τότε συνηθροισμένων τῶν δυνάμεων, παρεκάλει μὴ καταπεπλῆχθαι τὴν προγεγενημένην περιπέτειαν· ὀυ γὰρ ταῖς ἀρεταῖς ἡττῆσθαι Ῥωμαίους ὑπὸ Καρχηδονίων ὀυδέποτε etc. SIGON.

§. 6. *Arceamus transitum hostis*] Cantabr. *transitu.* Ex aliis scriptis nihil hic notatum video. Non facile tamen auctoritatem codicis Anglicani contemnam, quum tueatur ipse auctor tum saepe alibi, tum 7, 35, 6. *Nos tam paucos tot ipsi millibus hominum nec adscensu arcuerint.* 9, 24, 7. *Hoc equidem adscensu vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint. hostis* ex prisca scribendi ratione pro *hostes.* JAC. GRON. *arceamus transitu* etiam Flor. Neque aliter in Put. esse, ex Cl. Sallier. didici, ex quo et Telleriano lectionem illam recte Cl. Crevier. in contextum recepit. Supra c. 20, 2. *Omni eis Iberum agro eos arcuissent.* c. 25, 5. *Relicto ad fauces Thessaliae Perseo cum quatuor millibus armatorum, ad arcendos aditu Aetolos.* V. ad 5, 8, 8. Paullo ante *id praestemus* Lovel. 2. *id patrem* Flor. a m. 1. Voss. Lovel. 4. et Harlej. *id patremus* Lovel. 1. Verba *parare* et *patrare* etiam alibi saepe commutantur. V. ad 28, 41, 8.

Sed vi ultro transeamus] Vet. lib. *sed ut ultro transeamus.* SIG. Pal. 2. *sed inde ultro transeamus.* GEBH. *sed ut ultro* legendum esse, quod jam Sigonius diu ante

Digitized by Google

versae pugnae in Hispania nullius in animo, quam meo, minus obliterari possunt. Quippe cui pater et patruus intra triginta dierum spatium, ut aliud super aliud cumularetur familiae nostrae funus, interfecti sunt. Sed ut familiaris pene orbitas ac solitudo frangit animum; ita publica quum fortuna tum virtus desperare de summa rerum prohibet. Ea fato quodam data nobis sors est, ut magnis omnibus bellis victi vicerimus. Vetera omitto, Porsenam, Gallos, Samnites: a Punicis bellis incipiam. Quot classes, quot duces, quot exercitus priore bello amissi sunt? Jam quid hoc bello memorem? Omnibus aut ipse adfui cladibus: aut, quibus a-

occuparat, monuit etiam Freinshem. Indice Curtii v. *Ultro*. Ita etiam quidam meorum praeferunt. In ed. Rom. Aler. *vi* esse, notat Hearnius, idque inveni in edd. Rom. anni 1472. et Mediol. anni 1480. Verum *ut* superest in Parm. utraque Tarvis. et reliquis usque ad Froben. anni 1531. *vi* restituentem, nisi quod interim tres quatuorve totam hanc voculam omiserint. Saepissime τὰ *ui* et *ut* commutari in codd. antt. vidimus ad 4, 51, 6. *sed inde ultro* Lovel. 4. *ut in ultro* Lovel. 2. Mox *inferamusque bellum* Lovel. 5.

§. 8. *Nullius in animo, quam in eo, minus obliterari*] Sic multa habent exemplaria; ubi, pro *in eo*, *meo* scribendum fuit. Res, scio, parva; sed quia a pluribus non animadversa, idcirco non contemnenda. SABELL. Ita operarum errore in Tarv. utraque obcurrit. *quam eo* in Mediol. anni 1480. Priores, quas vidi, recte *quam meo* praeferunt.

• *Quippe cui pater et patruus* etc. *interfecti sunt*] Scio, sic quoque interdum veteres: sed hic malo *interfecti sint*. J. FR. GRON. Saepius, ut Gronovius ex conjectura emendat, Livium locutum esse, verum et alterum apud eum inveniri, supra vidimus ad 2, 37, 5. Adde 8, 26, 5. *Fuga foedior visa, quippe qui inermes domos redierre*. Quum itaque omnes omnino codd. in vulgatum consentiant, id etiam mutare non sustineo.

§. 9. *Eo fato quo donata nobis sors est, ut magnis*] Reg. Pet. Pal. Voss. aliquot Florentini: *eo fato* (vel *facto*) *quo damnata*. Put. *ea fato quodam nata*. Scribe, *ea fato quodam data nobis sors est*. Sic 31, [48, 12.] *Data fato etiam quodam Furiae genti Gallica bella*. 30, [30, 3.] *Si hoc ita fato datum erat*. 22, [29, 9.] *Nobis quoniam prima animi ingeniique negata sors est*. Seneca 4. Benef. 41. *Fatoque quodam datum est, ut aut tu cogaris beneficium recipere, aut ego accipere*. J. FR. GRON. *eo fato* (vel *ea fato*, vel *eo facto*) *quo damnata* Florent. Cant. Lovel. 2. 3. 4. et Harlej. Veram lectionem

Digitized by Google

fui, maxime unus omnium eas sensi. Trebia, Trasimenus, Cannae, quid aliud sunt, quam monumenta
12 *occisorum exercituum consulumque Romanorum? Adde defectionem Italiae, Siciliae majoris partis, Sardiniae. Adde ultimum terrorem ac pavorem, castra Punica inter Anienem et moenia Romana posita, et visum prope in portis victorem Hannibalem. In hac ruina rerum stetit una integra atque inmobilis virtus populi Romani.*
13 *Haec omnia strata humi erexit ac sustulit. Vos omnium primi, milites, post Cannensem cladem vadenti Hasdrubali ad Alpes Italiamque, qui si se cum fratre conjunxisset, nullum jam nomen esset populi Romani,*

ex vestigiis Florent. optime Gronov. indagavit. *datus* et *natus* etiam alibi confunduntur. V. ad Epit. Liv. 15. Saepe autem *d* et *n* commutari, auctor est N. Heins. ad Claud. 1. in Rufin. 311.

§. 11. *Jam quid hoc bello memorem*] Vet. lib. *Jam quid hoc de bello memorem.* SIG. Libb. omnes nostri *hoc bello*, exclusa particula *de:* qua introducta mire fastidiebat Sigonius. GEBH. In nullo meorum etiam praepositio adparet. Eamdem etiam scriptorum, quos viderat, auctoritate delevit Doujat. minus elegantiae lectionem Sigonii habere judicans, alterius vero hunc sensum constituens, quid gestum hoc bello memorem. Praepositio etiam Crevier. displicuit, qui supplebat quid hoc bello memorem exercitus amissos. Recte. Expunxi igitur quoque τὸ *de*.

Omnibus aut ipse adfui cladibus, aut, quibus afui] Voces *aut ipse* desunt in Lovel. 1. Deinde *aut quibus affui* legunt Lovel. 5. Ber. a m. 1. et pleraeque, quas vidi, edd. principes. *aut quibus non affui* Ber. a m. 2. et Hearnii L. 1. *aut quibus abfui* ed. Ven. anni 1498. et hinc reliquae. Sed *afui*, pro *abfui*, primus edidit Cl. Jac. Gronov. quod firmat Florent. Et ita saepe exhibent optimi Livii codd. Plura exempla supra vidimus ad 4, 12, 6. quibus adde ad 9, 22, 9. 25, 1, 10. c. 6, 11. 27, 5, 4. Similiter emendandum conjicio infra 34, 21, 3. et c. 29, 8. ubi quorumdam codd. vestigia eo ducunt. V. insuper Cel. Burm. ad Suet. Aug. 14. Corte ad Plin. 2. epist. 11, 24. et quae notavi ad Silii 13, 268. Mox *Cannaeque* Lovel. 3. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Male.

§. 12. *Italiae, Siciliae, majoris partis Sardiniae*] *majoris partis Siciliae* intelligendum. SIG. Mutanda igitur est distinctio: quod observavi. Mox *inter Anienem ac moenia Romana* Voss. Lovel. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *humi* autem deest in Hav. et §. seq. *adversas* in Ber.

§. 15. *Syracusae Agrigentumque*

Digitized by Google

ductu auspicioque patris mei obstitistis. et hae secundae res illas adversas sustinuerunt. Nunc, benignitate Deûm, 14 *omnia secunda, prospera, in dies laetiora ac meliora in Italia Siciliaque geruntur. In Sicilia Syracusae,* 15 *Agrigentum captum, pulsi tota insula hostes, receptaque provincia in ditione populi Romani est. In Italia Arpi recepti, Capua capta. Iter omne ab urbe Roma* 16 *trepida fuga emensus Hannibal, in extremum angulum agri Bruttii compulsus, nihil jam majus precatur Deos, quam ut incolumi cedere atque abire ex hostium terra liceat. Quid igitur minus conveniat, milites, quam,* 17 *quum aliae super alias clades cumularentur, ac Dii pro-*

captum] Non est nulla caussa dubitandi, an Agrigentum jam eo tempore, quo hanc concionem a Scipione apud milites habitam tradit Livius, captum fuerit. Scipio A. V. 1DXLII. post Capuam captam in Hispaniam venit, nec quidquam eo anno ibi gessisse legitur, nisi quod Tarracone conventum sociorum habuit, et civitates sociorum, atque hiberna exercitus adiit, c. 19. 20. M. Valerius Laevinus eodem anno cum M. Marcello absens consul creatus c. 21. 22. principio veris sequentis adhuc res in Graecia gessit, et ibi in diuturnum morbum implicitus serius omnium spe *post idus Martias* A. V. 1DXLIII. Romam venit c. 26. 27. Inde, cognitione causae Siculorum Campanorumque et aliis negotiis publicis aliquamdiu Romae retentus, *jam magna parte anni circumacta* in Siciliam venit, et Agrigento per proditionem potitus est c. 40. Quomodo ergo Scipio, quem orationem hanc *principio veris* ejusdem anni habuisse prodit Livius, Agrigentum jam tum captum memorare potuit? Si haec illo ordine temporis, quo hoc libro referuntur, gesta sunt, de quo non est, cur multum dubitetur, Livius orationem Scipionis de suo exornasse, nec eam, quam debebat, rationem temporis habuisse videtur: quod eum et alibi in Orationibus fecisse, observarunt viri docti. DUK. *Syracusae*, *Agrigentum captum* non tantum omnes codd. sed et typis excusi usque ad Sigonium, qui, addita copula, *Agrigentumque* primus edidit, neque tamen incepti caussam in Scholiis reddidit Illud *que* igitur iterum ejeci. Ceterum Sigon. supra ad §. 3. monuit, Livium capita hujus orationis sumsisse ex Polyb. 10, 6. Ibi vero Agrigenti capti nulla fit mentio, ut Cl. Dukeri conjectura vera videatur.

Receptaque provincia in ditionem populi Romani est] Put. et Gallic. omnes cum Voss. *ditione*. Intelligendum, receptam per Marcellum caeterosque provinciam, nunc, dum haec loquitur, pacatam esse in ditione populi Ro-

Digitized by Google

pe ipsi cum Hannibale starent, vos hic cum parentibus meis aequentur enim etiam bonore nominis) sustinuisse labantem fortunam populi Romani; nunc eosdem, quia
18 *illic omnia secunda laetaque sunt, animis deficere? Nuper quoque quae acciderunt, utinam tam sine meo luctu*

mani. J. FR. GRON. *in ditione* non tantum omnes mei, et Oxonn. Hearnii, verum etiam omnes edd. usque ad Aldum; quam lectionem recte Gronov. revocasse puto. *Tò est* exsulat ab edd. Rom. anni 1472. et Parm. Mox *Arpi redépti ac recepti* Gaertn. V. ad 4, 55, 5.

§. 16. *Nihil jam majus precatur Deos*] Vet. lib. *nihil jam magis*. SIG. Ita et Ber. et Hav. Sed nihil mutant optimi. Saepe ita variant librarii. V. ad 2, 7, 4. 4, 17, 2. c. 19, 1. 6, 39, 4. 7, 6, 3. c. 14, 6. c. 18, 3. 8, 35, 7. 9, 19, 5. 10, 25, 12. 21, 43, 15. Adde Cortium ad Plinii 3. ep. 16. Mox *decedere*, pro *cedere*, Hafn. *recedere* Hav.

§. 17. *Aequentur enim ipsi etiam honore nominis*] Optimi delent *τὸ ipsi*. et *labantem fortunam*, non *labentem*. J. FR. GRON. Illud *ipsi* deest etiam in Flor. *labantem* vero idem ille legit, quod etiam Aldus restituit, et hinc per reliquas edd. obtinuit usque ad Modium, cujus cura iterum *labentem* Francof. vulgatum est. Sed alterum praestat. Saepe ita variant librarii. Illis, quae notantur ad Praef. §. 9. adde viros doctos ad Suet. Aug. 99. Paullo ante *minus convenit*, pro *conveniat*, Voss. Lovel. 1. 2. et Gaertn. Deinde *cum patribus*, pro *cum parentibus*, Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harlej. Gaertn. et Hav. V. supra ad 7, 5, 7. et adde, quae notantur ad 21, 41, 8.

§. 18. *Meo luctu, quam vestro, transissent. Nunc Dii immortales*] In plerisque codd. hic magna est lacuna. Nam Put. Reg. Pet. melior, et Voss. haec connectunt cum principio c. 44. hoc modo: *meo luctu quem armaverat, quum terra marique instrui*. V. Gronov. cap. seq. ad §. 5. Consentit cum illis Florent. Verum haec lacuna paullo minor erat in Pall. duobus, Lovel. 1. 2. 4. 5. Harl. Hafn. Hav. Hearnii N. edd. Aleriensi Rom. et Rom. anni 1472. tum in Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, aliisque, in quibus haec verba connectuntur cum illis, quae c. 43, 9. exstant, hoc modo: *meo luctu, quam vestro, transissent. Sed quoniam vos instructos*. Eadem lacuna etiam est in Ber. a m. 1. sed orae et imae paginae, quae deerant, a manu altera adscripta sunt. Omni etiam priori spatio nihil ex Cant. notari video, ut longior illa lacuna in eo quoque fuisse videatur.

Praesides, qui centuriis omnibus, ut mihi imperium juberent dari, fuere auctores, iidem auguriis] Centuriae non jubent alicui imperium ab alio dari, sed ipsae dant, et dicuntur *imperium alicui jubere*; in quo sermone supplendum est *esse*. Supra c. 18, 9. *Ad unum omnes, non centuriae modo, sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in Hispania jusserunt*. 30, 41, 4. *Cui juberent in Hispania imperium esse*. 31, 50,

Digitized by Google

ctu, quam vestro, transissent! Nunc Dii inmortales imperii Romani praesides, qui centuriis omnibus, ut mihi imperium juberent dari, fuere auctores, iidem auguriis auspiciisque, et per nocturnos etiam visus omnia laeta ac prospera portendunt. Animus quoque meus, 19 *maximus mihi ad hoc tempus vates, praesagit, nostram*

11. *Plebs Cn. Cornelio Lentulo et L. Stertinio pro consulibus imperium esse in Hispania jussit.* Sallust. Jug. 84. *Postquam ei provinciam Numidiam populus jussit.* Suspicor igitur *dari* inculcatum esse ab homine parum gnaro phraseos *jubere alicui imperium.* V. Gortium ad Sall. l. d. ubi itidem in uno MS. intrusum erat *dari*, quod et ipse in alio inveni. DUK. Ex superiori adnotatione patere potest, ex quatuordecim codd. meis vix tres a m. 1. et unum a m. 2. magnam illam lacunam exhibere. Eorum Lovel. 3. Gaertn. et Ber. ignorant vocem *qui;* quam omissam puto, quod displiceret locutio *Dii praesides, qui auctores fuere, iidem portendunt*, ac ferre non potuerint, pronomen *iidem* abundare. Sed v. ad 25, 27, 1. Ex nullo autem *dari* deesse notatur. Verisimilis tamen Cl. Dukeri conjectura est. De locutione *imperium provinciam, bellum alicui jubere*, quaedam infra v. ad 27, 24, 3.

Auguriis, auspiciis, ac per nocturnos etiam visus] Reposuimus ex scripto codice *auspiciisque, et per nocturnos.* RHEN. Polyb. [10, 11.] eum se a Neptuno in quiete monitum, ut urbem eam invaderet, dixisse ait. SIG. Pall. 2. *auspiciis, et per nocturnos*, copulam a Rhenano appensam refigens. GEBH. Magna fuit contentio inter Sigonium et Gruchium, an, qui ex privatis pro consulibus et pro praetoribus in provincias mittebantur, auspicia habuerint. Negavit Sigonius 2. de Ant. jur. provinc. 6. de lege Curiata c. 10. et ad Livii 28, 38. 4. Adfirmavit Gruchius in Refut. ad poster. Sigonii disput. c. 4. Lipsius 2. de Milit. Rom. 12. et Periz. Animadv. Hist. c. 7. p. 262. videntur probasse sententiam Sigonii. Multa in utramque partem de hac controversia disputari possunt: sed religiosa auspiciorum etiam in privatis, non publicis modo rebus apud veteres Romanos observatio mihi probabilem facit Gruchii opinionem. DUK. *ac*, pro quo Rhenanus *et* reposuit, primum adparuit in ed. Aldina: priores cum codd. servant *et*, verum destituuntur copula *que*, quam tamen non male Rhenanum reposuisse puto. V. ad 2, 31, 1. Praeterea *tò etiam* deest in Lovel. 3.

§. 19. *Brevi tempore hinc omne Punicum nomen*] Prodigiose corruptus est hic locus. Legendum, quemadmodum castigavimus, *brevi extorre hinc omne Punicum nomen.* ut *brevi* sit adverbium. Significat *extorris* exsulem, valut qui extra terram sive patriam sit pulsus. Rursus Livius 27, [37, 6.] *Extorrem agro Romano, procul terrae contactu, alto mergendum* 5, [30, 6.] conjungit *exsulem* et *extorrem. Ne exsulem, extorrem*, inquit, *populum Romanum ab solo patrio ac Diis penatibus in hostium urbem agerent.* Distinguenda autem verba hoc

Digitized by Google

Hispaniam esse: brevi extorre hinc omne Punicum no-
20 *men, maria terrasque foeda fuga impleturum. Quod*
mens sua sponte divinat, idem subjicit ratio haud fallax.
Vexati ab iis socii nostram fidem per legatos inplorant.
tres duces discrepantes, prope ut defecerint alii ab aliis,
trifariam exercitum in diversissimas regiones distraxere.
21 *Eadem in illos ingruit fortuna, quae nuper nos adflixit.*
nam et deseruntur ab sociis, ut prius ab Celtiberis nos:
et diduxerunt exercitus; quae patri patruoque meo caus-
22 *sa exitii fuit. Nec discordia intestina coïre eos in u-*
num sinet, neque singuli nobis resistere poterunt. Vos
modo, milites, favete nomini Scipionum, soboli impera-

modo. *Animus quoque m. m. m. a. h. t. v. praesagit, nostram Hispaniam esse: brevi extorre hinc omne Punicum nomen maria terrasque foeda fuga impleturum.* RHEN. Quamquam nullus codicum, in quibus haec pericope superest, Rhenani emendationem firmet, eam tamen veram esse puto. *brevi tempore hinc*, ut ejus tempore edebatur, praeferunt etiam Lovel. 3. et Gaertner. Verum quum *brevi ex tempore hinc* invenerim in Ber. et Hafner. existimo, forte pro *extorre* per compendium scriptum fuisse *ext're*, inde vero *ex tempore*, et, quum praepositio abundet, *tempore* factum esse. Vocem *extorris* Livio familiarem esse, vidimus ad 2, 6, 2.

§. 20. *Tres duces discrepantes* etc. *trifariam exercitus in diversissimas regiones distraxere*] *exercitus* vertimus in *exercitum*, (sic enim est in veteri libro) ut intelligas, ex uno exercitu tres factos. RHEN. Pal. 2. *discordantes*, ex glossa puta. qui exhibet etiam *exercitus*. Sic paullo post: *Et diduxere exercitus, quae patri patruoque meo caussa exitii fuit.* et c. 42, 2. *Quoniam in tres tam diversas regiones discessissent Punici exercitus.* GEBH. *discordantes* etiam Lovel. 3. Ber. Hafn. et Gaertn. Id probum et optimis scriptoribus usitatum verbum agnosco: Livium tamen adhibuisse, non memini; quum contra τῷ *discrepare* saepius utatur. Ceterum *exercitus* servant Lovel. 3. Ber. et Gaertn.

§. 21. *Eadem in illos ingruit fortuna*] Pal. 2. *Eadem in viros.* GEBH. Similiter Lovel. 3. Gaertn. Hearnii L. 1. D. et edd. antt. *Eadem in eos* Ber. *Eadem in illos* Froben. demum anno 1535. edidit.

Nam et deseruntur ab sociis, etc. *et diduxerunt exercitus*] Polybius [10, 6.] Χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων πολὺ διεσπασμένους κρατοπεδεύειν, τοῖς τε συμμάχοις τοῖς βριτικῶς χρωμένους, ἁπάντας ἀπηλλοτριωκέναι. SIG. *diduxerunt* edidit Jac. Gronovius, consentientibus vett. edd. Aldus dederat *diduxere*, cui favent Lovel. 3. Ber. et Gaertn.

Digitized by Google

torum vestrorum, velut adcisis recrescenti stirpibus. Agite, milites veteres, novum exercitum novumque ducem 23
traducite Iberum, traducite in terras cum multis fortibus factis saepe a vobis peragratas. Brevi faciam, ut, quemad- 24
modum nunc noscitatis in me patris patruique similitudinem oris vultusque, et lineamenta corporis; ita ingenii, fidei, 25
virtutisque exemplum expressam ad effigiem vobis reddam, ut revixisse, aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat.

XLII. Hac oratione accensis militum animis, 1
relicto ad praesidium regionis ejus M. Silano, cum tribus millibus peditum et trecentis equitibus, ce-

§. 24. *Brevi faciam, ut, quemadmodum nunc*] Malim *breve:* sic enim Cicero. SIG. Ubi ita Cic. locutus sit, non recordor. Verum, licet ita locutus fuerit, non tamen caussam habuit Sigonius, cur, invitis codd. id Livio etiam obtruderet, cui usitatissimum est alterum *brevi*. Ceterum scholion hoc Sigonii ex illis est, quae post mortem ejus sub illius nomine edita sunt Ven. anno 1592. Mox *nunc* deest in Ber. qui etiam legit *liniamentorum*, pro *lineamenta*.

§. 25. *Virtutisque exemplum expressam ad effigiem vobis reddam*] Pal. 2. *virtutisque effigiem exemplum vobis reddam*. GEBH. Quid sit *exemplum* ingenii fidei et virtutis *ad expressam effigiem*, non intelligo. Si scriptum fuisset *et*, vel *atque expressam effigiem*, vel denique *et expressam adeo effigiem*, planus mihi esset verborum sensus. Nam Scipio expressa effigies patris patruique ingenii, fidei, ac virtutis esse, eamque in se expressam videri, et ab omnibus cognosci volebat. Cic. 2. de Finib. 18. *Reliquit effigiem et humanitatis et probitatis suae filium*. Hoc etiam dici poterat: *reliquit effigiem expressam* et humanitatis et p. s. filium; non *expressum ad effigiem*, nec *ad expressam effigiem*. Duo libri Hearnii habent *exemplum effigiem*. Sigonium et alios intelligo edidisse *exemplum ac effigiem*. Sed neque a Gronoviorum libris abfuisse *expressam* puto, neque *ac* ante *effigiem* placet. DUK. *exemplum effigiem vobis reddam* Lovel. 3. Ber. Gaertn. et Hearnii Oxonienses L. 1. ac D. Verum edd. quae primae longiorem lacunam hanc in Livio supplerunt, *exemplum ac effigiem*. quod merito displicuit Cel. Dukero. V. ad 10, 36, 17. *exemplum expressam ad effigiem* primus Curio substituit; cujus lectionem, licet interim Sigonius priorem revocaret, tamen omnes recentiores servarunt.

§. 1. *Hac oratione accensis militum animis, relicto ad praesidium* etc.] Polyb. [10, 6.] *Ταῦτα εἰπὼν, τρισχιλίους μὲν ἔχοντα πεζοὺς, καὶ πεντακοσίους ἱπ-*

Digitized by Google

teras omnes copias (erant autem viginti quinque millia
2 peditum, duo millia et quingenti equites) Iberum traje-
cit. Ibi quibusdam suadentibus, ut, quoniam in tres
tam diversas regiones discessissent Punici exercitus,
proximum adgrederetur, periculum esse ratus, ne eo
facto in unum omnes contraheret, nec par esset
unus tot exercitibus, Karthaginem Novam interim
3 obpugnare statuit; urbem quum ipsam opulentam

πεῖς Μάρκον ἀπέλιπε τὸν συνάρχοντα περὶ τὴν διάβασιν, ἐφεδρεύσοντα τοῖς ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ συμμάχοις. αὐτὸς δὲ τὴν ἄλλην ἐπεραίου δύναμιν. Polybius *quingentos* equites, pro *trecentis*, affert. Numerus copiarum Scipionis idem est apud Polybium. SIGON.

Erant autem viginti quinque millia peditum] Itaque, additis copiis, quas Silano reliquerat, totus exercitus erat 28. M. peditum, 2. M. et ccc equites. Et sic etiam Polybius 10, 9. nisi quod c. 6. numerum equitum Silano relictorum ducentis auget. Sed ex collatis inter se aliquot locis Livii videtur major numerus confici posse. Nam C. Claudius Nero post Capuam captam XII M. peditum et MC equites in Hispaniam trajecerat, c. 17. Deinde Scipioni ad has copias X M. peditum et M. equites additi fuerant, c. 19. Haec sunt XXII M. peditum et II M. ac C. equites. Itaque ex vetere exercitu Scipionum tantum VI M. peditum et IOCC equites superfuisse oportet. Sed vix credibile est, L. Marcium cum tam exigua manu tantas res potuisse gerere, quantas ab eo gestas narrat Livius. Adde, quod nondum capta Capua supplementum militum in Hispaniam missum est c. 11. et 37. et sociorum in Hispania auxilia c. 41. Haec faciunt, ut de numero tam Liviano, quam Polybiano dubitari possit. Sed praeter copias Silano traditas fortassis etiam pars exercitus in praesidiis urbium cis Iberum relicta fuit. DUKER. *erant ad viginti quinque millia* edd. vett. Vulgatae autem lectionis auctor fuit Aldus, cum quo faciunt Msti. Mox *duo millia quingenti* Gaertn. et Ber. *et duo millia quingenti* Lovel. 3.

§. 2. *Ibi quibusdam suadentibus, ut* etc.] Hic eleganter inducit Silius patrem Scipionem filio suadentem, quid facto opus sit [15, 183.] his verbis.

Nate, salus quondam genitoris, nate, parentis etc.

MODIUS.

Quoniam in tres tam diversas regiones] Asdrubal Gisgonis ad Gades: Mago supra Castulonensem saltum: Asdrubal Amilcaris proximus Ibero circa Saguntum. Livius supra [c. 20, 6.] SIG.

§. 3. *Ibi arma, ibi pecuniae*] Vetus habet *ibi pecunia*. Et sequitur paulo post [c. 43, 5.] *Hic pecunia omnis hostium*, RHEN. Similiter codd. quibus utor.

§. 4. *Et nescio an unam Hispaniae erant, quae nostro adjacet mari*] Haec verba nullo sensu dicta sunt. Reposuimus ex veteri libro, *et*

Digitized by Google

suis opibus, tum hostium omni bellico adparatu plenam; (ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniae obsides erant) sitam praeterea quum opportune ad 4
trajiciendum in Africam, tum super portum satis amplum quantaevis classi, et nescio an unum in Hispaniae ora, qua nostro adjacet mari. Nemo 5
omnium, quo iretur, sciebat, praeter C. Laelium. Is, classe circummissus, ita moderari cursum na-

nescio an unum in Hispaniae ora, qua nostro adjacet mari. Est autem *qua* adverbialiter hic legendum. RHEN. Carthaginis novae portum praeferre videtur omnibus aliis portubus ad oram Hispaniae. Sed hic locus a Beato Rhenano recte restitutus est. GLAR. Verba Polybii [10, 8.] Ἀκούων δὲ πρῶτον μὲν, ὅτι λιμένας ἔχει σόλῳ καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσι, μόνη σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἅμα δὲ καὶ διότι πρὸς τὸν ἀπὸ Λιβύης πλοῦν καὶ πελάγιον διάρμα λίαν εὐφυῶς κεῖται τοῖς Καρχηδονίοις. Ex quo apparet, legendum esse *et nescio an unam*, quia dixit μόνη Polybius. et ad *Carthaginem*, non ad *portum*, referendum esse, ut ante legebatur, quam Rhenanus *unum* emendaret. SIG. Pal. 2. *et nescio an num in Hispaniae oram quam nostro non adjacet mari.* GEBH. Lectio, quae Rhenani aetate vulgo exstabat, primum adparuit in editione Ascens. anni 1513. Ante editum fuerat *et nescio annum Hispaniae oram, quae nostro.* Sed *et nescio annum* (*an non* Ber.) *in Hispaniae oram, quam* (*qua* Gaertn.) *nostro adjacet mari* Lovel. 3. Ber. et Gaertn. Polybius quidem Sigonio, at horum codd. vestigia Rhenano favere videntur. Utraque lectio commodum sensum efficit.

§. 5. *Nemo omnium, quo iretur, sciebat*] Comparet in Pal. 2. *Nemo omnium autem, quo iretur, sciebat.* GEBH. Voculam *autem* nullus meorum agnoscit. Quid de ea censeam, patere potest ex illis, quae dixi ad 21, 40, 11.

Praeter C. Laelium] Polybius [10, 9.] Πλὴν τότε γε τῷ μὲν ἐπὶ τοῦ σόλου Γαΐῳ Λαιλίῳ δι' ἀπορρήτων ἐντειλάμενος παρήγγειλε πλέειν ἐπὶ τὴν προειρημένην πόλιν· μόνος γὰρ οὗτος αὐτῷ συνῄδει τὴν ἐπιβολήν· αὐτὸς δὲ τὰς πεζικὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν μετὰ σπουδῆς. SIG.

Ut eodem tempore exercitus offenderet, et classis] Hunc locum mutilum integrum fecimus, adscriptis verbis ex antiquo volumine, quae deerant, hoc modo: *ut eodem tempore Scipio ab terra exercitum offenderet, classis portum intraret.* Expunximus enim conjunctionem, quae ultimam clausulam connectebat; qua nihil hic est opus. Porro huic loco non frustra asteriscum apposuerat Asulanus. RHEN. Et hunc locum recte restituit idem Beatus. Legendum enim *ut eodem tempore Scipio a terra exercitum offenderet, classis portum intraret.* GLAR. Laudet licet correctionem Rhenani Loritus, adduci tamen vel veritatis caussa non possum, quin

Digitized by Google

vium jussus erat, ut eodem tempore exercitus o-
6 stenderetur, et classis portum intraret. Septimo

praeferam scripturam Pal. 2. unde distantem longo intervallo nostri cod. bonitatem mihi adverte. *ut eodem tempore exercitus ostenderetur, et classis portum intraret*, recisis ab eodem lanio seu popa inferctis, et prosectis restitutis. GEBH. Ab Rhenano est haec lectio [*ut eodem tempore Scipio ab terra.*] A Put. Regio, meliore Petav. Voss. hic deficimur, in quibus nonnulla deerant. Illi enim *meo luctu quem armaverat cum terra marique instrui oppugnationem videret*. Duo Pall. Andreas, et Tarvis. *meo luctu quam vestro transissent. Sed quoniam vos instructos et ordinatos*. Media in prima video Veneta Bartholomaei de Zanis anno 1498. Haud scio, numquid ex Campano. Editiones, et alter Petav. *ut eodem tempore exercitus ostenderet, et classis portum intraret*. Palatinus *ostenderetur*. Aut hoc verum est, aut excidit pronomen, *exercitus se ostenderet*. Nam illa *Scipio ab terra* sarcinatricem manum olent. *Exercitum* alibi quoque opponit *classi*, ut ille κατ' ἐξοχὴν sit terrestris exercitus, illae copiae navales. Lib. seq. [c. 8, 16.] *Ea externa auxilia quum singulis Romanis legionibus adjunxisset, duorum speciem exercituum servavit*, etc. *classe quoque septuaginta navium partita, ut omni ambitu litorum praesidia orae maritimae essent*. 29, [22, 11.] *Ubi omnes legatique et tribuni classem eam, exercitum, ducemque verbis extollentes effecerunt*. 32, [21, 36.] *Sine vestro labore et periculo qui vos in libertatem vindicarent, cum magnis classibus exercitibusque trajecerunt*. J. FR. GRON. *ut eodem tempore exercitus ostenderet, et classis* Lovel. 3. Gaertn. Hearnii L. 1. D. et Doujatii Colbert. *ut eodem tempore exercitus ostenderetur, cum classis intraret portum* Ber. utrum *ostenderetur* legas, an *se ostenderet*, ad sensum nihil interest: prius tamen ob duorum codd. ita exhibentium auctoritatem praefero. Longe etiam praestat *et classis*, quam *cum classis*. Paullo ante *ita navium cursum moderari*, transpositis vocabulis, Ber.

§. 6. *Septimo die ab Ibero Karthaginem ventum est simul terra marique*] Hic distinguendum puto. Nam, quae sequuntur, verba de pedestri exercitu intelligenda sunt. GLAR. Silius [15, 215.]

Jamque Hyperionia lux septima lampade surgens etc.

MODIUS. Antea distinguebatur *ventum est. simul terra marique castra*. Quam interpunctionem recte Glareanus mutavit. Neque tamen habuit, qui dicto audiens esse dignatus est, nisi nuper Cl. Crevier.

His ab tergo (*nam frons natura tuta erat*) *nullum objectum vallum*] Exemplar scriptum habet tantum *nullum objectum*. Perpensa sententia legendum opinor hunc locum sic: *his ab tergo, nam frons natura tuta erat, vallum objectum*, Sensus est: a tergo castris vallum objectum, ne obruerentur: a fronte vero minime, cum illae natura locus munitus esset. Assignat iterum rationem paullo post, cur a fronte nullum vallum opposuerit: *Unde*, inquit, *cum tam parvi operis munitio esset, non objecit vallum imperator Romanus*. RHEN. Duae voces *frons* et *tergum* mirum, quam lectorem morentur. Quae *frons castrorum*, quod *tergum*, scire non possum, cum verisimilius sit, *frontem*

Digitized by Google

die ab Ibero Karthaginem ventum est simul terra marique. castra ab regione urbis, qua in septentrio-

dixisse, quae urbem spectabat, quam quidem partem munivit, ut ipse postea dicturus est, ut subeunti saepe ad moenia urbis recursus pateret. Verum quid munire oportebat, cum natura tuta erat? GLAR. Vet. lib. *nullum vallum objectum*. Polybius [10, 9.] duplum vallum exteriori castrorum parti objectum aït. Ἀφικόμενος δὲ ἑβδομαῖος, κατεστρατοπέδευσε κατὰ τὸ πρὸς ἄρκτους μέρος τῆς πόλεως. καὶ περιεβάλλετο κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν τῆς στρατοπεδείας, τάφρον καὶ χάρακα διπλοῦν ἐκ θάλαττης εἰς θάλατταν· κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὴν πόλιν ἁπλῶς οὐδέν. αὐτὴ γὰρ ἡ τοῦ τόπου φύσις ἱκανὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε. Quod *tergum* vocat Livius *castrorum*, id *exteriorem partem* nominat Polybius: quam *frontem* Livius, eam *ad urbem versam* Polybius. SIG. Pal. 2. et Sigonii liber *nullum vallum objectum*. Sic Livius: *Cum tam parvi operis munitio esset, non objecit vallum imperator Romanus*. GEBH. Et hoc Rhenano debetur. Sed libri nostri τῷ *frons* carent, deinde habent, ut et Sigonii, *erant*, *nullum vallum objectum*. Fortassis, *his ab tergo* (*alia natura tuta erant*) *duplum vallum objectum*. Frons obversa hosti, quia Polyb. [10, 9.] κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὴν πόλιν οὐδέν. αὐτὴ γὰρ ἡ τοῦ τόπου φύσις ἱκανὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε. Latera alluente mari. *Duplum vallum*, nam Polyb. καὶ περιβάλλεται κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν τῆς στρατοπεδείας τάφρον καὶ χάρακα διπλοῦν ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν. Vel *his ab tergo* (*nam natura tuta erant alia*) *vallum objectum*. J. FR. GRON. In scriptis non comparet τὸ *frons*, adjectum a Rhenano, ni fallor, quia Polybius eam partem, quae in urbem spectabat, nullo munimento dicit circumdatam. κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὴν πόλιν ἁπλῶς οὐδέν: quam partem postea τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν vocat. Et dicitur quidem recte *frons castrorum* in obsidione pars, quae in urbem spectat. quamvis interdum et pars contraria, quia anceps est munitio, et saepe tam hac, quam illa respicit hostem. Sed vox *frons* abest libris, et de fronte universa proprie verum non est, natura munitam fuisse; quippe pars, quae, urbem continenti jungens mediisque castris opposita, maxime *frontis* nomen merebatur, non erat natura tuta; quamvis et haec, sed alia de causa, vallo non clauderetur. *Unde*, inquit Livius, *quum tam parvi operis munitio esset, non objecit vallum imperator Romanus, seu fiduciam hosti superbe ostentans, sive ut subeunti saepe ad moenia recursus pateret*. In Mstis est, *nam natura tuta erant*. unde faciebam *nam latera tuta erant*. Partes enim, quibus hinc stagnum, hinc prominens ab altera parte mare pro munimento erat, etiamsi dicantur a Polyb. introrsus urbem versus spectare, tamen re ipsa lateribus, quam fronti castrorum similiores. Livius 32. *Muri pars adhuc integra utraque tuta praestabat latera*. Sed vide, an possis servare vulgatam: *his ab tergo* (*nam natura tuta erant*, intellige *castra*) *vallum objectum*. Polybius, e quo haec desumta, αὐτὴ γὰρ ἡ τοῦ τόπου φύσις ἱκανὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε. Libri quidam habent *nullum vallum*. quasi fuerit *nisi a tergo nullum vallum objectum*. Polybius *duplex*, vel *duplum vallum*. SCHELIUS ad Polyb. de

Digitized by Google

nem versa est, posita: his ab tergo (nam frons
7 natura tuta erat) vallum objectum. Ceterum sita Karthago sic est. Sinus est maris media fere Hispaniae ora, maxime Africo vento obpositus, et quingentos passus introrsus retractus, paullulo plus

Castram. p. 1151. Videtur opportunissimum, *his ab tergo* (*ante natura tuta erant*) etc. Id dictat ipse Livius 27, 18, 5. *Fluvius ab tergo ante circaque, velut ripa praeceps, oram ejus omnem cingebat.* Ibi enim quoque scribere potuit, *a tergo, fronte et lateribus.* JAC. GRON. *his ab tergo* (*nam natura tuta erant*) *nullum vallum objectum* Hearnii L. 1. *his a tergo* (*nam frons natura tuta erat*) *nullum vallum objectum* Lovel. 1. et Ber. cum edd. primis, nisi quod *ab tergo* habeant. *his a tergo* (*frons natura tuta erat*) *nullum objectum vallum* Gaertn. *his ab tergo* (*nam frons natura tuta erat*) *nullum objectum vallum* Aldus. Unde patet, non primum fuisse Rhenanum, ut Schelius opinabatur, qui vocem *frons* adjecit: sed contra vocem illam non modo in plerisque codd. verum etiam omnibus edd. ante eum exstitisse. Si tamen eam omittere liceret, legerem *his nisi ab tergo* (*nam natura tuta erant*) *nullum vallum objectum*, quomodo fere Schelius. ut *nisi* ob literarum similitudinem interceptum sit a praecedenti *his*. Crevier. emendationem Rhenani probat.

§. 7. *Ceterum sita Karthago sic est*] Castigavi *Etenim sita Carthago.* Nam reddit caussam non objecti a fronte valli. RHEN. Vet. lib. *Ceterum sita Carthago sic est.* Polyb. [10, 10.] Κεῖται μὲν οὖν. SIG. Poëta [Silius 15, 220.]

Carthago impenso naturae adjuta favore etc.

MOD. *Ceterum* servant omnes mei.

Et quingentos passus introrsus retractus] Ex Polybio legendum est *ad duo millia et quingentos passus.* Ipse enim ad viginti stadia habet [10, 10.] Κεῖται μὲν οὖν τῆς Ἰβηρίας κατὰ μέσην τὴν παραλίαν ἐν κόλπῳ νεύοντι πρὸς ἄνεμον Λίβα· οὗ τὸ μὲν βάθος ἐστὶν ὡς εἰκοσί σταδίων, τὸ δὲ πλάτος ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὡς δέκα. SIG. Hoc recte ex Polyb. emendatur. *introrsus retractus* de longitudine sinus terram ingredientis dicit, quod βάθος vocat Polyb. Sed nescio, cur de latitudine, πλάτος est Polybio, quam decem ferme stadiorum in introïtu sinus esse dicit, nihil monuerit Sigonius. Excidit sine dubio nota numeri, quam credo fuisse *CIↃ*. Decem stadia sunt ccc. passus. DUK. A Sigonio discedens Crevier. ex Polyb. legit *ad bis mille et q. p.* et in verbis seq. ex eodem *paullulo plus mille et ducentorum passuum in latitudinem patens.* Neutrum placere potest. Paullo ante τὸ *maxime* deerat in Lovel. 3.

Paulo plus] *paululo plus.* RHEN. Omnes codd. mei, hanc pericopam exhibentes, Lov. 3. Ber. Rec. et Gaertn. *paullo plus.* Saepe hoc modo variant codd. V. ad 36, 9, 8.

§. 8. *Hujus in ostio sinus parva insula objecta ab alto portum* etc.] Polyb. [10, 10.] νῆσος ἐπὶ τοῦ στόματος αὐτοῦ κεῖται, βραχὺν

Digitized by Google

passuum in latitudinem patens. hujus in ostio sinus 8
parva insula objecta ab alto portum ab omnibus
ventis, praeterquam Africo, tutum facit. ab intimo
sinu peninsula excurrit, tumulus is ipse, in quo
condita urbs est, ab ortu solis et a meridie cincta

ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους ἔισπλουν ἐις ἑαυτὸν ἀπολείπουσα. ταύτης ἀποδεχομένης τὸ πελάγιον κῦμα, συμβαίνει τὸν κόλπον ὅλον ἐνδίαν ἴσχειν· πλὴν ἐφ' ὅσον οἱ Λίβες καθ' ἑκάτερον τὸν ἔισπλουν παρεισπίπτοντες, πλύδωνας ἀποτελοῦσι· τῶν γε μὲν ἄλλων πνευμάτων ἀκλυδώνιστος ὢν τυγχάνει διὰ τὴν περιέχουσαν αὐτὸν ἤπειρον. SIG. *parvula insula objecta ab alto portum tutum ab omnibus ventis, praeterquam Africo, facit* Ber. *Tò tutum* deest in Lovel. 3. et Gaertn.

Ab intimo sinu peninsula excurrit, tumulus is ipse, etc.] Polybius [10, 10.] Ἐν δὲ τῷ μυχῷ τοῦ κόλπου πρόκειται χερρονησίζον ὄρος, ἐφ' οὗ κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πόλιν περιεχομένην θαλάττῃ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν καὶ μεσημβρίας, ἀπὸ δὲ τῶν δύσεων λίμνῃ προσεπιλαμβανούσῃ καὶ τοῦ πρὸς ἄρκτον μέρους. ὥστε τὸν τόπον μέχρι τῆς ἐπὶ δάτερα θαλάττης, ὃς καὶ συνάπτει τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, καὶ πλέον ὑπάρχειν ἢ δυοῖν σταδίων. Servius Virgilium 1. [Aen. 159.] hunc portum descripsisse ait, eum inquit:

Est in secessu longo locus: insula portum
Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.

Nam quod sequitur de scopulis, praetermissum est a Livio, cum tamen apud Polybium sit: Ἡ δὲ πόλις αὕτη μεσόκοιλός ἐστι· κατὰ δὲ τὴν ἀπὸ μεσημβρίας πλευρὰν ἐπίπεδον ἔχει τὴν ἀπὸ θαλάττης πρόσοδον· τὰ δὲ λοιπὰ περιέχεται λόφοις, δυοῖν μὲν ὀρινοῖς καὶ τραχέσιν, ἄλλοις δὲ τρισί, πολὺ μὲν χθαμαλωτέροις, σπηλώδεσι δὲ καὶ δυσβάτοις. Et Virgilius:

Hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur
In coelum scopuli, quorum sub vertice late
Aequora tuta silent.

SIGON.

Patulum et ad septentrionem fusum] Castigavimus *paululum etiam ad sept.* hoc est modice, ex antiquo. RHEN. *patulum etiam ad septentrionem* Lovel. 3. Ber. et Gaertn.

Incertae altitudinis, utcumque exaestuat mare] Adjecimus clausulam, quae deerat, *utcumque exaestuat aut deficit mare.* RHEN. Immo plane contra se res habuit. Nam altitudo hujus stagni omnino major vel minor erat, prout vel recessus vel accessus maris erat. Ipsa historia id docet, quum recedente aqua vadum et transitus Romanis patuerit. Id quod semper obtinuit, et notum habuerunt piscatores et alii accolae. Scripsit auctor: *incertae altitudinis, utque exaestuat aut deficit mare.* Plane quomodo 1, 25, 24. *Diffantia locis, et ut pugnatum est.* JAC. GRON. Sed videndum est, an *utcumque* hic idem sit, quod *prout.* Ita visum fuit Pareo in Lexico critico. DUK.

Digitized by Google

mari: ab occasu stagnum claudit, paullum et ad septentrionem fusum; incertae altitudinis, utcum-
9 que exaestuat aut deficit mare. Continenti urbem jugum ducentos fere et quinquaginta passus patens conjungit. unde quum tam parvi operis munitio
10 esset, non objecit vallum imperator Romanus: seu fiduciam hosti superbe ostentans, sive ut subeunti saepe ad moenia urbis recursus pateret.

1 XLIII. Cetera quae munienda erant, quum perfecisset, naves etiam in portu, velut maritimam quoque ostentans obsidionem, instruxit: circumvectusque classem, quum monuisset praefectos navium, ut vigilias nocturnas intenti servarent, om-
2 nia ubique primo obsessum hostem conari: regressus in castra, ut consilii sui rationem, quod ab

Doujatius etiam *utcumque* servat, et exponit hic *prout*, vel *proinde ut*. quo sensu eam vocem usurpari, Gronov. supra docet ad 21, 35, 2. Voces *aut deficit* desunt in Lovel. 3. Ber. et Gaertn.

§. 9. *Continenti urbem jugum ducentos fere* etc.] Manifeste *jugum* hic appellat, quod Graeci ἰσθμόν vocant. Inepte, meo judicio, Suidas ἰσθμόν ait mare inter duas terras, cum contra *jugum* sit inter duo maria. Sed non est nunc de his differendi locus GLAR.

Non objecit vallum imperator Romanus] Polybius [10, 11.] Τὸ δὲ μεταξὺ τούτων διάστημα τὸ συνάπτον τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, ἀχαράκωτον ἔιασε κατὰ μέσην ὑπάρχον τὴν ἀυτοῦ στρατοπεδέιαν. SIG.

§. 10. *Seu fiduciam ostentans, sive ut recursus pateret*] Polyb. [ibid.] Ἔιτε καὶ καταπλήξεως χάριν, ἔιτε καὶ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν ἁρμοζόμενος, ὅπως ἀνεμποδίστους ἔχῃ καὶ τὰς ἐξαγωγάς, καὶ τὰς ἀναχωρήσεις ἐις τὴν παρεμβολήν. SIG.

§. 1. *Circumvectusque classe*] Scripsimus *classem*; et mox, pro *interim*, *intenti* ex veteri. RHEN. Pall. 2. *classe*. Sic et paullo post idem cod. *ut vigilias nocturnas interim servarent*. GEBH. *classe*, et mox *interim* etiam Lovel. 3. Ber. et Gaertn.

§. 2. *Quod ad urbem potissimum oppugnandam bello orsus esset*] Quatuor insignes mendae sunt in hac brevi oratiuncula, et sensus est inversus, immo prorsus nullus. Sic autem Livius scripsit: *quod ab urbe potissimum oppugnanda bellum orsus esset*. Mox gerundium *hortando*, quod sequitur, debebat esse *cohortando*. RHEN. Pal.

Digitized by Google

urbe potissimum obpugnanda bellum orsus esset, militibus ostenderet, et spem potiundae cohortando faceret, concione advocata ita disseruit: *Ad ur-* 3 *bem unam obpugnandum si quis vos adductos credit, is magis operis vestri, quam emolumenti rationem exactam, milites, habet. Obpugnabitis enim vere moenia unius urbis, sed in una urbe universam ceperitis Hispaniam. Hic sunt obsides omnium nobilium regum populorumque:* 4 *qui, simul in potestate vestra erunt, extemplo omnia, quae nunc sub Karthaginiensibus sunt, in ditionem tradent. Hic pecunia omnis hostium, sine qua neque illi* 5 *gerere bellum possunt, quippe qui mercenarios exercitus alant; et quae nobis maximo usui ad conciliandos animos barbarorum erit. Hic tormenta, arma, armamen-* 6 *ta, et omnis adparatus belli est, qui simul et vos in-*

2. *quod ad urbem potissimum oppugnandam bello orsus esset.* Sic idem statim *hortando.* GEBH. Palatino 2. per omnia adsentiuntur Lovel. 3. et Gaertn. *ad urbem potissimum oppugnandam* etiam Ber. et Rec. Sed in eorum priori verba *bello orsus esset* etc. *ad urbem unam oppugnandam* librarii neglegentia omittuntur.

§. 3. *Ad urbem unam obpugnandum*] Vet. lib. *oppugnandam.* Summa hujus orationis est etiam apud Polyb. [10, 11.] quamquam Livius non omnia illa expressit. SIG. Pal. 2. *ad urbem unam oppugnandam si quis vos adductos queritur.* GEBH. *oppugnandum* tuetur Sanctius 3. Min. 8. DUK. *oppugnandam* Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. vett. *oppugnandum* Froben. anno 1535. consentiente Lovel. 3. V. ad 40, 49, 1.

§. 4. *Omnia, quae nunc sub Karthaginiensibus sunt, in ditionem nostram tradent*] *nostram* aliquis adjecerat. RHEN. Pet. et olim editi omnes *in ditionem.* J. FR. GRON. *To nostram* meorum codd. nullus agnoscit. *in deditionem* perperam vulgavit primus Curio. Praeterea *sunt* omittitur in Gaertner. *nunc sunt sub Karthaginiensibus* legit Ber. Paullo ante *simul ut in potestate vestra* Lovel. 3. a m. 2. Male. V. ad 6, 1, 6. *simul in potestate nostra* Gaertn. Paullo post §. seq. *quippe qui mercenarios milites alant* Gaertn. *quippe qui mercenarios exercitus alant* Lovel. 3. Ber. Rec. et omnes editi usque ad Gruter. qui in ultima ed. substituit *alunt*, quod omnes recentiores secuti sunt. Utrumque dici posse, *quippe qui alant*, et *alunt*, supra vidimus ad 3, 25, 6. [2, 37, 5.] Veterem itaque lectionem revocavi. Potius enim convenit, ut scriptos sequamur.

Digitized by Google

7 *struet, et hostes nudabit. Potiemur praeterea quum pulcherrima opulentissimaque urbe, tum opportunissima portu egregio, unde terra marique, quae belli usus poscunt, suppeditentur. quae quum magna ipsi habebi-*
8 *mus, tum demserimus hostibus multo majora. Haec illis arx, hoc horreum, aerarium, armamentarium, hoc omnium rerum receptaculum est. Hinc rectus in Africam cursus est: haec una inter Pyrenaeum et Gades*
9 *statio: hinc omni Hispaniae inminet Africa. Sed, quo-*

§. 6. *Hic tormenta, arma, et omnis adparatus belli est*] Omissum hic fuit vocabulum *armamenta*, hoc modo *Hic tormenta, armamenta, arma*. RHEN. Pal. 2. repudiato vocabulo *armamenta*, praestat *Hic tormenta, arma, et omnis apparatus belli est*. GEBH. Si Rhenanus ita, quemadmodum hic proposuit, in Mſto reperit, mentem ejus male adsecutus est Froben. qui anno 1535. dedit *Hic tormenta, arma, armamenta*. Quod recentiores omnes servarunt. Profiteor tamen, eam vocem in Lovel. 3. Ber. et Gaertn. non reperiri, qui, et copula omissa, legunt *Hic tormenta, arma, omnis adparatus belli est*, ἀσυνδέτως. Ceterum si vox *armamenta* Livii est, eam potius eo loco, quo Froben. quam quo Rhenanus, conlocavit, pati possem.

Qui simul vos instruet, et hostes nudabit] Deërat particula *et*, quum deberet esse, *qui simul et vos instruet, et hostes nudabit*. Et hic deërat pagina aut amplius in exemplari manuscripto. RHEN. Pet. τὸ *et* prius ignorat. Putoque esse additum ab aliquo, qui τοῦ *simul* eam vim esse nesciebat. Sic 27, [5, 1.] *Praedatum simul speculatumque*. hoc est, et praedatum et speculatum. 28, [17, 14.] *Trepidationem simul militum ac nautarum nequicquam armaque et naves expedientium*. Et rursus [c. 32, 11.] *In provincia simul virtute tanta et felicitate perdomita*. 41, [6, 12.] *Lycios sub Rhodiorum simul imperio et tutela esse*. J. FR. GRON. Tamen alterum etiam recte dici credo. Cic. 4. Tuscul. 28. *Illa autem altera ratio et oratio, quae simul et opinionem falsam tollit, et aegritudinem detrahit*. DUK. Gronovio favent Lovel. 3. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. Infra 33, 12, 2. *Ut Graecia satis potens tuendae simul pacis libertatisque esset*. ubi plura vide. Sed nec illud, quod Rhenanus probavit, a Livii aliorumque loquendi ratione discedere existimandum est. Ita enim Livius loquitur supra 23, 26, 8. *Simul et ad castra tumultus erat, et per agros fugaque et caedes*. Infra 32, 18, 3. *Qui simul et onerarias caperet, ET tecta ad hibernandum legionibus praeberet*. c. 24, 3. *Simul et cohors Romana* etc. *invasit, et ex omnibus oppidi partibus, relictis suis quisque stationibus* etc. *concurrerunt*. Suet. Caes. 67. *Simul et ad speciem, et quo tenaciores eorum in proelio essent*. Ubi tamen Cel. Burm. in nupera ed. prius *et* omisit, idque ex membranis suis delendum monuit Cortius ad Plinii 2. ep. 17, 5. (Eodem

Digitized by Google

niam vos instructos et ordinatos cognosco, ad Karthaginem novam obpugnandam totis viribus et bono animo transeamus. Quumque omnes una voce, *hoc faciendum*, subclamarent, eos Karthaginem duxit. tum 10
terra marique eam obpugnari jubet.

XLIV. Contra Mago Poenorum dux, quum ter- 1
ra marique instrui obpugnationem videret, et ipse copias ita disponit. Oppidanorum duo millia ab ea 2
parte, qua castra Romana erant, obponit: quin-

modo *pariter et*, *et* vel *et pariter*, *et*. v. Vir. doct. ad Lactant. 4. Div. Inst. 1, 1.)

§. 8. *Huc rectus ex Africa cursus est*] Malo ex Pet. *Hinc rectus in Africam cursus est*. Tacite spem suis militibus facit, in Africam se transfretaturum. J. FR. GRON. *Hic rectus ex Africa* Lovel. 3. et Gaertn. *Hic rectus Africam* Ber. *Hinc rectus ex Africa* edd. vett. pro quo Aldus demum *Huc* substituit. Doujatius quidem fatetur, plus esse, militibus ostentari transitum in Africam; putat tamen id nimium esse Romanis, qui vixdum ullius ultra Iberum urbis compotes erant: et hinc vulgatam lectionem retinere malebat, quando nec aliter scripti fere omnes. Verum nullum vel codicem, vel edd. ante Aldum vulgatam, illam per omnia confirmare vidimus; sed contra alios magis, alios minus Gronovio favere. Neque etiam necesse puto, ut Romani omnibus trans Iberum urbibus potirentur, antequam ex Hispania in Africam trajicerent.

Hinc omnis Hispania imminet Africae] Scriptus *hinc omni Hispaniae imminet Africa*. Vult enim ex hac urbe, tamquam ex arce, imminere et instare toti Hispaniae, cui jugum partim imposuerat, partim minabatur, Africam. J. FR. GRON. Vulgata iterum lectio Aldum auctorem habuit. Antea edebatur *hinc omnis Hispaniae imminet Africa*; quod etiam superest in Lov. 3. Ber. et Gaertn. Post haec verba in multis codd. finit lacuna, de qua dictum ad c. 41, 18. Ceterum §. seq. *totis viribus et toto animo*, pro *bono animo*, Lovel. 5.

§. 1. *Quum terra mari instrui obpugnationem videret*] Vet. lib. *terra marique instrui*. SIG. Ita non tantum omnes mei, et Hearnii codd. verum etiam omnes edd. ante Froben. qui anno 1535. copulam omisit; de quo infra v. ad 41, 3, 1. Hic tamen eam requirit codicum auctoritas; praesertim quum Rhenan. cujus lectiones Froben. in illa ed. expressit, hic lacunam in cod. suo agnoverit cap. praec. §. 7. unde illud *que* operarum neglegentia excidisse videtur. Hic autem jam finiunt optimi Gronovii et mei Msti magnam lacunam, de quo v. ad c. 41, 18.

Et ipse copias ita disponit] Pal. 3. *disposuit*. GEBH. Omnes mei *disponit* tuentur.

§. 2. *Oppidanorum duo millia ab ea parte* etc.] Polyb. [10, 12.]

Digitized by Google

gentis militibus arcem insedit: quingentos tumulo urbis in orientem verso inponit: multitudinem aliam, quo clamor, quo subita vocasset res, intentam ad
3 omnia obcurrere jubet. Patefacta deinde porta, eos, quos in via ferente ad castra hostium instruxerat, mittit. Romani, duce ipso praecipiente, parumper cessere, ut propiores subsidiis in certa-
4 mine ipso submittendis essent. Et primo haud inpari stetere acie: subsidia deinde, idemtidem sub-

Ὁ δὲ Μάγων, ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς πόλεως, τὸ μὲν τῶν Χιλίων σύνταγμα διελὼν, τοὺς μὲν ἡμίσεις ἐπὶ τῆς ἄκρας ἀπέλιπε, τοὺς δὲ ἄλλους ἐπὶ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς λόφου παρενέβαλε. τῶν δὲ λοιπῶν ἐυρωστότατους περὶ δισχιλίους κατεσκευακὼς τοῖς ὑπάρχουσιν κατὰ τὴν πόλιν ὅπλοις, ἐπέστησε κατὰ τὴν πύλην τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὸν ἰσθμὸν καὶ τὴν τῶν πολεμίων ςρατοπεδείαν. Τοῖς δὲ λοιποῖς παρήγγειλε βοηθεῖν κατὰ δύναμιν πρὸς πάντα τὰ μέρη τοῦ τείχους. Quod ἰσθμὸν vocat Polybius, vertit *jugum* Livius. SIGON.

Quo clamor, quo subita vis advocasset, resistentem ad omnia obcurrere] Pal. 2. *quo vis advocasset.* tert. *quos vis avocasset.* Vet. ed. *quoque vis avocasset.* At Pal. 1. *quo subita avocasset res, intentam ad omnia occurrere jubet.* GEBH. Pet. Reg. Men. Voss. *quos ubi avocasset resistentem.* Put. *quo subi avocasset resistentam.* Scribe: *multitudinem aliam, quo clamor, quo subita vocasset res, intentam ad omnia occurrere jubet.* Quae lectio integra est in uno Pal. nisi quod ibi *avocasset*, 24, [36, 9.] *Ut, quocumque vocasset defectionis ab Romanis spes, admoveret exercitum.* 28, [15, 12.] *Carthaginienses quamquam fessos labore et vulneribus nox imberque ad necessariam quietem vocabat.* Auctor de bello Hispan. [24.] *Haec res necessaria vocabat, ut ad dimicandum descenderet.* J. FR. GRON. Vulgata lectio primum in ed. Ald. adparuit, eamque unus Hearnii D. servavit. Priores excusi *quoque*, vel *quove vis avocasset resistentem.* Et ita Hearnii L. 1. ac Ber. a m. 1. qui a m. 2. cum Hafn. et Hav. *advocasset* praefert. *quos ubi advocasset resistentem* Lovel. 1. 4. et Harlej. *quos ubi avocasset resistentem* Hearnii N. *quo ubi advocasset resistentem* Lovel. 2. *quo vis advocasset resistentem* Lovel. 3. 5. Rec. et Gaertn. *quo subita vocasset resistentam* Flor. *quo subita vocasset res intentam* Doujatii Colbert. Locutionem, qua res inanimata dicitur *vocare*, inlustravi ad Silii 10, 112.

§. 4. *Et primo haud inpari stetere acie* etc.] Omnia e Polyb. [10, 12.] versa sunt. Ὀυ μὴν ἀλλ' ἕως μέν τινος ἐφάμιλλον συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν μάχην. τέλος δὲ ἐξωθούμενοι τῷ βάρει, etc. SIG. Initio fuerat in Pal. 1. *haud impar stetere acie.* postea factum *haud impares stetere acies.* Polyb. ἐφάμιλλον συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν μάχην. GEBH. Jac. Gronovium edidisse *impares*, quum in aliis sit *impari*, adno-

Digitized by Google

missa e castris, non averterunt solum in fugam hostes, sed adeo effusis institerunt, ut, nisi receptui cecinisset, permixti fugientibus inrupturi fuisse in urbem viderentur. Trepidatio vero non in proelio 5 major, quam tota urbe fuit. multae stationes pavore atque fuga desertae sunt, relictique muri; quum, qua cuique erat proximum, desiluissent. Quod ubi 6 egressus Scipio in tumulum, quem Mercurii vocant, animadvertit, multis partibus nudata defensoribus

tat Hearnius. Hoc in erratis editionis ejus correctum est *imparis*. Error errore cumulatus. Si quis legere vellet *haud impares stetere acies*, conjecturam tueri posset e 27, 2, 7. *Diu pugna neutro inclinata stetit*. Sed non necesse est quidquam mutari. DUK. *inpar stetere acie* Voss. Lovel. 1. et Harlej. *inpare stetere acie* Lov. 2. *inpar stetere acies* Flor. a m. 1. *impares stetere acies* a m. 2. Quod placere posset.

§. 5. *Trepidatio vero non in proelio major, quam tota urbe fuit*] Ita Gronov. anno 1655. edi jussit. Priores *non proelio major*. Et ita omnes Msti mei, et Oxonn. Hearnii V. ad 25, 19, 13.

Multae stationes pavore atque loca deserta sunt] Put. *atque oga desertae sunt*. Inde fecerunt vulgatum, quum debuissent mea sententia, *multae stationes pavore atque fuga desertae sunt*. Sic noster 10, [14, 20.] *Errorque utilis Romanis oblatus fugae formidinisque Samnites implevit*. 22, [59, 8.] *Utraque non tam clade infamis, quam pavore et fuga*. 25, [6, 13.] *Cannensem vero quisquam exercitum fugae aut pavoris insimulare potest*. 26, [2, 13.] *Non omnes comites Cn. Fulvii fuisse pavoris ac fugae*. Sic Cic. pro L. Manil. 9. *Hunc in illo timore ac fuga Tigranes rex Armenius excepit*. Ubi haerent Hotomannus, Gulielmius, Gruterus, *terrore, tempore, ex fuga* subjicientes. At Sallust. Jug. [55.] *Quo fuga atque formido latius crescerent*. Cic. pro Domo [7.] *Caedes, incendia, rapinae, scelerum impunitas, fuga, formido*. J. FR. GRON. 28, 44, 15. *Illuc terror fugaque, populatio agrorum, defectio sociorum, ceterae belli clades vertantur*. (*31, 2, 9.) Doujatius vulgatum defendere conatur; putat enim, ideo Livium *stationes atque loca* ut diversa distinxisse, quia non omnia loca, ubi armati ad defendendos muros consistunt, *stationes* dicuntur.

§. 6. *Quod ubi versus Scipio in tumulum, quem Mercurium Teutatem adpellant, advertit*] Locus hic mire variatur in Pall. Meo judicio omnium sincerissime prisca ed. illum praestat: *Quod ubi Scipio in tumulum obversus, quem Mercurium Teutatem appellant, advertit*. GEBH. Peccarunt hic eruditione nimia cum suo *Teutate* correctores. Voss. *Quod oberesus*. Reg. Pet. Pal. *Quod obversus*. Alter Pal. *Quod ubi erectus*. Pro verbis autem illis *Mercurium Teutatem appellant*, duo Pall. Reg. simpliciter: *Mercu-*

Digitized by Google

moenia esse; omnes e castris excitos ire ad obpu-
7 gnandam urbem, et ferre scalas jubet. ipse, trium
prae se juvenum validorum scutis obpositis, (in-
gens enim jam vis omnis generis telorum e muris
volabat) ad urbem succedit, hortatur, imperat,
8 quae in rem sunt: quodque plurimum ad accen-
den-

rium vocant. Pet. *Mercurium dicunt.* Voss. *quem exercitum cantati advertit.* Princeps omnium Put. *Quod obuoeessus Scipio:* deinde *Mercurium cantati* (sic plane et unus e Pall.) *advertit.* Salmasius, *Quod ubi egressus Scipio in tumulum, quem Mercurium vocant, animadvertit.* Recte. nisi quod *Mercurii* cum Rubenio malo. J. FR. GRON. Si MSS. non habent *Teutatem*, nulla est observatio Bocharti de hoc nomine 1. Chanaan. 35. et 42. DUK. In priori parte horum verborum, unus tantum Gaertn. vulgatum, cujus Aldus auctor exstitit, servat. *Quod oberesus Scipio* legit Lovel. 1. *Quas ob res Scipio* Lovel. 4. *Quod obversus Scipio* Lovel. 3. Harlej. et Hearnii Oxonn. *Quod ubi obversus Scipio* Ber. *Quod ubi erectus Scipio* Lovel. 2. 5. Hafn. et Hav. *Quod ob vere suscipio* Flor. *Quod ubi Scipio in tumulum obversus* edd. ante Aldum. In posteriore parte *Teutatem* legunt, ac nihil a vulgato differunt hi tres, Ber. Hafn. et Hav. cum omnibus edd. Sed *quem in exercitu cantati avertit* Lovel. 1. *quem Mercurium advertit* Lovel. 2. *quem mercium cantant advertit* Gaertn. *quem Mercurium cantanti avertit* Harlej. *quem Mercurium cantant advertit* Lovel. 3. et Hearnii Oxonn. *quem Mercurium cantanti advertit* Flor. et Lovel. 4. *quem Mercurium vocant, advertit* Lovel. 5. Doujatius in priori parte malebat *Quod ubi obversus Scipio*, idque, ut addit, ex Reg. Colbert. uno, aliisque optimis. Verum vellem, addidisset, quos praeterea optimos viderit. Ita enim nullus apud Gron. codex, et unus tantum apud me, isque inter recentissimos. Verum insuper quum aliam, quam Gronovius, ex Reg. lectionem proferat, id efficit, ut de Colbert. uno etiam dubitem; aut certe, si is ita habeat, uni vel alteri testi, et quidem suspectae fidei, credendum non putem. Verius itaque videtur, quod Salmasius ex optimi vestigiis eruit, ac Gronov. probavit *Quod ubi egressus Scipio in tumulum.* Eo sensu *egredi* infra est 40, 22, 2. *Modicus primo labor in imis collibus fuit; quantum in altitudinem egrediebantur, magis magisque silvestria et pleraque invia loca excipiebant.* Sallust. in Jug. 93. *Paullatim prope ad summum montis egressus est.* Vell. Pat. 2, 107. *Petiit, liceret sibi sine periculo in eam, quam armis tenebamus, egredi ripam.* In reliqua parte malim cum Gronov. et Ruben. *quem Mercurii vocant, animadvertit.* Ita *promontorium Mercurii, promontorium Pulchri* infra 29, 27. Similiter ad hanc urbem Polyb. 10, 10. tres *βουνοὺς*, sive colles minores, memorat, quorum unus *Ἡφαίστου*, alter *Ἀλήτου*, tertius *Κρόνου* dicti sunt.

§. 7. *Ipse, trium prae se juve-*

Digitized by Google

dendos militum animos intererat, teſtis spectatorque virtutis atque ignaviae cujusque adest. Itaque 9
in vulnera ac tela ruunt; neque illos muri, neque superſtantes armati arcere queunt, quin certatim adscendant. Et ab navibus eodem tempore ea, 10
quae mari adluitur, pars urbis obpugnari coepta est. Ceterum tumultus inde major, quam vis, ad-

mum validorum scutis obpositis] Polyb. [10, 13.] Ὁ δὲ Πόπλιος ἐδίδου μὲν αὐτὸν εἰς τὸν κίνδυνον, ἐποίει δὲ τοῦτο κατὰ δύναμιν ἀσφαλῶς· εἶχε γὰρ μεθ' ἑαυτοῦ τρεῖς ἄνδρας θυρεοφοροῦντας, οἱ παρατιθέντες τοὺς θυρεοὺς, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπιφάνειαν σκεπάζοντες, ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζον. SIGON.

§. 8. *Quodque plurimum ad accendendos militum animos intererat*] *quam plurimum ad accendendos* Voſſ. et Lovel. 1. *quod plurimum ad accendendos* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. et Hav. *quod plurimum ad accendendum* Harl. et Gaertn. Gebhardus vero auctor est ad 4, 13, 4. *quodque plurimum ad incendendum* in Pal. 2. *quodque plurimum ad accendendum* in Pal. 3. exſtare. Praeterea *animos valet*, *intererat teſtis* Lovel. 5. *animos facit*, *intererat teſtis* Gaertn.

§. 10. *Ea*, *quae mari adluitur*, *pars urbis*] Pall. 1. 3. et vet. ed. *mari abluitur*. Eleganter meo animo *a mari obluitur*, modo tollas τὸ *a*. GEBH. *mari abluitur* Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 5. Berol. et edd. ante Aldum. Male. Supra 24, 33, 9. *Mari ab Achradina*, *cujus murus fluctu adluitur*. c. 34, 4. *Achradinae murum*, *qui*, *ut ante dictum est*, *mari adluitur*. 29, 35, 7. *Qua ex parte urbs mari adluitur*. quibus locis pariter peccant nonnulli codd. Avien. Ora marit. vers. 60.

Celsaeque ut urbes adluantur aequore.

Paſſim ea vox apud Melam corrupta legitur. Ita 1, 4. *Super ea*, *quae Libyco mari abluuntur*. 2, 1. *Boryſthenes gentem sui nominis abluit*. c. 2. *Alterum Chersonesi latus abluens*. c. 3. *De locis atque urbibus*, *quae mare non abluit*. ubi *adluuntur*, *adluit*, *adluens* legendum est. Nam *flumine*, *mari adluuntur*, quae flumen, mare praeterfluit; *abluuntur*, a quibus vel rapidus fluminis cursus, vel fluctus marini particulas abradunt. V. Oudend. ad Front. 1. Strat. 4, 7. Solent autem haec verba in Mſtis commutari. V. eumdem ad Lucani 6, 810.

Tumultus inde major, *quam vis*, *videri poterat*] Pall. 2. et 3. *haberi poterat*. GEBH. Regius, Petav. duo Pall. *vis haberi poterat*. Put. et Men. *vis hiberi poterat*. Scribe *quam vis adhiberi poterat*. 36, [10, 7.] *Ubi in diversum sententiae tendebant*; *aliis vim adhibendam et non differendam consentibus*. J. FR. GRON. *tumultus inde major quanto tolli poterat* Lovel. 2. *major quam vis juberi poterat* Voſſ. Harl. et Gaertn. *haberi poterat* Lov. 3. 4. 5. et Hearnii Oxonn. *videri haberi poterat* Hafn. *viberi poterat* Colbert. unus. *hiberi poterat* Flor. et Col-

Digitized by Google

11 hiberi poterat. dum adplicant, dum partim exponunt scalas militesque, dum, qua cuique proximum est, in terram evadere properant, ipsa festinatione et certamine alii alios inpediunt.

1 XLV. Inter haec repleverat jam Poenus armatis muros, et vix magna, ex ingenti copia conge-
2 sta, telorum suppeditabat. Sed neque viri, nec tela, nec quidquam aliud aeque, quam moenia ipsa sese, defendebant. rarae enim scalae altitudini aequari poterant: et, quo quaeque altiores, eo infirmio-
3 res erant. Itaque, quum summus quisque evadere non posset, subirent tamen alii, onere ipso frangebantur. quidam, stantibus scalis, quum altitudo

bert. alter. *inhiberi poterat* Hav. quod Gronov. in pr. ed. not. ad 3, 59. ex conjectura reponebat: sed postea in eadem pr. ed. not. ad 36, 28. aeque bene *adhiberi* legi posse monuit; quod in iterata ed. recte nunc unice probavit.

§. 11. *Dum adplicant, dum partim exponunt scalas militesque, dum, qua cuique*] Cl. Crevier. vocem *partim* hic locum non habere existimans, pro ea conjicit legendum transpositis literis *raptim*. Ita interdum peccasse scribas, dictum est ad 22, 6, 10. Non displicet haec conjectura; vide tamen, an locutio referri debeat ad illa, de quibus actum ad 3, 37, 8. *dum exponunt partim scalas militesque* legit Lov. 1.

§. 1. *Et vis magna et ingens copia congesta telorum*] Put. *et ingenti conia*. Men. et Voss. *et ingenti copia*. Scribe cum regio, *et vis magna, ex ingenti copia congesta, telorum suppeditabat*. Dicit, magnam vim telorum jactam e muris; quippe et ingentem copiam antea in ejusmodi occasionem fuisse congestam. J. FR. GRON. *et ingenti copia* etiam Flor. Lov. 1. 2. 3. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Gronovio itaque unius fide *ex ingenti copia* rescribenti adsentior. Solent enim voculae *et* atque *ex* saepe confundi in membranis. V. ad 2, 31, 6. 3, 6, 3. c. 10, 12. c. 29, 5. 4, 4, 7. c. 6, 12. c. 9, 2. et 14. c. 31, 2. 5, 8, 12. c. 23, 11. c. 25, 8. 6, 12, 4. c. 22, 4. c. 35, 2. c. 37, 5. 8, 10, 5. 10, 29, 5. 25, 26, 12. 27, 46, 2. 34, 35, 2. pluribusque locis. Adde Cortium ad Plinii 2, 5. Paullo ante *Interim repleverat jam Poenus* Hav. *Inter haec jam repleverat Poenus* Lov. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *Inter haec jamjam repleverat Poenus* Voss.

§. 2. *Moenia ipsa sese defensabant*] Ita Jac. Gronov. edidit. De verbo *defensare* v. Cortium ad Sall. Jug. 26. Priores edd. cum omnibus meis, et Hearnii

Digitized by Google

caliginem oculis obfudiſſet, ad terram delati sunt. Et quum paſſim homines scalaeque ruerent, et ipso 4
succeſſu audacia atque alacritas hoſtium cresceret, signum receptui datum est; quod spem non prae- 5
sentis modo ab tanto certamine ac labore quietis obseſſis, sed etiam in poſterum dedit, scalis et corona capi urbem non poſſe. opera et difficilia eſſe, et tempus datura, ad ferendam opem, imperatoribus suis. Vix prior tumultus conticuerat, quum 6
Scipio ab defessis jam vulneratisque recentes integrosque alios accipere scalas jubet, et vi majore adgredi urbem. Ipse, ut ei nunciatum est, aeſtum 7
decedere, quod per piscatores Tarraconenses, nunc

codd. tuentur *defendebant*. quod quum se etiam in Put. et Victor. inveniſſe Crevier. teſtetur, eam lectionem revocandam putavi.

§. 3. *Quum altitudo caliginem oculis obfudisset*] Polyb. [10, 13.] *Ἐφ' αἷς δὲ οἱ πρῶτοι προσβαίνοντες, ἐσκοτοῦντο διὰ τὴν εἰς ὕψος ἀνάτασιν, καὶ βραχείας προσδεόμενοι τῆς ἐκ τῶν ἀμυνομένων ἀντιπράξεως, ἐρρίπτουν σφᾶς ἀυτοὺς ἀπὸ τῶν κλιμάκων.* SIGON.

§. 5. *Scalis et corona capi urbem non posse*] Ita bene Pal. 1. Reliqui bini *scalis et conatu urbem capi non posse*. GEBH. Male *scalis et conatu* etiam Lovel. 3. Gaertn. et Rec.

Opera et difficilia eſſe, et tempus datura, ad ferendam opem] Hoc *datura* in *daturum* temere a quibusdam mutatum eſt, ut diligenter legenti patet. GLAR. Libri omnes *daturum*. Amplius Pal. 2. *opera difficillima eſſe*. GEBH. *daturum* Flor. Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Hafn. Gaertn. Hav. et edd. quas vidi, principes; pro quo Ascens. anno 1513. et 1516. recte *datura* subſtituit; quod deinceps Froben. anno 1531. et hinc reliqui receperunt.

§. 6. *Et vi majore adgredi urbem*] Prima vocula abeſt a Flor. Voſſ. Lov. 1. 3. Harl. et Hav. Sed eam interceperunt ultimae literae vocis praecedentis. V. ad 35, 41, 7. *et vi majori* legit Gaertn.

§. 7. *Nunc, ubi ea sederent, vadis pervagatos per ſtagnum*] Opinor scribendum *nunc, ubi eae sederent*, id eſt, ubi cymbae fundum maris nactae eſſent, *vadis pervagatos*, hoc eſt, per ea ipsa loca, ubi sedebant cymbae, per quas vadere pedibus homines poterant. Hic eſt alter locus, quem Jacobo Curlo correxi. Hactenus Antonio legenti, etsi non aſſidue, affui: quotiescumque (* *quotiesque* in ed. Vallae prima.) mihi

Digitized by Google

levibus cymbis, nunc, ubi eae siderent, vadis pervagatos ſtagnum, compertum habebat, facilem pedibus ad murum transitum dari, eo secum armatos
8 duxit. Medium ferme diei erat: et ad id, quod sua sponte cedente in mare aeſtu trahebatur aqua, acer etiam Septentrio ortus inclinatum ſtagnum eodem, quo aeſtus, ferebat, et adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus aqua eſſet, alibi genua vix

videbatur diſſentiendum, veluti in senatu quodam sententiam dixi, non quoties potui: ideoque pauciora dixi, quam scribo, rem haud dubie utilem iis, qui sua Livii exemplaria hac in parte emendare cupiant. VALLA. Ut emendavit Valla, ita exhibet fere vet. ed. Contra Pall. 1. *nunc levibus cum verbis, nunc, ubi ea sederent, vagis pervagatos ſtagnum compertum habebat.* Et sec. *nunc, ubi ea desiderent, vagis pervagatos ſtagnum c. h.* Denique tert. *nunc lenibus cimbis, nunc, ubi ea desiderent, vagis pervagatos ſtagnum c. h.* GEBH. Lege ex scriptis *nunc, ubi eae siderent, vadis pervagatos ſtagnum.* nam praepositionem *per* ignorant. Pedo Albinov. apud M. Senecam [Suasor. 1.] *jam sidere limo Navigia.* J. FR. GRONOV. *nunc, ubi ea scinderent* Lov. 1. *nunc, ubi ea sederent* Lov. 2. Ber. et Gaertn. cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. *nunc, ubi ea desiderent* Lovel. 4. 5. Haſn. et Hav. *nunc, ubi ea siderent* Flor. Voſſ. Lov. 1. et Harl. *siderent* etiam in Oxonn. invenit Hearne. quod, a Valla ejectum, recte Gronov. revocavit. Tacit. 1. Ann. 70. *Quo levior claſſis vadoso mari innataret, vel reciproco sideret.* Deinde *vadis pervagatos per ſtagnum* unus servat Ber. *vagis pervagatos ſtagnum* Flor. Voſſ. Lov 1. 2. 4. Harl. et Gaertn. *vadis pervagatos ſtagnum* Lov. 3. 5. et Hav. Neque praepositio eſt neceſſaria. Supra 25, 40, 6. *Ita pervagatus eſt hoſtium agros.*

Facilem pedibus ad murum transitum dari] Pall. tres perperam omittunt τὸ *pedibus.* GEBH. Eamdem vocem similiter omittunt Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii N.

Eo armatos duxit] Put. *eo sen marmatos.* Scribe *eo secum armatos duxit.* J. FR. GRON. *eos armatos* Flor. a m. 1. Cl. Crevier. observans infra cap. seq. et apud Polyb. 10, 14. armatorum numerum exprimi, et quingentos memorari, eumdem etiam hinc excidiſſe exiſtimavit, adeoque legendum eſſe *eo IJ*, vel *quingentos secum armatos duxit.* Numeri hujus notam saepius a librariis omiſſam esse, infra exemplis oſtendam ad 37, 40, 11. An vero revera excjderit hoc loco, definire nequeo.

§. 8. *Medium ferme diei erat*] Pal. 3. *die.* GEBH. Omnes mei *diei.* V. igitur ad 9, 37, 4. Mox *cedens in mare trahebatur aqua* Haſn. omiſſa voce *aeſtu*, cujus loco *eſt ut* praeferunt Lov. 1. 2. Harl. et Hav.

§. 9. *Mare verterent, et signa au-*

Digitized by Google

superaret. Hoc, cura ac ratione compertum, in prodigium ac Deos vertens Scipio, qui ad transitum Romanis mare verterent, et ſtagno auferrent, viasque ante numquam initas humano veſtigio aperirent, Neptunum jubebat ducem itineris sequi, ac medio ſtagno evadere ad moenia. 9

XLVI. Ab terra ingens labor succedentibus erat: nec altitudine tantum moenium inpediebantur, 1

ferrent] Quae *signa*? Alii *ſtagna*, alii *ſtagnum*: sed optimi *ſtagno*. J. FR. GRON. *signa*, sine dubio operarum errore, demum adparuit in poſtrema Gruteri ed. Priores autem una cum Sigonio, cui male *signa* adtribuit Hearnius, dederant *ſtagna*, quod superest in Flor. Lov. 3. 4. et Ber. quum *ſtagnum* legant Voſſ. Lov. 1. 2. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Cl. Crevier. *ſtagna* in Put. invenit, eamque lectionem majorem emphasin habere, adeoque hic aptiorem videri, monuit. Eadem etiam ceteris praeſtare Doujatio videbatur, tum quod in pluribus Mſtis foret, tum quod magis miraculum sonaret, *ſtagna auferre*, quam *mare stagno auferre*. Verum non tam numero, quam bonitate codd. ſtandum eſt: quamvis, si probandum foret, quod in pluribus eſſet Mſtis, legi deberet *ſtagnum*. Quum tamen Crevier. etiam *ſtagna* ex Put. laudarit, demus, quosdam optimorum pro ea scriptura ſtare: nihilominus doceri velim, cur major in hac lectione emphasis sit, aut cur magis miraculum sonet: mihi enim differre non videntur *auferre ſtagna*, id eſt undam ſtagnorum, et *auferre ſtagno mare*, id eſt undam maris. Insuper rationem dari cupio, cur Livius nunc *ſtagna* numero plurali dicat, qui et supra et infra semper numero singulari effert. Supra c. 42, 8. *Ab occasu ſtagnum claudit, paullum et ad septentrionem fusum*, hoc cap. *Vadis pervagatos ſtagnum*. Tum *Septentrio ſtagnum eodem, quo aeſtus, ferebat*. Mox *Medio ſtagno evadere ad moenia*. cap. seq. *Et per ſtagnum facilis transitus fuit*. c. 48, 4. *Non inexplorata ſtagni vada*. Similiter Polyb. λιμνην numero singulari semper vocavit. Si igitur Gronovius in optimis *ſtagno* invenerit, de quo non eſt, cur dubitem, id praeferendum; sin, ex aliis codd. *ſtagnum* legendum puto.

§. 1. *Sed quod euntes ad anciſpites utrimque ictus subjectos habebant Romanos*] Comparatio eſt utrimque Romanorum oppugnantium, hinc a terra, hinc a ſtagno. Hic a terra ingentem oſtendit difficultatem: sed haec verba corrupta videntur, neque verus ex eis elici poteſt sensus: sicut nec ex his, quae non ita longe deinde sequuntur: *et mox caedendo confectis ac distractis, ne iter impediretur, foribus, armati impetum fecerunt*. GLAR. Subaudiendum *Poeni*. ut sit, Poeni Romanos subcuntes ad ancipites utrimque ictus subjectos habebant. *Ancipites utrimque ictus* a lateribus intelligit, ut poſt *ancipitem utrimque hoſtem*, a fronte et a tergo intelligit. SIG. Vide, an rectius

Digitized by Google

sed quod euntes ad ancipites utrimque ictus subjectos habebant Romanos; ut latera infestiora sub-
2 euntibus, quam adversa corpora, essent. At parte in alia quingentis et per stagnum facilis transitus, et in murum adscensus inde fuit. nam neque opere emunitus erat, ut ubi ipsius loci ac stagni praesidio satis creditum foret; nec ulla armatorum statio aut custodia obposita, intentis omnibus ad opem eo

sit: *sed et tuentes ad ancipites utrimque ictus subjectos habebant Romanos.* Hoc est, sed etiam eo, quod qui ea ab omnibus partibus tuebantur, neutrum latus tectum patiebantur esse Romanis, verum ad ancipites utrimque ictus habebant illos subjectos et patentes. 44, 11, 8. *His tuentibus muros, quum subire Romani summa vi niterentur. Ancipites*, ut 30, [33, 3.] *Viam, qua irruerent in ancipitia tela, belluis darent.* Et iterum: *In eos ancipites ad ictum utrimque conjiciebant hastas.* Nam, τὸ *Poeni* quomodo in vulgata intelligere possit Sigonius, haud video. Et sententia haud dubie Livii est, quam conatu nostro expressimus: de verbis etiamnum dubito. Possunt enim et sic concipi: *sed quod adeuntes, ancipites utrimque ictus, subjectos habebant.* Ut illa *ancipites ictus* sint primi casus. Sed sic quoque molestum τὸ *subeuntibus* post *succedentes* et *adeuntes.* Quid si τὰ *quod euntes* celent vocabulum, quo significaverat Livius, moenia habuisse partes aliquas obliquas et procurrentes, ut nunc munitiones fiunt? Tentare liceat: *nec altitudine tantum moenia impediebant, sed et cuneis*, (vel *brachiis*) *ad ancipites utrimque ictus, subjectos habebant.* Intellige ex superiori *succedentes.* Nam τὸ *Romanos* insiticium puto. Sed melius erit, omnibus intactis relictis, sub τῷ *habebant* intelligere *moenia.* Moenia habebant subjectos Romanos. 36, 18, 7. *Ita modica altitudo valli erat, ut propter longitudinem hastarum subjectum haberet hostem.* 7, 34, 9. *Vallem, in qua paulo ante subjectum eum telis habuerant.* J. FR. GRON. Judicet lector, quo nomine dignus sit ad hunc loc. Doujatius, qui, quum docuisset, verbum *habebant* referendum ad *moenia*, (quam expositionem Gronovius, rejectis prioribus conjecturis, meliorem esse monuerat) deinde fastuose subjicit, ita nihil esse, quod cum Gronovio *euntes* mutemus in *tuentes*; et tandem usum vocis *subjectos* inlustrat duobus Livii locis, quae ultimo loco Gronovius laudarat. Cl. Crevier. vel in voce *euntes* mendum latere, vel ad *habebant* subintelligendum esse *moenia* Gronovio adsentitur. *cunctis* pro *euntes* Gaertn. unde Gronovii lectio *cuneis* firmari posset. In praecedentibus *altitudo tantum moenium inpediebant* Flor. a m. 1. *altitudine inpediebant* a m. 2. Vide igitur, an legendum *altitudine tantum moenia inpediebant.* De voce *anceps* eo sensu, quo hic intelligi debet, v. Gronov. ad 30, 33, 15. De τῷ *subjectus* v. ad 7, 24, 9. et c. 35, 10.

§. 2. *At parte in alia quietus*

Digitized by Google

ferendam, unde periculum oſtendebatur. Ubi ur- 3
bem sine certamine intravere, pergunt inde, quanto maximo cursu poterant, ad eam portam, circa quam omne contractum certamen erat. in quod ad- 4
eo intenti omnium non animi solum fuere, sed etiam oculi auresque pugnantium spectantiumque et adhortantium pugnantes, ut nemo ante ab tergo 5
senserit captam urbem, quam tela in aversos inci-

et per ſtagnum facilis transitus] De oppugnatione et expugnatione Carthaginis novae, Magoneque Poeno arcis praefecto capto sic Silius meus MS. [15, 230.]

Audax ceu plano gradiens victricia campo etc.

MOD. Equidem dudum illud *quietus* mihi displicebat, et magis, poſtquam in Put. et Regio inveni pro eo *quingentis*: quae veriſima emendatio eſt. Scipio tribus locis aggreſſus eſt urbem, ab terra ipse terreſtri cum milite, a mari Laelius claſſe: tertium locum incuſtoditum, quia ſtagno naturaliter muniebatur, miſſos quingentos homines, quum maris aeſtus deceſſiſſet, praeter exſpectationem invadere juſſit: eaque parte primum urbs eſt capta. Polybius [10, 14.] Ὁ δὲ Πάπλιος προσδοκῶν ἤδη τὸν τῆς ἀναπώτεως καιρὸν κατὰ μὲν τὴν λίμνην, ἡτοίμασε πεντακοσίους ἄνδρας μετὰ κλιμάκων. Hinc Livius: *At parte in alia quingentis et per ſtagnum facilis transitus, et in muros ascensus inde fuit.* J. FR. GRON. *quingentis*, pro *quietus*, etiam Flor. V. ad cap. praec. §. 7.

Ut ubi ipsius loci ac ſtagni praesidio satis creditum foret] Pal. 3. *ut ibi prius loci ac ſtagni praesidio satis creditum foret.* In Pal. 2. deficit *τὸ loci*. GEBHARD.

Intentis omnibus ad opem ferendam] Legendum *ad opem eo ferendam*. RHEN. Temere contra libros omnes intrusit Rhenanus particulam *eo*. Paullo ante Pal. 3. *cuſtodia apposita*. GEBH. *To eo* adjectum ab Rhenano non comparet in veteribus libris, et poteſt videri insertum Borbetomagensi ab illorum uno, qui, ubicumque eſt *quam* nudum, illic apposuerunt *tam*, et ubi *quantum*, ibi *tantum*. Quid quod Cato ait [apud Gell. 14, 2.] *Si melior eſt Gellius Turio, potius oportet credi unde petitur.* Quum Terent. [Eun. Prol. 10.] *cauſſam dicere prius unde petebatur*. an adjiciendum eſt *ei* et *eum*? Tamen Put. et Reg. *ad opem offerendam*. J. FR. GRON. *Τὸ eo* exsulat etiam ab omnibus meis, et Hearnii Mſtis. Contra similiter *opem offerendam* Flor. a manu 1.

§. 4. *Intenti omnium non animi solum fuerant*] Omnes *fuere*. J. FR. GRON. Consentiunt omnes mei, et Hearnii codd. cum edd. vett. *Τὸ fuerant* primum vidi in ed. Frob. anni 1535.

§. 5. *Ut nemo sentiret ante a tergo captam urbem*] *ut nemo senserit ante a tergo capt.* RHEN. Libb.

Digitized by Google

derunt, et utrimque ancipitem hostem habebant.
6 tunc, turbatis defensoribus metu, et moenia capta, et porta intus forisque pariter refringi coepta: et mox caedendo confractis, ne iter inpediretur, fo-
7 ribus, armati inpetum fecerunt. Magna multitudo et muros transcendebat, sed hi passim ad caedem

variant: quippe Pal. 2. *ut nemo sentiret ante a tergo captam urbem.* tert. *ut nemo sentiret ante captam urbem a tergo.* Sed ne primi MS. lectionem praeteream talem: *ut nemo ab tergo ante sentiret captam urbem.* Et ita ferme prisca ed. ex quibus convincitur Beati Rhenani audacia, quantam sibi in tam eximio scriptore permiserit. GEBH. *ut nemo ab tergo ante sentiret captam urbem* Flor. et Lov. 3. *ut nemo sentiret ante ab tergo captam urbem* reliqui scripti. *ut nemo ab tergo sentiret ante* principes edd.

Utrimque ancipitem hostem habebant] Reposuimus ex veteri codice *et utrimque ancipitem h. h.* Porro non est hic supervacanea connectens particula *et.* RHEN. Particula illa abest ab omnibus meis.

§. 6. *Porta intus forisque pariter refringi coepta*] Emendavi *coepit* ex Msto. Neque enim affectavit Livius figuram similiter cadentis. RHEN. Sic Rhenanus: sed omnes nostri *refringi coepta.* Utrovis modo alibi Livius. Sed antiquissimos et plures sequimur. J. FR. GRON. *coepta* etiam omnes mei et Hearnii libri: quod recte Gronov. reduxit. V. ad 2, 1, 4. et Cel. Burm. ad Phaedri 1, 19, 8. Licet autem Livius figuram similiter cadentis non captaverit, ea tamen aliquoties inprudenti excidit, et quidem interdum, ubi magis, quam hoc loco, aures offendit. Ita 2, 48, 2. *priusquam quisquam.* 5, 46, 3. *neglegens est gens.* ubi quaedam vide. 10, 10, 2. *intra moenia et muros accepturos.* 22, 3, 7. *Mediam jam Italiam.* 25, 16, 21. *circum laevum brachium.* 34, 46, 3. *Bojorum primum agrum.* V. Barth. ad Gratii v. 10. Burm. ad Suet. Ner. 7. et supra dicta ad 2, 51, 6. 8, 34, 5. et 33, 19, 8. Paullo ante *verbatis,* pro *turbatis,* Flor. *verberatis* Voss. Lov. 1. 2. Hafn. et Hav.

Caedendo confractis, ne iter inpediretur, foribus] Vet. lib. *confractis ac diffractis, ne iter impediretur, foribus.* SIG. Put. *caedendo confectis ac distractis, ne iter impediretur, foribus.* ut et Reg. Men. Voss. duoque Pall. Tertius *confectis ac diffrictis.* Petav. *confractis ac diffractis,* quod et Sigonianus habuit. Bene Put. nisi malis *diffractis.* J. FR. GRON. *confractis ac diffractis* Lov. 2. 5. et Harl. *confectis et diffrictis* Hearnii L. 1. *confectis atque diffractis* Gaertner. *confectis ac distractis* Flor. Lov. 1. 3. 4. Ber. Hafn. Hav. Hearnii N. et edd. usque ad Froben. anni 1535. quae lectio a Gronov. probata est. At *fores confectae* Doujatio non placent; probata igitur Colbert. alterius scriptura, legebat *cedendo confectis ac diffractis, ne iter impediretur, fortibus,* hoc sensu: cedendo fortioribus defensorum, qui jam quoque labore confecti, illos huc illuc diffraxisse, ut ipsi in urbem penetrarent, impetu

Digitized by Google

oppidanorum versi. illa, quae portam ingressa erat, justa acies, cum ducibus, cum ordinibus, media urbe in forum processit. Inde quum duobus itine- 8
ribus fugientes videret hostes, alios ad tumulum in orientem versum, qui tenebatur quingentorum militum praesidio, alios in arcem, in quam et ipse

in eos, qui nondum pugnaverant, facto. Neminem tamen facile huic emendationi et expositioni adsensurum existimo. Verum neque multum placet lectio a Gronovio restituta. Ea si proba est, non simpliciter *fores confectae* accipiendum, sed jungendum est *caedendo confectae* id est plane concisae. Aliud tamen similis locutionis exemplum requiro; et hinc potius profiteor, aquam mihi hic haerere.

§. 7. *Magna multitudo et muros transcendebat*] *Τὸ et* perperam omittit Lov. 5. Tum *transcendebant* Lov. 3. et Gaertn. Livium ita loqui, vidimus ad 6, 19, 7. Reliquorum tamen codd. vulgatum defendentium consensus efficit, ne verisimile videatur, eum nunc ita locutum esse. Mox *media urbe forum processit*, omissa praepositione, Flor. Sed v. ad 3, 6, 7.

§. 8. *Alios in arcem, in quam et ipse Mago cum omnibus fere armatis*, etc. *refugerant*] *alios ad arcem* et mox *ferme* Voss. V. ad 37, 38, 5. Tum *in quam ipse Mago* Harl. *in quam Mago* Gaertn. Hinc *qui minis pulsi*, pro *muris*, idem Gaertn. Deinde *refugerant* demum in ed. Jac. Gronov. vidi, quod etiam Clericus recepit. Probam locutionem agnosco *Mago cum omnibus refugerant*. V. ad 21, 60, 7. At omnes non modo edd. priores, verum etiam scripti *refugerat*; quod Hearnius et Crevier. restituerunt: quorum sententiae accedo.

Partem copiarum ad tumulum expugnandum mittit, partem ipse ad arcem ducit] Induximus et dictionem *partem* [posteriori loco,] quae non est in cod. vet. non alia de causa additam hic a castigatore, quam quod non putarat, absolute *ducendi* verbum a Livio usurpari. RHEN. Prisca ed. *partem ipse ad arcem ducit*. Et ita ferme Pal. 3. nisi quod omittat *τὸ ad*. Pal. 1. *partim copiarum ad t. e. m. partim ipse ad arcem ducit*. sec. *partim ipse ad arcem ducem ducit*. Vocabulum, unde a Rhenano vi dejectum erat, restitui. GEBH. Put. et omnes alii *partim copiarum ad tumulum expugnandum mittit, partim ipse ad arcem ducit*. Quum *partem* utrobique vulgo legeretur, alterum idem Rhenanus induxit. J. FR. GRON. Vocem a Rhenano ejectam, sed a Gebhardo et Gronovio restitutam, tuentur omnes mei, et praeter D. omnes Hearnii Msti. Non tamen inter omnes convenit; utroque enim loco *partem* praeferunt Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. priori *partim*, posteriori *partem* Lov. 4. priori *partum* Flor. a m. 1. *partim* a m. 2. *partem* a manu recentissima, posteriori *partim*. utrobique *partim* Voss. et Lov. 2. quod Gronovius probavit. Infra 31, 36, 9. *Inde copiis divisis, partim ad consectandos vagos frumentatores emisit, cum parte ipse subsistit.*

Digitized by Google

Mago cum omnibus fere armatis, qui muris pulsi fuerant, refugerat; partim copiarum ad tumulum expugnandum mittit, partim ipse ad arcem ducit. 9 et tumulus primo inpetu est captus, et Mago, arcem conatus defendere, quum omnia hostium plena videret, neque spem ullam esse, se arcemque 10 et praesidium dedidit. Quoad dedita arx est, cae-

Supra 23, 11, 11. *Bruttios Apulosque, partim Samnitium ac Lucanorum defecisse ad Poenos.* ubi v. quae notantur. Doujatius *partem* in uno regio invenit. Quamvis autem, si verbis ejus fidem habeamus, plerique scripti *partim* praeferant, alteram tamen lectionem magis perspicuam esse, pronunciat; quam ideo in contextum recepit. Eo itaque judice, praeferenda erunt librariorum somnia, qui locutionibus aut vocibus rarioribus eruditioribusve magis usitatas substituere soliti sunt.

§. 9. *Tumulus primo inpetu est captus*] Polyb. [10, 15.] *Τὸν δὲ λόφον οἱ διὰ τῆς πύλης ἐισπορευόμενοι κατελάμβανον τὸν πρὸς τὰς ἀνατολὰς, τρεψάμενοι τοὺς φυλάττοντας.* SIGON.

Mago, arcem conatus defendere, quum omnia etc.] Polyb. [ibid.] *Πόπλιος δὲ περὶ Χιλίους ἔχων, ὥρμησε πρὸς τὴν ἄκραν· ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλλετο Μάγων ἀμύνεσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα συννοήσας βεβαίως ἤδη κατειλημμένην τὴν πόλιν, διεπέμψατο περὶ τῆς ἀσφαλείας τῆς αὐτοῦ, καὶ παρέδωκε την ἄκραν.* SIG. *arcem defendere conatus* Lov. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Mox *neque se multam esse*, pro *neque spem ullam esse*, Flor. Voss. et Lov. 1. *neque se tutum esse* Hafn. et Hav. Hinc, *τῷ se* omisso, *arcemque et praesidium* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 5. et Hav.

§. 10. *Quoad dedita arx est, et caedes*] Voculam *et*, quae in editt. Gronoviorum inrepsit, sed non modo a prioribus excusis, verum etiam ab omnibus meis, et Crevier. codd. ut et Hearnii L. 1. ac D. abest, iterum expunxi.

§. 1. *Liberorum capitum virilis sexus ad decem millia*] Put. clare *virile secus.* Regius *virile sexus.* Menar. *virilis secus.* Non potui contemnere venerandi codicis scripturam. Charisius [1. p. 61.] ex Sallustio citat *virile secus.* Varro, citante Gellio 3, 10. *Quarta hebdomada, quod ejus* (seminis) *virile secus futurum est, caput et spinam, quae est in dorso, informatur.* Ita lego cum Lipsio, non *foetus.* Ausonius [Edyll. 11, 8.]

Juno, Ceres et Vesta, secus muliebre, sorores.

At perperam apud eundem [epigr. 70.] Scaliger

Corrumpit totum qui puerile secus.

Neque enim sexus distinguit aetates, ut sit alius puerilis, alius virilis sexus. Rectè vero *puerile decus.* Livius 8, [38, 16.] *Mihi legiones peditumque pugna curae erunt: penes te sit equestre decus.* Invenit tamen vir summus, cui errorem suum probaret. Sisenn. 4. Hist.

Digitized by Google

des tota urbe passim factae; nec ulli puberum, qui obvius fuit, parcebatur. tum, signo dato, caedibus finis factus. ad praedam victores versi, quae ingens omnis generis fuit.

XLVII. Liberorum capitum virile secus ad de- 1
cem millia capta. inde, qui cives Novae Karthaginis erant, dimisit: urbemque et sua omnia, quae

Tum in muro virile ac muliebre secus populi multitudine omni collocata. Sempronius Asellius apud Gellium 2, 13. *Eum, quem virile secus tum in eo tempore habebat, produci jussit.* Sic MS. regius, non *virilis*, neque *virilem sexus.* Sallustius 2. Hist. *At Metellus, in ulteriorem Hispaniam regressus, magna gloria concurrentium undique virile et muliebre secus, per vias et tecta omnium visebatur.* Tacitus 4. Ann. [62.] *Affluxere avidi talium imperitante Tiberio procul voluptatibus habiti, virile ac muliebre secus omnis aetas.* Idem 5. Hist. [13.] *Multitudinem obsessorum omnis aetas virile ac muliebre secus, sexcenta millia fuisse accepimus.* Neque enim dubito sic scripsisse quoque Tacitum. Rursus Ausonius [Edyll. 12.]

Nota Caledoniis nuribus muliebre secus strix.

Amm. Marcell. 29, [6.] *Ad raptus et latrocinia gentes aptissimae praedas hominum virile ac muliebre secus agebant et pecorum.* Haec repetii non vocis caussa: illam vero satis jactatam non ignoramus: sed ut proprietatem usumque hujus locutionis, *virile* aut *muliebre secus*, non forsan et illis nimis notum, qui primo aspectu putidum putabant tot exempla nos adscripsisse, consideremus. Licet enim ex illis deprehendere, nusquam poni ista, nisi pro eo, quod dicimus vulgo, *virilis* et *muliebris sexus*, non nominandi, sed gignendi casu. Quod arcanum hujus formulae si pervidisset illustris Scaliger, non misere discerpsisset locum Sallustii hoc modo: *At Metellus in ulteriorem Hispaniam regressus. Magna gloria concurrentium. Undique virile ac muliebre secus p. v. et t. o. visebatur.* Vix, si exigas ad veterum rationem, Latinum est. Neque Ammiani locus bene distinguitur in accuratis doctorum virorum editionibus. Etiam Palmerius non modo in eo errat, quod τὸ *secus* et sexum et seculum aït notare, sed etiam quod Sallustium dicere potuisse existimat *diversas gentes miscuisse connubiis secus.* Nemini antiquorum tale genus loquendi in mentem venisse, certum habeo. Sed liceat absque invidia fateri, non vidi recentiorum, qui inter notandum aliquid ea de formula hoc, quod volo, observavit. Significat Casaubonus non nihil, olim aenigmata mihi ponere visus, ad Suetonii in Augusto 44. *Athletarum vero spectaculo muliebrem sexum omnem adeo submovit.* Turnebus annotavit ex V. C. *muliebre sexus omne*: quod etiam in uno Casaubonus: sed in duobus, quorum unum vocat optimum, *muliebre secus*: quae vox, inquit, huic loco non convenit. Neque enim video ullam rationem, quare non conveniat, nisi quod animadvertit vir sum-

Digitized by Google

2 reliqua eis bellum fecerat, restituit. Opifices ad duo millia hominum erant, eos publicos fore populi Romani edixit, cum spe propinqua libertatis, si ad 3 ministeria belli enise operam navassent. Ceteram multitudinem incolarum juvenum, ac validorum servorum, in classem ad supplementum remigum de- 4 dit. et auxerat navibus octo captivis classem. Extra hanc multitudinem Hispanorum obsides erant: quo-

mus, optimos scriptores non dicere simpliciter *virile secus*, ut *summovit virile secus*, aut *virile secus visebatur:* sed ita uti, ut semper alteri substantivo, vel expresso, vel intellecto, adhaereat, sic positum quasi *virilis sexus* in secundo casu, aut *virili sexu*, ut ex Pacuvio Festus *partum virili sexu*. Sic *decem millia capitum virile secus*, sic *homines virile secus*, *concurrentes virile secus*, ubi intelligit homines, *multitudo populi virile ac muliebre secus*, *omnis aetas virile ac muliebre secus*. *Juno et Ceres muliebre secus*, nempe numina, *strix muliebre secus*, nempe monstrum. Atque hanc elegantiam libens Suetonio redderem, si persuadere possem, quod mihi persuasi, legendum esse: *Athletarum vero spectaculo muliebre secus omnes adeo summovit*. Neque putes abire ab hoc usu Plautum Rudente 1, 2. *Virile secus numquam ullum habui*. Etenim et hic intelliges, quasi expressum esset, *virilis sexus ullum natum*, vel *genitum;* non *virilem sexum ullum*. Arnobius tamen *ponere secus virile*, *secus foemineum sobolem prodit*, et Ammianus *virili ac muliebre secus trucidare*, *virile et muliebre secus indefensum*. Haec sunt excusanda ex seculi genio; non illa. J. FR. GRON. Paternis vestigiis institit Cl. Jac. Gronov. supra ad c. 34, 5. ad Amm. Marc. 16, 11. et 27, 10. Gronovio adversatur Cortius ad Sall. 2. Hist. p. 960. qui se certum atque exploratum habere testatur, *virile*, *muliebre secus* ac similia non esse posita casu secundo, quum obstent addita adjectiva, sed casu sexto, pro *virili*, *muliebri sexu*. Verum Gronovius non dicit, *esse* casus secundi, sed sic *poni*, *quasi virilis sexus* in secundo casu, aut *virili sexu*. Ergo secundum eum *secus virile* tum adhibetur, quum, si vocem *sexus* adhibere velimus, dicere solemus vel *virilis sexus*, casu secundo, vel *virili sexu* casu sexto: quo casu pro illis ponatur non exprimit. Neque magis mihi probabilis videtur Cortii sententia, *virile secus* esse casum sextum, quam ipsi visa fuit altera, cujus Gronovium auctorem credidit, esse casum secundum. Vix enim verisimile est, Livium et alios scriptores, apud quos similia adjectiva semper terminantur litera *i* casu sexto, ea semper terminasse litera *e*, si jungerentur voci *secus*. Non displicet igitur, quod Crevier. et alii putarunt, esse casum quartum, quem regat praepositio κατὰ vel *secundum*. Ceterum *virile sexus* etiam quidam meorum. Deinde *ad XX millia capta* Hearnii L. 1. Male. Polyb. 10, 17. Τῶν αἰχμαλώτων πλῆ-

Digitized by Google

rum perinde, ac si sociorum liberi essent, cura habita. Captus et adparatus ingens belli; catapul- 5
tae maximae formae centum viginti, minores ducentae octoginta et una: ballistae majores viginti tres, 6
minores quinquaginta duae: scorpionum majorum minorumque, et armorum telorumque, ingens numerus: signa militaria septuaginta quatuor. Et 7
auri argentique relata ad imperatorem magna vis:

ϑος συνέβη γενέσϑαι μικρῷ λειπόντων μυρίων.

§. 2. *Eos publicos fore populo Romano edixit*] Vet. lib. *populi Rom.* Ita Polyb. [10, 17.] *Τοῖς δὲ Χειροτέχναις κατὰ τὸ παρὸν εἶπε, διότι δημόσιοι τῆς Ῥώμης εἰσί.* SIG. Polybius *δημοσίους.* De quo v. Ampliss. Bynkersh. c. 5. ad l. 9. D. de lege Rhod. de jact. et alia de servis publicis apud Lips. 1. Elect. 22. et P. Fabium 2. Semestr. 24. DUK. Multi codd. per compendium *publicos fore P. R.* quod recte alii Msti plene efferunt *populi Romani.* V. ad 23, 17, 2.

§. 3. *Ceteram multitudinem incolarum* etc.] Polyb. [ibid.] *Ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν αἰχμαλώτων ἐκλέξας τοὺς εὐρωστοτάτους, καὶ τοῖς ἐιδεσι, καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμαιοτάτους, προσέμιξε τοῖς ἀυτοῦ πληρώμασι.* SIGON.

Et auxerat navibus octo captivis classem] Polyb. [ibid.] *Καὶ ποιήσας ἡμιολίους τοὺς πάντας ναύτας ἢ πρόσϑεν, συνεπλήρωσε καὶ τὰς αἰχμαλώτους νῆας. ὥσε τοὺς ἄνδρας ἑκάστῳ σκάφει βραχύ τι λείπειν τοῦ διπλασίους εἶναι τοὺς ὑπάρχοντας τῶν προγενομένων. αἱ μὲν γὰρ αἰχμάλωτοι νῆες ἄμ' ὀκτωκαίδεκα τὸν ἀριϑμόν, αἱ δὲ ἑξαρχῆς πέντε καὶ τριάκοντα.* Ex his verbis apparet, legendum esse apud Livium *Navibus decem et octo captivis.* Quamquam post ait Livius [c. 49, 6.] *Non de numero captarum navium convenit.* SIGON.

§. 5. *Catapultae maximae ferme centum viginti*] In vet. cod. est *maximae formae.* Et hic ubique certos numeros appositos habet. RHEN. Vet. lib. *catapultae maximae ferme centum viginti.* SIG. *ferme* hic etiam legit Lips. 3. Poliorc. 2. DUK. *maximae formae* Flor. Lov. 2. 3. et Harl. Reliqui cum codd. Hearnii *ferme.* Sed prius praestat. Solent hae voces commutari. V. ad 37, 23, 5. Mox *ducentae octoginta et una* primus edidit Gronov. Multi codd. per notas *CCLXXXI* exprimunt, reliqui *τὸ et* omittunt. *centum octoginta una* Hav. *CCLXXI* Lov. 5. In prioribus etiam edd. per notas vulgabatur *CCLXXXI.* pro quo ultima Gruteri non excusanda neglegentia dedit *ducentae octoginta et unum.* Insuper *ballistae majores viginti quatuor* Hav. *XXIIII* Hearnii D.

§. 7. *Paterae aureae fuerunt CCLXXVI, librae ferme omnes pondo*] Non *librae* legendum est, sed *librales.* RHEN. *libras* edidit Gronov. in quo genere loquendi *libras* antiquo genitivo

Digitized by Google

paterae aureae fuerunt ducentae septuaginta sex, libras ferme omnes pondo: argenti facti signatique decem et octo millia et trecenta pondo: vasorum
8 argenteorum magnus numerus. Haec omnia C. Flaminio quaestori adpensa adnumerataque sunt. tritici quadraginta millia modiùm, hordei ducenta
9 septuaginta. Naves onerariae sexaginta tres in portu expugnatae captaeque: quaedam cum suis oneri-

dici putat Salmas. de Modo usur. c. 6. p. 241. Eum refellit Gronov. 1. de Pec. vet. 6. Adde Perizon. ad Sanctii Min. 4, 4, 53. DUK. *fuerunt CCLXXV* Hav. *fuerunt CCLXXX* Gaertn. Deinde *librales fermes omnes pondo* Lovel. 3. 4. 5. Rec. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac D. *libras ferme omnes pondo* Flor. quomodo ex Mstis legendum monuit Gronov. 1. de Pec. vet. 6, 28. ubi etiam loquendi genus exponit. Eam autem lectionem in contextum hic recepit. V. etiam ad 3, 29, 3.

Argenti facti signatique decem et octo millia et CCC pondo] Forte *infecti*. J. FR. GRON. Si scriptura vulgata retinenda est, vasa argentea non sunt argentum factum. Sed hoc falsum est. V. Gronov. 1. de Pec. vet. 7. DUK. *XVIII millia* Lovel. 2. Tum *et XXX pondo* Hearnii D. Voculam *et* ibi omittit Harl.

§. 8. *Tritici quadraginta millia modiorum*] Vet. lib. *modiúm*. SIG. Put. Reg. *tritici quadraginta millia modiúm*. J. FR. GRON. *tritici XX millia* Hearnii D. *tritici quadringenta millia* Lovel. 3. quod sibi quoque in Put. et Reg. obvium fuisse, monet Doujatius, ex quibus tamen aliam lectionem Gronov. adtulit. Deinde *modia* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav. *modiúm* Flor. Supra 22, 37, 6. *Advexisse etiam trecenta millia modiúm tritici*. 28, 45, 17. *Tritici centum et viginti millia modiúm*. 30, 16, 11. *Tritici quingenta, hordei trecenta millia modiúm*. Has autem contractiones Livium amare, vidimus ad 22, 22, 5. Paullo ante *pensa adnumerata sunt* Lov. 1. *adpensa adnumerata sunt* Voss. Lov. 4. et Harl. *adpensa numerataque sunt* Lov. 3.

§. 9. *At naves onerariae centum tredecim*] Delevimus *At* particulam, non ex antiquo libro, sed aliunde adjectam. RHEN. Pall. 1. 3. et prisca ed. *Ac naves*. sec. *At naves onerariae XLIII*. in quo numero conveniunt omnes libri. GEBH. *Ad naves onerariae* Lov. 2. Gaertn. et Flor. a m. 1. *Ac naves onerariae* a m. 2. Et ita Lov. 1. 3. 5. Voss. Harl. Ber. et Hav. In numero etiam variatur. nam *LXIII* praeferunt Flor. Harlej. Ber. Hafn. Rec. Hearnii D.L. 1. et edd. vett. *LXXIII* Voss. Lov. 3. 5. et Gaertn. *LXXXIII* Lov. 2. 4. *CXXIII* Lov. 1. *centum sexaginta tres* Hav. Vulgatum *CXIII* demum vidi in Basil. anni 1554. quae lectio in nullo omnino cod. superest. Quod igitur plures codd. et edd. antt. exhibent, in contextum revocavi. Mox *captaeque* desit in Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. et Hav.

Digitized by Google

bus, frumento, armis, aere praeterea, ferroque, et linteis, et sparto, et navali alia materia ad classem aedificandam: ut minimum omnium, inter tan- 10
tas opes belli captas, Karthago ipsa fuerit.

XLVIII. Eo die Scipio, C. Laelio cum sociis 1
navalibus urbem custodire jusso, ipse in castra legiones reduxit: fessosque milites omnibus uno die belli o- 2
peribus (quippe qui et acie dimicassent, et capien-

Et navali alia materia] In cod. scripto mendose legitur *navalia materia*. Opinor duntaxat legendum *navali materia*, ut de lignis intelligas. RHEN. Omnes mei constanter *navali alia materia*. Literas *ali* librarius cod. Rhenani duplicare neglexerat.

§. 10. *Inter tantas opes bellicas Karthago*] Restituimus *inter tantas opes belli captas Karthago ipsa fuerit*. RHEN. Vet. lib. *inter tantas opes bellicas*. SIG. Constanter omnes libri ingerunt *inter tantas opes bellicas*. Unde videre est praeceps mutandi quaelibet Rhenani ingenium. GEBH. *inter opes bellicas* etiam omnes, quibus utor, codd. Si quid mutandum, mallem *opes bello captas*.

§. 1. *Ipse in castra legiones reduxit*] Pall. 3. *ipsa in castra legiones duxit*. GEBH. Omnes mei in receptam lectionem conspirant.

§. 2. *Fessosque milites omnibus uno die belli operibus*] Castigavimus *operis*, auctoritatem secuti voluminis manuscripti, quae vox huic loco maxime quadrat. Significabat autem *opera* actionem ipsam, cujus finis est opus. *Opera militaria* sunt munitiones castrorum, ut cum de Marcello paulo post [27, 12, 9.] dicit: *et opere perfecto extemplo in aciem legiones ducebat*. Et rursus: *Castra inde ponentem pugnando undique in munitores operibus prohibet*. 5, [19, 9.] *Ad opus*, inquit, *milites traducti. Operum omnium longe maximum ac laboriosissimum cuniculus, in arcem hostium agi coeptus*. Eodem lib. paulo post [c. 22, 8.] *Operibus tamen*, inquit, *non vi, expugnata est*. Item 9, [4, 8.] significantissime de Gallis: *Quando nec fossa valloque*, inquit, *ab ignavissimo ad opera ac muniendum hoste clausi essent*. At *operae* sunt ipsi labores et officia militum, ut dimicando decurrendoque et reliquis exercitiis. Nec constant opera sine operis. Livius noster 5, [4, 4.] *Nusquam*, inquit, *nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est*. RHEN. *belli operis* etiam Lov. 5. et Harl. Sed v. Gronov. 2. Obs. 23. et Duker. ad Flori praefat. §. 1.

Et acie dimicassent, et in capienda urbe] Dispunximus praepositionem *in*, quam elegantius subaudias. RHEN. Vet. lib. *et in capienda*. SIG. Comparet in Pall. tribus *et capienda urbe*, sed prisca contradicente editione. GEBH. Put. Voss. Gud. tres Pall. Mureti *et capienda urbe* sine praepositione. Et facile fero. J. FR. GRON. Soli meorum Ber. et Hav. praepositionem agnoscunt. quam reliqui cum Hearnii Oxonn. ab-

Digitized by Google

da urbe tantum laboris periculique adiffent, et capta, cum iis, qui in arcem confugerant, iniquo
3 etiam loco pugnaffent) curare corpora juffit. Poftero die, militibus navalibusque sociis convocatis, primum Diis inmortalibus laudesque et grates egit, qui se non urbis solum opulentissimae omnium in Hispania uno die compotem feciffent, sed ante eo congessissent omnis pene Africae atque Hispaniae opes: ut neque hoftibus quidquam relinqueretur,
4 et sibi ac suis omnia superessent. Militum deinde virtutem conlaudavit, quod eos non eruptio hoftium,

non

jiciunt. Perperam J. Fr. Gronovius *et in acie dimicaffent*, *et in capienda urbe* edidit, quem Doujatius secutus eft. Eamdem lectionem praefert etiam Tarv. prior. neque rectius *et in acie dimicaffent*, *et capienda urbe* Hearnius. Optime Jac. Gronov. utroque loco praepositionem omisit.

§. 3. *Diis inmortalibus laudes gratiasque egit*] Haec et sequentia sic Silius extulit [15, 248.]

Hanc oriens vidit Titan, cum surgeret, urbem etc.

MOD. Approbe Pal. 1. *laudesque et grates egit.* sec. et tert. *laudes et grates egit.* vet. ed. *laudes gratesque egit.* 27, 13, 3. 30, 17, 6. *Salutandique Deos agendique grates.* GEBH. Meliores libri *laudes gratesque egit.* vel *laudesque et grates egit.* Sic 27, [13, 2.] *Diis immortalibus, ut in tali re, laudes gratesque ago.* Suetonius Tito extremo: *Tantas mortuo gratias egit laudesque, quantas congeffit ne vivo quidem unquam atque praesenti.* Pro quo male subjecerunt Torrentius et Casaubonus *gratias egit laudesque congeffit.* Quare? quia sic habet Eutropius. At exquisitiore sermone Suetonius. Plautus Trinummo 4, 1. *Salsipotenti laudes ago et grates, gratiasque habeo.* J. FR. GRON. *laudesque et gratias egit* Hearnii L. 1. *laudes et grates egit* Lov. 4. *laudes gratesque egit* Flor. Lov. 3. Harl. Ber. et Gaertn. *laudesque et grates* reliqui mei, cum Hearnii N. et D. De usu particularum *que*, *et* hoc modo junctarum v. ad 10, 30, 2. de voce *grates* ad 23, 12, 7. Mox *omnes pene Africae atque Hispaniae opes* Lov. 2. Sed vox *pene* deeft in Flor. Voff. Lov. 3. Harl. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 5. *Pretium tamen muralis coronae decus ejus effe*] Docuit hunc locum sic emendandum liber vetus: *praecipuum muralis coronae decus ejus effe.* RHEN. *pretium tamen muralis coronae* praeferunt edd. Mediol. anni 1480. et Ald. Ceterae, quas vidi, *praecipuum tamen.* Vocem vero *tamen*, quam expungendam docuit Rhenanus, excludunt etiam Flor. Voff. Lov.

Digitized by Google

non altitudo moenium, non inexplorata ſtagni vada, non caſtellum in alto tumulo ſitum, non munitiſsima arx deterruiſſet, quo minus transcenderent omnia perrumperentque. Itaque, quamquam omnibus 5
omnia deberet, praecipuum muralis coronae decus ejus esse, qui primus murum adscendisset. profiteretur, qui se dignum eo duceret dono. Duo pro- 6
feſſi sunt: Q. Trebellius centurio legionis quartae, et Sex. Digitius socius navalis. nec ipsi tam inter se acriter contendebant, quam ſtudia excitaverant uterque sui corporis hominum. Sociis C. Laelius 7
praefectus classis; legionariis M. Sempronius Tu-

quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Et sane, eam poſt *quamquam* similesque omitti, vidimus ad 22, 20, 1.

Primus murum adscendiſſet. profiteretur, qui se dignum] Sigonius in prima ed. Scholiorum, voci *adscendiſſet* mendum subeſſe suspicatus, legebat *adscendiſſe se profiteretur*, eamque conjecturam etiam in contextum recepit: adversus quem deinde vulgatum adseruit Muret. 19. Var. lect. 15. Hinc veriora edoctus poſtea scholion illud omisit: receptam tamen lectionem ex contextu ejicere neglexit. Omnes codd. mei ſtant pro vulgato: sed *adscendisse se profiteretur* in Oxon. D. Hearnius invenit.

§. 6. *Q. Tiberilius centurio*] Legendum Q. *Trebellius centurio*. RHEN. *Q. Tiberilius* Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Q. *Tibilius* Lov. 3. *Q. Trebelius* Lov. 5. Reliqui *Q. Trebellius*.

Sex Digitius socius navalis] *socium navalem* appellat, quicunque navalem operam navat, hoc loco. SIG. Sed etiam remiges navalem operam navant, nec tamen proprie loquendo *socii navales* sunt, etsi interdum hoc nomine comprehendi videntur. V. Scheff. 2. de Milit. nav. 3. *socios navales* hic potius puto eſſe milites classicos, quam. quod probabilius videtur Scheffero, nautas. Nam, hos a miniſterio navali ad oppugnandam urbem abductos fuiſſe, non verosimile eſt. De aliis, quae ad illuſtrationem antiquitatis ex hoc loco pertinent, videri possunt Lipsius 5. de Mil. Rom. 18. Schelius ad Hygin. p. 1057. Sigon. 2. de Ant. jure Prov. 6. et Noodt de Jurisdict. 1, 13. DUK.

§. 7. *Sociis C. Laelius classicis, legionariis M. Sempronius Tuditanus aderat*] Volumen scriptum habet *Laeliusque tectus classis*. Proinde legendum eſt indubie: *Sociis C. Laelius praefectus classis, legionariis M. Sempronius Tuditanus aderat*. quemadmodum et nos in contextu caſtigavimus. Intelligit autem per *socios*, socios na-

Digitized by Google

8 ditanus aderat. Ea contentio quum prope seditionem veniret, Scipio tres recuperatores quum se daturum pronunciasset, qui, cognita caussa testibusque auditis, judicarent, uter prior in oppidum
9 transcendisset; C. Laelio et M. Sempronio advocatis partis utriusque P. Cornelium Caudinum de medio adjecit; eosque tres recuperatores considere,
10 et caussam cognoscere jussit. Quum res eo majore ageretur certamine, quod amoti tantae dignitatis

vales; ut nihil fuerit opus addere *classicis*. Adjuvat nostram emendationem, quod paulo post sequitur, *Ante omnes C. Laelium praefectum classis* etc. RHEN. *Sociis C. Laeliusque classis* Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. *Sociis C. Laelius qui classis* Gaertn. *Sociis C. Laelius classis* Lov. 2. 5. Hav. Berol. a m. 1. et edd. ante Ascens. anni 1513. in qua demum *classicis* primum obcurrit. *Sociis C. Laelius classique* Ber. a m. 2. Sed verum restituit Rhenanus. Ceterum *aderant* Hav.

§. 8. *Ea contentio quum prope seditionem veniret*] *prope in seditionem* Lov. 2. *prope ad seditionem* ed. Heinsii Elzevir. Sed praepositionem ab omnibus scriptis suis abesse, eamque delendam esse, observavit Gronov. supra ad 6, 42, 10. Sane omnes mei reliqui *prope seditionem*. Mox *testibus auditis* Lovel. 2. Harl. et Hav. Deinde *ut prior in oppidum* Gaertn. Saepe *ut* et *ut'*, sive *uter*, in Mstis commutari, vidimus ad 2, 47, 2. Adde ad 6, 12, 10. Similiter *utri* et *ut*. V. ad 3, 18, 7. *perseverant* et *perseverant'*, sive *perseveranter*. V. ad 4, 60, 6.

§. 9. *Cornelium Claudium*] Vetustus codex docet legendum *P. Cornelium Caudinum*. RHEN. Hunc paulo post *P. Cornelium* vocat. Illud *Claudium* mihi suspectum. quidam in *Caudinum* mutarunt. GLAR. *Caudinus* cognomen Corneliorum Lentulorum fuit, ut supra diximus. SIG. V. ad 9, 15, 9. Et ita leguntur omnes, paucissimis exceptis, Msti, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Praenomen Cornelii deest in Flor. Voss. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Mox *consedere* Ber. a m. 2. et Gaertn. V. ad 9, 2, 3. *considerare* Lov. 4. Sed *sedere* et *considere* in hac re propria verba. Infra 34, 61, 15. *Quum Sufetes ad jus dicendum consedissent*. 40, 8, 7. *Ibi quum consedisset, Sedeo, inquit, miserrimus pater judex inter duos filios*. V. ad 3, 46, 9.

§. 10. *Quod admoti tantae indignitatis non tam advocati, quam moderatores*] Emendavi *amoti tantae dignitatis*. RHEN. *tantae dignitatis* ad viros referendum, quos *advocatos* vocat. quare temere quidam in *indignitatis* mutarunt, referentes ad *certamen*. GLAR. Duo Pall. et Voss. *quodam uti*. Put. Andreas et alii veteres *quod amoti*. Recte: nam prius adfuerant certantibus, sed ita elegantor, ut potius regerent temperarentque studia utrimque faventium, quam accenderent:

Digitized by Google

non tam advocati, quam moderatores ſtudiorum fuerant; C. Laelius, relicto conſilio, ad tribunal ad Scipionem accedit, eumque docet, *rem ſine mo-* 11
do ac modeſtia agi: ac prope esse, ut manus inter se conserant. Ceterum, etiamsi vis absit, nihilominus deteſtabili extemplo rem agi; quippe ubi fraude ac perjurio decus petatur virtutis. Stare hinc legionarios mili- 12
tes, hinc claſſicos, per omnes Deos paratos jurare, magis quae velint, quam quae sciant, vera eſſe, et obſtrin-

nunc ab illis abſtracti, et judices dati multitudinem effrenatiorem reliquerant. Cic. 3. de Legib. [10.] *Vis populi multo saevior, multoque vehementior: quae, ducem quod habet, interdum lenior est, quam si nullum haberet: dux enim suo periculo progredi cogitur: populi impetus periculi rationem sui non habet.* J. FR. GRON. *quodam uti* Lov. 2. 4. et Hav. *quod averti* Lovel. 1. *quod viri* Ber. a m. 2. prioris lectionis veſtigiis penitus sublatis. *quodam viri* Brancal. Latinii. *quod admoti* Lov. 5. Gaertn. et Hearnii Oxonn. cum edd. Ascensii anni 1513. 1516. et reliquis usque ad Froben. qui anno 1535. ex praescripto Rhenani *amoti* recepit, cui etiam consentiunt Flor. Harl. et edd. ante illas Ascensii. Male poſtea Lugdun. anni 1553. *admoti* revocavit, quod deinde Paris. anni 1573. recepit, et hinc reliqui ad Gronov. qui veram lectionem reduxit, et recte exposuit. *indignitatis* autem in nullo cod. sed tantum in ed. Mogunt. Ald. et paucis aliis inveni.

C. Laelius, relicto concilio, ad tribunal ad Scipionem accedit] Pal. 1. *rel. consilio ante tribunal ad Scipionem.* tert. *G. Laelius etiam licto concilio.* GEBH. *concilio* dederat Modius, nullo vel scripto, vel edito priore consentiente: pro quo Gronov. recte anno 1665. *consilio* subſtituit. Deinde *antribunal ad Scipionem* Flor. a m. 1. *ante tribunal* a m. 2. et Gaertn. *añ tribunal* Lov. 3. Sed nihil mutandum. V. ad 31, 42, 6.

§. 11. *Rem sine modo ac modestia agi: ac prope esse, ut manus inter se conserant*] *sine modo, sine modeſtia* Ber. a m. 1. et editi ante Aldum. V. ad 7, 2, 4. Verum his teſtibus credere non audeo. Tum *inter se conferant* Flor. Voſſ. et Lov. 1. ac 3. Utrumque *conserere* et *conferre manus* optimis scriptoribus in usu est: prius vero Livius libentius adhibet. V. ad 6, 42, 5. Mox *etsi vis absit* Lov. 4. *si vis absit* editiones, Aldina veteſtiores. Deinde Latinius ex conjectura *vi, fraude ac perjurio*, prima voce adjecta. Male. Laelius enim adhuc *vim abesse* agnovit.

§. 12. *Per omnes Deos adparatos jurare*] Legendum est juxta antiquum volumen *paratos jurare*, hoc est promptos. *apparatus* ad cultum refertur. RHEN. *paratos* verius puto. Alterum tamen perſtat in Flor. Voſſ. Lovel. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav.

Signa militaria et aquilas sacramentique religionem] Pal. 2. *et*

Digitized by Google

gere perjurio non se solum suumque caput, sed signa
13 *militaria, et aquilas, sacramentique religionem. Haec se ad eum de sententia P. Cornelii et M. Sempronii deferre.* Scipio, conlaudato Laelio, ad concionem advocavit, pronunciavitque, *Se satis compertum habere, Q. Trebellium et Sex. Digitium pariter in murum escendisse: seque eos ambos, virtutis caussa, coro-*
14 *nis muralibus donare.* Tum reliquos, prout cuique meritum virtusque erat, donavit. ante omnes C. Laelium praefectum classis et omni genere laudis sibimet ipse aequavit, et corona aurea ac triginta bubus donavit.

aquilas ut pluribus sacramentique. tert. *ut in pluribus.* GEBH. Ita et Lov. 4. ac Rec. *et aquilas aut etiam pluribus sacramentique* Lov. 2.

§. 13. *Ad concionem advocavit*] In antiquo volumine est *vocavit*, et *comperisse*, non *compertum habere.* RHEN. Expresse est in libris nostris omnibus *advocavit*, quod a Rhenano corruptum est. GEBH. Omnes quoque libri *ad concionem advocavit.* Sic 3, [34, 1.] *Propositis decem tabulis, populum ad concionem advocaverunt.* 4, [1, 6.] *Confestim ad concionem advocavit.* 7, [36, 9.] *Consul classico ad concionem convocat.* 8, [32, 1.] *Haud multo post dictator advenit, classicoque extemplo ad concionem advocavit.* Male igitur mutavit Rhenanus. J. FR. GRON. *ad concionem evocavit* Lovel. 5. *ad concionem convocavit* Gaertn. *ad concionem vocavit* Lov. 4. Ceteri cum Hearnii Mstis *ad concionem advocavit* recte tuentur. 1, 59, 7. *Ad tribunum Celerum populum advocavit.* 4, 32, 1. *Trepidam civitatem ad concionem advocatam increpuit.* Solet Livius verbis cum praepositione *ad* compositis eamdem praepositionem in regimine addere. V. ad 2, 36, 6. Omnes etiam codd. mei *compertum habere.* Ita *animos perspectos habere* 38, 1, 4. et similia passim. Paullo ante pronomen *se* deerat in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. In sequentibus autem *escendisse* J. Fr. Gronovius edidit. ita vero ex Put. legendum esse, supra monuit ad 2, 28, 6. Denique *ambos* ignorant Flor. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. a m. 1. Gaertn. Hav. et edd. eaedem.

§. 14. *Prout cujusque meritum*] Put. Reg. Men. Voss. *prout cuique meritum aut virtus erat.* J. FR. GRON. *cujusque meritum* servant Flor. Harl. et Ber. Reliqui cum Hearnii N. *cuique.* Doujatius *cujque* ex Colbert. *cujusque* ex Reg. laudavit; quum secundum Gronov. is *cuique* etiam habeat. Hinc *sibimet ipsa aequavit* Gaertn. *sibimet ipse* Flor. quod recte Crevier. ex Put. jam in contextum recepit. V. ad 2, 19, 5. *adaequavit* Ber. reliquis invitis.

Ac triginta bobus donavit] In

Digitized by Google

XLIX. Tum obsides civitatium Hispaniae vocari 1
jussit: quorum quantus numerus fuerit, piget scribere, quippe quum alibi trecentos ferme, alibi septingentos viginti quinque fuisse inveniam. Aeque 2
et alia inter auctores discrepant. Praesidium Punicum alius decem, alius septem, alius haud plus quam duùm millium fuisse scribit. Capta alibi decem millia capitum, alibi supra quinque et viginti invenias. Scorpiones majores minoresque ad 3
sexaginta captos scripserim, si auctorem Graecum sequar Silenum: si Valerium Antiatem, majorum scorpionum sex millia, minorum tredecim: adeo

scripto codice est *viginti bubus d.* Porro mira varietas in numeris est. RHEN. *bobus* Lov. 3. 5. et Ber. Ceteri recte *bubus.* V. ad 7, 26, 20.

§. 1. *Quippe quum alibi trecentos ferme, alibi septingentos viginti quinque*] Polyb. [10, 18.] *Πλείους ὄντας τῶν τριακοσίων ὁμήρους* ait. SIG. *quippe ubi alibi* Flor. Lov. 1. 2. Harl. Hav. et edd. Frobeniana anni 1535. vetustiores. *Τὸ alibi* priori loco deest in Gaertner. *ferme* in Ber. a m. 2. et Hearnii L. 1. Tum *septingentos et viginti quinque* legit Hav. *septingentos viginti* ed. Rom. Aler. teste Hearnio. *CCC viginti que* edd. quas vidi, antiquissimae usque ad Ascens. qui anno 1513. illud substituit, quod nunc vulgo exstat. Put. numero plurimum aucto, *MMMDCCXXV* legere, testatur Crevier. Paullo ante *civitatium* Flor. V. mox ad §. 9.

§. 2. *Alibi supra quinque et viginti invenio*] Put. Reg. Men. Voss. *invenias.* J. FR. GRON. Non aliter est in Flor. Lov. quinque, Gaertn. et Hav. Paullo ante *non plus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldum. Praeterea voces *alibi decem millia capitum* desunt in Flor. Voss. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii N. propter repetitionem *τοῦ alibi.*

§. 3. *Ad sexaginta captos scripserim*] Lipsius Poliorc. 3, 4. conjicit *ad V millia*, vel *ad IX millia.* nam non credit, Antiatem tam insane mentitum, ut pro sexaginta undeviginti millia retulerit. DUK. *ad XL captos* Hearnii D.

Minorem tredecim] Put. et Men. *decem tria millia.* Videtur formatum a librario ex notis numerorum, in quibus praeponitur *X* et sequitur *III.* Voss. *X tria millia.* J. FR. GRON. *X tria millia* Lovel. 1. 2. et Hearnii N. *decem tria millia* Flor. *X et tria millia* Lov. 4. *decem et tria millia* Hav. V. ad 37, 30, 8. *tredecem millia* Lov. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1.

§. 4. *M. Junium Syllanum*] Pal.

Digitized by Google

4 nullus mentiendi modus est. Ne de ducibus quidem convenit. plerique Laelium praefuisse classi; sunt,
5 qui M. Junium Silanum dicant. Arinem praefuisse Punico praesidio, deditumque Romanis, Antias
6 Valerius; Magonem alii scriptores tradunt. Non de numero navium captarum, non de pondere auri atque argenti, et redactae pecuniae, convenit. Si aliquibus adsentiri necesse est, media simillima ve-
7 ris sunt. Ceterum Scipio, vocatis obsidibus, pri-
8 mum universos bonum animum habere jussit. *Ve-*

1. *Silanum*. GEBH. V. ad 23, 15, 2.

§. 5. *Armen praefuisse Punico praesidio*] Pal. 1. *Annem*. tert. *Arinem*. GEBH. *Arinen* Flor. *Arinem* Lov. 1. et 5. *Arimē* Lov. 4. *Arionē* Lov. 3. et Hav. *Arnionem* Ber. a m. 2. *Armē* Gaertn. *Armem* Harl. et edd. multae ex principibus. *Arimim* Hearnii L. 1. *Arris* vel *Aris* vocatur Silio 15, 232. ubi v. N. Heins. Ex illis autem, quae ibi notavit, hic vel *Arimen* vel *Arinem*, ut nonnulli codd. praeferunt, legendum videtur. Mox *traditumque Romanis: Antias Valerius praesidio Punico praefuisse Hannonem. Magonem alii* Brancal. Latinii.

§. 6. *Non de pondere auri argentique et redactae pecuniae*] Volumen antiquum habet *non de pondere auri atque argenti et redacta pecunia convenit*. RHEN. Omnes *redactae pecuniae*, quod mutavit Rhenanus. J. FR. GRON. *auri atque argenti et redactae pecuniae* etiam omnes mei.

Si aliquibus adsentiri necesse est] Exemplar vetus habet *Si aliquis adsentiri*. Nisi sit *aliqueis* pro *aliquibus*, posset etiam legi *alicui*, subaudi scriptorum prodentium talia. RHEN. *Si aliquis* etiam Flor. Lov. 1. 3. Harl. Ber. et edd. antt. quod errore librariorum datum pro *aliquibus* putari potest. V. ad 45, 32, 6. Attamen *Si alicui*, ut Rhenanus conjecit, praefert Flor. a m. 2. Praeterea *adsentire* Lovel. 3. Gaertn. Hav. et edd. vett. V. ad 39, 52, 1.

Media simillima veris sunt] Arbitror Livium scripsisse, quemadmodum est in veteri, *media similia veri sunt*. Quid autem opus fuit *similia veri* mutare in *simillima veris*, quum Latine et eleganter dicamus *simile veri*? RHEN. Rursus omnes, quod sustulit Rhenanus, *Si aliquibus adsentiri necesse est, media simillima veris sunt*. J. FR. GRON. Rhenani codici nullus meorum adsentitur. Plerique vulgatum tuentur. At *simillima veri sunt* ostentant Lov. 2. et 5. *simillima veneris sunt* Flor. a m. 1. *veri* a m. 2. *Simile veri* et *veris* utrumque in usu est. V. ad 5, 21, 9. et quidem sine ulla sensus differentia. V. ad 6, 13, 3. *veris* itaque cum Gronov. servo, cujus ultimam literam a prima vocis sequentis interceptam arbitror. V. ad 37, 29, 5. Mox §. seq.

Digitized by Google

nisse eos in populi Romani potestatem, qui beneficio, quam metu, obligare homines malit; exterasque gentes fide ac societate junctas habere, quam tristi subjectas servitio. Deinde, acceptis nominibus civitatium, 9
recensuit captivos, quot cujusque populi essent: et nuncios domum misit, ut ad suos quisque recipiendos veniret. Si quarum forte civitatium legati 10
aderant, eis praesentibus suos restituit: ceterorum curam benigne tuendorum C. Flaminio quaestori adtribuit. Inter haec e media turba obsidum mulier 11

vox *Scipio* non comparet in Flor. Voss. Lovel. quinque, Harlej. Gaertn. et Hav.

§. 8. *Venisse eos in populi Romani potestatem*] Pal. 2. *Venisse enim res in populi Romani potestatem.* tert. *Venisse enim eos.* GEBH. *Venisse enim eos* Lov. 4. Rec. et Hearnii D. Ceteri omnes illud *enim* constanter ignorant. V. itaque ad 10, 39, 4. Mox *qui magis beneficio, quam metu, obligare homines malit* emendat Gebhard. supra ad 21, 59, 7. Sed *magis* in nullo meorum codicum inveni.

Quam tristi subjectas servitio] Lectio vetus *quam a tristi subjectas servitio.* Nec vacat *a* particula, significans subjectionem, quam pariat triste servitium. Sic 27, [17, 5.] *Scipio avidior etiam certaminis erat, quum a spe, quam successus rerum augebat, tum quod.* Sic enim locum emendavimus, cum prius legeretur *cum ea spe.* RHEN. Non invenio in ullo nostrorum codd. Rhenani lectionem *a tristi subjectas servitio.* GEBH. Beatus *quam a tristi subjectas servitio.* Nec reperitur praepositio in ullis nostris, et, si reperta fuisset, expunxissemus: est enim illud ineptissimum atque haud Latinum. Nec vacare particulam probat tamen ille Livii benefactor exemplo illius 27, [17, 5.] *Scipio avidior etiam certaminis erat, quum a spe, quam successus rerum augebat.* Quid simile? hic *a*, ut alibi *ab*, significat caussam impellentem. Sic 24, [30, 1.] *Ardore militum usus est ab ira inter conditiones pacis interfectae stationis.* Sic in principio l. 26. *Non tantum ab ira.* et passim. Nihil tale potest hic intelligi: modus explicatur, non caussa. J.FR.GRON. Nulli etiam meorum, vel Hearnii codd. praepositionem agnoscunt.

§. 9. *Deinde acceptis nominibus civitatum*] Pal. 2. *subjectis nom. civit.* Nimirum verum est, quod objicit Pal. 1. *nominibus civitatium.* GEBH. *civitatium* Flor. et hic, et supra §. 1. ac mox §. seq. neque aliter ed. Mediol. anni 1480. V. ad 33, 20, 11. Mox *quod cujusque populi essent*, pro *quot*, Lov. 1. et 4. V. ad 44, 1, 1. *qui cujusque populi essent* Lov. 2. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Deinde *ut ad suos quisque recipiendos venirent* Lov. 2. *To quisque* cum verbo plurali construi, vidimus ad 2, 22, 7. hic tamen omnes alii in vulgatum consen-

Digitized by Google

magno natu, Mandonii uxor, qui frater Indibilis Ilergetum reguli erat, flens ad pedes imperatoris procubuit, obtestarique coepit, ut curam cultumque feminarum inpensius custodibus commendaret.
12 quum Scipio, *nihil profecto defuturum*, diceret; tum

tiunt. Mox §. seq. *benigne* non est in Voss. Lov. 1. 2. Hafn. et Hav. Deinde *tenendorum*, pro *tuendorum*, Hafn. solito errore. V. ad 10, 3, 2.

§. 11. *Inter haec e media turba obsidum mulier magno natu* etc.] In exemplari scripto tantum est *media turba*. ut subaudire possis *e* vel *in media turba*. RHEN. Polybius [10, 18.] Ἐκ δὲ τῶν αἰχμαλωτίδων τῆς Μανδονίου γυναικός, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἀνδοβάλου τοῦ τῶν Ἰλεργήτων βασιλέως, προσπεσούσης αὐτῷ καὶ δεομένης μετὰ δακρύων ἐπιστροφὴν ποιήσασθαι τῆς αὐτῶν ἀσχημοσύνης ἀμείνω Καρχηδονίων. SIG. Praepositio in omnibus meis diligenter est adscripta. Mox *Indibilis*, vox minus nota indoctis librariis, omittitur in Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. ante Aldum. sequens *Ilergetum* etiam in Lovel. 3. Praeterea *qui fratres Ilergetum reguli erant* legit Lovel. 5. *cui fratres Ilergetum reguli erant* Ber. a m. 2.

Flens ad pedes imperatoris procubuit] Pall. duo, et prisca ed. *procidit*. GEBH. *procidit* etiam Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. προσπίπτειν dixit Polyb. loco laudato. Infra 45, 25, 1. *Secundum talem orationem universi rursus procciderunt*. V. Doctiss. Oudend. ad Lucani 3, 713. Optimi tamen, praesertim Flor. vulgatum tuentur. Sic 7, 31, 5. *Sub haec dicta omnes, manus ad consules tendentes, pleni lacrimarum in vestibulo curiae procubuerunt*. 29, 16, 6. *Decem legati Locrensium ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt*. 30, 16, 4. *More adulantium procubuerunt*.

§. 12. *Quum Scipio, nihil profecto defuturum, diceret; tum rursus* etc.] Vetus *cum Scipio, nihil defuturum iis profecto, diceret*. RHEN. Polyb. [ibid.] Συμπαθὴς γενόμενος εἴρετο, τί λείπει τῶν ἐπιτηδείων αὐτοῖς; καὶ γὰρ ἦν ἡ γυνὴ πρεσβυτέρα, καί τινα προσασίαν ἀξιωματικὴν ἐπιφαίνουσα. ὁ γὴρ. Πόπλιος θαρρεῖν ἐκέλευε τὰς γυναῖκας· αὐτὸς γὰρ ἑτέρους ἐπιτήδειν φροντιοῦντας, ἵνα μηδὲν αὐτὰς ἐλλείπῃ τῶν ἐπιτηδείων· ἡ γὰρ ἐπισχοῦσα μικρόν, οὐκ ὀρθῶς, ἔφη, στρατηγέ, τοὺς ἡμετέρους ἐκδέχῃ λόγους, εἰ νομίζεις ἡμᾶς ὑπὲρ τῆς γαστρὸς δεῖσθαί σου νῦν. Quibus ex verbis intelligi potest, nihil huic Livianae sententiae desiderari, contra quam censet Glareanus. Scipio victui se consulturum foeminarum respondit; mulier, pudicitiae eum ut consulat, rogat. †. „Glareanus re„cte dubitavit. Nam ex his Po„lybii verbis haec Livii verba, „*quid enim huic fortunae non sa„tis est*? non eruuntur. Qui Grae„ce scit, hoc facile videbit.„ †. SIG. Pall. duo *nihil defuturum profecto diceret*. ab antiqua quoque ed. recessit τὸ *iis*. sec. autem *nihil profuturum profecto dic*. GEBH. Omnes Gall. Pall. Voss. *quum Scipio, nihil defuturum profecto, diceret*, omisso pronomine.

Digitized by Google

rursus mulier, *Haud magni ista facimus*, inquit. *quid enim huic fortunae non satis est? Alia me cura, aetatem harum intuentem, (nam ipsa jam extra periculum injuriae muliebris sum) stimulat.* Aetate et forma 13
florentes circa erant Indibilis filiae, aliaeque nobi-

J. FR. GRON. Pronomen, ab Rhenano additum, in nullo etiam meo cod. adparet. Deest etiam ab Hearnii Oxonn. Insuper autem *defuturum profecto diceret* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav.

Haud magni ista facimus, inquit. quid enim etc.] Haec verba non intelligo: habent enim argutiam, quam neutiquam assequor. Caeterum ea mutila conjicio. Ipse lector judicet. GLAR.

Alia mihi cura, aetatem harum intuenti, (nam ipsa jam etc. *sum) animum stimulat*] In antiquo volumine legitur *Alia me angit cura aetatem harum intuentem.* Verba autem *animum stimulat* non sunt in manuscripto. RHEN. Vet. lib. non habent vocem *angit*, et pro *simul* habent *stimulat*. Quam lectionem probo. Polyb. [ibid.] *Καὶ τότε λαβὼν ὁ Πόπλιος ἐν νῷ τὸ βούλημα τῆς γυναικὸς, καὶ θεωρῶν ὑπὸ τὴν ὄψιν τὴν ἀκμὴν τῶν Ἀνδοβάλου θυγατέρων, καὶ πλειόνων ἄλλων δυνατῶν, ἠναγκάσθη δακρύσαι, τῆς γυναικὸς ἐν ὀλίγῳ τὴν τῆς περισάσεως ἐμφασιν ὑποδεικνυούσης.* SIG. Miror, unde *τὸ angit* provenerit in libro Beati: nam a nobis in Gallicanis, Palatinis, Italicis, Vossiano, frustra ea vox quaesita est: contra ne unus quidem est, qui non habeat deinceps *stimulat*, qui quidem alicujus aetatis sit. Unus Flor. recentissimus *simul ac*. Sed ponamus Put. scripturam: *aliam curam aetatem harum intuentem* etc. *muliebris cum stimulat aetate ac forma* etc. *Indibilis filiaeque nobilitate pari.* Ergo scribendum: *Alia me cura aetatem harum intuentem (nam ipsa jam extra periculum injuriae muliebris sum) stimulat. Aetate ac forma florentes circa erant Indibilis filiae, aliaeque nobilitate pari, quae omnes eam pro parente colebant.* Hanc veram vexatissimi hujus loci lectionem puto, quae et proxime ad veteris scripturae apices accedit. Complures libros, praeter, quibus usi perpetuis sumus, Gallicanos et Palatinos, Florentiae Venetiisque de his verbis consuluimus: sed aut nihil, aut ita parum, ut nihil referat, ab illa principis libri formula differunt. Ante Rhenanum obsita correctorum pannis erant omnia: *Alia mihi cura aetatem harum intuenti* etc. *animum stimulat. Stabant aetate et forma florentes circa eam Indibilis filiae eaeque nobilitate pari.* Sic Aldina. Andreas, in caeteris par, *animum stimulabant aetate.* Rhenanus ita curavit, ut tamen de suo, aut certe de audaculi librarii sui centone, aliquid adsueret. Verbum substantivum desiderabatur: id apposuerunt, quum lateret in *τῷ eam.* Est enim *circa erant* idem, quod adstabant: et gaudet Livius his praepositionibus, *circa*, *contra*, sine expresso casu usurpatis. De quo jam dudum, aetatem, in his ipsis notis. Ex illo autem *filiaeque nobilitate pari* eduximus nullo coactu *filiae aliaeque nobilitate pari*, nempe puellae. Nam illud *eaeque*, quod

Digitized by Google

litate pari, quae omnes eam pro parente colebant.
14 Tum Scipio, *Meae populique Romani disciplinae caussa facerem*, inquit, *ne quid, quod sanctum usquam esset,*
15 *apud nos violaretur. nunc, ut id curem inpensius, vestra quoque virtus dignitasque facit: quae ne in malis*
16 *quidem oblitae decoris matronalis estis.* Spectatae deinde integritatis viro tradidit eas, tuerique haud

vult Rhenanus, prorsus ineptum videtur mihi: quis enim dubitaret, Indibilis filias aeque nobiles fuisse? Praeterea exigit nostrum Polybius: *καὶ θεορῶν ὑπὸ τὴν ὄψιν τὴν ἀκμὴν τῶν Ἀνδοβάλου θυγατέρων, καὶ πλειόνων τῶν ἄλλων δυνασῶν.* Atque ita Livius 44, [1, 2.] *M. Popilius consularis et alii pari nobilitate adolescentes.* J. FR. GRON. Codices etiam nostri omnes ignorant *τὸ angit*, et contra constanter exhibent *stimulant*, nisi quod ejus loco *simulant* sit in Hafn. *simul* in Hav. Flor. optimus legit *Aliam curam aetatem harum intuentem* etc. *muliebris cum stimulat*, Puteaneo consentiens hac parte; nec plerique hinc abeunt, nisi in parvis literarum punctis, quod errori scribarum tribuendum est. Unus tantum Ber. illam lectionem, quae tempore Rhenani vulgo exstabat, ostentat. Optime igitur hanc partem Gronov. constituit.

§. 13. *Stabant aetate et forma florentes circa eam Indibilis filiae, eaeque nobilitate pari*] Sic procul dubio Livius scripsit, quemadmodum manuscriptum volumen docet, *Simul aetate et forma florentes circa eam Indibilis filiae erant, aliaeque nobilitate pari.* Ceterum quando *Simul* in *stimulat* verterat castigator, opus erat verbum aliquod infulcire. Adjecit itaque de suo verbum *stabant.* Nec minorem arguit vel scribae vel castigatoris supinitatem, quod hactenus in vulgatis exemplaribus, pro *aliaeque nobilitate pari*, legimus *eaeque nobilitate pari.* An, si sorores erant, non erant pari nobilitate. Suspicatus fortasse est scriba, non fuisse germanas. RHEN. Flor. omissa prima voce vel *Stabant*, vel *Simul*, legit *Aetate et forma florentes circa eam Indibilis filii, aeque nobilitate pari.* a qua lectione parum differunt reliqui omnes codd. unde recte Gronov. ad verba praecedentia offinxit *Aetate et forma florentes circa erant Indibilis filiae, aliaeque nobilitate pari. Circa erant*, ut 1, 41, 1. *Tarquinium moribundum quum, qui circa erant, excepissent.* 9, 22, 8. *Omnes, qui circa erant, in Aulium* etc. *tela conjecerunt. Τὸ circa* sine casu ponere, Livio familiare esse, vidimus ad 9, 2, 7. Non diligenter Rhenanum consuluit Gronov. existimans, eum voluisse *filiae eaeque.*

§. 14. *Ne quid, quod sanctum usquam esset apud vos, violaretur*] Depravata et haec sententia. Legendum enim, hoc modo distinctis verbis: *ne, quod sanctum usquam esset, apud nos violaretur.* Sic enim est in manuscripto codice. Q. D. Turpe esse, violari apud Romanos, quod apud ullos barbaros sanctum sit. RHEN. Ita habebant veteres libri, et mihi etiam placet. Quidam mutarunt *nos* in *vos*,

Digitized by Google

secus verecunde ac modeste, quam hospitum conjuges ac matres, jussit.

L. Captiva deinde a militibus adducitur ad eum 1 adulta virgo, adeo eximia forma, ut, quacumque incedebat, converteret omnium oculos. Scipio, 2 percunctatus patriam parentesque, inter cetera accepit, desponsam eam principi Celtiberorum ado-

distinctionemque postea subjunxerunt, quam bene, ipsi viderint. GLAR. Virginum deditarum pudicitia. SIG. *ne quid, quod sanctum usquam esset, apud nos violaretur* omnes codd. et priscae edd. *apud vos*, mutata etiam distinctione, primum in Ald. obvium fuit.

§. 15. *Vestra quoque virtus dignitasque facit*] *facit* non erat in libro veteri, sed superne quidam verbum *monet* adjecerat, *vestra quoque virtus dignitasque monet*. RHEN. *facit* in omnibus meis constanter superest.

Quae nec in malis quidem] Vet. lib. *ne in malis quidem*. SIG. Recte. V. ad 1, 10, 3. et ad 8, 7, 19. Alterum tamen servant Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 16. *Quam civium conjuges ac matres*] Legendum *quam hospitum conjuges*, juxta vetustum librum. RHEN. Pal. 1. *quam hostium*, sec. *quam hospitum*. tert. nec non prisca impressio *quam civium*. GEBH. *civium* servant Lov. 5. Ber. et Gaertn. *civium Romanorum* Lov. 3. *hostium* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Hav. V. ad 2, 41, 6. *hostium* Flor. *hospitium* Harl. Rhenanus verum ex Msto restituit.

§. 1. *Captiva deinde a militibus adducitur ad eum adulta virgo*] Polybius [10, 19.] *Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον νεανίσκοι τινὲς τῶν Ῥωμαίων ἐπιτυχόντες παρθένῳ κατὰ τὴν ἀκμὴν καὶ κατὰ τὸ κάλλος διαφερούσῃ τῶν ἄλλων γυναικῶν, καὶ συνιδόντες φιλογύνην ὄντα τὸν Πόπλιον, ἦκον αὐτὴν ἄγοντες*. SIG. De hac quoque re ita poeta [Silius 15, 268.]

Quin etiam accitus populi regnator Iberi etc.

et fusius longe lib. 4, 3. Valer. Max. MOD. Pal. 3. *deinde militibus adducitur ad eum acculta virgo*. Forte *aceulta*, accuratius culta. Sed Livii lectionem tuetur Val. Max. *Eximiae inter eos formae virginem aetatis adultae*. GEBHARD.

Adeo eximia forma, ut, quacumque incedebat, converteret omnium oculos] Pal. 1. et vet. ed. *adeo eximia forma*, (vet. ed. nec non Pal. 2. *eximiae formae*) *ut, quacumque se verteret, omnium converteret oculos*. GEBH. *adeo eximiae formae* Lov. 3. Ber. Hav. et edd. ante Aldum. Utrumque dicitur. V. Cel. Burm. ad Ovid. 3. Met. 607. Vulgatum tamen praeferendum, quia pro eo stant plures ac meliores codd. Sic *homo exacta aetate* 4, 13, 12. V. ad 1, 9, 11. et 5, 47, 2. Deinde *quacumque se verteret, converteret omnium oculos* Voss. et Hearnii L. 1. *quacumque se verteret, omnium converteret ocu-*

Digitized by Google

3 lescenti: Allucio nomen erat. Extemplo igitur parentibus sponsoque ab domo adcitis, quum interim audiret, deperire eum sponsae amore, ubi primum venit, adcuratiore eum sermone, quam pa-
4 rentes, adloquitur. *Juvenis*, inquit, *juvenem adpello, quo minor sit inter nos hujus sermonis verecundia. Ego,*

los Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. *quacumque se verteret, omnium in se converteret oculos* Ber.

§. 2. *Desponsatam eam principi Celtiberorum adolescenti*] *desponsam* est in veteri. RHEN. Optimi cum Rhenano *desponsam*. Plautus Cistell. [2, 1, 22.] *Si illam uxorem mihi duxero umquam, quam despondit pater*. Et notum est. J. FR. GRON. *desponsam* etiam Flor. Reliqui omnes *desponsatam*. Sed v. supra ad 1, 26, 2. De genere erroris scribarum v. ad 10, 37, 2.

Adolescenti, cui Luceio nomen erat] Hic et paulo post exemplar scriptum habet *Allucio*, non *Luceio*; et mox *a domo*, non *ab domo*. RHEN. Pall. 1. 2. et vet. ed. *Luceio*. infra tert. *Lutrio*; hic *Luteio*. GEBH. Iidem *adolescenti: Allucio nomen erat*. de quo et alibi, et ad primum librum. J. FR. GRON. *cui Luceio* Voss. Lov. 5. Ber. Hafn. Hav. Hearnii D. N. et Brancal. Latinii. *cui Lucae* Lov. 1. *Luceio cui* Lov. 2. *cui Luccio* Lov. 3. Harl. et Rec. *cui Lucero* Gaertn. *Luceo*, voce altera omissa, Lov. 4. *Aluccio* Flor. Supra 1, 1, 11. *Brevi stirps quoque virilis ex novo matrimonio fuit. Ascanium parentes dixere nomen*. ubi antea etiam edebatur *cui Ascanium*. sed v. quae ibi notantur. (* et ad 35, 41, 8.) Jac. Gronov. ad 22, 22, 6. putat, in hujus principis Celtiberorum adolescentis nomine vestigia elucere nominis *Abelux* vel *Abelyx*. In Thesaur. autem antiq. Graec. tom. 3. pro *Allucio* legere malebat *Aluccio*. Praeterea *adolescenti* Flor. V. ad 6, 34, 11.

§. 4. *Minor sit inter nos hujus sermonis verecundia*] Tu scribe, veteris libri fidem secutus, *quo minus sit hujus inter nos sermonis verecundia*. Vult autem Scipio, nullam verecundiam esse ejus sermonis, qui de casto amore sit institutus, inter juvenes praesertim. RHEN. *quo minus sit* Rhenani est: nostri omnes, ut ante illum, *minor*. J. FR. GRON. Vocula *quo* deest in omnibus meis, (nisi quod Gaertn. ejus loco legat *qui*) Hearnii Oxonn. Brancal. Latinii, et edd. antiquis, quam Rhenanus restituit. At vicissim *minor* omnes iidem codd. et edd. Vocula *hujus* etiam deest in Harl. et Gaertn.

Quum sponsa tua vocata a militibus] Pro *vocata* reponi debet *capta*. RHEN. Libri omnes *cum sponsa vocata* (princeps ed. *cum sponsa tua vocata*) *a militibus n.* GEBH. *cum sponsa vacata* Flor. a m. 1. *cum sponsa vocata* a m. 2. Voss. Lovel. 2. 4. et Harl. *cum sponsa tua vocata* Lov. 3. 5. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn.

A militibus nostris ad me deducta esset] MSS. *ad me ducta esset*. Et sane, quia verbum *deducere* nequiter hac in re fere usurpatur, ut notum est ex Ciceronis *Tertia*

Digitized by Google

quum sponsa tua capta a militibus nostris ad me ducta esset, audiremque, eam tibi cordi esse, et forma faceret fidem, quia ipse, si frui liceret ludo aetatis, (praesertim recto et legitimo amore) et non respublica animum nostrum occupasset, veniam mihi dari sponsam impensius amanti vellem: tuo, cujus possum, amori faveo. Fuit 5 6

deducta, non putem voluisse Livium, ut ambiguo verbo sanctissimus Scipio uteretur. Malim autem *adducta esset*. J. FR. GRON. Flor. etiam *ducta esset*. Reliqui codd. tantum non omnes *deducta esset*: nullus *adducta esset*. Gronov. itaque id adoptanti adsentiri nequeo, sed vel optimos secutus *ducta esset*, quemadmodum Gronovius edidit, lego, vel priscam lectionem *deducta esset* servo. Verum est, verba *deducere* et *perducere* saepe nequiori sensu usurpari. V. Torrent. et Graev. ad Suet. Caes. 49. et 50. Non tamen credo, propterea Livium eam vocem hic meliori sensu, qui ex animo ac moribus Scipionis patet, adhibere non posse. Memorabile est, Gellium, licet inter minoris auctoritatis scriptores relatum, attamen hoc Scipionis exemplum, et aliud Alexandri Magni, qui captivam Darii uxorem videre recusavit, referentem, quasi dedita opera verbis *deducere* et *perducere* usum esse 6, 8. *Hostis uxorem, facie inclita mulierem, vetuit in conspectum suum deduci*. Tum, *Nobilis viri Hispani filiam captam perductamque ad se patri inviolatam reddidit*. Denique, *Darii regis uxorem, eamdemque ejusdem sororem, proelio magno captam videre noluit, perducique ad sese prohibuit*. Quin et milites eo animo virginem hanc ad Scipionem adduxerunt, ut ipsam ei conciliarent; eos enim id ideo fecisse auctor est Polyb. 10, 19. quia sciebant, eum φιλόγυνον esse. Tandem parum lucratur Gronov. *adducta*, pro *deducta*, legendo. Nam, et *adducere* eodem sensu usurpari, docuerunt Broekh. ad Tib. 1, 7, 65. et Cel. Burm. ad Nason. 9. Her. 121.

§. 5. *Quia ipse, si frui liceret ludo aetatis, praesertim illecto et laeto legitimoque amore*] Hic locus multorum calamis depravatus est, dum pro *in recto* alius substituit *illecto*, alius *et laeto*. Sic autem legi debet: *et forma faceret fidem, quia ipse, si frui liceret ludo aetatis, praesertim recto et legitimo amore, et non respublica* etc. RHEN. Vet. lib. *praesertim illecto recto, et legitimo amore*. ut sit, si mihi liceret frui ludo aetatis, praesertim illecto recto, et legitimo amore. SIG. Pall. trini, et prisca ed. *praesertim illecto, et laeto, legitimoque amore*. GEBH. *illecto*, vel *inlecto*, vel *in lecto, et laeto legitimoque amore* Voss. Lov. quinque, Harl. Hav. et Ber. a m. 1. in quo voces *et laeto* a m. 2. delentur. quae etiam desunt in Gaertn. et Hearnii L. 1. *inlecto et lecto et legitimo amore* Flor. in quo etiam postea voces *et lecto* expunctae sunt. Praeterea *quia ego ipse* Lov. 5. Gaertn. et Brancal. Latinii.

Tuo, cujus sponsa est, amori faveo] Legendum ex fide codicis vetusti: *tuo, cujus possum, amori faveo*. RHEN. Nulli correctionum, quas e libro forte obsequente

Digitized by Google

sponsa tua apud me eadem, qua apud soceros tuos parentesque suos, verecundia: servata tibi est, ut invio-
7 *latum et dignum me teque dari tibi donum posset. Hanc mercedem unam pro eo munere paciscor: amicus populo Romano sis. et, si me virum bonum credis esse, quales patrem patruumque meum jam ante hae gentes norant,*
8 *scias multos nostri similes in civitate Romana esse; nec ullum in terris populum hodie dici posse, quem minus*
9 *tibi hostem tuisque esse velis, aut amicum malis.* Adolescens, simul pudore et gaudio perfusus, dextram Scipionis tenens, Deos omnes invocare ad gratiam illi pro se referendam, quoniam sibi nequaquam satis facultatis, pro suo animo atque illius erga se

architectatus est Rhenanus, annuunt libri nostri: quippe Pal. 1. *tui cujus sponso amori faveo.* tuo amori, cujus desponsa ac destinata est; vel qui eam amore tibi despondisti, faveo, et illibatam reddo. tert. *tuo cujus sponsae amori faveo.* prisca ed. *tuo, cujus sponsa est, amori faveo.* GEBH. *tuo cujus sponsa amori faveo* Voss. a m. 1. et Lov. 1. *tuo, cujus sponsa est, amori faveo* Ber. a m. 1. et Hafn. *tuo cujus sponso amori faveo* Flor. Voss. a m. 2. Lov. 3. 4. Harl. et Ber. a m. 2. *tuo ejus sponso amori faveo* Lov. 2. et 5. Sed Rhenanum veram lectionem restituisse puto.

§. 6. *Fuit sponsa tua apud me*] Sic distingue: *Fuit sponsa tua apud me, eadem qua apud soceros tuos parentesque suos verecundia. Servata tibi est, ut inviol.* RHEN. Ante Rhenanum plerumque ita male distinguebatur: *Fuit sponsa tua apud me: eadem, qua apud soceros tuos parentesque suos, verecundia servata est tibi.*

§. 7. *Amicus populo Romano sis*] *populi Romani* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et quaedam edd. antt. pro quo recte Aldus, consentiente Flor. *populo Romano* reposuit. V. ad 39, 47, 11.

§. 9. *Adolescens, simul pudore gaudioque perculsus*, etc. *Deos omnes invocare*] Sic castigavimus ad exemplar vetus: *Quum adolescens, simul pudore et gaudio perfusus, dextram Scipionis tenens, Deos omnes invocaret ad gratiam illi pro se referendam, q. s. n. s. f. pro suo a. atque illius erga se merito esset, parentes inde cognatique virginis appellati.* Mira hic partim scribae, partim castigantis negligentia accidit, ut ex una sententia geminam fecerit, *quum* particula sublata, et verbo *invocaret* in *invocare* mutato. Quid autem opus fuit pro *perfusus* supponere *perculsus*, quod ad metum et terrorem refertur? Ut nihil dicam, quod ablativus *merito* omissus fuit. RHEN. Gravissimus hic error Rhenani:

Digitized by Google

merito, esset. Parentes inde cognatique virginis 10
adpellati. qui, quoniam gratis sibi redderetur virgo, ad quam redimendam satis magnum adtulissent
auri pondus, orare Scipionem, ut id ab se donum 11
acciperet, coeperunt: haud minorem ejus rei apud
se gratiam futuram esse, adfirmantes, quam reddi-
tae inviolatae foret virginis. Scipio, quando tanto 12
opere peterent, accepturum se pollicitus, poni
ante pedes jussit: vocatoque ad se Allucio, *Super
dotem*, inquit, *quam accepturus a socero es, haec tibi
a me dotalia dona accedent:* aurumque tollere, ac
sibi habere jussit. His laetus donis honoribusque 13
dimissus domum, implevit populares laudibus meri-

omnes scripti servant olim editam lectionem, voce *perculsus* tantum et unica particula mutata: *Adolescens, simul pudore et gaudio perfusus, dextram Scipionis tenens, Deos omnes invocare ad gratiam illi pro se referendam.* Ut monuimus ad 6, 27, 10. J. FR. GRON. Per omnia editam olim lectionem, antequam eam Rhenanus interpolaret, servarunt Lov. 2. 5. Ber. Hafn. Rec. et Gaertn. Reliqui in eo ab illa abeunt, quod *pudore gaudioque percussus* praeferant Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Hav. *pudore gaudio percussus* Flor. Sed probo *perfusus*. V. ad 2, 63, 4.

Pro suo animo atque illius erga se merito] Sane bellum videtur vulgatum, quod idem Rhenanus dedit. nostri tamen omnes, perinde ut veteres editiones, voce *merito* destituuntur. Utrum ergo dicemus, τὸ *animo* ad utrumque sufficere? an τὸ *merito* latere in τοῖς *erga se?* ut scripserit, *atque illius merito esset*. J. FR. GRON. Vox *merito* deest etiam in omnibus meis codd. ut et Crevier. qui sine ea sensum constare non posse judicat.

§. 11. *Ut id ab se donum acciperet*] Pro *ab se* quidam in exemplari vetusto scripserat *ipse*. RHENANUS.

Haud minorem ejus rei apud se gratiam fore] Libb. MSS. tres *apud se gratiam futuram esse*. GEBH. Put. et caeteri *gratiam futuram esse*. J. FR. GRON. Unus Ber. priscam scripturam servat. Reliqui una cum Hearnii Oxonn. et Brancal. Latinii *futuram esse*. Froben. anno 1535. *futuram affirmantes* edidit. Sed *fore* Curio, mox Lugdun. anno 1553. hinc Paris. anno 1573. tum reliqui ad Gronov. usque revocarunt. Mox §. seq. omnes priores edd. *tantopere*, pro quo ultima Gruteri *tanto opere* substituit, adcinentibus Florent. Voss. Lovel. 1. 3. Harl. et quibusdam aliis. Ita etiam hunc locum laudat Gebhardus ad 4, 3, 2. V. ad 28, 18, 4.

Digitized by Google

tis Scipionis: *Venisse Diis simillimum juvenem, vincentem omnia, quum armis, tum benignitate ac benefi-*
14 *ciis.* Itaque, delectu clientium habito, cum delectis mille et quadringentis equitibus intra paucos dies ad Scipionem revertit.

1 LI. Scipio retentum secum Laelium, dum captivos obsidesque et praedam ex consilio ejus disponeret,

§. 13. *Implevit populares laudibus et meritis Scipionis*] Deleta copula iidem Gallicani et Voss. *implevit populares laudibus meritis Scipionis.* 4, [13, 13.] *Laudibusque haud immeritis onerarent.* 7, [36, 9.] *Consul classico ad concionem convocat, orsusque meritas Decii laudes.* Etsi duo Pall. illic *merita Decii laudesque.* Quod non probo. Eodem libro [c. 7, 3.] *Simul audientibus laudes meritas tollit animos.* 10, [22, 4.] *Subscripsit orationi ejus consul cum meritis P. Decii laudibus.* Et eodem libro [c. 29, 20.] *Fabius collegae funus omni honore laudibusque meritis celebrat.* J. FR. GRON. *laudibus et meritis* Lovel. 2. 3. Rec. Ber. Hav. et Hearnii N. *laudibus meritisque* Harlej. reliqui cum Hearnii L. 1. *laudibus meritis.* 4, 41, 9. *Non ab se magis amovens culpam, quam Tempanium meritis laudibus ferens.* Mox *Dis simillimum* Flor. et Voss. V. ad 5, 14, 4. Hinc perperam una voce *dissimillimum* dederunt Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. V. ad 37, 53, 5.

§. 14. *Delectu clientium habito cum delectis mille et quadringentis equitibus*] Respuunt libri τὸ *delectis*, excepto primo, qui offert *dilectis* probe probeque. GEBH. *dilectu clientium* Flor. Lov. 1. 3. a m. 1. et Gaertn. V. ad 37, 51, 7. *delectu clientum* Ber. et Hav. V. ad 23, 3, 2. Tum *delectis* exsulat a Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Deinde *mille et trecentis* Lov. 5. et Hearnii L. 1. ac D. *mille trecentis* Hav. *mille quadringentis* Lov. 4.

Intra paucos dies ad Scipionem rediit] Put. *revertit.* Regius *revertitur.* J. FR. GRON. *redit* Voss. Lov. quinque, Harlej. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et ed. Parm. V. ad 36, 35, 2. *rediit* Flor. Ber. et Hav. *revertit* edidit jam Aldus, verum *rediit* ejus loco reduxit Curio. V. ad 6, 29, 8.

§. 2. *Satis omnibus compositis*] Emendavimus in veteri *rebus omnibus compositis.* RHEN. Quasi illa lectio, *satis omnibus compositis*, quae in omnibus libb. MSS. et prisca ed. etiam comparet, vera non esset, haec *rebus omnibus compositis* ab popa Sleftadiensi supposita est, quam merito dispunxi. GEBH. Omnes etiam mei *satis* tuentur, quod Gronov. recte alteri iterum subposuit. Inpense hac voce delectatur. *satis convenit* habes 2, 50, 11. *satis speraus* 5, 46, 3. *satis scire.* V. ad 6, 28, 7. *satis fretus* 10, 5, 5. *satis creditur.* V. ad 21, 8, 3. *satis certa luce* 28, 14, 8. *satis constat.* V. ad 36, 35, 8. *satis*

Digitized by Google

ret, satis omnibus compositis, data quinquereme, 2
captivisque, Magone et quindecim fere senatoribus,
qui simul cum eo capti erant, in navem inpositis,
nuncium victoriae Romam mittit. ipse paucos dies, 3
quibus morari Karthagine ſtatuerat, exercendis na-
valibus pedeſtribusque copiis absumsit. Primo die 4
legiones in armis quatuor millium spatio decurre-
runt: secundo die arma curare et tergere ante ten-

placuere 39, 30, 8. et similia passim.

Captivis, Magone et quindecim fere senatoribus] In scriptis legitur *captivis cum Magone et q.* Ut intelligas, et alios captivos, praeter Magonem et quindecim senatores, navibus impositos. RHEN. Polyb. [10, 19.] *Δύο μὲν γὰρ ἦσαν κατειλημμένοι τῶν ἐκ τῆς γερουσίας, πέντε δὲ καὶ δέκα τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου.* SIG. Omnes noſtri abolent *τὸ cum*, quod Rhenanus addidit. Put. *data quinquereme, captivisque, Magone et quindecim fere senatoribus, qui simul cum eo capti erant, in nave ut impositis.* Lege *in navem impositis*, ut est in uno Pall. caetera recte. J. FR. GRON. *captivis Magone* omnes noſtri. Contra, *captivisque Magone* in suis eſſe, Hearne teſtatur.

Qui simul cum eo capti erant, in nave impositis] Vet. lib. *in navem*. SIG. Pal. 2. *in navem*. GEBH. *in nave impositis* Voſſ. Harl. Gaertner. Lov. 4. et Ber. *impositis nave* Lov. 2. *in nave ut impositis* Flor. Reliqui *in navem impositis*. Recte. Supra 22, 11, 9. *Qui minores quinque et triginta annis erant, in naves inposiri*. ubi vide. 24, 1, 9. *Clam in portum deductis atque impositis in naves*. 28, 30, 5. *Conjuratis in quinquaremem impositis.* 31, 23, 8. *Praeda omnis in naves inposita*. 45, 33, 1. *Clipeisque aereis in naves impositis*. Et mox §. 7. *Haec in classem inposita devehenda Romam*. c. 34, 8. *Exercitu in naves inposito, in Italiam trajecit*. Auctor Epit. Liv. 77. *Inpositus publice in navim delatus est in Africam*. Ita enim legendum eſſe docebo.

§. 3. *Ipse paucos dies, quibus morari Karthagine statuerat, exercendis* etc.] Polyb. [10, 20.] *Αὐτὸς δὲ χρόνον μέν τινα ἐν τῇ Καρχηδόνι τάς τε ναυτικὰς δυνάμεις ἐγύμναζε συνεχῶς, καὶ τοῖς χιλιάρχοις ὑπέδειξε τοιοῦτόν τινα τρόπον τῆς τῶν πεζικῶν στρατοπέδων γυμνασίας.* SIG.

§. 4. *Primo die legiones in armis quatuor millium spatium decurrerunt*] [Polyb. ibid.] *Πρώτην μὲν ἡμέραν ἐκέλευσε τροχάζειν ἐπὶ τριάκοντα σταδίους ἐν τοῖς ὅπλοις.* SIG. Omnino videtur legendum *decurrerent*. nam sequitur, *secundo die arma curare et tergere ante tentoria jussit*. URSIN. Latinius conjecit *decurrere*, ut infinitivus pendeat a seq. *jussit*: quomodo etiam Ursinum voluiſſe ex adductis illis verbis seqq. suspicor, licet in ipsa ejus nota *decurrerent* scriptum sit. Verum nulla neceſſitas subigit, ut invitis Mſtis vulgatum mutemus.

Digitized by Google

toria jussit: tertio die rudibus inter se in modum justae pugnae concurrerunt, praepilatisque missilibus jaculati sunt: quarto die quies data: quinto
5 iterum in armis decursum est. Hunc ordinem la-

Secundo die arma curare et tergere ante tentoria jussit] [Polyb. ibid.] *Τὴν δὲ δευτέραν πάντας ἐκτρίβειν καὶ θεραπεύειν, καὶ καταθκοπεῖν ἐν τῷ φανερῷ τὰς πανοπλίας.* SIG. Forte *jussi*. J. FR. GRON. Si id malis, ultima litera *τῷ jussit* adhaesit ex principio vocis sequentis. V. ad 40, 7, 8. Omnes nostri constanter *jussit* tuentur.

Tertio die sudibus inter se etc.] Polyb. [ibid.] haec praeposterе narrat. *Τῆς δὲ ἑξῆς ἀναπαύεσθαι καὶ ῥαθυμεῖν· τῇ δὲ μετὰ ταύτην τοὺς μὲν μαχαιρομαχεῖν ξυλίναις ἐσκυτωμέναις μετ' ἐπισφαίρων μαχαίραις, τοὺς δὲ τοῖς ἐσφαιρωμένοις ῥόσφοις ἀκοντίζειν.* SIG. Pal. 1. ac 3. *rudibus*. GEBH. Put. Reg. Men. duo Pall. *rudibus*. Optime. Notum ex Suetonio [Calig. 32.] *Mirmillonem rudibus secum batuentem*. Polybius *ξυλιναῖς ἐσκυτωμέναις μετ' ἐπισφαίρων μαχαίραις*. Notatumque Lipsio, cui frustra repugnat Jos. Castalio. J. FR. GRON. *rudibus* e MS. emendavit Lipsius 1. Saturn. 15. probante etiam Stewechio ad Veget. 2, 23. Locus Castalionis est Dec. 3. Obs. 7. DUK. *rudibus* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hearnii N. V. infra ad 40, 6, 6.

Praepilatisque missilibus jaculati sunt] Codex antiquus habet hic *piiatisque missilibus*. Suspicor scribendum *pilatisque missilibus*. RHEN. Cujusmodi missilia *praepilata* dicantur, adhuc quaero. Quidam libri *pilatis* habent. GLAR. Perperam Rhenanus *pilatisque*. GEBH. De his Yvo Villiom. in loca controv. Titii l. 5, 10, 11. et Lipsius 4. Poliorc. 4. DUK. Male *propilatisque* Flor. et *populatisque* Gaertn.

Quinto iterum in armis concursum est] [Polyb. ibid.] *Τῇ δὲ πέμπτῃ πάλιν ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς δρόμους κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐπανάγειν.* SIG. Pall. tres *decursum est*. GEBH. Omnes nostri, ut et vett. edd. *decursum*. Verbum proprium in hac re. 23, [35, 6.] *Ibi quia otiosa stativa erant, crebro decurrere milites cogebat*. 29, [22, 2.] *Terrestrem navalemque exercitum non instructos modo, sed hos decurrentes, classemque in portu simulacrum et ipsam edentem navalis pugnae ostendit*. 44, [9, 5.] *Horum inductio in parte simulacrum decurrentis exercitus erat*. Seneca ep. 18. *Miles in media pace decurrit sine ullo hoste*. J. FR. GRON. Ex antiquioribus edd. *concursum* vidi in Rom. anni 1472. Parm. Tarvis. utraque, Ven. anni 1495. 1506. et Ascens. 1510. Quum vero interim Ven. anni 1498. et Mediol. anni 1505. et Mediol. anni 1505. *decursum* substituissent, id Ascens. anni 1513. 1516. aliique receperunt, donec Curio iterum *concursum* revocaret, omnibus codd. invitis. Ei tamen obedientes fuerunt Lugd. anno 1553. tum Paris. anno 1573. et hinc reliqui, usque ad Gronov. qui *decursum* adseruit et inlustravit. Supra 24, 48, 11. *Ordinatosque proxime morem Romanum, instruendo et decurrendo signa sequi, et servare ordines docuit*. 25, 17, 5. *Armatum exercitum decucurrisse cum tripudiis Hispanorum*. 35, 35, 9. *Educeret, et*

Digitized by Google

boris quietisque, quoad Karthagine morati sunt, servarunt. Remigium classicique milites, tranquillo 6 in altum evecti, agilitatem navium simulacris navalis pugnae experiebantur. Haec extra urbem terra 7

armis decurrere cogeret, simul animos acueret et corpora exerceret. 40, 6, 5. *Mos erat, lustrationis sacro peracto exercitum decurrere, et divisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnae.* c. 47, 8. *Imperat, ut ornari omnes copias peditum equitumque, et decurrere jubeant armatas.* Huc referendus est titulus in nummis obvius *DECURSIO.* Mox §. seq. *servaverunt* priores edd. pro quo Gronov. vulgavit *servarunt*, concinentibus Florent. plurimisque Mstis.

§. 6. *Remigio classis cives militesque tranquillo in altum evecti*] Vitiatus locus est, quum pro *Remigium* scriptum sit *Remigio*, et pro *classicique*, *classis cives*. Legendum autem, attestante vetusto volumine, *Remigium classicique milites tranquillo in altum evecti*. Porro sic vocat Livius *Remigium* ipsam multitudinem remigum, quemadmodum Horat. dixit [1. ep. 6, 63.] *Remigium vitiosum Ithacensis Ulyssei.* RHEN. Prisca ed. *Remigio classis cives militesque.* Pal. 1. *Remigium classis cives militesque.* tert. *Remigium clausi civesque milites.* GEBH. Praeclara emendatio Rhenani, *Remigium classicique milites*, sperni a nobis haudquaquam debuit, quum praesertim ita plane Put. Alii corrupte, sed ut alludant, *Remigium clausi civesque milites*, aut *Remigium classis cives militesque.* Horatius [1. Ep. 6, 62.]

— — *Caerite cera*
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Ulyssei.

Ovidius in epist. Hypsipyles [Phyllidis vers. 47.]

Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires.

Tacitus 14. Ann. [39.] *Quod paucas naves in litore remigiumque in iis amiserat, tamquam durante bello.* Livius supra [c. 39, 7.] *Circa Crotonem Sybarimque suppleverat remigio naves.* J. FR. GRON. *Remigium clausi cives militesque* Lov. 4. *Remigium classis cives militesque* Lov. 3. Ber. Gaertn. et Hav. *Remigium classis civesque militesque* Lov. 2. 5. *Remigium classis civesque milites* Brancal. Latinii. *Remigium clausi civesque milites* Flor. Voss. et Lov. 1. *Remigium classicique milites* in Harl. fuisse videtur; certe, licet conlatus sit cum ed. ita exhibente, nulla tamen lectionis varietas ex eo adfertur. Id autem recte viri docti probarunt, et *remigium* exposuerunt remigum multitudinem. Infra 37, 11, 3. *Classem instructam paratamque in portu stare, remigium omne Magnesiam ad Sipylum missum.* V. Boxhorn. ad Taciti 16. Ann. 2.

Agilitatem navium simulacris navalis pugnae experiebantur] Pall. 1. et 3. *agilitatem simulatis navalibus pugna experiebantur.* GEBH. *simulacris navalibus pugnae* Flor. et Harl. *simulacris navalibus pugnam exp.* Lov. 2. *simulatis navalibus pugna* Voss. *simulatis navibus pugna* Lov. 1. *simulatis navalibus pugnis* Lov. 3. 4. 5. Hafn. Rec. Hav. et Brancal. Lat. Nihil mutandum. Infra 29, 22, 2. *Classem in portu, simulacrum et ipsam edentem navalis pugnae, ostendit.* 35, 26, 2. *Ut novarum navium agilitatem experiretur, quotidie re-*

Digitized by Google

marique corpora simul animosque ad bellum acuebant. urbs ipsa strepebat adparatu belli, fabris
8 omnium generum in publica officina inclusis. dux cuncta pari cura obibat. nunc in classe ac navali erat: nunc cum legionibus decurrebat; nunc operibus adspiciendis tempus dabat, quaeque in officinis, quaeque in armamentario ac navalibus fabro-

migem militemque simulacris navalis pugnae exercebat.

§. 7. *Respublica ipsa strepebat adparatu belli. Fabris omnium generum in publica officina inclusis data cuncta, quam pari cura subibat*] Et hae clausulae miris modis interpolatae sunt. nec lectio veteris libri prorsus bene habet, quae est hujusmodi: *urbs ipsa strepebat apparatu bellicam officinam inclusis. Dux cuncta pari cura obibat, nunc in classe ac navali erat, nunc cum legionibus decurrebat, nunc operibus aspiciendis tempus dabat.* Porro suspicor legendum: *Urbs ipsa strepebat apparatu belli, publica officina inclusis.* subaudi *opificibus strepebat.* Nam de illis loquitur, de quibus supra dixit [c. 47, 2.] *Destinavit opifices, ad duo millia hominum erant, eos publicos fore cum spe propinqua libertatis.* Jam vide, quomodo interpolatus sit iste locus. Primum pro *Urbs ipsa* subdidit castigator *Resp. ipsa,* quasi respublica strepere possit. Deinde haec verba *fabris omnium generum* fortassis adjecit de suo, clausulamque elegantem, *dux cuncta pari cura obibat,* ipse sic mutavit *data cuncta, quam pari cura subibat,* ut de officina intelligamus. Postremo omisit oratiunculas *nunc in classe ac navali erat, nunc cum legionibus decurrebat.* RHEN. Ostendit omnibus elementis hanc lectionem Pal. 2. *Urbs ipsa strepebat apparatu belli, fabris omnium generum in publica officina inclusis.* Qua cur non acquiescat Lucumo Treboceus, non reputo caussam. Ejus vero lectio mihi non placet, quoniam vulgatae lectioni etiam subscribunt reliqui fere libri, nisi quod pro *Urbs* sustinent *Resp.* Deinde Pall. 1. 2. et vet. ed. *data cuncta pari cura subibat.* tert. vero *data cunctis pari cura subibat.* GEBH. *r. p.* vel *respublica ipsa strepebat apparatu belli* plerique, quibus utor, codd. at *acuebantur. p. ipsa strepebat apparatu belli* Flor. in qua lectione manifesta vestigia sunt verioris illius a Rhenano probatae *acuebant. urbs ipsa.* Deinde *fabris omnium generum in,* quas voces Rhenanus ejecit, supersunt in omnibus meis. Tum *data cuncta pari cura subibat* tantum non omnes mei, qui simul cum Hearnii D. et L. 1. ignorant sequentia *nunc in classe ac navali erat, nunc cum legionibus decurrebat.* Illa, quae nunc exstat lectio, primum adparuit in Frob. anni 1535. eamque, si non veram, certe verisimilem puto. Priores fere exhibebant, ut in capite adnotationis Rhenani adscriptum est.

§. 8. *Nunc operibus adspiciendis tempus dabat*] An potius *inspiciendis?* id est, considerandis et examinandis, quam multa scil. et quam bona a fabris facta essent. *Inspicere rem* est accurate consi-

Digitized by Google

rum multitudo plurima in singulos dies certamine ingenti faciebat. His ita inchoatis, refectisque, qua 9
quassi erant, muris, dispositisque praesidiis ad custodiam urbis, Tarraconem est profectus, a multis legationibus protinus in via aditus. quas partim dato 10
responso ex itinere dimisit, partim distulit Tarraconem, quo omnibus novis veteribusque sociis edixe-

derare, aestimare, et noscere, qualis ea sit. 6, 27, 8. *Inspecto aere alieno, initaque ratione minuendi ejus.* 24, 40, 10. *Dum juventutem Apollo initiam, armaque, et urbis vires inspicerent. ubi ea visa inspectaque satis animorum fecere.* 26, 11, 9. *Ex iis stativis regressus ad inspiciendum opus.* Sic *rem inspiciendam dare* in libris Juris. DUK. De verbo *adspicere* hoc sensu v. ad 42, 5, 8. *opus dabat*, pro *tempus*, Hearnii L. 1.

Quaeque in armamentario ac navalibus sociorum multitudo] Pal. 1. *que ac navalibus sociorum fabrorum.* sec. tert. et prisca ed. *quae ab navalibus sociorum fabrorum.* GEBH. *quae ac navalibus sociorum fabrorum* Voss. Lov. 2. Harl. et Hav. *quae ab navalibus sociorum fabrorum* Lov. 4. Ber. a m. 1. et edd. ante Aldum. *quaeque ab navalibus sociorum fabrorum* Ber. a m. 2. et Hearnii L. 1. *quae navalibus sociorum fabrorum* Gaertn. *ac navalibus sociorum fabrorum* Lov. 3.

§. 9. *Refectisque, quos quassaverant, muris*] Vetus exemplar habet *refectisque, quae quassata erant muri.* RHEN. Vet. lib. *refectisque, quos quasserant, muris.* SIG. Rhenanus *quae quassata erant muri*, nullis nostris secundis. Put. *qua quassaverant muris.* Scribe *refectisque, qua quassi erant, muris.* Nam et 25, 3, 11. idem liber *in veteres quassasque naves.* J. FR. GRON. Non improbanda conjectura, etsi scriptura libri vet. apud Rhenanum defendi potest ex 33, 17, 10. *Die ac nocte intenti reficere quassata muri.* DUK. *refectisque quae*, vel *quos*, vel *quo quassaverant muris* Hafn. Rec. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Concinunt Flor. nisi quod desit vocula secunda, et Lov. 4. atque Hearnii N. nisi quod omittant *τὸ que.* Doujatius malebat vel cum Sigonio *quos quassaverant*, scil. milites, vel cum Regio, cui consentiunt Lov. 3. et quaedam edd. ante Gronov. *quos quassaverat*, nempe Scipio. Etsi enim multi scalis in moenia evaserint, probabile tamen putat, ab aliis concussam machinis fuisse murorum partem proximam portae, quam effregerant. Crevier. ad Put. lectionem propius accessurum putat, si legamus *qua quassati erant.* De ipso erroris genere v. ad 23, 29, 16.

Dispositisque praesidiis accuratio jam urbis] Pauci quidem, sed illi quoque, licet non multi, emendandi codices, qui sic habent. *ad custodiam* Livius scripserat pro eo, quod illi *accuratio jam* mendose fecerunt. SABELL. Polybius [10, 20.] *Μετὰ ταῦτα ταῖς τε φυλακαῖς, καὶ ταῖς τῶν τειχῶν κατασκευαῖς ἀσφαλισάμενος τὰ κατὰ τὴν πόλιν, ἀνέζευξε καὶ τῇ πεζικῇ καὶ ναυτικῇ δυνάμει, καὶ προῆγε ποιού-*

Digitized by Google

11 rat conventum. Et cuncti fere, qui cis Iberum incolunt, populi, multi etiam ulterioris provinciae convenerunt. Karthaginiensium duces primo ex industria famam captae Karthaginis compresserunt: deinde, ut clarior res erat, quam ut tegi ac dissi-
12 mulari posset, elevabant verbis. *Necopinato adventu ac prope furto unius diei urbem unam Hispaniae interceptam, cujus rei tam parvae praemio elatum insolentem juvenem, inmodico gaudio speciem magnae victoriae*
13 *inposuisse. At, ubi adpropinquare tres duces, tres victores hostium exercitus audisset, obcursuram ei extem-*
14 *plo domesticorum funerum memoriam.* Haec in vulgus jactabant, haudquaquam ipsi ignari, quantum sibi ad omnia virium, Karthagine amissa, decessisset.

μενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ Ταράκωνος, ἔχων μετ' αὐτοῦ καὶ τοὺς ὁμήρους. SIG. *accuratae*, vel *accurata*, vel *accurate jam* omnes mei cum Hearnii L. 1.

§. 11. *Multi etiam ulterioris Hispaniae convenerunt*] Put. et omnes Gall. *ulterioris provinciae convenerunt*. Aut eo respicit Livius, quod Publius Cnaeusque, pater et patruus Africani, eam provinciam fecerant, aut utitur phrasi suo tempori convenientiore. J. FR. GRON. Mihi Livius ulteriorem Hispaniam videtur vocare *provinciam*, non sui tantum, sed etiam illius temporis, quo haec gesta sunt, respectu, ea ratione, qua *provincia* dicitur omnis regio, in qua bellum geritur. Nec Scipiones post multorum annorum conatus Hispaniam ulteriorem potuerunt facere *provinciam*. DUK. *ulterioris provinciae* etiam omnes mei, et Hearnii Msti cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Ut tegi ac dissimulari posset] Pal. 2. *aut tegi aut dissimulari*. GEBHARDUS.

§. 12. *Cujus rei tam parvae praemio*] Apparet ex scriptura libri vetusti, legi etiam posse *ejus rei tam parvae praemio*. RHENANUS.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI VIGESIMI SEPTIMI.

Cn. Fulvius proconsul cum exercitu ab Hannibale ad Herdoneam caesus est. Meliore eventu a Claudio Marcello consule adversus eumdem ad Numiſtronem pugnatum est. inde Hannibal noctu receſſit. Marcellus insecutus est, et subinde cedentem pressit, donec confligeret. priore pugna Hannibal superior fuit, Marcellus insequenti. Fabius Maximus pater consul Tarentinos

Cn. Fulvius proconsul] Eutropius ait [3, 14.] *Annibal in Italia Cn. Fulvium consulem subito aggressus, cum octo millibus hominum cepit.* Quo loco aut est reponendum *Cn. Fulvium proconsulem;* aut *consul* sumitur pro proconsule, quemadmodum nonnumquam *praetor* pro propraetore. DELRIUS. Praenomen omittitur in Boend. *Gajus Nerinus Fulvius* perperam legit Voſſ.

Cum exercitu ab Hannibale caesus est] Vet. lib. *caesus ad Herdoneam est.* Recte. ita enim quoque Livius. SIG. *Τὰ cum exercitu* desunt in Leid. qui praeterea *ab Hannibale ad Aceroneam caesus est* praefert. *ab Hannibale ad Iteroneam caesus est* Voſſ. et Boend. *ab Hannibale ad Hiteroneam caesus est* Berg. *ab Hannibale caesus ad Heroneam est* Exc. Pithoei. Voces *ad Herdoneam,* ut in vett. edd. plerisque, ita etiam desunt in Norv.

A Claudio Marcello consule adversus eumdem ad Numiſtronem pugnatum est] *ab Claudio Marcello* Leid. *a C. Lucio Marcello* Voſſ. Voces *consule adversus eumdem* desunt in Boend. Hinc *Anumiristio pugnatum* Voſſ. *ad Numisonem pugnatum est* Leid. *ad Numisionem pugnatum est* Exc. Pithoei. *ad Missanem pugnatum est* Boend. *ad Muniſtonem pugnatum est* Berg. Mox *nocte recessit* Voſſ. et Berg. *nocte excessit* Boend.

Donec effugeret] Vet. lib. *donec confligeret.* SIG. Ita et omnes mei. Hearnii Norv. solus alteram lectionem tuetur. Mox *τὸ fuit* non adparet in Leid. Voſſ. Berg. Boend. et Exc. Pithoei. Hinc *Marcellus sequenti* iidem codd. nisi quod *sequenti Marcellus* legat Berg.

Digitized by Google

per proditionem recepit. In Hispania ad Baeculam Scipio cum Hasdrubale Hamilcaris conflixit, et vicit. inter alia captum puerum regalem eximiae formae ad avunculum Masinissam cum donis dimisit. Claudius Marcellus, T. Quinctius Crispinus consules, speculandi caussa progressi e castris, insidiis ab Hannibale circumventi sunt. Marcellus occisus fuit, Crispinus fugit. Res praeterea a P. Sulpicio praetore adversus Philippum et Aetolos gestas continet. Lustrum a censoribus condi-

Fabius Maximus pater consulis] Emenda *pater consul*, ut infra [c. 8, 13.] *Maximus filius*. SIG. *Maximus* deest in Boend. vox sequens in Leid. Voss. et Berg.

Tarentinos per deditionem accepit] Vet. lib. *per proditionem recepit*. egregie: ut enim amissum fuerat, sic receptum proditione Tarentum est. Plut. in Fabio [p. 186.] *Τὴν δὲ Ταραντίνων πόλιν ἔσχεν ἐαλωκυῖαν ἐκ προδοσίας*. SIG. Consentiunt Leid. Voss. et Berg. *per deditionem recepit* Boend. *per deditionem accepit* Norv. V. mox ad 27, 1, 1.

In Hispania ad Baeculam Scipio cum Hasdrubale Hamilcaris conflixit, et vicit] *ad Besulam* Berg. *ad Bastuliam* Norv. cum edd. antt. *ad Ventuliam* Boend. Deinde *Hasdrubale et Hamilcare* Leid. Voss. Berg. Boend. Norv. et priores edd. Praeterea *conflixit vicit* Exc. Pithoei. In sequentibus *cum donis remisit* Boend. *cum donis misit* Leid. Norv. et edd. usque ad Grut. qui in ultima *ἐκδόσει* dedit *dimisit*, consentientibus Voss. et Berg. Ceterum haec periodus usque ad verba *cum donis dimisit* in Leid. et Voss. demum exstat post illa *populo Romano abstulisset*. Verum in Berg. et Boend. ordo plurimum mutatur. Nam *τῷ recepit* subjicitur *Claudius Marcellus* usque ad *Crispinus fugit*. Hinc sequitur *Lustrum a censoribus* usque ad *Romano abstulisset*. Postea haec *In Hispania* usque ad *cum donis dimisit*. Tum *Hasdrubal, qui cum exercitu* usque ad finem epitomes; quibus ultimo loco subjungitur *Res praeterea* usque ad *gestas continet*.

Crispinus consules speculandi caussa egressi e castris] Secunda vox non comparet in Leid. et Voss. Tum *progressi* legunt Leid. Voss. Berg. Boend. et Exc. Pith. quod recepi. Praeterea *a castris* Norv. et edd. antt. invitis reliquis Mstis. Infra Liv. c. 27, 3. *Si quos longius a castris progresses possent excipere*. Mox *τὸ fuit* exsulat a Leid. Voss. Berg. et Boend.

Res praeterea a P. Sulpicio praetore] *Res praeterea feliciter a P. Sulpicio* Boend. *Res praeterea feliciter ac P. Scipione in Hispania, et a P. Sulpicio* Berg. Leid. Voss. Exc. Pithoei, Norv. et edd. antt. nisi quod Norv. et pleraeque edd. omiserint *τὸ feliciter*. Idem vero Boend. cum Leid. et Voss. periodum hanc usque ad *gestas continet* in finem Epitomes rejecerunt. Sed additamentum hoc minus necessarium est, quia re-

Digitized by Google

tum est: censa sunt civium capita centum triginta septem millia centum et octo: ex quo numero adparuit, quantum hominum tot proeliorum adversa fortuna populo Romano abstulisset. Hasdrubal, qui cum exercitu novo transcenderat Alpes, ut se Hannibali conjungeret, cum millibus hominum quinquaginta sex caesus est, M. Livii consulis ductu, sed non minore opera Claudii Neronis consulis. qui, quum Hannibali obpositus esset, relictis castris, ita ut hostem fal-

rum a Scipione prospere in Hispania gestarum jam antea hac epit. mentio facta fuit. Mox *Asireos continet*, omissa media voce, Leid. *Asires continet* Voss. *Assiries continet* Berg. *a Siries continet* Boend. *Ascraeos gestas continet* Exc. Pithoei.

Centum triginta septem millia centum et octo] *CXXXVII et CVIII* Boend. et edd. antt. *millia et centum octo* Voss. et Norv. *millia centum octo* Leid. et Berg. Mox *ex numero* Voss.

Ut se Hannibali conjungeret, cum millibus hominum quinquaginta sex caesus est] Vet. lib. *capta vero quadraginta*. Si captorum numerum noster addidit, scribo *capta vero quinque millia et quadringenta*. Eum namque numerum Plinius, Orosius et Diaconus recensent, licet a Polybio minor referatur; et Zonaras, Florus, Eutropius, auctor de Viris Illustribus nullum edant. DELRIUS. *Hannibali jungeret* Voss. Berg. Boend. et Exc. Pithoei. Tum vox *hominum* deest in Leid. Praeterea *caesus est, capta X.m CCCC* Berg. *caesus est, capta V. CCCC* Voss. et Exc. Pithoei. *caesus est, capta Vm. et CCCCti.* Boend.

M. Livii consulis ductu, sed non minore opera Claudii Neronis consulis] Perperam in Eutropio Claudio Neroni *Appii* praenomen praefigitur: cum T. Livio, Val. Maximo, Verrio Flacco, Cassiodoroque *C. Claudius Nero* dicatur. DELRIUS. Vox *consulis* priori loco deest in Leid. *τὸ sed* in Norv. et omnibus fere edd. usque ad ultimam Gruteri. *ductu, animo tamen minore, quam opera* Boend. Mox *qui tunc oppositus Hannibali erat* Leid.

Ita ut inimicum falleret, electa manu profectus] Vet. lib. *ita ut hostem falleret, cum electa manu profectus*. SIG. Praepositio adlatur, an absit, parum interest. Sed pro *electa* Livius frequentius dicit *delecta*. 2, 20, 5. *Quam delectam manum praesidii caussa circa se habebat*. Sic 26, 5, 3. et 50, 14. *Cum delectis mille et quadringentis equitibus intra paucos dies ad Scipionem revertit*. Corn. Nepos Annib. 4. *Cum delecta manu saltus occupantem*. DUK. Norv. perpetuus vett. editionum adsecla, *inimicum* tuetur, sed omnes mei *hostem*. V. ad Epit. 110. Deinde praepositionem *cum* etiam servant Leid. Voss. Berg. Boend. edd. Rom. anni 1472. Parm. et, teste Hearnio, ed. Rom. Aleriensis. Saepius Livium eam omittere solitum fuisse, vi-

Digitized by Google

leret, cum electa manu profectus, Hasdrubalem circumvenit.

dimus ad 1, 14, 7. et 22, 9, 5. At simul etiam certum est, eumdem etiam saepissime addidisse. 1, 14, 7. *Cum parte majore atque omni equitatu profectus.* Praestare itaque puto, ut addamus praepositionem, quam etiam Crevier. recepit. Praeterea *delecta manu* Boend. quod, quum *delicta* in ed. Camp. invenisset, magis placere atque usitatius esse, idem Crevier. professus est. Recte. Liv. infra c. 43, 11. *De toto exercitu civium sociorumque, quod roboris erat, delegit.* V. ad 34, 29, 10. Mox *circumvenit ad Metaurum amnem* Voss. *circumvenerat ad Methaurum amnem* Berg.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER VIGESIMUS SEPTIMUS.

I. Hic ſtatus rerum Hispaniae erat. In Italia consul Marcellus, Salapia per proditionem recepta,

§. 1. *Hic status rerum Hispaniae erat*] Non aliter Pal. 1. et vet. ed. At Pal. 2. *Hic ſtatus rerum in Hispania erat.* tert. *Hic ſtatus in Hispania erat.* GEBH. *Hic ſtatus rerum Hispania erat* Flor. ubi ultima litera *τοῦ Hispaniae* intercepta est a prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. vel etiam *in* excidit ob praecedentis vocis literam finalem *m*. V. ad 10, 13, 3. Certe *rerum in Hispania* Cant. Ber. a m. 1. Lov. 4. Hav. et Hearnii D. Sed plures *Hispaniae* legentes sequi malo. Saepe duos genitivos jungi, quorum alter ex altero pendet, vidimus ad 25, 15, 11.

In Italia autem consul] In veteri cod. non est *autem*. RHEN. Vet. lib. *In Italia aütem consul.* quae lectio nescio cur a Rhenano rejiciatur. SIG. Pal. 1. et Vet. ed. Sigonii quoque liber *In Italia autem consul.* GEBH. Ita et Voſſ. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Sed recte particulam hanc, quam Flor. et Cant. ignorant, Rhenanus ejecit. Saepius eam contra mentem Livii additam esse, vidimus ad 21, 40, 11.

Salapia per proditionem recepta] Vet. lib. *per deditionem.* SIG. Omnes mei vulgatum tuentur. Ita supra Epit. huj. libri eadem vocabula librarii commutarunt. Similiter etiam *prodere* et *tradere.* V. ad 3, 54, 12.

Maroneam et Meles de Samnitibus] Nomina horum oppidorum reticet Plut. in Marcello, cum ait [p. 312.] *Τὰς Σαμνιτικὰς πόλεις μεγάλας ἀφεσώσας ἕλων.* Item quod ait Livius *ad tria millia militum Annibalis*, Plutarch. inquit: *Ἀννίβου στρατιώτας τρισχιλίους ὄντας.* SIG. *Marmoreas et Meles* Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Hafn. Hav. Colbert. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Marmoras et Meles* Hearnii N. *Marmoras et Melles* Hearnii L. 1. *Maronea et Meles* Lov. 4. et Harl. *Maroneam et Melos* Gaertn. Doujatius, hujus nominis urbem in Thracia et Syria, nullam vero in Samnio et vicino Italiae tractu reperiens, videndum jubebat, num Livius indicare voluerit *Marrucinum Theate*, primarium oppidum Marrucinorum, qui Samnitibus contributi sunt; vel *Marruvium* Marsorum, qui ipsi quoque saepe, sive sponte, sive vi, Samnites secuti leguntur. Deinde conjicit *Melas*: quia *Melae*

Digitized by Google

2 Maroneam et Meles de Samnitibus vi cepit. Ad tria millia militum ibi Hannibalis, quae praesidii caussa relicta erant, obpressa. Praeda (et aliquantum ejus fuit) militi concessa. tritici quoque ducenta quadraginta millia modiùm, et centum decem mil-
3 lia hordei inventa. Ceterum nequaquam inde tantum gaudium fuit, quanta clades intra paucos dies

Samnitium oppidum memoratur 24, 20, 5. ab hac ultima conjectura haud alienus videtur Cellar. 2. Orb. Ant. 9. p. 555. qui *Maroneam* se ignorare fatetur.

§. 2. *Praedae aliquantum ejus militi fuit concessum*] Exemplar Mstum habet *Praeda, et aliquantum ejus fuit militum concessa*. Arbitror legendum *Praedae aliquantum. Usui militum concessa*. Ut sit sensus, *Praedae aliquantum*, subaudi captum est. *Usui militum concessa*, sc. fuit praeda. Nam sequitur infra. *Ibi ad quatuor millia hominum capta, et caeterae praedae aliquantum*. RHEN. Placet conjectura Beati Rhenani, quam miror ab aliis esse repudiatam. *Praedae aliquantum. usui militum concessa*. Nam 25, [10, 10.] ait: *Ad diripienda hospitia Romana passim discursum est, et fuit praedae aliquantum*. SIG. Pall. 1. et 3. *Praedae aliquantum ejus fuit militi* (tert. *militibus*) *concessa*. sec. *Praedae et aliquantum ejus fuit militibus concessa*. Rhenanus conjecit *Praedae aliquantum. Usui militum concessa*. Sed miserum Livium, cui verborum inopi tam abrupte tanto tormento res Romanae narrandae fuerant! Quam tamen correctionem hominis, intemperatissime conjecturis abutentis, sibi placere ait Sigonius, mirarique ab aliis esse repudiatam. Vulgatam lectionem emovere, etiam auctoritate priscae ed. fultam, religioni duxi. GEBHARD. Miror Sigonium potuisse probare Rhenani conjecturam, qua nihil abruptius jejuniusque: *Praedae aliquantum. usui militum concessa*. Quis ita Livium loquutum credat? immo quis ita loquentem hodie ferat? Nihil melius veterum librorum scriptura, modo distinctionem addas: *Praeda (et aliquantum ejus fuit) militi concessa*. Sic plane Rhenani liber, sic Put. omnesque Gallicani. Flor. Pall. Gud. nisi quod quibusdam non optimis copula deest. Eo genere compositionis infra [c. 11, 14.] *iis omnibus (et multi erant) ademptis equi*. J. FR. GRON. *Praedae*, vel *Praeda aliquantum ejus fuit militi concessa* Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. Gaertn. et Hav. Id, quod ante Rhenanum exstitit, apud me superest in Ber. apud Hearnium autem in L. 1. et N. Sed *Praeda, et aliquantum ejus fuit, militi concessa* Flor. et Hearnii D. quod optime Gron. probavit. Hac compositione Livius saepe utitur. 9, 28, 5. *Omnia aedificia (et frequenter ibi habitabatur) circumjecta muris incendit*. ubi vide. 28, 2, 4. *Hanc justam legionem (et id ferme roboris erat) in prima acie locat*. 29, 23, 4. *Ut accensum cupiditate (et sunt ante omnes Numidae barbaros effusi in Venerem) sensit*. 31, 45, 15. *Cum multis vulneribus repulsi (et erat validum ibi regium praesidium)*

Digitized by Google

accepta est, haud procul ab Herdonea urbe. Castra ibi Cn. Fulvius proconsul habebat, spe 4
recipiendae Herdoneae, quae post Cannensem cladem ab Romanis defecerat, nec loco satis tuto posita, nec praesidiis firmata. Neglegentiam insitam ingenio ducis augebat spes ea, 5
quod labare iis adversus Poenum fidem senserat,

irrito incepto regressi, Canastrum Pallenes trajecere. 35, 34, 9. *Diocles cum omni equitatu* (*et erat tunc praefectus equitum*) etc. *profectus.* 44, 9, 2. *Tum terra marique* (*et classis adpulsa ab litore flabat*) *oppugnari coepti.* Adscita igitur parenthesi egregiam loco adfecto medicinam adtulit Gronov. quae et alibi Livio ex usu fuit. V. ad 22, 2, 3. et 31, 46, 10. Adde Rhenan. ad 28, 2, 4. Mox *ducenta L millia*, et deinde *centum XX millia* Hearnii D.

§. 3. *Nequaquam inde tantum gaudii fuit*] Vetus *tantum gaudium.* RHEN. *tantum gaudii* prisca ed. Sed Pall. trini *tantum gaudium.* Statim Pall. 2. et 3. *haud procul Herdonea urbe.* GEBH. Omnes, ut et Rhenani codex, *inde tantum gaudium fuit, quanta clades.* J. FR. GRON. Ita et Flor. omnesque mei, praeter unum Ber. qui servat *gaudii.* Deinde *haud procul ab urbe Herdonea* Lovel. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. *haud procul Herdonea urbe* sine praepositione Flor. V. ad 24, 28, 1. Ceterum *Herdonea* constanter codd. hoc et seq. cap. pro quo Cluv. 4. Ital. ant. 8. p. 1203. *Herdonia* substituendum putat, quia Liv. ita hoc oppidum vocavit 25, 21, 1. Verum *Herdonea* eadem est atque illa, quae *Ardoneae* vocatur 24, 20, 8. secundum Holsten. ad Cluv. p. 281. V. etiam Cellarii Orb. ant. 2, 9. p. 557. 563.

§. 4. *Cn. Fulvius proconsul*] Cn. Fulvius Centumalus. Nam Cn. Fulvium Flaccum praetorem biennio ante in iisdem locis devicerat. SIGON.

Spe recipiundae Herdoneae] Ita Froben. anno 1535. edidit. Priores dederant *recipiendae*, quod ex meis servant Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Rec. et Hav. Mox *praesidio firmata* Ber. et edd. antt. Sed voces *nec loco satis tuto posita*, *nec praesidiis* desunt in Hearnii D.

§. 5. *Labare iis adversus Poenum fidem senserat. Postquam, Salapia*] Distinguo: *augebat spes ea, quod labare iis adversus Poenum fidem senserat, postquam Salapia amissa excessisse his locis Annibalem in Bruttios auditum est. Ab Herdonea ea omnia.* etc. Haec enim occasio fuit Herdoneatibus vacillandi, quod Annibal recessisset. J. FR. GRON. *labantem adversus Poenum* Ber. a m. 2. *labentem adversus Poenum* Hearnii L. 1. Paullo ante *Neglegentiam* Flor. ut fere semper alibi. Mox *excessisse his locis in Bruttios Hannibalem* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Praeterea *Ea omnia*, *ab Herdonea* Voss. Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. pleraeque ante Curionem. Utroque loco ordinem vocum, quem scripti jubent, sequor. Ceterum distin-

Digitized by Google

postquam, Salapia amissa, excessisse his locis in
6 Bruttios Hannibalem auditum est. Ea omnia, ab Herdonea per occultos nuncios delata Hannibali, simul curam sociae retinendae urbis, et spem fecere incautum hostem adgrediendi. exercitu expedito, ita ut famam prope praeveniret, magnis itine-

ctionem Gronovii probant edd. vett. Alteram iterum Curio substituerat.

Excessisse his locis Annibalem in Bruttios etc.] Pall. tres *excessisse his locis in Brutios Annibalem auditum est: ea omnia ab Herdonea*. GEBH.

§. 6. *Ut famam prope praeveniret*] Vet. lib. *famam quoque*. SIG. Pal. 2. *famam prope praeveniret*. GEBH. *famam prope praeveniret* omnes mei, uno Rec. excepto.

§. 7. *Pari audacia Romanus*] Emendavimus *Par audacia Romanus*. nam sequitur, *consilio et viribus impar*. Et sic est in libro scripto. RHEN. Pall. 1. 3. et vet. ed. *Pari audacia*. sec. *Par audacia Romanis*. GEBH. *Pari audacia Romanus* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. a m. 2. Hafn. Gaertn. et Hav. Consentio tamen Rhenano.

Quinta legio et sinistra ala acriter pugnam inierunt] Reposuimus *et sexta alacriter pugnam inierunt*. Nam mox meminit sextae legionis et quintae. RHEN. Vet. lib. *quinta legio et sinistra ala acriter pugnam inierunt*. recte. Nam paulo post [c. 2, 6.] ait: *Prima legio et dextera ala*. Item *primae legioni tertia, dexterae alae sinistra subit*. Item multo post [c. 42, 2.] *Peditum prima legio et dextera ala proelium inibant*. SIG. Pall. tres *pugnam ingerunt* Caeterum a corruptione Rhenani recte defendit hunc locum Sigonius. GEBH. Rhenanus *et sexta alacriter*. Non subserviunt nostri: sed, qui differunt a vulgato, habent *sinistra alacriter*. J. FR. GRON. *quinta et sexta alacriter* Hearnii L. 1. *quinta legio et sinistra alacriter* Voss. Lov. 1. 2. 5. et Harl. Reliqui mei cum Hearnii N. et D. vulgatum servant. Hinc *injecerunt* Flor. a m. 1. Cant. et Gaertner. *inierant* Voss. Rhenani emendatio admitti nequit: nam infra quidem sextae legionis mentio fit, sed ea in secunda acie posita fuisse dicitur: nondum itaque pugnam inierat. *Sinistra ala* sunt milites sociales in sinistro acici cornu positi. V. Lips. 2. de Mil. Rom. 7. *acriter pugnam inire*, ut *acriter dimicare* supra 3, 5, 6.

§. 8. *Quum pedestres acies occupassent*] Haud secus Pal. 3. At pr. *pedestresque equesque occup.* sec. *pedestres acies equosque occup.* Vet. ed. *pedestres equitesque occup.* GEBH. Recte id, quod vulgo editur, Aldus restituit. Priores edd. legunt *pedestres equitesque occupassent:* quod etiam praeferunt Flor. a m. 2. Harl. Ber. a m. 1. et Hav. cum edd. antt. *pedestres equesque* Flor. a m. 1. Cant. Voss. Lov. 2. et Gaertn. *pedestres equestresque* Lov. 1. Ber. a m. 2. et Hearnii L. 1. *pedestres equestresque acies* Lov. 4. *pedites equitesque* Lov. 5. *pedes equesque* Hafn.

Pars terga pugnantium invade-

Digitized by Google

ribus ad Herdoneam contendit, et, quo plus terroris hosti objiceret, acie instructa accessit. Par au- 7
dacia Romanus, consilio et viribus inpar, copiis raptim eductis, conflixit. quinta legio et sinistra ala acriter pugnam inierunt. Ceterum Hannibal, signo 8
equitibus dato, ut, quum pedestres acies occupas-

rent] Reg. et Voss. *terga oppugnantium*. Put. *terga oppidantium*. Scribe *pars terga trepidantium invaderent*. Secretiore significatu *trepidare* est satagere, commovere se, negotium capessere. Noster infra hoc lib. [c. 28, 10.] *Vigiles, velut ad vocem illorum excitati, tumultuari, trepidare, moliri portam*. 28, [2, 3.] *Mille passuum aberant, quum ab hoste conspecti sunt, trepidarique repente coeptum*. 34, [14, 6.] *Dum trepidant acie instruenda, consul jam paratis ordinatisque omnibus incompositos aggreditur*. 10, [20, 8.] *Intermisti hostibus* (*quod facile erat in nocturna trepidatione*) *cognoscunt infrequentia armatis signa egressa*. 23, [16, 12.] *Dum in sua quisque ministeria discursu trepidat ad prima signa, succeditque ad muros acies*. Sallust. Jug. 67. *Romani milites improviso metu, incerti ignarique quid potissimum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi signa et scuta erant*. Haec vera lectio est: nam quod optimus Gruterus inducit, *tripidare arcem oppidi*, ignoscat mihi, si negem illud Latinum esse. Ipse Sallust. supra: *Arma capere alii, alii se abdere, pars territos confirmare, trepidare omnibus locis*. Neque accipio aliter, quicquid comminiscantur viri docti, apud Maron. [4. Aen. 121.] *Dum trepidant alae*. Ubi opportune allegat Servius ex Catone, *Sedere non potest in equo trepidante*. J. FR. GRON. *pugnantium*, quod unus aut alter meorum servat, et Doujat. in Reg. exstare testatur, primum inveni in Colon. ed. anni 1525. priores *oppugnantium*, consentientibus Voss. Lov. 2. 3. 5. Harlej. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. *oppidantium* Flor. qualem lectionem quum Gronov. in optimo Put. invenisset, ex ejus vestigiis verisimiliter admodum *trepidantium* scribendum conjecit. Id Doujatio displicuit, partim quia nullus adducitur codex, cujus auctoritate nitatur haec correctio, partim quia verbum illud eo sensu rarius usurpatur. Verum, si non ipsa haec lectio, certe manifesta ejus vestigia in duobus optimis Mstis supersunt; et praeterea rarior verbi usus loco corrumpendo caussam indoctis librariis dedit. Neque tamen rara adeo haec verbi ejus significatio est, quin pluribus ex Livio laudatis a Gronovio exemplis haud pauciora addi possint. Ita 2, 46, 3. *Pilis inter primam trepidationem abjectis, pugna jam in manus, jam ad gladios venerat*. c. 49, 11. *Inter primam trepidationem invecta subito ab latere Romana equitum ala*. 3, 60, 4. *Ut ex trepidatione concurrentium turba constitit, ordine cuncta exposuit*. 23, 7, 10. *Otiose inambulavit, trepidante tota civitate ad excipiendum Poenum*. c. 16, 12. *Dum in sua quisque ministeria discursu trepidat ad prima signa*. (* del.) 44, 6, 2. *Per alia atque alia pavida consilia et imperia trepidans*. c. 38, 10. *Hostes per summum otium*

Digitized by Google

sent praesenti certamine oculos animosque, circumvecti, pars castra hostium, pars terga trepidan-
9 tium invaderent, ipse in Fulvii similitudinem nominis, quod Cn. Fulvium praetorem biennio ante in iisdem devicerat locis, increpans, similem eventum
10 pugnae fore adfirmabat. Neque ea spes vana fuit. nam,

instruxerant aciem; nobis tunc repente trepidandum in acie instruenda erat. c. 40, 2. *Nec fessos, neque trepidantes in acie instruenda adgressurus erat.* Epit. Liv. 112. *Trepidatio v tarum partium in diversas orbis terrarum partes et fuga referuntur.* Excipit Cl. Crevier. *trepidare* semper aliquid incompositi tumultus notare, cujus nullum hic est vestigium, et hinc vulgatam lectionem *pugnantium* revocavit. Quamdam tumultus significationem huic verbo inesse, haud diffiteor, unde *trepidatio* et *tumultus* junguntur 37, 20, 11. At plerumque talis indicatur tumultus, qui in initio proelii esse solet, antequam milites concurrere et ad manus venire coeperint: qualis etiam hic indicatur. Non enim Hannibal equites invadere jussit in prima acie pugnantes, sed in secunda acie positos, qui nondum pugnam inceperant; unde etiam *pugnantium* minus hic placet. (*Interdum tamen et tumultum incompositum indicari non diffiteor, ut Epit. d. 112.)

§. 9. *Ipse Cn. Fulvii similitudinem nominis* etc. *increpans*] Pal. 1. *Ipse in Fulvii similitudinem nominis.* sec. *ipse in consiliis Fulvii similitudine nominisque Fulvium praetor.* tert. *ipse in Cn. Fulvii similitudine nominis, quia G. Fulvium.* GEBH. Put. et omnes Gallici, optimus Pal. Voss. *ipse in Fulvii.* Duo alii Pall. non minus habent praepositionem, sed statim inde paullum sunt vitiati: alter enim *ipse in consiliis Fulvii*: alter *ipse in Cn. Fulvii.* Quod ultimum probarem, nisi me illorum et antiquitas et bonitas permoveret. Phrasis eadem, quae apud Sallust. ad Caes. [1, 5.] *Illa, quae paullo ante hoc bellum in Cn. Pompejum victoriamque Sullanam increpabantur.* l. 1. noster, (c. 51, 1.] *Haec Aricinus in regem Romanum increpans ex concilio abiit.* Tacit. 5. Ann. [7.] *Cum in Blaesum multa falsaque incusavisset.* J. FR. GRON. *ipse in Fulvium similitudine nominis* Lov. 2. *ipse M. Fulvium* Lov. 4. *ipse in Cn. Fulvii* Ber. et edd. antt. *ipse in Fulvii* Flor. Voss. Hav. pluresque meorum, et omnes Hearnii Oxon. Vulgatum *ipse Cn. Fulvii*, quod etiam in aliis codd. superest, primum inveni in ed. Ascensii anni 1513. Sed integriores libros sequor. Pseudo-Cic. declam. in Sall. c. 3. *Quod in aetatem increpuisti.* ubi v. Cort. Sed Doujat. *ipse in Fulvium similitudinem nominis* etc. *increpans* ex altero Colbert. probat; quo modo fere *exprobrare* construitur supra 23, 45, 5. *Quum haec exprobrando in hostem Marcellus suorum militum animos erigeret.* Unum tamen cod. neque eum optimum, audire, temerarium videtur. Mox *quia Cn. Fulvium* Florent. Voss. Lov. 3. 5. Harl. et Hav. *quia Fulvium* Lovel. 4. *quod Fulvium* Hearnii D.

Digitized by Google

nam, quum cominus acie et peditum certamine multi cecidissent Romanorum, starent tamen ordines signaque, equestris a tergo tumultus, simul a 11
castris clamor hostilis auditus, sextam ante legionem, quae, in secunda acie posita, prior ab Numidis turbata est; quintam deinde atque eos, qui ad prima signa erant, avertit. Pars in fugam ef- 12

§. 10. *Acie et peditum certamine multi cecidissent Romanorum*] Vet. lib. *Romanorum cecidissent.* SIG. Similiter Lov. 4. Sed insuper *acie multi peditum Romanorum cecidissent* Hearnii D.

§. 11. *Sextam ante legionem*] Pal. 3. *sexta aut legio.* GEBH. *sexta legione* Lov. 1. *sextam legionem ante* Lov. 2.3.4.5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frobenianam anni 1535. Paullo ante *equestres a tergo tumultus* edd. Rom. anni 1472. Mediol. 1480. et Parm. Tum *simulatusque clamor hostilis* perperam Voss. et Lov. 1. *simulacris clamor* Flor.

§. 12. *Pars in fugam effusi, pars in medio caesi*] *effusa* et *caesa* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Sed perperam. Figura haec loquendi usitatissima est apud Livium. 2, 14, 8. *Pars perexigua Romam inermes delati sunt.* 4, 33, 10. *Vejentium maxima pars Tiberim effusi petunt.* 5, 40, 6. *Pars per agros dilapsi.* 6, 24, 11. *Magna pars in fuga caesi.* 7, 39, 2. *Magna pars ablegati.* 23, 44, 6. *Utraque pars avidi certaminis erant.* 27, 48, 16. *Pars magna ab signis aberant, nocte dilapsi.* 32, 12, 5. *Pars in fugam effusi sunt, pars circumventi sunt.* c. 23, 9. *Pars ex Hannibalis exercitu Philippum secuti.* ibi tamen omnes, quos adhibui, codd. et edd. vett. *secuta.* 35, 31, 4. *Pars principum alienati a Romanis erant.* 36, 19, 10. *Magnam partem agminis dissipatos oppresserunt.* 37, 20, 5. *Pars in juveniles lusus versi.* Et passim alibi. V. Cort. ad Sall. Jug. 16, 1. Similiter 26, 35, 7. *Ingens turba circumfusi fremebant.* ubi etiam varie librarii aberrarunt. Paria apud Livium aliosque scriptores ubique obvia sunt. V. ad c. 51, 1.

Cum duodecim tribunis militum cecidit] Vet. lib. habent *cum undecim:* quod placet. Nam Plut. in Marc. sic ait [p. 312.] Ἔπειτα τοῦ Ἀννίβου Φούλβιον Γναῖον ἀνθύπατον ἐν Ἀπουλίᾳ κατακτείναντος μὲν αὐτὸν σὺν ἑνδεκα χιλιάρχοις. SIG. Pal. 1. *cum undecim tribunis*, quod firmat Sigonius testimonio Plut. in Marc. Pal. 2. *caesi et ipse consul Fulvius cum XI tribunis.* tert. *ubi et ipse proconsul Fulvius cum XI tribunis cecidit.* GEBH. Omnes nostri *cum undecim tribunis militum cecidit.* quod firmat auctoritate Plut. Sigonius. J. FR. GRON. *cum duodecim*, vel *cum XII* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. et Gaertn. Reliqui cum Hearnii L. 1. et D. recte *cum undecim.*

§. 13. *Quum tredecim millia alibi, alibi haud plus, quam septem*] quum *decim millia, alibi haud plus* Flor. a m. 1. *decem* a m. 2. alterum *alibi* neglegentia librarii etiam omittitur in Gaertn.

Digitized by Google

fusi, pars in medio caesi: ubi et ipse Cn. Fulvius
13 cum undecim tribunis militum cecidit. Romanorum sociorumque quot caesa in eo proelio millia sint, quis pro certo adfirmet? quum tredecim millia alibi, alibi haud plus, quam septem, inveniam.
14 Castris praedaque victor potitur. Herdoneam, quia et defecturam fuisse ad Romanos comperit, nec mansuram in fide, si inde abscessisset, multitudine omni Metapontum ac Thurios traducta, incendit: occidit principes, qui cum Fulvio conloquia occul-
15 ta habuisse comperti sunt. Romani, qui ex tanta

§. 14. *Nec mansuram in fide, si inde abscessisset*] Pal. 3. *in fide, abscessisset.* GEBH. *si inde* abest etiam a Voss. a m. 1. *cum absoessisset* interpolatur a m. 2. quod superest quoque in Lov. 1. *si tamen abscessisset* Hav. Mox *multitudinem omnium* (*hominum* a m. 2.) *et a ponto ac Thurios* Flor. *multitudinem omnium Metaponto acturos* Hav. *multitudine omnium a ponto ac Thurios* Voss. et Lov. 1. *multitudine omnium et apontho ac Thurios* Lov. 2. *multitudine hominum Methapunto ac Turios* Lov. 3. *Tyrios*, pro *Thurios*, Hearnii L. 1.

Occiditque principes, qui cum Fulvio] Hoc verbum videtur aliquis adjecisse. Mihi magis arridet vetusti codicis lectio, cum participio *perempti*, quod in margine quidam adscripserat, hoc modo: *principes, qui cum Fulvio colloquia occulta habuisse comperti sunt, perempti.* RHEN. Pal. 1. *occidit et principes.* in sec. et copula *que* et τὸ *sunt* abest. At contra Pal. 3. *principesque, qui cum Fulvio colloquia occulta habuisse comperti sunt, securi percussit.* GEBH. *occidit principes* omnes mei, etiam illi, qui alioqui passim editis adsentiri solent. Copulam *que* Crevier. quoque, auctoribus codd. Put. et Victor. delevit.

§. 15. *Semiermes ad Marcellum consulem in Samnium confugerunt*] Scriptura vetus satis ostendit, non *semiermes*, sed *inermes*, legendum esse. RHEN. Pal. 1. *emersi ad Marc.* etc. *perfugerunt.* quod ultimum verbum sec. quoque agnoscit. tert. *sed inermes ad Marc.* etc. *refugerunt.* GEBH. Meliores *semermes* et *perfugerunt.* J. FR. GRON. *emersi ad Marc.* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *semiermes emersi ad Marc.* juncta duplici lectione, Lov. 5. Tota vox *semiermes* deerat, relicta tamen lacuna, in Harl. Gronovius *semermes* reperit in optimis. Voces a vocali incipientes cum voce *semi* compositae ejusdem voculae literam ultimam *i* modo servant, modo abjiciunt. Ita *semiermis* in editis legitur, et scripti tuentur 22, 60, 4. 23, 5, 1. 25, 19, 14. 28, 16, 6. 39, 31, 13. 40, 58, 7. at *semermis* in uno alterove cod. est 31, 41, 10. ubi tamen alterum est

Digitized by Google

clade evaserant, diversis itineribus semermes ad Marcellum consulem in Samnium perfugerunt.

II. Marcellus, nihil admodum tanta clade territus, literas Romam ad senatum de duce et exercitu ad Herdoneam amisso scribit. *ceterum, eumdem se, qui post Cannensem pugnam ferocem victoria Hannibalem contudisset, ire adversus eum, brevem illi laetitiam, qua exsultet, facturum.* Et Romae quidem quum luctus ingens ex praeterito, tum timor in futurum erat. Consul, ex Samnio in Lucanos transgressus, ad Numistronem in conspectu Hannibalis

1 2 3 4

in editis. *semianimis* in Mstis et editis exstat 1, 48, 4. 3, 13, 2. et 57, 4. 28, 23, 2. et 40, 4, 15. *semiapertus* 26, 39, 22. modo *semuncia*, modo *semiuncia*, est in codd. 7, 27, 3. et 34, 1, 3. prius apud Remn. Fann. de Pond. et mens. vers. 47. pariter modo *semustus*, modo *semiustus* 22, 40, 3. 26, 27, 13. 31, 30, 7. *semobulus* et *semiobulus* apud Remn. Fann. vers. 8. V.Dausq.Orthogr.part.2.voce *Seminani*. Deinde *confugerunt* Ber. *profugerunt* Voss. Gaertn. et Lov. 2. *perfugerunt* reliqui, cum Hearnii Oxon.

§. 1. *Marcellus, nihil admodum tanta clade territus*, etc.] Haec verba vertit Plut. in Marc. [312.] et Livium auctorem profitetur, ita: *Κατακόψαντος δὲ τῆς στρατιᾶς τὸ πλεῖστον, ἔπεμψεν εἰς Ῥώμην γράμματα, τοὺς πολίτας παρακαλῶν θαρρεῖν. ἀυτὸς γὰρ ἤδη βαδίζειν ὡς ἀφέλοιτο τὴν χώραν Ἀννίβου· καὶ ταῦτα μὲν ὁ Λίβιός φησιν ἀναγνωσθέντα τὰ γράμματα, μὴ τῆς λύπης ἀφελεῖν, ἀλλὰ τῷ φόβῳ προσθεῖναι· τῶν Ῥωμαίων μεῖζον ἡγουμένων τοῦ γεγονότος τὸ κινδυνευόμενον, ὅσῳ Φουλβίου κρείττων ἦν Μάρκελλος. ὁ δὲ, ὥσπερ ἔγραψεν, εὐθὺς Ἀννίβαν διώκων, εἰς τὴν Λευκανίαν ἐνέβαλεν, καὶ περὶ πόλιν Νομίστρωνα καθήμενον* etc. SIG. Pal. 2. *perterritus*. GEBH.

§. 2. *Ferocem victoria Hannibalem contudisset*] Pal. 2. et prisca ed. *contuderit*. GEBH. Similiter Ber. Gaertn. et edd. ante Ald. *custodisset* Lov. 1. Mox *brevemque illi laetitiam* edd. antt. *licentiam*, pro *laetitiam*, Lov. 1. Deinde *exsultat* Ber. et edd. principes; pro quo quum Venetiis operarum errore *exsulta* excusum esset, ejus loco Ascens. anno 1513. *exsultabat* dedit, quod deinde Aldus recte, reliquis codd. consentientibus, mutavit in *exsultet*.

§. 3. *Quum luctus ingens ex praeterito, tum timor in futurum erat*] Video potius scribendum juxta volumen antiquum: *Et Romae quidem quam luctus ingens ex praeterito, tam timor in futurum erat*. RHEN. Vet. ed. paullula immutatione *luctus tum ingens*. Pal. 1. *luctus cum ingens*. tert. *Et Romae quidem luctus ingens ac prae-*

Digitized by Google

loco plano, quum Poenus collem teneret, posuit
5 castra. Addidit et aliam fidentis speciem, quod
prior in aciem eduxit. nec detrectavit Hannibal,
ut signa portis efferri vidit. Ita tamen aciem in-
struxerunt, ut Poenus dextrum cornu in collem eri-
geret, Romani sinistrum ad oppidum adplicarent.
6 Ab hora tertia quum ad noctem pugnam extendis-
sent, fessaeque pugnando primae acies essent, ab
Romanis prima legio et dextera ala, ab Hannibale

teritorum timor in futurum erat. GEBH. *luctus cum ingens* Lov. 4. 5. *luctus tum ingens* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hav. et edd. Aldina priores. V. ad 6, 23, 3.

§. 4. *In Lucanos transgressus, ad Munistronem*] Ptolemaeus [2, 1.] *Numistrum* appellat, et Plinius [3, 11.] *Numestranos:* quo datur intelligi, *Numistronem*, non *Munistronem*, integram esse Livii lectionem. SABELL. *ad ministrationem* Voss. et Lov. 1. *ad Nustrationem* Gaertn. *ad Numitionem* Lov. 5. *ad Ministronem* Lov. 4. et Hearnii L. 1. ac N. *ad Munistronem* Lov. 3. Hav. et edd. principes, literis eodem modo transpositis, quo in vocibus *Numicius* et *Minucius*. V. ad 2, 63, 1. *Numitorius* et *Munitorius*. V. ad 3, 48, 7. An vero *Numistro* proprie ita dictorum Lucanorum urbs fuerit, quod Livius hic adfirmat, inquirit Cluver. 4. Ital. ant. 15. p. 1319. V. etiam Cellar. Orb. ant. 2, 9, 592. Ceterum praepositio *in* deest in Flor. Voss. Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hav. Videri posset, hoc ita capiendum esse, Marcellum ex Samnio Lucanos transgressum ad Numistronem, nempe in Bruttiis, quorum urbs Numistro dicitur, castra posuisse. Verum Plutarchi, qui Livium descripsit, locus, a Sigonio supra laudatus, nihil mutandum docet.

§. 5. *Addit et aliam fidentis speciem*] Nostri *Addidit et aliam.* J. FR. GRON. Ita non tantum omnes codd. mei, sed edd. usque ad ultimam Gruteri, quae operarum, ut credo, lapsu *Addit* substituit. Mox *detractavit* Flor. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 34, 15, 9. Hinc *in colle erigeret* Lov. 1. 2. Flor. Harl. Gaertn. et Hav. Male. V. ad 10, 26, 8.

§. 6. *Ab hora tertia quum ad noctem pugnam extendissent*] Plut. [Marc. 312.] *Ἀπὸ γὰρ ὥρας τρίτης συμπεσόντες, ἤδη σπότους μάλις διέλυσαν.* SIG. Cl. Crevier. hic aliquid loco motum credidit, et ex sequentibus pauca verba huc retraxit, legens: *Diu pugna neutro inclinata stetit. Ab hora tertia* etc. caussa apud ipsum videnda est.

Ab Romanis prima legio et dextera ala, ab Hannibale Hispani milites et funditores Baleares] Elegantius Put. Reg. *et funditor Balearis.* Voss. *milites effunditur Balearis.* J. FR. GRON. *effunditur Baliaris* exhibentes Flor. Cant. Hav. et Hearnii N. lectionem Put. veram esse haud obscure testan-

Digitized by Google

Hispani milites et funditor Baliaris, elephanti quoque, commisso jam certamine in proelium acti. Diu pugna neutro inclinata ſtetit. Primae legioni 7
tertia, dexterae alae ſiniſtra subiit, et apud hoſtes integri a feſſis pugnam accepere. Novum atque 8
atrox proelium ex tam segni repente exarsit, recentibus animis corporibusque: sed nox incerta victoria diremit pugnantes. Poſtero die Romani ab sole 9
orto in multum diei ſtetere in acie: ubi nemo ho-

tur. Ceterum verba Livii ita capienda exiſtimat Schelius ad Polyb. Diſſert. 12. per illa *ab Romanis* etc. Livium exposuiſſe, ex quibus copiis prima Romanorum et Hannibalis acies conſtiterit, non autem has copias tamquam primae aciei subsidium in proelium actas eſſe. Et hinc poſtvocem *Baliaris* majori interpunctione diſtinguebat. Similiter fere Crevier. nisi quod prius membrum continuarit usque ad voces *in proelium acti*, et poſt eas demum majorem diſtinctionem admiserit. Ita ergo, mediis, quae a Livio per epexegesin interposita sunt, omissis, oratio cohaerebit: *quum fessae pugnando primae acies essent, primae legioni tertia* etc. Mox §. seq. *subit*, pro *subiit*, Hearnii D. V. ad 36, 20, 3. et Rhenan. mox ad §. 9.

§. 8. *Ex tam segni repente exarsit*] Lubens legerem *ex jam segni*. DUKER.

Recentibus animis corporibusque] Sollemni mendo librarium optimi Put. dediſſe *corporisque*, Gronov. supra monuit ad 21, 60, 7. *corporis*, copula etiam omissa, dederunt Flor. Voſſ. a m. 1. Lov. 2. et Harl.

§. 9. *Poſtero die Romani ab sole orto* etc.] Plut. [in Marc. 312.] Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ προαγαγὼν ἀν. ϑις τὸ στράτευμα, παρέταξε διὰ τῶν νεκρῶν, etc. SIGON.

Ab sole orto in multum diei ſtetere in acie] Caſtigavi *in multum diem* ex veteri. RHEN. Excepto tertio Pal. libri reliqui *diei*. GEBHARD. Noſtri omnes, quod delevit Rhenanus, *in multum diei*. 22, 52, 1. *Spoliis ad multum diei lectis*. J. FR. GRON. Si genus loquendi, quod Rhenanus revocabat, Livio hic placuiſſet, potius diximſſet *in multam diem*, ut supra locutus eſt 3, 60, 8. *Poſtquam multa jam dies esset*. Verum *in multum diei* apud me superest in omnibus scriptis, et apud Hearnium in N. Ita 3, 2, 8. *Quum forte haud multum diei superesset*. 5, 39, 7. *Quia haud multum diei supererat*. 10, 32, 6. *Nebula erat ad multum diei*. 22, 45, 1. *Aciem ad multum diei tenuerat instructam*. 23, 16, 10. *Ad multum diei in acie stanti miraculo esse*. c. 27, 7. *Ad multum diei caeduntur*. Similiter *serum diei* 7, 8, 5. *medium diei* 37, 29, 2. quibus locis plura vide. Ita *reliquum aestatis* 32, 15, 1. *medium autumni* 22, 32, 1. *medium aestatis* 37, 23, 2. *extremum anni* 39, 23, 3. His etiam locis consulenda sunt, quae notantur. In illis autem locutionibus subintelligi videtur *tempus*. Certe *extremum tempus diei* plene dixit

Digitized by Google

ſtium adversus prodiit, spolia per otium legere, et
10 congeſtos in unum locum cremavere suos. Nocte
insequenti Hannibal silentio movit caſtra, et in A-
puliam abiit: Marcellus, ubi lux fugam hoſtium a-
peruit, sauciis cum praesidio modico Numiſtrone
relictis, praepositoque his L. Furio Purpureone
11 tribuno militum, veſtigiis inſtitit sequi. Ad Venu-
siam adeptus eum est. Ibi per dies aliquot quum
ab ſtationibus procursaretur, mixta equitum pedi-
tumque tumultuosa magis proelia, quam magna,
12 et ferme omnia Romanis secunda fuerunt. Inde
per Apuliam ducti exercitus sine ullo memorando

Cic. 1. de Orat. 7. Quin et alibi adjectiva neutra singularia Livius cum casu secundo conſtruxit. *medium dimicationis*. V. Gron. ad 3, 5, 7. *medium campi* 4, 18, 3. et saepe. (* v. ad 37, 38, 8.) *immensum loci* 5, 37, 5. *aequum campi* 5, 38, 4. *exiguum spatii* 22, 24, 8. *minimum periculi* 27, 15, 14. ubi vide. *tantum altitudinis* 27, 28, 10. *medium viae* 37, 13, 10. *multum temporis* 40, 48, 4. De adjectivis neutris pluralibus similiter conſtructis v. ad 37, 58, 8.

Nemo adversus prodiit] *prodit* illic legitur. Sic paulo ante [§. 7.] *dexterae alae sinistra subit*, non *subiit*. RHEN. Ita legit quoque Lov. 4. V. ad 1, 16, 5.

§. 10. *Numiſtrone relictis*] *Miniſtro* Voſſ. et Lov. 1. *Miniſtrone* Lov. 4. *Muniſtrone* Ber. *in Miniſtrone* Lov. 5. *Muniſtroni* Hav. *Miniſtratione* Lovel. 2. *Nüſtratione* Gaertn. *Numiniſtro* Flor. a m. 1. *Numiſtro* a m. 2. Vide ad §. 4. Paullo ante verba *et in Apuliam abiit* neglegentia scribarum desunt in Voſſ. et Lov. 1. solum *et* in Flor.

L. Furio Purpurione] *Purpureone* ex Capitolinis tabulis, SIG. V. eumdem ad 31, 6, 2. et ad 39, 40, 2.

§. 11. *Tumultuosa magis proelia*] Pal. 1. ab his usque *quia id maluerant* [c. 3, 7.] deliquio fatiscit. GEBH. Eadem illa desunt in Flor. Cant. Voſſ. Lov. 1. Hav. Hafn. et Hearnii L. 1. Ita enim connectuntur in illis verba, quemadmodum de suis teſtatur Gronov. ad c. 3, 4. Eadem etiam deerant in Hearnii N. et simul cum illis verba praecedentia *mixta equitum peditumque tumultuosa magis proelia*. Sed omnia haec in illo Regio, cujus sibi copia erat, exſtare teſtatur Doujatius. Mox §. seq. *memorato certamine* edd. vett.

§. 1. *Agro, qui publicatus fuerat, locando*] Pall. 2. et 3. *erat*. GEBH. Ita et Lovel. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. *agroque, qui publicatus* Lov. 5. Paullo ante *principium* edd. Rom. anni 1472. et Parm. V. ad 2, 27, 12.

Locavit autem omne frumentum] Depravata clausula. Legendum,

Digitized by Google

certamine; quum Hanibal nocte signa moveret, locum insidiis quaerens; Marcellus, nisi certa luce, et explorato ante, non sequeretur.

III. Capuae interim Flaccus dum bonis principum vendendis, agro, qui publicatus fuerat, locando (locavit autem omnem frumento) tempus terit; ne deesset materia in Campanos saeviendi, novum in occulto gliscens per indicium protractum est facinus. Milites aedificiis emotos, simul ut cum agro tecta urbis fruenda locarentur, simul metuens, ne suum quoque exercitum, sicut Hannibalis, nimia urbis amoenitas emolliret, in portis murisque

attestante vetusta scriptura, *locavit autem omnem frumento*. subaudi *agrum*, ut videlicet frumentum perciperet. RHEN. Hoc est, ut frumentum penderent coloni, non vero argentum, *paieyent en bled, non en argent*. Nota mox *fruenda locare*. Sic et c. 11, 8. Supple *utenda*. Sic 32, 7, 3. et 42, 19, 1. H. VALES. Infra c. 10, 13. *Cetero auro usi sunt ad vestimenta praesenti pecunia locanda exercitui*. In antt. edd. Rom. anni 1472. ac Parm. inveni *omni frumento*; quod etiam superest in Lov. 2. et 4. Reliqui recte cum Rhenano faciunt.

Ne deesset materia in Campanos saeviendi] Perperam Rhenanus *Capuanos*. Et mox *centum septuaginta Capuani*. Nam libri omnes *Campanos* et *Campani*. Neque umquam aliter cives urbis Capuae appellat Livius. Sic 23, [5, 3.] *senatum populumque Campanum*, non *Capuanum*. Et ibidem Decius Magius [c. 10, 7.] *Habetis libertatem, Campani*. Quin et Capuam vocat noster *urbem Campanam* 26, [34, 8.] J. FR. GRON. Adde Cellar. 2. Geogr. Ant. 9. *Campanus* consuetudine magis, quam ratione, receptum significat Varro 9. de ling. Lat. p. 128. Servius tamen ad Virg. 10. Aen. 145. ex Varrone citat *Campum eundem Capuanum sive Campanum dictum*. Idem ad 7. Aen. 730. habet *Capuensis*, quod ex inscriptione adfert Cellarius. DUK. Rhenanus ita emendat mox ad §. 4. hujus cap. Sed v. ad 7, 30, 21. et 8, 14, 10.

§. 2. *Sibimet ipsis tecta militariter coëgerat aedificare*] Scribe *sibimet ipsos*. ut sint duae dictiones. RHEN. *sibimet ipsis* primum adparuit in ed. Mog. consentiente Lov. 5. Priores excusi cum reliquis scriptis *sibimet ipsos*. V. ad 2, 19, 5. Praeterea *tecta militaria* Lov. 4. et Gaertn.

§. 3. *Stramento intecta, omnibus velut de industria, alimentis ignis*] Hic locus quum mihi displiceret propter ablativum *omnibus*, inspexi vetus exemplar, et reperi illic scriptum non *omnibus*, sed *omne*. Verum nec sic vi-

Digitized by Google

sibimet ipsos tecta militariter coëgerat aedificare.
3 erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, ſtramento intecta omnia, velut
4 de induſtria, alimentis ignis. Haec noctis una hora ut omnia incenderent, centum septuaginta Campani, principibus fratribus Blosiis, conjuraverant.
5 indicio ejus rei ex familia Blosiorum facto, portis repente juſſu proconsulis clausis, quum ad arma signo dato milites concurriſſent; comprehensi om-

debam conſtare Livianum candorem. Itaque diutile expensis non solum verbis sententiae cohaerentis, sed ipsis etiam elementis depravati vocabuli, hoc sum adductus, ut putem a Livio scriptum fuiſſe, non *omne*, sed *omnia*, sic ordinanda sive diſtinguenda sententia: *Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta omnia, velut de induſtria alimentis ignis.* Ut videlicet ablativus *alimentis* referatur ad priores ablativos *cratibus, tabulis, arundine*, et *ſtramento*. RHEN. Ut haec vulgo leguntur, ita emendata ab Rhenano sunt. Pal. 2. *ac tabulis facta. alia arundine et texta, ſtramento intecto omne.* tert. *ac tabulis facta. alia arundine texta, ſtramento intecta omne.* GEBH. Tollenda videtur diſtinctio poſt *induſtria*, ut apud Schelium ad Hygin. p. 1110. sed locus non ad sola hibernacula pertinet, ad quae ibi refertur. DUK. Illud *omnibus*, quod Rhenano displicuit, primum vidi in ed. Ascens. anni 1513. Priores legebant *omne*, quomodo in cod. suo invenerat Rhenan. et etiam praeferunt codd. mei, hanc particulam exhibentes. Sed recte emendatur *omnia*. Paullo ante *ex trabibus aut tabulis facta* Lov. 4. *ex cratibus ac tabulis facta* Lov. 2. 3. Gaertn. et Ber. a m. 2. *ex cratibus et tabulis facta* Harl. *ex cratibus atque tabulis facta* Hearnii D. *e cratibus facta* Lov. 5.

§. 4. *Haec noctis una hora ut omnia incenderent*] Binis Pall. τὸ *ut* abest. GEBH. Put. Reg. Men. Pal. unus, Voſſ. hic nos deſtituunt. Habent enim continenter, *tumultuosa magis proelia, quia id maluerant*, mediis praeteritis. Ceterum Pet. sec. et duo Pall. *Haec noctis una hora omnia incendere.* Et videtur, quale Catonis apud Plinium 29, 1. *Jurarunt inter se, barbaros necare omnes medicina.* J. FR. GRON. Salluſt. Cat. 52, 24. *Conjuravere nobilissimi cives patriam incendere.* Virg. 1. Georg. 280.

Et conjuratos coelum rescindere fratres.

DUK. *una hora omnia incenderent* Lov. 5. et Gaertn. *una hora omnia incendere* Lov. 2. 3. 4. et Harl. Eam lectionem etiam Crevier. in Victor. invenit, ac probatam inluſtravit loco Horatii 1. od. 15, 7.

Conjurata tuas rumpere nuptias.

conjuraverant incendere, ut *hortaretur petere*; de quo v. ad 37, 49, 1. ubi etiam vulgo *ut peterent*. *incendere* autem pro *se incensuros*. ut *censuerant reddi*, pro redden-

Digitized by Google

nes, qui in noxa erant, et, quaestione acriter habita, damnati necatique: indicibus libertas, et aeris dena millia data. Nucerinos et Acerranos qué- 6
rentes, ubi habitarent, non esse, Acerris ex parte incensis, Nuceria deleta, Romam Fulvius ad senatum misit. Acerranis permissum, ut aedificarent, 7
quae incensa erant: Nucerini Atellam, quia id maluerant, (Atellanis Calatiam migrare jussis) traducti. Inter multas magnasque res, quae, nunc secundae, 8

da esse. V. ad 2, 5, 1. Ita 4, 53, 6. *Maenio contra vociferante, si injusti domini possessione agri publici cederent, se moram delectui non facere.* pro non facturum. 40, 25, 3. *Negante Paullo, nisi cum deditis pacisci se pacem.* c. 34, 9. *In animum induxisse Ligurum gentem, nulla umquam arma sumere.* V. viros doctos ad Nason. 3. Her. 58. Cortium ad Sall. Jug. 14, 1. et Cel. Duker. ad Flori 1, 12, 8,

Centum septuaginta Campani] Scribendum *Capuani*, sicut paullo ante *ne deesset materia in Capuanos saeviendi*, non *Campanos*. Nam Capuae res haec accidit, de qua hic loquitur. Sunt tamen Capuani et Campani, quod in Campania sita sit Capua. RHEN. Quod intruserat Rhenanus, rejiciunt libri omnes nostri, substituto *Campani*. GEBH. Nullus etiam meorum Rhenano favet. V. ad §. 1. Mox *Blosiis fratribus* Lov. 2. 3. *Oblosiis fratribus* Lov. 4. *Blosii fratribus* Lov. 5. V. ad 4, 33, 11. *Blosis fratribus* Harl. *fratribus Basiis* Hearnii D. Deindo *conjuraverunt* Lov. 2. 3. 5. Harlej. et Gaertn.

§. 5. *Quum ad arma signo dato militiles concurrissent*] Restat in Pal. 3. *procurrissent*. GEBHARD.

§. 7. *Atellanis Calatiam migrare jussis*] *Galatia* et *Calatia* varie scriptum reperias. De Calatinis, Atellanis ac Campanis decretum factum erat, sed video hic de Atellanis mutatum. GLAR. De iis antea aliter SCto constitutum fuerat 26, 34.

§. 8. *Nunc adversae, occupabant cogitationes hominum*] In vet. invenio *cecultabant cogitationes*. Quid velit ea scriptura, nescio. An *sollicitabant*? LIPS. 2. Ep. Quaest. 26. Et quis in tam floridis ac fluentibus verbis de macula vel suspicari sustinuisset, nisi in vet. invenisset vir doctus *cecultabant*. Quod tamen ipsum quid sit, illum latet. Ego levem medicinam desiderari existimem, faciendumque *occultabant*. Caecilius: *Opulento famam facile occultat factio*. Probum id esse, tam in proclivi est, quam imber, quando pluit. PONTAN. 3. Anal. 5. Pal. 1. *occultabant*. Quidam literio putabat legi posse *exulcerabant*. Quod si sequentia et praecedentia (quod numquam factum) perpendisset, aut saltem legisset, non tales nugas deliraffet. GEBH. Non nemo codicum *caecultabant*: verbum vetustum, sed nec Livii, nec huc congruens. Ex eo Lipsius *sollicitabant*; Pontanus *occultabant*. Quod exstat in Put. Reg.

Digitized by Google

nunc adversae, occupabant cogitationes hominum,
9 ne Tarentinae quidem arcis excidit memoria. M. Ogulnius et P. Aquillius in Etruriam legati ad frumentum coëmendum, quod Tarentum portaretur, profecti: et mille milites de exercitu urbano, par numerus Romanorum sociorumque, eodem in praesidium cum frumento missi sunt.

Pal. uno: sed ex eo fieri omnino debuit *occupabant*. nihil enim hic, cur quisquam cogitationes occultaret. 4, [57, 1.] *Haec contentio, quum tantum belli in manibus esset, occupaverat cogitationes hominum*. 5, [10, 10.] *Inter delectum tributumque et occupatos animos majorum rerum curis*. 22, [48, 4.] *Postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen*. 26, [2, 7.] *Sed aliud certamen occupaverat animos*. J. FR. GRON. *caecultabant*, quod antiqui pro *caecutiebant* usurparunt, probat Paraeus Lexico crit. v. *Caecultare*. Verum, praeterquam quod *caecultare* eo sensu casum adjunctum habuisse non constet, obsoletum hoc, ut jam Gronovius monuit, Livio non convenit. *occuitabant* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hafn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quomodo et alibi errarunt scribae. Exemplum habuimus 6, 14, 13. Recte viri docti vulgatum *occupabant* probarunt. Supra 22, 15, 6. *Extemplo occupatus certamine est animus*. Paullo ante *Inter magnas res*, reliquis omissis, Lovel. 1.

§. 9. *M. Ogulnius et P. Aquilius in Etruriam legati*] In exemplari scripto legitur *in Aetoliam legati*. RHEN. Pal. 2. *in Etruriam*. GEBH. Ita et omnes mei, nisi quod Rec. et Ber. a m. 1. praeferant *in Aetoliam*: quod etiam exhibent Hearnii D. et primae edd. partim in contextu, partim in margine. Ceterum Ogulnii praenomen omittunt Flor. Voss. Hav. Lov. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii D. ac N. Verum in tribus prioribus adjungitur voci praecedenti, legendo *memoriam*. Tum *G. Emulinus* Hearnii L. 1. *Egolinus* Gaertn. *Ogulinus* Voss. Lov. 2. Ber. et Hav. *Ogulginus* Lov. 4. *Ogolinus* Lov. 5. *Ogulmus* Harl. V. ad 10, 6, 3. Scripsi deinde *P. Aquillius*. V. ad 2, 4, 1.

Par numerus Romanorum sociorumque, eodem in praesidium cum frumento missi sunt] Multi de hoc loco dubitarunt, quomodo post urbanum exercitum subjungat *Romanorum*, quasi Romani non essent de urbano exercitu. Sed intelligendum, de urbano exercitu mille missos, quorum quingenti erant Romani, quingenti socii. GLAR. Nondum ita expeditus est locus, nisi ostendatur, in exercitu urbano etiam socios fuisse; quod nequaquam credo. Livius multis locis sine discrimine *exercitum urbanum* et *legiones urbanas* dicit: in legionibus autem non erant socii. Mihi verosimile videtur, Livium nihil aliud scripsisse, quam *par numerus sociorum*, et ad verba *de exercitu urbano* in margine ab aliquo adscriptum fuisse *Romanorum*, idque deinde in τὸ κείμενον venisse. DUK. *par numerus Romanorumve eodem* Flor. *par nu-*

Digitized by Google

IV. Jam aestas in exitu erat, comitiorumque 1
consularium instabat tempus. sed literae Marcelli,
negantis e republica esse, vestigium abscedi ab Han-
nibale, cui cedenti certamenque abnuenti gravis
ipse instaret, curam injecerant, ne aut consulem, 2
tum maxime res agentem, a bello avocarent, aut
in annum consules deessent. Optimum visum est, 3

merus Romanorum eodem Voss. Lov. 3. et Hearnii N. *par numerus sociorum eodem*, ut praeclare Duker. conjecit, Lov. 1. et Hav. Deinde *cum frumento* ignorat idem Hav. Paullo ante *mille equites* Voss. et Lov. 1. ac 2. V. ad 10, 29, 10. Vox *mille* non adparet in Hearnii L. 1. V. ad 39, 42, 3.

§. 1. *Certamenque abnuenti gravius ipse instaret*] Sufficere videtur, quod est in Put. Voss. Mur. *gravis ipse instaret*. J. FR. GRON. *gravis* etiam Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Hav. Hearnii L. 1. Doujatii Reg. Colbert. et Crevier. optimi. Eorum igitur fide ita edi jussi. (*v. ad 42, 59, 4.) Paullo ante *de republica esse* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Verum locutionem *ex republica esse* supra inlustravi ad 8, 23, 11. Saepe vero *de* et *ex* commutantur in Mstis. V. ad 21, 6, 5.

§. 2. *Ne aut consulem Marcellum, tum maxime res agentem, a bello avocarent*] Expunximus *Marcellum*. RHEN. Pal. 1. et vet. ed. *ne aut consulem Marcellum tum maxime res ag.* sec. *Patribus curam injecerant, ne aut consulem Marcellum tum maxime*. tert. *ipsi curam ingerant, ne aut consulem tum maxime*. GEBH. *consulem Marcellum* Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Sed vocem *Marcellum* recte omisit Flor. Modo enim praecessit, et quis consul indicetur, dubium esse nequit. Ceterum *tum maxime* constanter hic omnes codd. Adsentior equidem Cl. Duker. ad Flori 2, 16, 3. testanti, sibi displicere sententiam eorum, qui ubique, etiam invitis libris antiquis, *cum maxime*, pro *tum maxime*, legendum censent. Aeque enim *tum maxime* pro eo maxime tempore dici posse, ac *cum maxime* pro hoc maxime tempore. Saepissime autem *tum maxime* apud Liv. obcurrit. 1, 10, 1. *Tum maxime sordida veste civitates concitabant*. 7, 23, 6. *Quod intenti tum maxime operi essent*. 9, 18, 7. *Cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas*. 28, 23, 1. *Haec tamen hostium iratorum ac tum maxime dimicantium jure belli edebantur*. 31, 18, 2. *Questus, quod tum maxime Abydum obpugnaret*. 33, 3, 12. *Ad ea, quae tum maxime animos terrebant, venit*. c. 9, 2. *Subsidia etiam, quique tum maxime in proelium veniebant*. 34, 39, 12. *Itaque tum maxime impetus facientes recessere a muro*. 43, 20, 3. *Haec Stuberam retulere regi, tum maxime captivos ex Illyrico vendenti*. Ita etiam apud Val. Max. 2, 10, 2. *Tum maxime finibus imperii pellebatur*. 3, 1, 2. *Victorem non extimuit, tum maxime consules trucidantem*. Nemini, credo, facile persuadebitur, tot aliisque, quae laudari possunt, locis omnes librarios in id conspirasse, ut vo-

Digitized by Google

quamquam extra Italiam esset, Valerium potius
4 consulem ex Sicilia revocari. Ad eum literae jussu
senatus ab L. Manlio praetore urbis missae, cum li-
teris consulis M. Marcelli: ut ex iis nosceret, quae
caussa Patribus eum potius, quam collegam, revo-
5 candi ex provincia esset. Eo fere tempore legati
ab rege Syphace Romam venerunt, quae is prospe-
ra proelia cum Karthaginiensibus fecisset, memo-

culis *cum maxime* exstirpatis *tum maxime* substituerent. Fateor tamen, si codd. adnuerent, hic facile *cum maxime*, id est, hoc maximè tempore, ferri posse. (*De locutione *cum maxime* v. Cort. ad Plinii 6, 31, 15.) Paullo ante *Patribus curam injecerant*, addita prima voce, Lov. 5. et Gaertn.

§. 3. *Valerium potius consulem ex Sicilia revocari*] Plut. [Marc. 312.] *Διὸ καὶ ἀρχαιρεσίων ἐπειγόντων, ἔδοξε τῇ βουλῇ μᾶλλον ἐκ Σικελίας τὸν ἕτερον ὕπατον, ἢ Μάρκελλον συνηρτημένον Ἀννίβᾳ κινεῖν.* SIG. Vocem *potius* ignorant Voss. Lov. 1. 3. Hav. et Hearnii L. 1. *Valerium consulem potius*, trajectis dictionibus, legit Lov. 2. *potius Valerium consulem* Ber. et edd. ante Aldum. Praeterea *revocare* Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Hav. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Froben. anno 1535. *revocari* recepit. *revocaret* Gaertn.

§. 4. *Ab L. Manlio praetore urbis*] *urbano* vet. lib. SIG. *praetore urbano* in nullo apud me cod. superest. V. ad 25, 1, 11. Mox, *postius* in Pal. 3. deesse, Gebhard. docuit ac probavit ad 23, 9, 8. Sed in omnibus meis superest.

§. 5. *Et forte tempore*] Pall. tres *Eo fere tempore*. Vet. ed. *Eo tempore forte*. GEBH. Illud *Et* per errorem operarum in ed. Modii inrepsit, a Grutero vero in ed. ult. emendatum est. *forte* vero, pro *fere*, primum vidi apud Curionem; sed alterum in eadem ed. recte Gruter. revocavit. *forte* tamen superest in Ber. et Vet. ed. Gebhardi. Verum librarii has voces commutare solent. V. ad 34, 47, 4. *fere* vel *ferme* est in Lov. 5. V. ad 37, 38, 5. *Τὸ fere* deest in Harl.

Quae prospera proelia rex cum Karthaginiensibus fecisset] Reposuimus *quae is prospera* ex veteri. RHEN. Vox *rex* abest a vet. lib. neque certe est necessaria. SIG. Pal. 1. *quaeque proelia prospera cum Carth. f.* GEBH. *quaeque prospera proelia rex cum Carth.* Cant. *quaeque prospera proelia cum Carth.* Flor. et Lov. 1. ac 4. *quaeque proelia prospera* Voss. Lov. 2. 3. Ber. et Hav. *quis proelia prospera* Lov. 5. et Harl. *quae his proelia prospera* Gaertn. *quae iis proelia prospera* edd. quas vidi, antiquiores. *quae proelia prospera* Ascens. anno 1510. sed *quae is proelia prospera* triennio post, ed. Mediol. anni 1505. secutus, reposuit. *quae prospera proelia rex* Aldus. His Rhenanus voculam *is* iterum addidit, Sigonius *τὸ rex* demsit: cui recte monenti nullus ante Jac. Gronov. obsecutus est.

Digitized by Google

rantes. *Regem nec inimiciorem ulli populo, quam* 6
Karthaginiensi, nec amiciorem, quam Romano, adfirmabant *esse. misisse eum antea legatos in Hispaniam ad Cn. et P. Cornelios, imperatores Romanos. nunc ab ipso velut fonte petere Romanam amicitiam voluisse.* Se- 7
natus non legatis modo benigne respondit, sed et ipse legatos cum donis ad regem misit, L. Genucium, P. Poetelium, P. Popillium. Dona tulere, 8

§. 6. *Nec inimiciorem ulli populo, quam Karthaginiensi, nec amiciorem, quam Romano, adfirmabant esse*] Vetus habet, *quam Romanis esse affirmabat*. RHEN. Hoc loco inimicum Carthaginensibus facit Syphacem, ut libro etiam 24, [48.] Caeterum lib. seq. [c. 17, 6.] ei foedus fuisse cum Carthaginensibus aït ea tempestate, quae tribus fuit elapsis annis postea, nulla interim facta mentione mutationis vel cum Carthaginensibus, vel cum Romanis. Sed de his rebus ibidem dicturi sumus. GLAR. Exhibent Pall. tres, et vet. ed. *Regem nec* (*τὸ nec* omittit pr.) *inimicitiorem ulli populo, quam Carth. nec amicitiorem, quam Romano*, (tert. *Romanis*) *esse*. GEBH. *inimicitiorem* et *amicitiorem* etiam Lov. 2. 4. et Harl. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed de hoc errore v. ad 2, 15, 6. Tum *quam populo Romano* Lov. 2. et Harl. Deinde *esse adfirmabant* Flor.

Petere Romanorum amicitiam voluisse] Ita demum ultima Gruteri ed. et sic Liv. 34, 58, 7. *Amicitiam Romanorum expetere Antiochum*. Verum omnes edd. priores *Romanam amicitiam*, consentientibus Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Quum autem de cod. Put. scriptura consultus Cl. Sallier. eum etiam *Romanam* legere monuerit, id recipere non dubitavi. Ita 25, 34, 2. *Quem deinde clarum potentemque Romana fecit amicitia*. 35, 12, 9. *Conscientia violatae per sociorum injurias Romanae amicitiae*. 41, 23, 9. *Demetrium nullo alio crimine, quam Romanae amicitiae initae, occidit*. (*ubi vide.)

§. 7. *L. Geminum, P. Poetelium, P. Popilium*] In antiquo est *Genutium*. RHEN. Omnium scribarum errores in his nominibus propriis enumerare nihil adtinet. Dixisse sufficiat, Florentinum proxime verum legere *L. Genutium, P. Poetelium, P. Popillium*, pro quo scribendum *L. Genucium*. Reliqua bene habent. De orthographia prioris nominis v. ad 2, 52, 3. de secundi ad 3, 35, 11. de tertii ad 26, 6, 1.

§. 8. *Pateram ex quinque pondo auri factam*] Ex scripto codice legendum, *pateram auream ex quinque pondo factam*. Subauditur autem *auri*. RHEN. Vet. lib. *pateram ex quinque pondo auri factam*. Lego *auri facti*. LIPS. 2. Ep. Quaest. 26. Non invitus assentio Lipsio reponenti *auri facti*. MOD. Verissima est lectio Pall. duorum nec non priscae ed. *pateram ex quinque pondo auri factam*. GEBH. Scribendum, *pateram ex quinque*

Digitized by Google

togam, et tunicam purpuream, sellam eburneam,
9 pateram ex quinque pondo auri factam. Protinus
et alios Africae regulos jussi adire, iis quoque quae
darentur, portata, togae praetextae, et terna pon-
10 do paterae aureae. Et Alexandriam ad Ptolemaeum
Cleopatramque reges M. Atilius et M^. Acilius legati,
ad commemorandam renovandamque amicitiam mis-

pondo auri factam. Diximus in lib. de Pec. vet. [1, 7. p. 34.] contra Rhenanum et Lipsium. 44, [14, 3.] *Ramphylii legati coronam auream ex viginti millibus Philippeûm factam in aerarium attulerunt.* J. FR. GRON. *coronam auream ex quinque pondo factam* ex Reg. laudat Doujatius, nisi errore calami ita scriptum sit pro *pateram auream. pateram auream ex quinque auri pondo factam* Lov. 2. *pateram autem ex quinque pondo auri factam* Gaertn. Reliqui mei cum Hearnii L. 1. N. et Doujatii Colbert. Gronovio concinunt.

§. 9. *Africae regulos jussit adire*] Scribe: *Protenus et alios Africae regulos jussi adire.* Imperat sensus, nam intelligendum legati; et consentiunt scripti. J. FR. GRON. Consentiunt et codd. nostri cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Iis quoque quae darentur, portatae togae praetextae] Videtur antiqui libri lectio esse: *iis quoque quae darentur portata, togae praetextae.* RHEN. Unus tantum meorum Ber. *portatae* servat. *porta* habet Flor. eodem genere erroris, ac de quo supra dixi ad 10, 37, 2. Tum *togae praetextatae* Voss. Lov. 3. 4. et Hav.

Et terna pondo paterae aureae] *ternûm pondo* legendum censeo, alioqui absurdus erit sensus. Et in his etiam facilis est lapsus. GLAR. *et terna* Flor. et Lov. 5. *et trina* Gaertn. *et ternae* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. et Hav. cum nonnullis edd. vett. Gronovius 1. de Pec. vet. 6. p. 28. libros scriptos *terna* vel *ternae pondo* habere monet, quorum prius defendi queat ex illis, quae c. seq. 7. notat; suspicari tamen se, Livium scripsisse *et ternas pondo paterae.* videlicet libras.

§. 10. *M. Atilius et M. Acilius*] Scribe *M^. Acilius.* est enim M^. Acilius Glabrio, de quo infra fit mentio. SIG. Pal. 3. *G. Accilius.* GEBH. *L. Attilius et M. Cecilius* Hearnii L. 1. Posterioris legati nomen *Manius Attilius* in ed. Rom. Aleriensi scribi, auctor est Hearnius. Sed Rom. ed. anni 1472. quam consului, et aliae praeferunt *M. Acilius.* Paullo ante *Ptolemaeum et Cleopatram* Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. vetustis.

§. 11. *Multa ea aestate*] Vetus *Multa aestate, qua haec facta.* RHEN. Vet. lib. *ea aestate, qua* SIG. Pall. 1. 2. et vet. ed. *Multa ea aestate, qua haec facta sunt.* tert. *Multa aestate haec quae facta sunt.* GEBH. Pronomen *ea* adesse potest, potest etiam omitti. V. ad 23, 15, 4. Quum autem id tueantur omnes mei, praeter unum Hav. hic etiam servandum

Digitized by Google

si, dona tulere, regi togam et tunicam purpuream cum sella eburnea: reginae, pallam pictam cum amiculo purpureo. Multa ea aestate, qua haec fa- 11
cta sunt, ex propinquis urbibus agrisque nunciata sunt prodigia; Tusculi agnum cum ubere lactenti natum: Jovis aedis culmen fulmine ictum ac prope omni tecto nudatum: iisdem ferme diebus, A- 12

puto. Facile autem ab initio vocis sequentis intercipi potuit. Mox voces *ex propinquis urbibus agrisque nunciata sunt* desunt in Hearnii L. 1. neglegentia scribae, cui errandi caussa fuit repetita vox *sunt*. V. ad 9, 11, 11.

Agnum cum ubere lactenti natum] *cum ubere lactanti* est in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et omnibus edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. *lactenti* vulgari curavit, reliquis editoribus praeter Doujat. hanc lectionem recipientibus. Et ita praeferunt Flor. Harl. aliique. De differentia utriusque vocis *lactens* et *lactans* ita Serv. ad Virg. 1. Georg. 315. *Sciendum, inter Lactantem et Lactentem hoc interesse, quod Lactans est, quae lac praebet; Lactens cui lac praebetur.* Quod si verum ac perpetuum esset, *lactanti* hic praeferendum foret. Ex illis tamen, quae Cel. Burm. notavit ad Seren. Sam. vers. 349. colligitur, *lactenti* hic servari posse, quum *ubera lactentia* dicantur ratione matris, quae ubera lacte plena gerat. Praeterea *agnus natus* Voss. et Lov. 1. 2. Sed reliqua, quae sequuntur, vulgatum verum esse probant.

§. 12. *Anagniae terram ante portam ictam diem ac noctem* etc. *arsisse*] Pal. 3. *Anagiae terram ante portam ita diem ac noctem.* Pal. 1. et vet. ed. *die ac nocte.* GEBH. Put. Reg. *Anagniae ternam.* Men. *thermam.* Voss. *termam.* Rubenius conjicit *Hermam.* Hermae enim sive Mercurii προπύλαιοι ante portas statui solebant. J. FR. GRON. Non memini, me hoc usquam alibi inter tot prodigia a Livio memorata legere. Conjectura Rubenii facile recipi posset, si constaret, in Italia morem fuisse Hermas ante portas urbium ponendi. Nam hoc ex eo solo colligi non potest, quod Mercurius ibi quoque pro Deo viali habebatur. Lucretius quidem 1, 317. *Signa Deorum propter portas* memorat. Sed non necesse est, hoc de signis Deorum vialium intelligi; quamquam id docti quidam eo trahunt. DUK. *turmam* Ber. a m. 2. erasis prioris scripturae vestigiis, et Hearnii L. 1. ac N. *ternam* Flor. *termam* Hav. et Colbert. apud Doujat. qui ut et Crevier. monuerunt, si Rubenii *Hermam* recipiatur, etiam *ictam* in *ictum* mutandum esse. Sed v. Duker. Praeterea *die ac nocte* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Ber. cum edd. antt. Sed v. ad 35, 40, 8.

Ad compitum Anagninum] Cujus in Itiner. Anton. et Tabula Peuting. mentio obcurrit. V. Cluver. 3. Ital. ant. 6, 982. et Cl. Wesseling. ad Anton. Itin. p. 306. Ex priori eorum sua ad h. loc. descripsit Doujat. de quo quaerebat Crevier.

Digitized by Google

nagniae terram ante portam ictam, diem ac noctem
sine ullo ignis alimento arsisse: et aves, ad com-
pitum Anagninum, in luco Dianae nidos in arbori-
13 bus reliquisse: Tarracinae in mari haud procul por-
tu angues magnitudinis mirae, lascivientium piscium
14 modo exsultasse: Tarquiniis porcum cum ore huma-
no genitum: et in agro Capenate, ad lucum Fero-
niae, quatuor signa sanguine multo diem ac no-
15 ctem sudasse. Haec prodigia hostiis majoribus
procurata decreto pontificum: et supplicatio
diem unum Romae ad omnia pulvinaria, alte-
rum,

§. 13. *Lascivientium piscium more exsultasse*] Vet. lib. *piscium modo exultasse*. SIG. Pal. pr. *lascivientium more piscium*. tert. *lascivientium piscium modo*. nullius momenti recula. GEBH. Put. Reg. Pal. unus, *lascivientium piscium modo exsultasse*: quamquam ad sensum nihil intersit. Infra [c. 41, 10.] *ita pecorum modo incompositos passim campo se fudisse*. Horatius [4, 2, 27.] *apis Matinae More modoque*. Sic et Sigonianus. J. FR. GRON. *piscium modo* etiam Flor. Lov. 4. et Hearnii N. ac D. Infra 28, 16, 3. *Et jam inde fugientium modo effusi abibant*. 30, 13, 7. *Ut vita ejus fama mortis et latebris, ferarum modo in silvis rapto viventis, tegeretur*. 37, 46, 8. *Ad modum fugientium magnis itineribus in agrum pacatum reductos*. 40, 27, 12. *Ligures, aliquoties pecorum modo fugientes, per saltus invios consectati ceciderunt*. V. ad 21, 33, 7. Solent autem voces *modo* et *more* in Mstis confundi a librariis. V. ad 2, 3, 2. 3, 71, 7. 22, 14, 8. 32, 38, 8. 38, 17, 4. et Ald. Manut. ad Cic. de Sen. 2. Paullo ante *in mare*, pro *in mari*, Flor. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Ber. cum edd. antt. V. ad 28, 6, 2.

§. 14. *Porcum cum ore humano genitum*] Pal. 2. *cum in ore*. tert. *porcum cum capite humano*. GEBH.

§. 15. *Supplicatio diem unum Romae*] *Tò unum* deest in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Harl. *diem Romae unum* legit Gaertn. Dein paullo post *in Capenati agro* Flor. [Lovel.] 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. Utrumque in usu fuit. V. ad 5, 32, 4. c. 52, 9. et 8, 12, 13.

§. 1. *Cincio praetori*, *M. Valerio Messala*] Pal. 1. *Cinctio*. tert. *L. Cincio*. GEBH. *Cinctio* etiam Voss. Lov. 2. et Hav. Tum *inde Valerio* Voss. et Lov. 1. V. ad 4, 52, 4. Vox *Valerio* deest in Hearnii L. 1. Ceterum Valerii cognomen aliae editiones *Massala* scribunt, aliae *Messalla*. Variant etiam codd. V. Cel. Burm. ad Suet. Aug. 58. et Cortium ad Plinii 4. ep. 22, 5. Et hinc viri docti etiam in partes abiere. V. Dausq. Orthogr. part. 2. v. *Mes-*

Digitized by Google

rum, in Capenate agro, ad Feroniae lucum, indicta.

V. M. Valerius consul literis excitus, provincia 1
exercituque mandato Cincio praetori, M. Valerio
Messalla praefecto classis cum parte navium in Afri-
cam praedatum simul speculatumque, quae populus
Karthaginiensis ageret pararetque, misso, ipse de- 2
cem navibus Romam profectus quum prospere per-
venisset, senatum extemplo habuit. ibi de suis re-
bus gestis commemoravit. *Quum annos prope sexa-* 3
ginta in Sicilia terra marique saepe magnis cladibus
bellatum esset, se eam provinciam confecisse. neminem 4

salta. et Pighium in Ann. ad ann. ccccxc. p. 16. (* Jac. Gronov. ad Taciti 12. Ann. 1. Aegypt. ad SC. de Bacchan. p. 156.) Flor. hic legit *Messala:* et ita plerique codd. Sunt tamen, in quibus altera obtineat scriptura. Verum quum non tantum nummi, sed etiam marmora Capit. *MESSALLA* scribant, eaque in nominum propriorum scriptura plerumque sequar, ita etiam hic edi jussi; quamvis, utro modo scribatur, parum interest.

Praedatum simul speculatumque] *speculatum*, omissa copula, Flor. Voss. Lov. 2. 4. Harl. et Gaertn. Sed copula intercepta videtur a voce sequenti *quae.* V. ad 41, 2, 11. In uno Lov. 3. deerat pronomen *quae*, vicissim elisum a copula praecedenti *que.* V. ad 29, 6, 8. Locutio *praedatum simul speculatumque* infra inlustratur ad 33, 12, 2.

§. 2. *Quum prospere pervenisset, senatum extemplo habuit. ubi de suis rebus*] In veteri *venisset*, et mox *ibi de suis rebus*, non *ubi.* RHEN. *pervenisset* omnes mei. Tum vocem *extemplo* omittunt Ber. a m. 1. et edd. ante Aldum. Hinc *ubi de suis rebus* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. et Gaertn. Innumeris locis hac voculae commutantur. V. ad 2, 31, 6. c. 35, 2. 49, 12. 3, 8, 10. c. 18, 5. c. 20, 6. c. 24, 8. c. 50, 2. c. 54, 9. c. 69, 3. 4, 25, 8. et centies alibi.

§. 3. *Annos prope sexaginta in Sicilia*] Ab Ap. Claudio consule, qui primus bellum in Siciliam transtulit, ad hunc numerantur anni LV. SIGON.

In Sicilia terra marique saepe magnis cladibus bellatum esset] Pal. 1. et vet. ed. *magnis saepe cladibus.* a Pal. 2. τὸ *saepe* plane exsulat. tert. *terra marique prope magnis cladibus.* GEBH. *in Siciliam* etc. *bellatum* Flor. Voss. Lovel. 1. 2. Harl. Gaertn. et edd. antt. Verum non magis bellatum est *in Siciliam*, id est, adversus Siculos, quam *in Sicilia* adversus Poenos. Tum *magnis saepe cladibus* Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et veteres typis descripti. *prope magnis cladibus* Lov. 4.

Digitized by Google

Karthaginiensem in Sicilia esse: neminem Siculum, qui metu inde fugati afuerint, non esse: omnes in urbes,
5 *in agros suos reductos, arare, serere: desertam recoli tandem terram, frugiferam ipsis cultoribus, populoque Romano pace ac bello fidissimum annonae subsidium.*
6 Exin Mutine, et si quorum aliorum merita erga po-

§. 4. *Neminem Siculum, qui metu inde fugati abfuerint, esse*] Haec verba significant, nullum ex Siculis, qui aliquando fugerint, esse in Sicilia. At M. Valerius consul contrarium hic Romano senatui persuadet. Legendum igitur, quemadmodum castigavimus ex scripto cod. *neminem Siculum, qui fugati metu inde abfuerint, non esse.* Subaudi in Sicilia, hoc est, in Siciliam rediisse. RHEN. *non esse* expresse Pall. duo meliores. a Pal. 3. recisae sunt voculae istae duae, ut et a prisca ed. negativa *non*. Vult autem, omnes Siculos, qui Romanis faverant, a tyrannis ac Poenis expulsos rediisse. GEBH. Illud *non*, in edd. antt. omissum, sed a Rhenano ex cod. revocatum, superest etiam in omnibus meis. Praeterea *qui fugati metu inde*, Rhenani membranis consentiens, Flor. Gronovii edidere *afuerint*, sine dubio auctoritate codd. certe id apud me servat Flor. V. ad 26, 41, 11. Mox *in urbes*, *in agros*, pro *in urbes agrosque*, ed. Cl. Jac. Gronov. iterum, ut existimo, ex Mstis. Nam ipse ita in Flor. et plerisque reliquis meorum esse video, quod de suis L. 1. et D. etiam profitetur Hearnius. V. ad 39, 40, 11. Deinde *serere* exsulat a Flor. Cant. Voss. Lov. et Hav.

§. 5. *Pace ac bello fidelissimum annonae subsidium*] Sic nescio quis in novissimas editiones retulit, quum scripti editique omnes superiores *fidissimum*. J. FR. GRON. Ultima est Gruteri ed. in qua *fidelissimum* primum adparuit: cui nulli codicum concinunt. Paullo ante *desertam recoli terram tandem frugiferam* Flor. et Lov. 5. *desertamque coli terram tandem frugiferam* Gaertn. *desertam recolique terram frugiferam* Hearnii L. 1. *desertam recolique terram tandem frugiferam* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *desertam colique terram tandem frugiferam* Ber. et edd. principes; *recoli*, pro *colique*, substituit Ascens. anno 1513. Id quod nunc vulgo exstat, primum inveni in Froben. anni 1535.

§. 6. *Honores omnibus ad exsolvendam fidem a consule Romano habiti*] Hoc satis obscure dictum est *ad exsolvendam fidem*. nam oportet aliquid subintelligere, puta, senatus ipsius, aut alterius cujuspiam. Clarius autem loqui solet Livius. Proinde magis mihi probatur lectio Msti codicis, quae sic habet: *honores omnibus ad exsolvendam fidem consulis habiti*. Ut intelligas, regulis istis habitum honorem a senatu, quo liberarent fidem consulis M. Valerii, qui fidem suam illis obstrinxerat, futurum, ut, si Romam venirent, honoribus afficerentur. RHEN. Probe ita comparet, ut a Rhenano castigatum est, in Pall. 2. ac 3. At pr. cum vet. ed. *a consule habiti*. GEBH. Sic quidem [*fidem consulis habiti*] Rhenanus: ut intelligas, in-

Digitized by Google

pulum Romanum erant, in senatum introductis, honores omnibus, ad exsolvendam fidem a consule, habiti. Mutines etiam civis Romanus factus, roga- 7
tione ab tribuno plebis, ex auctoritate Patrum, ad plebem lata. Dum haec Romae geruntur, M. 8
Valerius Messalla quinquaginta navibus quum ante

quit, istis habitum honorem a senatu, quo liberarent fidem consulis Valerii, qui fidem illis suam obstrinxerat, futurum, ut, si Romam venirent, honoribus adficerentur. Cui sententiae ut non repugno, ita, quia codex antiquissimus omnesque Gall. et optimus Pal. et Voss. servant prius vulgatum, *ad exsolvendam fidem a consule habiti*, cogitandum propono, an non eadem hic reperiatur. Nempe *fides a consule* idem est, quod fides consulis, seu fides a consule data, quod verbum intelligitur. Cujusmodi sunt apud Plautum *foris a sene, quemque a milite, ab illo nuntius*; apud Lucretium *fulgur ab auro*, et similia. Cicero 2. de Nat. Deor. [49.] *Illud vero ab Aristotele animadversum, a quo pleraque quis potest non admirari.* Hoc est, cujus pleraque. Neque enim obscuritatem debemus interpretari, quod nobis insolentius videtur, quum delicias veteres sermonis Latini parum recordamur. J. FR. GRON. *Fides consulis* foret, ut *fides senatus*, *fides collegae* 2, 27, 1. *fides Valerii* 3, 19, 1. id est, quae senatus, collega, Valerius promiserat. Attamen lectionem, quae in editis ante Rhenanum exstitit, *fidem a consule* revocavi. Praeter codd. enim a Gronovio laudatos ita etiam Flor. Cant. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et Brancal. Latinii. Eodem autem sensu, quo *fides consulis*, etiam dicitur *fides a consule*. Ita *bellum a Volscis et Aequis*, *exercitus ab Aequis* 3, 22, 2. et 5. *classis ab Hierone* 22, 37, 1. V. ad 4, 7, 4. 28, 9, 1. (* 37, 23, 7. 42, 48, 7.) Gifan. Collect. Lucret. in v. *Ab*. et Cort. ad Plinii 4. ep. 22, 4. Paullo ante *Exinde Mutine*, pro *Exin*. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. (* v. ad Epit. 77.) eodem errore, quo saepe *deinde* pro *dein* dederunt librarii. V. ad 3, 3, 6.

§. 8. *Improviso in agro Uticensi excursionem fecit*] Vet. lib. *in agrum Uticensem*. SIG. Liber Mstus *ascensionem fecit*. Scribe *exscensionem*. LIPS. 2. Ep. Quaest. 20. *exscensionem* hic legendum, pro *excursionem*, quod vulgo obtinuerat, ex doctissimorum virorum sententia alibi docemus, licet ed. Mog. habeat *improvisam in agrum Uticensem excursionem fecit*. MOD. Quum in V. C. sit *ex improviso in agrum Uticensem ascensionem fecit*, non est dubium, quin legi debeat *exscensionem*: quo verbo usus est Livius hoc ipso libro [immo l. 37, 17, 3.] *In Bargyletico sinu exscensionem ad Jassum fecerunt*. Verbum etiam *escendere* usurpavit Livius in hujusmodi re narranda l. 29. pro *ascendere*. URSIN. Put. *escensionem*. ceteri *ascensionem*. Voluerunt nempe, quod praecepit Lipsius, *exscensionem*. J. FR. GRON. *ex improviso* Hav. et Brancal. Latinii. V. ad 6, 33, 7. sed vulgatum fide optimorum firmatur. Hinc *in agrum Uticensem*,

Digitized by Google

lucem ad Africam acceſſiſſet, inproviso in agrum
9 Uticensem exscensionem fecit: eumque late depo-
pulatus, multis mortalibus cum alia omnis generis
praeda captis, ad naves rediit, atque in Siciliam
transmisit: tertiodecimo die, quam profectus inde
10 erat, Lilybaeum revectus. Ex captivis, quaeſtione
habita, haec comperta, consulique Laevino omnia
ordine perscripta, ut sciret, quo in ſtatu res Afri-
11 cae eſſent. *Quinque millia Numidarum cum Masinis-*

cum Hearnii L. 1. N. et Brancal. Latinii, omnes mei praeter unum Ber. qui perperam cum editis legit *in agro Uticensi*. Veram autem scripturam *in agrum Uticensem* jam ante Sigon. reſtituit Curio. At nemo ipsi aures praebuit. Deinde *excursionem* Lov. 4. 5. Ber. Rec. et Gaertn. *ascensum* Lov. 2. *ascensionem* Flor. Cant. Voſſ. Lov. 1. Harl. Hav. Hearnii L. 1. N. et Brancal. Latinii. *exscesionem* Lov. 3. *exscensionem* conjecit etiam Latinius. V. ad 8, 17, 9. Unde patet, Ursinum hic male *exscendere* et *escendere* confudiſſe. Paullo ante vox *Meſſalla* non adparet in Flor. Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. quorum poſterior ignorat etiam vocem *quinquaginta*. Ceterum notam J. Fr. Gronovii, in editione Jac. Gronovii casu omiſſam, ex ed. anni 1665. reſtitui.

§. 9. *Cum alia omnis generis praeda captis, ad naves rediit, atque in Siciliam transmisit*] Auctior membro uno meus liber, *captis, multis occisis, ad naves rediit*, nec dubie hoc Livio poſthac addendum. LIPS. 2. Ep. Quaeſt. 26. Vet. ed. et Pal. pr. *et ad Siciliam transmisit*. GEBH. Miror scripturam libri Lipsiani, haud sane ineptam, ne dignam quidem visam Gronovio, cujus mentionem faceret. DUK. Cod. Lipsii consentiunt Voſſ. et Hav. *multis*, omiſſa sequenti voce *occisis*, habet Lov. 4. *multus* autem ejus loco Gaertn. Hinc suspicor, augmentum illud profectum eſſe ex errore scribarum, qui male τὸ *multis*, quod jam praeceſſerat, poſt *captis* repetierunt; cui alii, ut sensus idoneus foret, adjecerunt *occisis*. Deinde *redit* Flor. Voſſ. Lov. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. V. ad 36, 35, 2. Mox *et ad Siciliam* Flor. Voſſ. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et editi usque ad Froben. qui anno 1535. *atque in Siciliam* dedit. Poſtea *profectus erat inde* edd. antt. Sed *erat* exsulat a Flor. Hav. Lov. 2. 3. et Voſſ. In hoc tamen ultimo inter lineas adscribebatur ejus loco *eſt*, quod in contextu exſtat Lov. 1. in quo etiam ut et in Hav. insuper deerat τὸ *inde*.

§. 10. *Ut sciret, quo ordine vel quo in ſtatu res Africae eſſent*] Haec verba [*quo ordine vel*] non sunt in antiquo codice; sed tantum, *ut sciret, quo in ſtatu res Africae eſſent*. Quare dispunximus adjectitiam clausulam. RHENAN. Put. Reg. duo Pall. *ut sciret, quo in ſtatu res Africae essent*, recisis, quae recidenda suo

Digitized by Google

sa, Galae filio, acerrimo juvene, Karthagine esse; et alios per totam Africam milites mercede conduci, qui in Hispaniam ad Hasdrubalem trajicerentur; ut is, 12 *quam maximo exercitu primo quoque tempore in Italiam transgressus, jungeret se Hannibali. in eo positam victoriam credere Karthaginienses. Classem praeterea* 13 *ingentem adparari ad Siciliam repetendam, eamque se credere brevi trajecturam.* Haec recitata a consule 14 ita movere senatum, ut non exspectanda comitia

ex libro monuerat Rhenanus. J. FR. GRON. Easdem tres voces ignorant etiam Flor. Lov. 5. et Hav. Earum loco *ut sciret, quo ordine, quo statu* est in Harl. Ceterum *in quo statu Africae res essent* Ber. *Africae res essent* etiam Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 11. *Acerrimo juvene, Karthagine esse*] *Karthagini* Flor. V. ad 28, 26, 1. Mox *deduci*, pro *conduci*, male Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *duci* Harl.

§. 13. *Classem praeterea ingentem adparari*] *parari* Lovel. 5. *sparari*, id est *praeparari*, Gaertn. Paullo post *in brevi*, addita praepositione, Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hav.

§. 14. *Comitia consuli censerent, sed dictatorem comitiorum habendorum caussa dici, et extemplo*] Quid opus fuit hic mutare Livii verba? procul dubio non consuluit veteres libros, qui descriptum ab hinc annis centum Livianum exemplar castigare est aggressus. Melius et elegantius in scripto volumine legitur, nempe sic: *ut non exspectanda comitia consulis censeret, sed, dictatore comitiorum habendorum causa dicto, extemplo in provinciam redeundum*, quemadmodum et nos castigavimus in contextu. RHEN. Omnes Gallicani, duoque Pall. et Voss. *ut non exspectanda comitia consuli censerent, sed dictatorem comitiorum habendorum caussa dici, et extemplo in provinciam redeundum.* Quae posteriora sine caussa mutavit Rhenanus. J. FR. GRON. Quemadmodum Rhenanus posteriora ex fide codicis sui emendavit, praeferunt etiam Ber. et edd. vett. usque ad Aldum, qui illam lectionem, quam Gronov. revocavit, substituit, consentientibus reliquis meis, et Hearnii L. 1. ac N. Forte Rhenano displicuit illa variatio *censerent exspectanda, dici, redeundum.* At, similia plura apud optimos scriptores obcurrere, notavit Cel. Burm. ad Quinctil. 1. Instit. 8, 92. Neque justiori de caussa Rhenanus priora mutavit. Cur enim *comitia consulis*, quum utique duo consules creandi essent? licet ita quoque exstet in Lov. 1. Hafn. et Gaertn. saltem dedisset *comitia consulum*, ut est in Ber. a m. 2. et Hav. Verum hae lectiones inde ortae sunt, quod per compendium scriptum foret *cons.* idque ut explicare deberet, librarius adsequi non potuerit. V. ad 10, 10, 2. Neque dici pot-

Digitized by Google

consuli censerent, sed dictatorem comitiorum habendorum caussa dici, et extemplo in provinciam
15 redeundum. Illa disceptatio tenebat, quod consul in Sicilia se M. Valerium Messallam, qui tum classi praeesset, dictatorem dicturum esse ajebat: Patres extra Romanum agrum (eum autem in Italia termi-
16 nari) negabant dictatorem dici posse. M. Lucretius tribunus plebis quum de ea re consuleret, ita decrevit senatus, *Ut consul prius, quam ab urbe discederet, populum rogaret, quem dictatorem dici placeret; eumque, quem populus jussisset, diceret dictatorem. Si consul noluisset, praetor populum rogaret: si ne is*
17 *quidem vellet, tum tribuni ad plebem ferrent.* Quum

est, *comitia consulis* hic notare comitia a consule indicta, comitia quibus consul praefuturus erat: eo enim sensu locutionem alibi accipi non memini. At forte in nota Rhenani operae librariorum errarunt, et pro *comitia consuli* perperam dederunt *comitia consulis*. Certe Froben. in ed. anni 1535. quae ad mentem Rhenani emendata est, *consuli* in contextu Liviano servavit, pro quo demum Curio inconsiderate *consulis* substituit. Neque etiam *censerent* mutandum erat in *censeret*, quod in uno tantum Lov. 4. inveni, quum reliqui, ut et Hearnii L. 1. et N. tueantur *censerent*. Nam, *senatus* cum verbo plurativo construi, totiés in Livio obcurrit, ut, de eo editorem Livianum dubitare, monstro simile videri possit. V. ad 4, 58, 4.

§. 15. *Eum autem in Italia terminari*] Pall. 2. et 3. respuunt *in*. GEBH. Videtur abolendum *τὸ in*. J. FR. GRON. Ita citat Sigon. 1. de Ant. jur. civ. Rom. 2. DUK. Abest etiam praepositio non tantum a quibusdam edd. verum etiam a codd. Harl. et Doujatii Regio, cujus solius auctoritate expunxit Crevier. Id tamen nondum facere ausus sum. *determinari* est in Recan. *terminari in Italia* trajicit Lov. 5. Mox vocem *dictatorem* omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav.

§. 16. *Eumque, quem populus jussisset, diceret dictatorem*] Hic populus *jubere* dicitur: paulo post *plebs scivit*. rursus deinde *populus jubet*. cui subnectitur *ex eodem plebiscito*. Videndum lectori, num populi jussum velit dicere *plebiscitum*. Deinde quomodo *plebs scivit*, cum ante ejus concilium Levinus consul clam nocte in provinciam redierit? GLAREAN. Gallicani, *quem populus vidisset, diceret dictatorem*. J. FR. GRON. Ex ea scriptura Gronov. in pr. ed. not. vel scribendum conjicit *judicasset*, vel potius in antiquissimo libro Put. quem re-

Digitized by Google

consul se populum rogaturum negasset, quod suae potestatis esset, praetoremque vetuisset rogare; tribuni plebis rogarunt, plebesque scivit, ut Q. Fulvius, qui tum ad Capuam erat, dictator diceretur. sed, quo die id plebis concilium futurum erat, 18
consul clam nocte in Siciliam abiit: destitutique Patres literas ad M. Claudium mittendas censuerunt, ut desertae ab collega reipublicae subveniret, diceretque, quem populus jussisset, dictatorem. Ita 19
a M. Claudio consule Q. Fulvius dictator dictus, et ex eodem plebiscito et ab Q. Fulvio dictatore P. Licinius Crassus pontifex maximus magister equitum dictus.

liqui secuti sunt, librarii errorem esse putat: mox enim subjungi, *diceretque, quem populus jussisset, dictatorem.* Posterius hoc verum est. Omnes enim mei constanter *jussisset.* Solent autem ita errare librarii. V. ad 3, 30, 6. 8, 32, 16. 21, 12, 7. et quae notavi ad Silii 13, 372. Ceterum *diceret dictatorem* vett. edd. pro quo Froben. anno 1535. *dictatorem diceret.* Jac. Gronovius demum priorem ordinem verborum restituit, quem cum Gallicanis Gronovii servant omnes, quibus utor, codd.

Praetor urbanus populum rogaret] *To urbanus* in nullo prorsus MS. apparet. Et certe non minus commode poterit abesse. Infra c. 11, 6. *C. Hostilius praetor,* quem urbanam sortitum ante retulit. JAC. GRON. Abest etiam a Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hearnii Oxon. Doujatii Reg. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Eamdem vocem, omnes scriptos abdicare testatus, Crevier. ex contextu ejecit. quod probavi.

§. 17. *Tribuni plebis rogarunt, plebesque scivit, ut Q. Fulvius*] *tri. pl. rogavit* Lov. 5. *tribunus plebis rogavit* Hearnii L. 1. Sed praecessit *Tum tribuni ad plebem ferrent.* Hinc *plebsque scivit* Lov. 4. 5. et Hav. V. ad 1, 20, 6. Deinde Fulvii praenomen Q. abest a Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hav. Hearnii L. 1. et editionibus Aldina antiquioribus.

§. 18. *Literas ad Marcellum mittendas censuerunt*] Pall. tres, et vet. ed. *ad M. Claudium mittendas.* GEBH. Omnes, *destitutique Patres literas ad M. Claudium mittendas censuerunt.* Quid opus fuit mutare? J. FR. GRON. Consentiunt non tantum omnes codd. sed et editi usque ad Curionem, qui primus *ad Marcellum* vulgavit.

§. 19. *Ita a M. Claudio consule Q. Fulvius dictator dictus*] Plu-

Digitized by Google

1 VI. Dictator postquam Romam venit, Cn. Sempronium Blaesum legatum, quem ad Capuam habuerat, in Etruriam provinciam ad exercitum misit, in locum C. Calpurnii praetoris; quem, ut Capuae
2 exercituique suo praeesset, literis excivit. Ipse co-

tarch. in Marc. [p. 312.] Ἐλθόντα δὲ ἐκέλευεν εἰπεῖν δικτάτωρα Κοΐντον Φούλβιον, ἐπεὶ δὲ ἐλθὼν ἀπὸ τῆς Σικελίας ὁ τοῦ Μαρκέλλου συνάρχων, ἕτερον ἐβούλετο λαβεῖν δικτάτωρα καὶ βιασθῆναι παρὰ γνώμην μὴ βουλόμενος ἐξέπλευσε νυκτὸς εἰς Σικελίαν, etc. SIG. Pall. 1. 2. et vet. ed. *a Claudio consule Fulvius dictator dictus.* GEBH. Edd. quaedam ex vetustissimis *Ita a Marcello consule;* pro quo Aldus reposuit *Ita a M. Claudio consule.* Postea Curio priorum edd. lectionem revocavit, cujus tandem loco Jac. Gronov. dedit *Ita a Claudio consule*, ut praeferunt nonnulli scripti, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Verum *Italiam Claudio consule* Flor. a m. 1. et Cant. ex quorum vestigiis *Ita a M. Claudio consule* olim scriptum fuisse colligitur, quod etiam superest in Lov. 4. 5. Harl. et Gaertn. Id igitur recepi: ut ita Livius omnes hic memoratos, Fulvium, Claudium, Licinium, additis praenominibus semper adpellaverit: hinc etiam non sequor Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertner. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum, in quibus Fulvii praenomen omittitur. Mox etiam edd. antt. male *plebiscito a Fulvio dictatore*, Aldus *plebiscito ab Q. Fulvio*, Jac. Gronovius *plebiscito et ab Q. Fulvio:* cujus vestigia supersunt in plerisque Mstis *plebiscito et absq; Fulvio* legentibus: alii palam Gronovio adsentiuntur.

§. 1. *Cn. Sempronium Blaesum legatum*] Pall. 1. 2. *Cajum.* At tert. *Dictator postquam Romam venit Sempronius Blesum.* Statim comparet in Pall. 1. 2. *in Etruriam provinciam cum exercitu misit.* GEBH. Sempronii praenomen deest in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Sed *C. Sempronium* legunt Flor. Lov. 2. Hav. et Hearnii L. 1. quod probavi, ut sit idem C. Sempronius Blaesus, qui anno priore Cn. Fulvium accusavit supra 26, 2, 7. Et quidem tanto magis hanc lectionem probo, quod *Cnaei* praenomen circa hoc tempus a gente Sempronia usurpatum non reperiatur, in qua contra frequens erat *Caji* praenomen. De cognominis *Blaesi* orthographia dictum est ad 22, 31, 5. *Plaesum* legunt Florent. et Voss. *Plesum* Gaertn. *Blosim* Hearnii L. 1. Plerique diphthongum mutant in *e*. Deinde *provinciam exercitum misit* Lov. 2. et Flor. a m. 1. *provinciam cum exercitu* a m. 2. et Hav. Mox Calpurnii praenomen *C.* omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. vett.

§. 2. *Certamine inter tribunos dictatoremque injecto*] Pal. 1. *in tribunos.* GEBH. Ita et Flor. Lovel. 2. 3. Harl. et Hav. V. ad 38, 57, 6. Paullo ante *in quem primum diem* Lov. 2. *to primum* deerat in Lov. 4. Praeterea *dixit*, pro *edixit*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Tota ea vox omittitur in Harl.

Perfici non potuerant] Lege *poti-*

Digitized by Google

mitia, in quem diem primum potuit, edixit: quae, certamine inter tribunos dictatoremque injecto, perfici non potuerunt. Galeria juniorum, quae 3 sorte praerogativa erat, Q. Fulvium et Q. Fabium consules dixerat, eodemque jure vocatae inclinas-

erant, vel *potuerunt*. J. FR. GRON. *potuerunt* Doujatii Reg. et Lov. 4. 5. *poterant*, praeter utramque editionem Tarvisinam aliasque, etiam codd. Lov. 2. et Victor. apud Crevier. qui, utram harum lectionum recipias, commode sese habituram orationem putat. Priorem vero ipse recepit: quem sequor.

§. 3. *Galeria juniorum, quae forte praerogativa erat*] Praecedente lib. [c. 22, 2.] eo in loco, ubi Torquatus renuit consulatum, *Praerogativa* (inquit Livius) *centuria juniorum declaravit T. Manlium Torquatum*. Hic nunc vocat *Galeriam*. Ego sane, quid sibi id nominis velit, non intelligo. Si equitum est ordo, fortassis a *Galero* nomen habet. Sed ea conjectura duntaxat est. Vegetius 1. de re milit. 10. lixas *galerios* vocatos suo seculo testatur. Vox est rara, ac fortassis corrupta. GLAR. Vet. lib. *quae forte*. Quamquam *sorte* probatur, ut 24, [7, 12.] *Eo die cum sors praerogativae ante juniorum exisset*. et Cicero Philipp. 2, [33.] *Sortitio praerogativae*. *Galeria* autem nomen est centuriae; ut *Veturia*, de qua supra [ad 26, 22, 2.] SIG. *Galena* Gaertn. et Hearnii N. *Galleria* ejusdem L. 1. qui etiam perperam legit *quae forte*, ut nonnullae quoque praeferunt edd. sollemni scribarum aberratione. V. ad 1, 4, 4. Ceterum graviter cum Sigonio expostulavit Robortell. 2. Emend. 31. quod *Galeriam* centuriae nomen esse dixerit, quum centurias nullum nomen habuisse, et *Galeriam* tribus Romanae nomen fuisse contendit: cui pluribus respondit Sigon. 2. Emend. 35. Adde Pantagath. apud Ursin. ad Liv. 1, 43, 12. et quae supra notantur ad 26, 22, 2. Mox Fulvii et Fabii praenomina omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. Hav. et Hearnii N. ac L. 2. solius Fabii Lov. 4. et Gaertn. Praeterea *Flavium*, pro *Fabium*, legunt Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. V. ad 8, 22, 2. Mox *dixerant* Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav.

Eodemque jure vocatae reliquae inclinassent] Volumen scriptum non habet *reliquae*, sed tantum *eodemque jure vocatae inclinassent*. Porro *eodemque* adverbium est, et *jure* septimo casu dictum, ut et *sorte*. RHEN. Vox *reliquae* vacat, ut veteres indicant libri. opponit autem *jure vocatas* centurias *praerogativis*: judicium autem, inquit, praerogativae secutae essent eae, quae jure vocatae dicuntur, de quibus nos supra. SIG. Induxi τὸ *reliquae*, praemonentibus Rhenano ac Sigonio; instinctu insuper Pall. 1. ac 3. GEBH. Legendum omnino est, *eodemque* (εἰς τὸ αὐτὸ) *ceterae vocatae inclinassent*. Nihil attinet, quod quidam putant, ad τὸ *praerogativa sorte* etc. nam necessario opus illa voce est *ceterae*. T. FABER. Abjurant omnes τὸ *reliquae*, ut et Rhenani et Sigonii libri. Ascon. in Divin. [immo Act. 1. in Verr. 9.] *Praerogativae sunt tribus, quae primae suffragium ferunt ante jure vocatas.*

Digitized by Google

sent, ni tribuni plebis C. et L. Arennii se interpo-
4 suissent: qui, *neque magistratum continuari satis civile esse*, ajebant; *et multo foedioris exempli, eum*
5 *ipsum creari, qui comitia haberet. Itaque, si suum nomen dictator acciperet, se comitiis intercessuros: si aliorum, praeterquam ipsius, ratio haberetur, comitiis*
6 *se moram non facere.* Dictator caussam comitiorum

Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina omnino de iisdem candidatis comitia fieri, quorum primae tribus Praerogativae dicebantur, quod primae rogarentur, quos vellent consules fieri: secundae jure vocatae, quod in his sequente populo, ut saepe contigit, praerogativarum voluntatem jure omnia complerentur. V. 4. Obs. 1. J. FR. GRON. *reliquae* expellunt Hearnii Oxon. et omnes mei, praeterquam Ber. et Hav. Sed vox illa nata videtur ex glossa *τοῦ jure vocatae*, ad indicandum, eo intelligi reliquas praeter praerogativam. Ceterum emendatio Fabri absurda est, et eruditione ac fama ejus indigna, quam etiam Doujatius rejecit. Locus Ascon. a Gronov. laudatus nihil mutandum docet. Similiter *praerogativam* et *jure vocatas tribus* simul memorat Liv. 5, 18.

Ni tribuni plebis C. et L. Arennii se interposuissent] Dixi de hoc loco 4. Obs. 1. Vossianus *nisi tr. pl. et L. Arriani interposuissent. L. Arennium* praefectum sociorum infra c. 26, 12. habes. J. FR. GRON. Scribit Gronov. in Obs. l. l. *se* ab omnibus scriptis abesse, atque inde conjicit *qui* et *ajebant* insiticia esse; *interposuissent* autem exponit *decretum interposuissent.* Sed primum *se* est in omnibus Hearnianis, excepto uno. Deinde *interponere*, pro *interponere decretum*, forsitan sine exemplo est: certe in iis, quae conjecturae suae firmandae adfert vir Celeb. additur *decretum.* Denique quemadmodum magistratus inter litigantes *decernere* et *decretum interponere* dicuntur, sic fere etiam tribuni plebis in lite et contentione appellati. Ita in locis Gellii 7, 19. et Livii 4, 53, 6. apud Gronovium. Adde lib. 3, 13. 28, 45. 38, 52. 58. et 60. Hic autem, quia nondum quidquam contentionis et altercationis intercesserat, neque necesse erat decretum tribunorum interponi. DUK. *nisi tribuni plebis* Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Deinde prioris tribuni praenomen *C.* omittunt Lov. 1. 2. 3. illis transpositis *L. et C.* legit Hearnii L. 1. Tum *Arriani* Flor. Lov. quinque, et Rec. *Ariani* Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. Doujatii Reg. Colbert. et omnes edd. usque ad ultimam Gruteri, quae *Arennii* dedit, ex emendatione Pighii nempe in Ann. ad ann. DXLIII. p. 190. Gronov. in Obs. etiam *Afranii*, vel *Herennii* legi posse suspicatur. Tandem pronomen *se* exsulat a Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et multis edd. antt. Id tamen legitimam caussam Gronovio non dedisse ejiciendi voces *qui* et *ajebant*, Dukero consentio. Modestius certe erit, si statuamus, librariorum neglegen-

Digitized by Google

auctoritate senatus, plebiscito, exemplis tutabatur. *Namque, Cn. Servilio consule, quum C. Flaminius al-* 7
ter consul ad Trasimenum cecidisset, ex auctoritate Pa-
trum ad plebem latum, plebemque scivisse, ut, quoad
bellum in Italia esset, ex iis, qui consules fuissent, quos
et quoties vellet, reficiendi consules populo jus esset. ex- 8
emplumque eam in rem se habere vetus L. Postumii

tia voculam *se* excidisse, quam duas illas perperam ab iis additas esse. Quum autem tot codd. *nisi*, pro *ni*, legant, videri potest scriptum a Livio esse *ni se tribuni plebis C. et L. Arennii interposuissent.*

§. 4. *Qui, neque magistratum continuari satis civile esse*] Proconsulatum Q. Fulvii aequat consulatui: alioqui quomodo ei continuaretur imperium, qui hoc anno non fuit consul? Nisi de dictatura hoc intelligendum. GLAR. Ex dictatore consulem fieri. SIG. Proconsulatus intelligi nequit. Livius enim inquit *magistratum continuari.* Proconsulatus autem non est *magistratus*, sed *imperium.* V. Sigon. ad 3, 4, 10.

§. 5. *Itaque, si suum nomen dictator acciperet*] In exemplari vetusto *si suum nomen dict. exciperet* legitur. Unde conjicio, sic hunc Livii locum castigandum, *Itaque ni suum nomen dictator exciperet.* RHEN. Pal. 3. *exciperet.* Unde tamen non continuo applaudendum conjecturae Rhenani. GEBH. *exciperet* Gaertn. *non exciperet* Lov. 5. Solent librarii has voces commutare. V. ad 10, 18, 9.

§. 7. *Quum Flaminius alter consul*] Indicant vestigia scripturae veteris, tametsi mendosa, deesse hic praenomen Flaminii, puta *C.* aut *P.* RHEN. Vet. lib. *cum C. Flaminius.* SIG. Pal. 1. *Namque Cn. Servilio cos. cum eo Flam.* Reliqui quoque *Namque.* Rhenanus cum Sigonio interponunt, seu praefigunt potius, *cum C. Flaminius.* GEBH. Scribendum, *quum C. Flaminius alter consul ad Trasimenum cecidisset.* Nam aut praeponunt literam praenominis indicem, (Put. *G.*) aut habent *quum eo Flaminius.* J. FR. GRON. *quum eo Flaminius* etiam Flor. Voss. Lov. 2. 5. Harl. Gaertner. et Hav. *quum Gn. Flaminius* Lov. 3. *quum Cn. Flavius* Lov. 4. Ceterum *namque* omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. ac D. cum priscis excusis: cujus loco Froben. anno 1535. *nam* substituit. At priorem lectionem jam Cl. Jac. Gronovius revocavit.

Plebemque scivisse] Est in scripto *jussisse.* Sed nescio an mendose, sicut et supra [cap. praec.] *quem populus jussisset dictatorem.* RHEN. Mirum, Livium ne uno quidem verbo hujus plebisciti meminisse sub consule Flaminio. Exemplum autem de Posthumio Megillo fuit anno ab urbe cond. CDLXII. quando cum eo consul fuit C. Junius Brutus (quem codices alii *Cn.* alii *Bubulum*, alii *Bubulcum* vocant) secunda decade libro primo. At hoc plebiscitum a Livio omissum est hac decade. GLAR. *jussisse* etiam Rec. quod ex glossa τοῦ *scivisse* natum puto.

Digitized by Google

Megelli, qui interrex iis comitiis, quae ipse habuisset, consul cum C. Junio Bubulco creatus esset; recens Q. Fabii, qui sibi continuari consulatum, nisi id bono pu-
9 *blico fieret, profecto numquam sivisset.* His orationibus quum diu certatum esset, postremo ita inter dictatorem ac tribunos convenit, ut eo, quod cen-
10 suisset senatus, staretur. Patribus id tempus reipublicae visum est, ut per veteres, et expertos, bellique peritos imperatores respublica gereretur. itaque moram fieri comitiis non placere. Conce-
11 dentibus tribunis, comitia habita. Declarati con-

§. 8. *Exemplumque ea in re se habere*] Reposuimus ex antiquo libro *exemplaque.* nam subdit: *vetus L. Postumii, recens Q. Fabii.* Sic enim legi debet, non *recensque Q. Fabii.* RHEN. Pal. 1. *exemplum in eam rem se habere.* vet. ed. *exemplum ea in re vetus se habere.* sec. tertiusque *exemplum* quoque praeferunt, retunduntque insimul Rhenani correctionem. GEBH. Nostri consensu, *exemplumque eam in rem se habere,* contra Rhenanum. J. FR. GRON. Unus meorum Gaertn. Rhenano adsentitur. Et quidem *exempla vetus, recens* eadem forma dictum foret, qua *duces Romanum Poenumque:* de quo v. ad 22, 23, 6. Sed aliud suadent codd. *exemplumque ea in re,* ut ante Rhenan. edebatur, Ber. et Lov. 5. *exemplum eam rem* Lov. 2. *exemplum ad eam rem* Hav. *exemplumque in eam rem* Lov. 3. 4. *exemplumque eam rem* Flor. Voss. Lov. 1. et Harl. ubi praepositio *in* elisa est ab ultima litera vocis *eam.* V. ad 10, 13, 3. Scribendum enim, ut Gronov. edidit, *exemplumque eam in rem;* quod in N. esse, Hearnius monuit.

L. Postumii Megilli] *L. Postumii Megelli* ex Capit. consulibus et vetustis libris, SIG. Non aliter omnes mei, excepto uno Ber. qui cum vetustis edd. legit *Metelli.* V. Sigon. iterum ad 10, 26, 15. et Pighium in Ann. ad ann. CDLXII. pag. 401.

Consul cum Cn. Junio Bubulco] Lege *cum C. Junio,* ex Cassiodoro et tabulis Capitol. consules fuerunt anno v. c. CDLXI. SIG. *Caji* praenomen ei etiam tribuunt Florent. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. cum edd. Ascensii. Deinde *Bubullo* Lov. 3. *Bubulo* reliqui fere codd. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed, Juniorum cognomen *Bubulcus* esse, certum est. V. Pighium loco laud. Similiter peccarunt librarii 9, 28, 2. et alibi.

Profecto numquam sivisset] Pal. sec. *scisset.* ut exaratum quoque in tert. sed vet. ed. *scivisset.* GEBH. Put. *nisi id bono publico fieret, profecto numquam sisset.* Alludunt alii *quaesisset, scisset* referendo. Et delectatur ea contractione Livius. J. FR. GRON. *scivisset* Voss. Lov. 1. 2. Harl. Hafn. Ber. Gaertn. Hav. et quae-

Digitized by Google

sules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Fulvius Flaccus quartum. Praetores inde creati, L. Veturius 12
Philo, T. Quinctius Crispinus, C. Hoſtilius Tubulus, C. Aurunculejus. Magiſtratibus in annum creatis, Q. Fulvius dictatura se abdicavit. Extremo 13
aeſtatis hujus classis Punica navium quadraginta, cum praefecto Hamilcare in Sardiniam trajecta, Olbiensem primo, dein, poſtquam ibi P. Manlius 14
Vulso praetor cum exercitu adparuit, circumacta inde ad alterum insulae latus, Caralitanum agrum vaſtavit, et cum praeda omnis generis in Africam

dam edd. vett. *scisset* Lov. 3. 4. *isset* Cant. *sisset* optime Flor. V. ad Livii 3, 18, 6.

§. 10. *Patribus id tempus reipublicae*] In margine vetuſti codicis adscriptum erat verbum *interesse*. RHENANUS.

§. 11. *Declarati consules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Fulvius Flaccus quartum*] Neutrum ex numeralibus comparet in ullo Gallicanorum, qui tamen utrumque servant inferius [c. 7, 7.] J. FR. GRON. A multis etiam meorum numeralia repudiantur. Priori quartus consulatus in Hearnii L. 1. secundus in N. adscribitur. In poſteriori uterque numerum omittunt: tertium ei tribuunt antt. edd.

§. 12. *Praetores creati*] Vet. lib. *Praetores inde creati*. SIG. Saepe Livius praetorum comitia consularibus subjungens utitur voce *inde*, vel *deinde*, *exinde*, *tum* aut similibus. Interdum tamen ea omiſſa prioribus addit. Ita 24, 43, 6. 30, 40, 5. et alibi. Quum igitur τὸ *inde* a Sigonio additum non adpareat in ullo meorum, nec in Hearnii L. 1. ac N. vix vet. lib. Sigonii fidem habeo.

C. Hoſtilius Tubulus] Ita solus Pal. 3. Nam primus *Tumulus*. sec. et vet. ed. *Tribulus*. GEBH. *Tumulus* Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. Harl. Hafn. et Hav. *Cumulus* Gaertn. et Hearnii N. *Damulus* Lov. 5. *Daumulus* Hearnii L. 1. *Tribulus* Lov. 3. Ber. et multae edd. vett. Mox *et C. Aurunculejus*, copula addita, Hearnii L. 1. *C. Arunculejus* Lov. 2. 4. Ber. et Hav.

§. 13. *Classis Punica navium quadraginta*] *navium XXX* Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. Mox *Obbiensem* Flor. *Obliensem* Lov. 2. et Hearnii L. 1. Male. V. Cluver. Sardin. ant. c. 1. p. 493.

§. 14. *P. Manlius Volso*] *Vulso* ex Capit. tabulis. SIG. V. ad 22, 35, 1. *Colso* perperam Flor. Voſſ. Lov. 1. 3. Harl. Gaertn. et Hav. *Cosso* Lov. 2. 5. et Hearnii L. 1.

Circumacta inde ad alterum insulae latus, Caralitanum] Ptolemaeus Olbiam Caralinque eo-

Digitized by Google

15 rediit. Sacerdotes Romani eo anno mortui aliquot subfectique. C. Servilius Pontifex factus in locum T. Otacilii Crassi. Ti. Sempronius Ti. F. Longus
16 augur factus in locum T. Otacilii Crassi. Decemvir item sacris faciundis in locum Ti. Sempronii C. F. Longi Ti. Sempronius Ti. F. Longus subfectus. M.

dem Sardiniae latere ponit, videlicet ortum spectante. Quare non video, quomodo hic locus constet. GLAREAN.

§. 15. *Sacerdotes Romani eo anno mortui*] T. Otacilius mortuus erat anno V. ıɔxlı. Q. Fulvio III. Ap. Claudio consulibus. 26, 22. 23. DUKER.

C. Servilius pontifex factus in locum T. Otacilii Crassi] Post haec verba inserunt Put. Pet. Reg. *Tiberius Sempronius Tib. F. Longus augur factus in locum T. Otacilii Crassi.* Et fuisse tale quid in Pall. etiam suspicor inde, quod excerptor vitiosissimam eorum scripturam hic arguit, adeo ut piguerit enotare. Ita enim defungitur interdum, quod ἄλλοις ejus ἐσϑλοῖς condonabimus. Sunt autem ista haud dubie Livii verba, quae intelliges, si cogitaveris, duo sacerdotia habuisse T. Otacilium Crassum, pontificatum et augurium: duo etiam accepisse Tiberium Sempronium Tib. F. Longum, augurium nempe et decemviratum. Sic l. 29. in fin. [38, 7.] *In M. Pomponii Mathonis auguris et decemviri locum creati, decemvir M. Aurelius Cotta, augur Ti. Sempronius Gracchus.* 30, [26, 10.] de Q. Fabio Maximo Cunctatore: *Augur in locum ejus inauguratus Q. Fabius Maximus filius: in ejusdem locum pontifex (nam duo sacerdotia habebat) Ser. Sulpicius Galba.* 40, [42, 11.] *Exitu anni et C. Servilius Geminus pontifex maximus decessit: idem decemvir sacrorum fuit: pontifex in locum ejus a collegio cooptatus est Q. Fulvius Flaccus, creato ante pontifice maximo M. Aemilio Lepido, quum multi clari viri petissent; et decemvir sacrorum Q. Marcius Philippus in ejusdem locum est cooptatus.* J. FR. GRON. De pluribus sacerdotiis in unum hominem collatis plura habet Spanhem. diss. 12. de Usu et praest. num. p. 368. Julius Caesar pontifex Maximus et augur fuit. Cic. 13. fam. 68. et alibi ibi apud Manutium. DUK. Quae Gronov. in quibusdam suorum invenit, etiam in Oxon. D. superesse Hearnius testatur. Verum illa in nullo meorum mihi obviam fuerunt. Neque etiam Livii esse, ex ipso colligo; qui, mortem Ti. Sempronii Ti. F. Longi referens, 41, 21, 8. eum decemvirum sacrorum fuisse, et quis ipsi in hoc sacerdotio successerit, memorat; at auguratus, quem nunc etiam adeptum esse Gronov. putabat, non meminit.

§. 16. *T. Sempronii T. F. Longi T. Sempronius C. F. Longus*] Lege *Ti. Sempronii Ti. F. Longi Ti. Sempronius.* Est enim *Tiberius* Sempronorum cognomen. SIG. Ratio temporum et Capitolina marmora correctissima demonstrant ita legendum esse: *Decemvir item sacris faciundis in locum Ti. Sempronii C. F. Longi Ti. Sempronius Ti. F. Longus suffectus.*

Digitized by Google

Marcius rex sacrorum mortuus est, et M. Aemilius Papus maximus curio. neque in eorum locum sacerdotes eo anno subfecti. Et censores hic annus 17
habuit L. Veturium Philonem et P. Licinium Crassum, maximum pontificem. Crassus Licinius nec consul, nec praetor ante fuerat, quam censor est factus.

Hic enim tunc non mortuus, sed decemvir in locum patris mortui factus est, et postea quoque summos magistratus gessit. Comprobare videtur correctionem istam Liv. ipse 41, [21, 8.] ubi hunc eumdem decemvirum pestilentia mortuum scribit: *Sacerdotes*, inquit, *publici ea pestilentia mortui sunt Cn. Servilius Caepio pater praetoris, et Ti. Sempronius Ti. F. Longus decemvir sacrorum* etc. Exemplaria tamen *T. F.* legunt, vulgato librariorum errore praenomina male discernentium. PIGHIUS in Ann. ad ann. DXXXV. p. 149. et ad ann. DXLVIII. p. 214. Pal. 1. *in locum T. Sempronii Ti. Fi. Longi Ti. Sempronius C. Fi. Longus suffectus.* At omnium vitiosissimi reliqui duo Msti sunt, quos enotare piget. GEBH. Non recte tamen Pighius loco posteriori Ti. Sempronium A. V. IDXLIV. in locum patris decemvirum suffectum scribit, quod factum est Marcello IV. et Laevino coss. A. V. IDXLIII. DUK. Pighii conjectura verissima est, quam Gruterus ultimae ed. contextui inseruit, unde in Gronoviorum aliorumque edd. pervenit. Non enim J. Fr. Gronovius ita correxit; et membranarum ad id auctoritate inductus edidit, ut existimat Jac. Perizon. ad Livii 41, 21, 8. ubi emendationem hujus loci probavit. Ceterum *sacris faciendis* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1.

M. Aemilius Pappus] *Papus* ex Capitolinis tabulis. SIG. Ita quoque praeter unum Ber. omnes mei. V. ad 9, 7, 14. Ipsi vero *Cn.* praenomen datur in Hearnii L. 1. Paullo ante *L. Marcius* Hearnii L. 1. *Cn. Marcius* ejusdem N. et Lov. 3.

§. 17. *Et censores hic annus habuit L. Veturium Philonem*] Dubium hic est, de priorene anno loquatur, an de hoc praesente. nam *hic annus* ait, non superior. Atqui hoc anno L. Veturius Philo fit praetor peregrinus cum Gallia provincia, ut paulo post [c. 7, 8.] exhibet Livius. Num igitur simul censor? non opinor: nam censor hic moritur. At paulo post aedilis curulis ludos Romanos instaurat. Necesse igitur est, plures fuisse eo nomine. Cicero videtur *Philos* vocare, non *Philones*, ex quo multi in Livio cognomina mutare in prioribus ausi, hic tamen non emendarunt. Fieri potest, ἑτερόκλιτον fuisse apud veteres. GLAR. Duo hoc tempore fuerunt L. Veturii Philones, forte pater et filius, quorum illum hoc anno in censura mortuum Pighius ad ann. IDXLIII. p. 189. consulem anno IDXXXIII. et triennio post dictatorem fuisse monet. Hic nunc aedilis curulis et in annum sequentem praetor creatus postea consul ac magister equitum fuit. Ceterum *Philus* et *Philo* diversa Romanorum cognomina fuerunt, illud genti Furiae, hoc genti Veturiae a-

Digitized by Google

18 ex aedilitate gradum ad censuram fecit. Sed hi censores neque senatum legerunt, nec quidquam publicae rei egerunt: mors diremit L. Veturii. inde 19 et Licinius censura se abdicavit. Aediles curules L. Veturius et P. Licinius Varus ludos Romanos diem unum instaurarunt. Aediles plebis Q. Catius et L. Porcius Licinus ex multaticio argento signa aenea ad Cereris dedere: et ludos, pro temporis ejus copia, magnifici adparatus fecerunt.

VII. Exi-

liisque competebat. Mox *maximum pontificem*, pro *pontificem maximum*, edidit Jac. Gronov. sine dubio auctoritate codicum. Certe, excepto Ber. ita omnes mei cum Hearnii L. 1.

Quam censor est factus] Vet. ed. *effectus*. GEBH. Ita Lov. 3. Ber. et edd. ante Aldum. *To est* non adparet in Lov. 2.

§. 18. *Hi censores neque senatum*] Castigavimus *Sed hi censores*, et mox pro *reipublicae* scripsimus *publicae rei*. Sic enim antiquus liber habet, et sic est legendum. RHEN. Illud *Sed* in quibusdam codd. adhaesit verbo praecedenti, qui, pro *fecit*. *Sed hi*, legunt *fecisset*. *Hi*. Ita praeferunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. Uno etiam vel altero excepto, omnes codd. Rhenano *publicae rei* legenti adsentiuntur. Duabus, non una voce, *res publica* scribitur infra 42, 26, 1. *Nihil magnopere rei publicae eo anno consules gesserant*. Mox *inde L. Licinius* Lov. 5. *inde P. Licinius* Hearnii L. 1.

§. 19. *Q. Catius et L. Porcius Licinius*] *Licinus* ex Capitolinis tabulis. SIG. *Q. Cautius* Voss. Lov. 1. 3. Ber. Gaertn, Hearnii N. et edd. usque ad Aldum. *Q. Caurius* Lov. 2. *Q. Tatius* Lov. 5. et Hav. *Q. Tacius* Hearnii L. 1. *Q. Cantius* Aldus. *Q. Catius* reliqui. et ita Froben. anno 1535. edidit. *Licinus* recte Flor. V. ad 26, 6, 1. Paullo ante aedilis curulis Veturii praenomen *L.* omittitur in Flor. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Hav. Hearnii N. et edd. vetustis. ejus loco *et* erat in Hearnii L. 1.

Et ludos, pro temporis hujus copia, magnifici adparatus fecerunt] Vetus habet *pro temporis ejus copia magnifice apparatos*. RHEN. Ita et Pal. 3 Reliqui omnes *magnifici apparatus*. GEBH. *magnifici apparatus* Gallicani omnes, et duo Pall. et Vossianus. Quod male mutatum ivit Rhenanus. Suetonius Julio [10.] *Aedilis praeter comitium ac forum basilicasque etiam Capitolium ornavit, porticibus ad tempus exstructis, in quibus abundante rerum copia pars apparatus exponeretur*. J. FR. GRON. *magnifici apparatus* etiam Pighius citat ad A. V. 1DXLIII. p. 189. DUK. *pro temporis hujus copia magnifici apparatus* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. *magnifice apparatos* Lovel. 5. Harl. et Hearnii L. 1.

Digitized by Google

VII. Exitu anni hujus, die quarto et tricesimo, 1
quam ab Tarracone profectus erat, C. Laelius legatus Scipionis Romam venit: isque, cum agmine captivorum ingressus urbem, magnum concursum hominum fecit. Postero die in senatum introductus, 2
captam Karthaginem, caput Hispaniae, uno die, receptasque aliquot urbes, quae defecissent, novasque in societatem adscitas, exposuit. Ex captivis 3
comperta his fere congruentia, quae in literis fuerant M. Valerii Messallae. Maxime movit Patres

§. 1. *C. Laelius legatus Scipionis Romam venit*] Pal. 1. *C. Laelius Romam venit*, rejectis caeteris. At in Pal. 2. ac 3. haec ita transposita sunt. *Exitu anni hujus Laelius legatus Scipionis die quarto et trigesimo, quam a Tarracone profectus erat, Romam venit.* Vet. ed. *Exitu anni hujus die IIII et XXX, qua a Tarracone profectus erat Laelius, Romam venit legatus Scipionis.* GEBHARD. Pall. secundo et tertio concinunt Lov. 4. et Harl. nisi quod legant *C. Laelius.* Vet. editioni autem Ber. et aliae edd. principes. At voces *C. Laelius legatus Scipionis* desunt in Flor. Cant. et Hearnii D. Sed *C. Laelius* diversa manu in Flor. inter versus adscribitur. Voces *legatus Scipionis* desunt etiam in Voss. Lov. 1. 2. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quas etiam Aldus omisit, et demum Curio inseruit. Insuper quum in omnibus prioribus edd. datum fuisset per notas *die IIII et XXX*, is, qui ultimae Gruteri praefuit, ejus loco substituit *die quarta et trigesima.* Verum *die quarto et tricesimo* exstat in Flor. *die quarto et trigesimo* in Lov. 5. et Ber. *die quarto*, duabus sequentibus vocibus omissis, in Gaertn. Florentinam igitur lectionem revocavi. V. ad 8, 11, 15. Mox *is cum agmine* Ber. et edd. Aldina vetustiores.

§. 2. *Novasque in societatem adscitas*] Pal. 2. *novasque inde in societatem adscitas.* GEBH. Omnes mei additam vocem ignorant.

§. 3. *His fere congruentia, quae in literis*] Put. *quaequae in literis.* J. FR. GRON. Ex brevi hac Gronovii adnotatione Doujatius, qua fuit diligentia, videre potuit, Gronovium. in Put. invenisse *quaeque in literis*, idque probasse. Ei deinde ipse calculum adjicit, et sensum esse putat, expositis a Laelio congruisse, quae ex captivis comperta erant, et ea, quae scripta hac de re fuerant a Messalla. Nihil minus. Ex proxime enim praecedentibus constat, Laelium de rebus a Scipione in Hispania gestis tantum verba fecisse: de quibus Messallam literis egisse falsum est. Quid vero Messalla ad senatum perscripserit, Livius supra retulit c. 5. His jam congruisse dicit, quae senatus ex captivis a Laelio adductis comperit. Ceterum *quaeq; in literis* legunt tamen Florent. et Harl. Sed male.

Vix Hannibali atque ejus armis

Digitized by Google

Hasdrubalis transitus in Italiam, vix Hannibali at-
4 que ejus armis subsistentem. Productus et in concionem Laelius eadem edisseruit. Senatus ob res feliciter a P. Scipione gestas supplicationem in unum diem decrevit. C. Laelium primo quoque tempore, cum quibus

obsistentem] Pal. 1. et vet. ed. *subsistentem*. tert. *subsistentes*. GEBH. Put. omnes Gall. duo Pall. Voss. Andreas, atque Aldina: *ejus armis subsistentem*. Idem verbum eodem fere sensu tamen optimi mutant 22, 60, 17. *sed subsistere ac retinere conati sunt*. Optimi enim *obsistere*. Sed et citra illum sensum remotiorem eodem libro c. 12, 7. *Modo repente in aliquo flexu viae, si excipere degressum in aequum posset, occultus subsistebat*. Pariter Put. Gallicique meliores, et tres Pall. *obsistebat*. De quibus arbitretur lector. Sed illic *subsistere* est sustinere. Brutus ad Cic. 11. Fam. 10. *Non, si Varronis thesauros haberem, subsistere sumtui possem*. Ut ex Flor. optimis Victorius. Caesar 5. de Gall. [10.] *Prope omnes naves adflictas atque in litore ejectas esse; quod neque anchorae funesque subsisterent, neque nautae gubernatoresque vim tempestatis pati possent*. Tibullus ad Messalam [4, 1, 195.]

Pro te vel solus densis subsistere turmis.

Ita enim MSS. probantque recte editores. Sed frustra advocatur hic e nostro [1, 4, 9.] *subsistere feris:* nam *feras* ubique legitur, et denuo aliud est, tactumque in Observ. [1, 17.] Claudianus 2. in Eutrop. [368.]

Nec tantis unum subsistere posse periclis.

J. FR. GRON. *obsistere* hoc sensu obcurrit apud Liv. 23, 20, 5. *Quum obsistere malis nequirent Petelini*. Cic. de Sen. 13. *Quoniam ejus blanditiis non facile obsistimus*. Verum in nullo codd. hanc lectionem inveni; neque in ulla etiam edit. ante Ascensianam anni 1513. *substinentem* habet Harl. *resistentem* Hafn. Verum et *obsistentem* et *resistentem* natum est ex interpretatione, qua glossator inlustrare conatus est vocem *subsistentem*, quam servant reliqui mei, et Oxon. Hearnii codd. cum edd. prioribus, et recte adseruit Gronov. quin, et ex eodem fonte *substinentem* vel *sustinentem* ortum esse, patet ex iis, quae viri docti ad d. l. Cic. notarunt. Adde, quae dicta sunt ad Liv. 9, 31, 6.

§. 4. *Productus et in concionem Laelius eadem disseruit*] Pal. 1. 2. et vet. ed. *ea demum disseruit*. GEBH. Plures libri *ea demum disseruit*. Put. clare *eadem aedisseruit*. Scribe *eadem edisseruit*. Sic 5, 4, 1. *Quam hoc non utile solum, sed etiam necessarium fuerit, postea edisseram*. Ubi male sustulit Rhenanus. 34, [52, 3.] *Senatus extra urbem Quintio ad res gestas edisserendas datus est*. 44, [41, 4.] *Quum agi, non, quemadmodum agantur, edisseri oportet*. J. FR. GRON. *ea demum disseruit* Flor. et multi alii meorum cum Hearnii Oxon. L. 1. N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. similiter praeferunt; sed verum est *eadem edisseruit*, quod Gronov. ex vestigiis Put. restituit. Livium ita locutum esse, Gronov. infra etiam docuit ad 41, 6, 5. Et ita etiam alii; ut Justin. 31, 5. *Se viam*

Digitized by Google

venerat navibus, redire in Hispaniam jussit. Hartha- 5
ginis expugnationem in hunc annum contuli, multis auctoribus; haud nescius, quosdam esse, qui anno insequenti captam tradiderint: quod mihi minus simile ve- 6
ri visum est, annum integrum Scipionem nihil gerundo

belli edisserturum. Avien. Descr. orae marit. 68.

Laboris autem terminus nostri
hic erit,
Scythicum ut profundum et aequor Euxini sali
Edisserantur.

Ob res feliciter ab Scipione gestas supplicationes in unum diem] Scripsimus *a P. Scipione gestas supplicationem.* RHEN. Habetur in Pal. 2. *ob res feliciter apud Scipionem gestas supplicationem.* tert. *apud Scipionem gestas supplicationes.* Statim iidem duo codd. *C. Laelius primo quoque tempore cum quibus venerat rebus redire in Hispaniam jussus.* GEBH. *feliciter ab Scipione gestas* Flor. Lov. 1. 5. Harl. et Ber. *feliciter a Scipione gestas* Lov. 2. 3. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et priscae edd. Hinc *in unum diem supplicationes* Lov. 2. *in unum diem suppeditationes* Hav. *supplicationes* etiam Hearnii L. 1. Ceterae membranae *supplicationem in unum diem,* nisi quod vox *supplicationem* desit in Flor. Mox *C. Laelius* etc. *redire in Hispaniam jussus* Rec. Et ita Hearnii D. nisi quod insuper omittatur Laelii praenomen. Praeterea voces *primo* et *tempore* non adparent in Lov. 1. Tum *cum omnibus, quibus venerat, navibus* Ber. et tandem *redire Hispaniam* Lov. 3.

§. 6. *Quod mihi minus simile veri visum est*] Scripsimus *Sed mihi minus,* ex volumine scripto. RHENAN. Omnes nostri, duo Pall. Voss. et editiones veteres *Quod mihi minus simile veri visum est, annum integrum Scipionem nihil gerundo* (sic optimi) *in Hispania consumsisse.* Mutavit Rhenanus, Hoc meis auribus multo accidit elegantius, qui τὸ *quod* hoc modo παρέλκον persaepe apud nostrum politosque alios scriptores observavi. 6, [7, 1.] *Novus hostis veteri adjunctus commovit animos militis Romani. Quod ubi aciem jam instruenti Camillo centuriones renunciaverunt, turbatas militum mentes esse, segniter arma capta* etc. *insilit in equum.* 29, [34, 7.] *Quod ubi Scipioni relatum est, aestiva sub tectis equitem agere. Sine, inquit, vel plures, dum talem ducem habeant.* Varro 1. de Re rust. 15. *Alii ulmos, ut in Crustumino: quod ubi id pote, ut ibi.* Sallust. Jug. [14.] in oratione Atherbalis: *Quod utinam illum, cujus impio facinore in has miserias projectus sum, eadem sic simulantem videam.* Ita namque scribendum, non *haec simulantem.* Cicero Philipp. 10, [4.] *Quod qui ab illo abducit exercitum, et respectum pulcherrimum, et praesidium firmissimum adimit reipublicae.* Alterum liquet nobis a mala manu esse. J. FR. GRON. Rhenani lectio superest in Hearnii D. Utraque juncta *sed quod mihi minus* praefert Lovel. 5. *quod mihi simile vere visum est* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Alii codd. quos vel Hearnius, vel ego excussimus, stant cum Gronovio. De τῷ *quod* παρέλκῳ v. ad 32, 37, 6. Deinde *nihil gerendo* Oxon. legere, Hearnius testatur. Quod vero in optimis

Digitized by Google

12 M. Valerio cum L. Cincio (his quoque est enim prorogatum in Sicilia imperium) Cannensis exercitus datus: eumque supplere ex militibus, qui ex legionibus Cn.
13 Fulvii superessent, jussi. Conquisitos eos consules in Siciliam miserunt: additaque eadem militiae ignominia, sub qua Cannenses militabant, quique ex praetoris Cn. Fulvii exercitu, ob similis iram fugae, missi eo

eveniſſe paullo ante dixit, de cujus exercitu alioquin nihil; cum de aliis per provincias mutatis omnibus quam diligentissime scribat. Nihilominus L. Veturius postea [c. 10, 12.] cum Galliam sortitus esset, inter eos imperatores recenset, quibus aurum ex aerario Saturni sanctiore ad stipendia exercitus distributum fuit. PIGHIUS in Ann. ad ann. DCLXV. p. 193. Scribe *L. Veturius ab C. Lactorio*, ut jam dictum ad §. 8. J. FR. GRON. *C. Abstilius* est in Hearnii N. Praeterea *ab Cn. Lactario proconsule* Ber. et edd. usque ad Ald. nisi quod in quibusdam *ab C. Lactorio* datum sit. Sed, *Lactorio* verius scribi, supra dictum est ad 2, 27, 6. ei autem *Caji* praenomen tribuitur supra 26, 23, 1. ubi, praetorem creatum fuisse, narratur.

Exercitumque, qui tum jam Arimini erat, acciperet] Sic videtur legendum juxta scriptum exemplar *provinciam exercitumque* (*Arimini erat*) *acciperet*. RHEN. Abest a Pall. 2. ac 3. *τὸ jam*. GEBH. Valde salivam movet, quod e vetere exemplari Rhenanus *provinciam exercitumque* (*Arimini erat*) *acciperet*. Ex fine vocis praecedentis *tumque* repetita *qui tum* videntur. Et particula *jam* plusculis scriptis abest. J. FR. GRONOV. *qui tum jam in Arimini erat* Voss. a m. 1. et Lov. 1. *qui tum jam etiam Arimini erat* Lov. 3. et Hearnii N. *qui tum Arimini erat* Lovel. 4. 5. Ber. a m. 2. Gaertner. et Hearnii L. 1. Mox *bene* deest in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. Aldi, aliisque nonnullis. Ea voce transposita, *rem bene gesserat* legunt Lov. 3. et Ber. Ceterum Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii observavit, supra c. 2. legiones primam et secundam in exercitu Marcelli memorari. Infra vero c. 12. et 14. in ejusdem proconsulis exercitu duodevicesimam et vicesimam. Id igitur adversari illi, quod hic dicitur, ei proconsuli decretas fuisse legiones, quibus consul bene rem gesserat. Et tamen, se militibus, quibus hoc anno praeerat, etiam anno praecedenti praefuisse, Marcellus infra indicat c. 13. Haec quemadmodum in concordiam redigenda sint, cogitent acutiores.

§. 12. *His quoque est prorogatum in Sicilia imperium*] Hujusmodi lectionem indicat vetustus codex: (*his quoque enim prorogatum imperium*) *in Sicilia Cannensis exercitus datus*. Nam sequitur infra [c. 22, 8.] *Et in Sicilia ita divisae res: Sex. Caesari Cannensis exercitus est datus*. RHEN. Secundas Rhenano faciunt nostri in illo: *his quoque est enim pro-*

Digitized by Google

ab senatu fuerant. C. Aurunculejo eaedem in Sar- 14
dinia legiones, quibus P. Manlius Vulso eam pro-
vinciam obtinuerat, decretae. P. Sulpicio, eadem 15
legione eademque classe Macedoniam obtinere jusso,
prorogatum in annum imperium. triginta quinque-
remes ex Sicilia Tarentum ad Q. Fabium consulem
mitti jussae: cetera classe praedatum in Africam 16

rogatum in Sicilia imperium. J. FR. GRON. Sic 3, 50, 7. *Illis quoque enim filias, sorores, conjugesque esse*. DUR. Si codd. Gronovii ita legerunt, quemadmodum ex iis laudat, neque Rhenano secundas fecerunt, neque iis consentiunt nostri; qui tantum non omnes praeferunt *his quoque est prorogatum*: quod sibi quoque in L. 1. et N. obvium fuisse, Hearne testatur. Curio post Rhenanum ediderat *his quoque est in annum prorogatum*, quod, excepto Sigonio, adoptarunt reliqui editores usque ad Gronov. qui voces *in annum* expunxit, et forte earum respectu suos Rhenano secundas facere notavit. Quod autem ad alia, neque Rhenanus vet. cod. suum et *est* et *enim* simul exhibere notavit, neque in meis exstat; Rhenani Mstus solum *enim*, mei solum *est* praeferunt. At insuper *his quoque prorogatum est in Sicilia imperium* exhibet Hav. *iis quoque est imperium prorogatum in Siciliam* Lov. 4. Verum iis prorogatum est imperium *in Sicilia*, non *in Siciliam*. V. ad 26, 28, 9. *Td in Sicilia* desunt in Hearnii L. 1. Paullo ante *cum L. Licinio*, pro *Cincio*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *cum C. Licinio* Gaertn. et Hearnii L. 1.

§. 13. *Ob similis iram fugae missi eo*] *Iram* hic culpam interpretatur Vlit. ad Gratii Cyn. 373. et 374. Male. *Ira fugae* enim est ira propter fugam; ira, cujus fuga caussa exstitit. Locutionem inlustravi ad 4, 50, 7. adde infra ad 37, 51, 6. Paullo ante *additaque ea, qua sub Cannenses*, mediis omnibus omissis, Voss. et Lov. 1. *additaque ea, sub quae Cannenses* Flor. et Hav.

§. 14. *C. Aurunculejo eaedem in Sardiniam legiones*] Scripsimus *in Sardinia*. Hic unam paginam transilire coacti fuimus ob defectum, qui erat in exemplari manuscripto, quod ex bibliotheca Spirensi nacti fueramus. RHEN. Unus Ber. priscam lectionem *in Sardiniam* servat. Reliqui emendationem Rhenani probant.

§. 15. *P. Sulpicio eadem legione eademque classe*] Anno superiore Sulpicius exercitum dimittere, socios navales retinere jussus erat, ut Livius 26, [28, 9.] scribit. Quare nescio, an haec recte, et quaenam illi legio fuerit. PIGHIUS in Ann. ad ann. IOXLIV. pag. 195. Cl. Jac. Perizon. insuper ad marginem Livii observat, infra c. 22. ubi provinciarum et exercituum anno sequenti divisio refertur, *P. Sulpicio, ut eadem classe Macedoniam Graeciamque provinciam haberet, prorogatum in annum imperium esse*,

Digitized by Google

aut ipsum M. Valerium Laevinum trajicere; aut mittere, seu L. Cincium, seu M. Valerium Messal-
17 lam. Nec de Hispania quidquam mutatum, nisi quod non in annum Scipioni Silanoque, sed donec revocati ab senatu forent, prorogatum imperium

nulla legionis mentione facta. Hinc inferebat, vel Livium hallucinatum esse; vel ejus librarios peccasse. Mox *triginta quinque naves* Ber. cum quibusdam edd. vett. *triginta quinque quinqueremes* Ascens. anno 1513. Sed reliqui codd. et edd. tantum *triginta quinqueremes* memorant. Insuper Fabii praenomen Q. omittunt Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum.

§. 16. *Cetera classe placere praedatum* etc. *seu M. Valerium Messallam vellet*] Omnes abigunt τὸ *placere*, quod adjectum est ab illis, qui non videbant, sensum pendere a verbo *jussae*, idque hic intelligendum, quasi scriberetur: *caetera classe jussum est aut trajicere, aut mittere*. Deinde in fine verbum *vellet* Put. Reg. Men. Voss. justissime expungunt. Et quis non videt supervacuum esse? J. FR. GRON. *placere* et *vellet* servant, ut videtur, Hearnii Oxon. apud me tantum supersunt in Lov. 3. 4. 5. Ber. et Gaertn. solum *vellet* in Harl. A reliquis ambae voces recte exsulant.

§. 17. *Ita provinciae exercitusque in eum annum partita imperia*] Scribe, *Ita provinciae exercituumque in eum locum partita imperia*. Put. Men. *exercitumque*. Voss. *exercituque*: manus sec. addidit supra *um*. At Coelius Curio subjecit *in eum annum*: quum illud habeant Put. Petaviani, Florent. tres Pall. Voss. Andreas, et omnes veteres editi usque ad Frobenium. Sed meminisse debuerat, *locum* bonis auctoribus interdum significare tempus. Plautus Capt. [2, 3, 25.]

Philocrates, ut adhuc locorum feci, faciam sedulo,
Ut potissimum, quod in rem recte conducat tuam,
Id petam.

l. 25, [19, 11.] *Et quibus artibus ad id locorum nostri et duces et exercitus capti essent, iis adversus inventorem usurum*. Eodem lib. [c. 22, 1.] *Sed tamen, quia consules, ubi summa rerum esset, ad id locorum prospere rem gererent, minus his cladibus commovebatur*. Iterum eodem libro [c. 32, 2.] *Quando ad id locorum id modo actum esset, ut Asdrubalem tendentem in Italiam retinerent*. Sallustius Jug. de Mario [63.] *Tamen is ad id locorum talis vir (nam postea ambitione praeceps datus est) consulatum appetere non audebat*. Item [72.] *Neque post id locorum Jugurthae dies aut nox ulla quieta fuit*. Vir doctissimus et praeclare meritus nusquam infelicius fuit versatus, quam in brevitate Sallustiana intelligenda atque aestimanda. Quare judicium ejus de verbis supervacuis, tamquam humanum aliquid passi, attendi non debet. Sic perfrequens illud *interea loci*. J. FR. GRON. *exercituque* Lov. 1. *exercitumque* Flor. *exercituumque*, nisi excerpta me fallant, Cant. Lov. 2. et Ber. quod se etiam in L. 1. invenisse, Hearnius testatur. Deinde τὰ *in eum locum* omittit Ber. a m. 1. *in eum annum* pro varia

Digitized by Google

est. Ita provinciae exercituumque in eum annum partita imperia.

VIII. Inter majorum rerum curas comitia maxi- 1
mi curionis, quum in locum M. Aemilii sacerdos
crearetur, vetus excitaverunt certamen; patriciis 2

lectione adscriptum erat in Voss. *Locus* pro tempore in his locutionibus *interea loci*, *postea loci*, *id loci*, *id locorum* similibusque poni, Gronovio adsentior, idque, si de eo lis foret, pluribus testimoniis firmari posset. Ex Livio vide 9, 45, 2. et 43, 5, 4. Inde tamen nondum probatum puto, vocem illam ubique et in quacumque locutione hoc sensu usurpari posse. Ut tamen id quoque tantisper concedamus, quid, quaeso, erit imperia partita sunt *in id tempus*, aut ubi Livius vel alii scriptores ita locuti sunt? qui potius partem temporis, ut *in sex menses*, *in annum*, vel *in eum annum* dicere soliti fuerunt. Et quidem *in eum annum* notat usque ad finem anni, qui agi incipietur: quid autem notabit *in eum locum*, id est, in id tempus? Malui igitur alteram lectionem *in eum annum* revocare; quam etiam veriorem putabat Clariss. Crevier. testatus ad id se eo magis permotum esse, quod unus probae notae codex a secunda quidem manu, sed tamen ita habet; et Put. ex quo, si non omnia, pleraque certe, quae supersunt, Livii exemplaria descripta sunt, in tota hac provinciarum exercituumque descriptione mendis scatet. Vox *locum* ex principio cap. seq. repetita videtur.

§. 1. *Comitia maximi curionis*] V. Beroaldi Observ. in tomo 1. Lampad. crit. Gruteri p. 223.

§. 2. *C. Manlii Attelii*, *qui unus* etc.] Hunc eundem l. 41, [21, 8.] ubi de morte ejus agit, *C. Attelium Aemilium* nominat. Est autem utrobique legendum *C. Mamilius Vitulus*. Nam alibi etiam pro *Mamilio* est *Aemilius* et *Manlius* vitiose. *Mamilii* autem plebeii sunt, ex quibus *Q. Mamilius Vitulus* consul fuit anno CDXCI. in Tabulis Capitolinis. Vet. lib. hoc habent varietatis, quod *Atellus* habent. SIG. Vet. ed. *C. Manilii Atellii*. et ita Pal. 3. GEBH. *C. Mamilii Vituli* post Sigonium emendat etiam Pighius ad A. V. IDXLII. et ad A. V. CCCCLXXXVIII. et CCCCXCI. adnotat, pro *Mamilius* saepe male scribi *Aemilius* et *Manlius*. Errorem librariorum, qui ex *Mamilio Manlium* fecerunt, fraudi fuisse viris doctissimis Fulv. Ursino, et Jo. Vaillantio observavit Ill. Spanhemius diss. 10. de Praest. et usu num. p. 34. Ant. van Dale tamen in libro de Antiq. et Marmor. p. 87. corruptam hujus loci scripturam retulit. Sed eum facile animadverti potest multa ex aliis describere, quam fontes adire, maluisse. Pleraque eorum, quae ibi de Curionibus habet, sunt ex Gruchii 3. de Comit. 2. in fin. DUK. In praenomen *C.* conspirant omnes praeter Lov. 3. qui *Cn.* legit. Deinde *Manili* vel *Manilii* Voss. Lov. 1. 5. Ber. et Hav. *Mamili*, *Mamilli* vel *Mamilii* Flor. Lov. 2. 3. 4. et Harl. Denique *Aceli* Lov. 2. *Atelli*, *Attelli* vel *Attelii* plerique reliqui. Voces *Mamilius*, *Manilius*, et *Manlius* saepe in Mstis commutari, vidimus ad 2, 43, 11. et 3, 18, 2.

Digitized by Google

negantibus C. Mamilii Vituli, qui unus ex plebe petebat, habendam rationem esse, quia nemo ante eum, nisi ex Patribus, id sacerdotium habuisset.
3 Tribuni adpellati ad senatum rejecerunt. Senatus populi potestatem fecit. Ita primus ex plebe crea-
4 tus maximus curio C. Mamilius Vitulus. Et flaminem Dialem invitum inaugurari coëgit P. Licinius pontifex maximus C. Valerium Flaccum. Decemvir sacris faciundis creatus in locum Q. Mucii Scaevo-
5 lae demortui C. Laetorius. Caussam inaugurari coacti flaminis libens reticuissem, ni ex mala fama in

Qui unus ex plebe petebat] Pall. 2. et 3. *qui unus fuit ex plebe petens*. prisca ed. *qui unus fuit ex plebeis petens*. GEBH. Voss. *qui unus fuit ex plebeie potens*. Gud. *qui unus fuit ex plebe petens*. Utrum placet hoc retinere, an legendum, *fuit ex plebe petitor?* J. FR. GRON. *qui unus fuit ex plebe potens* Lov. 2. et 4. *qui unus fuit ex plebeis petens* Ber. *qui unus fuit e plebe petens* Harl. *qui unus fuit ex plebe petens* Lov. 1. 3. 5. Gaertn. Rec. Hafn. Hav. Hearnii N. L. 1. et edd. Romana princeps, Rom. anni 1472. ac Parm. Sed proximae legunt *potens*. Aldus vulgati auctor fuit. Si quid mutandum est, *unus fuit ex plebe petens* praeferam, et *fuit petens*, pro petiit, dictum erit eodem modo, quo *continens memoria sit* pro memoria contineat 5, 34, 6. Quum tamen in vulgatum conspirent Flor. et, ut videtur, Cant. neque Gronov. ex Put. aliisque optimis suis aliam lectionem laudet, id spernendi caussa non est.

§. 3. *Ad senatum rejecerunt*] Forte *ad senatum rem rejecerunt*. J. FR. GRON. Ita *rem* vel *rē* interceptum erit a sequentis vocis syllaba prima. quomodo Gronovius librarios etiam peccasse putavit infra 42, 32, 7. ubi alia vide. Locutionem autem inlustravi ad 2, 22, 5. (*v. Miscell. Lips. T. 4. P. 1. p. 163. Locutionem *rejicere ad aliquem* simpliciter, latinam esse, Menckenio adsentior, neque unquam de eo dubitavi, sed utrum Livius ea usus fuerit.)

Senatus populo potestatem fecit] Latinius Put. Gall. et Voss. *populi*. eam nempe curionis maximi creandi seu e Patribus, seu e plebe. Sallust. Jug. [79.] *Quum Poeni aliam conditionem, tantummodo aequam, peterent, Graeci optionem Carthaginiensium faciunt*. J. FR. GRON. *populi* etiam Flor. Voss. Lov. 1. Harl. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Similiter Gronov. legendum conjicit infra 43, 15, 5. *Praetores consulis in eligendo arbitrium fecerunt*. ubi antea edebatur *consuli*. V. Gronov. ad Suet. Aug. 13. Doujat. ad hunc locum professus, *populi* esse in optimis, attamen infra ad l. laud. Livii vulgatum tuetur. Sed, pace ejus

Digitized by Google

bonam vertisset. Ob adolescentiam neglegentem luxuriosamque C. Flaccus flamen captus a P. Licinio pontifice maximo erat, L. Flacco fratri germano cognatisque aliis ob eadem vitia invisus. Is, ut a- 6
nimum ejus cura sacrorum et ceremoniarum cepit, ita repente exuit antiquos mores, ut nemo tota juventute haberetur prior, nec probatior primoribus Patrum, suis pariter alienisque, esset. Hujus fa- 7
mae consensu elatus ad justam fiduciam sui, rem intermissam per multos annos ob indignitatem flaminum priorum repetivit, ut in senatum introïret.

dixerim, *potestatem tibi facio* simpliciter, nulla addita alia voce, hoc sensu non usurpatur. Id discere potuisset ex ipsis, quae adtulit, exemplis *subscribendi mihi fecerunt potestatem*, *facio tibi potestatem interpellandi*, *quae potestas si mihi saepius fieret*; quae Latine dici, sed alio sensu, Gronovius numquam negaverit.

§. 4. *Et flaminem Dialem invitum inaugurari*] *Et flamendialem*, quasi unica vox foret, Flor. Lov. 2. 4. Harl. Hav. et Brancal. Latinii. Deinde *augurari* Flor. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Branc. Latinii, Hearnii L. 1. et edd. antt. pro quo Colonienses anno 1525. *inaugurari* dederunt.

C. Lectorius] *Lasterius*, ut ante. SIG. V. ad 2, 27, 6. Paullo ante *mortui* Lov. 2. *emortui* Voss. Lovel. 1. 3. Harl. Hav. et Hearnii N. V. ad Livii 5, 31, 7.

§. 5. *Caussam inaugurari coacti flaminis*] *inaugurate* Hav. *inaugurare* Flor. Lov. quinque, Harl. Hearnii L. 1. et priscae edd. Pariter omnes suos praeferre, Gebhard. supra monuit ad 7, 36, 10. *augurare* Branc. Latinii. *inaugurari* primus substituit Froben. anno 1531. Mox *adulescentiam* et *neglegentem* Flor. De priori v. ad 6, 34, 11. de altero ad 2, 11, 4. Deinde *flamen creatus*, pro *captus*, Lov. 3. ex interpretis expositione. V. Gell. 1, 12.

§. 6. *Ut nemo in tota juventute haberetur prior*] Ita primus edidit Jac. Gronov. quod secuti sunt Cleric. et Crevier. Priores typis excusi cum omnibus codd. meis ignorant praepositionem, quam iterum induxi.

§. 7. *Hujus famae consensu elatus*] Pal. sec. *electus*. GEBH. *Hujus ferme consensu* Gaertn.

Ob dignitatem flaminum priorum repetivit] Incivilem vero flaminum dignitatem, si labes ei imponebatur veniendo in senatum. Sed vitium est recentiorum editionum. Priscae omnes cum MSS. *ob indignitatem*. Nam et infra *rem inertia flaminum obliteratam*. J. FR. GRON. Ita et omnes mei. *ob dignitatem* primum inveni in Lugdun. anni 1553. ex qua adopta-

Digitized by Google

8 Ingressum eum curiam quum L. Licinius praetor inde eduxisset, tribunos plebis adpellavit flamen. Vetustum jus sacerdotii repetebat: datum id cum toga praetexta, et sella curuli, et flaminio esse. 9 Praetor, non exoletis vetustate annalium exemplis stare jus, sed recentissimae cujusque consuetudinis usu, volebat: nec patrum, nec avorum memo- 10 ria Dialem quemquam id jus usurpasse. Tribuni,

vit Paris. anni 1573. et ita recentiores usque ad Gronov.

§. 8. *Ingressum eum in curiam quum L. Licinius praetor*] Quidam legunt *Ingressum eum curiam*. At id parvi momenti. Id magis refert, quando haec acta, disquirere. Hoc enim anno neutiquam prohibitus est Valerius, sed posteriore, etiamsi hoc anno captus. Ejus rei caussa est, quod hujus anni non L. Licinius praetor urbanus, sed C. Hostilius fuerit, sequente vero anno L. Licinius. Est autem vehemens error in Liciniorum praenominibus. P. Licinius Crassus pontifex Max. cujus hic est mentio, fit praetor peregrinus anno sequenti. L. vero Licinius Varus praetor urbanus ejusdem anni, qui tum Valerium flaminem e curia educere conatus est. Quanquam fieri potest, ut duo P. Licinii, Crassus et Varus, fuerint. Sed cum hoc loco *L. Licinius* legatur, etiam anno sequenti ita legendum, si quidem hic recte legitur. GLAR. Nemo hoc anno Licinius praetor fuit, at sequenti duo Publii Licinii Varus et Crassus, ille urbanus, hic peregrinus; urbanum autem intelligit. Itaque *P.* est scribendum, non *L.* SIG. Tacite Sigonii emendationem probavit Pighius in Ann. ad ann. IOXLV. p. 198. ubi ad P. Licinium Varum refert, quod hic corrupte de L. Licinio narratur.

Et sella curuli C. Flaminio esse] Quis iste Flaminius, qui solus legem faciat? Recte vetus *et sella curuli et flaminio*. Nam *flaminium*, sacerdotium ipsum. LIPS. 1. Ep. Quaest. 3. Lipsio assentior, nisi quod lego, omisso posteriore τοῦ *et*, *datum id cum toga praetexta et sella curuli flaminio esse*. Ceterum *flaminii* voce recte usus saepius Livius, ut 26, [23, 8.] ubi ait: *C. Claudius flamen dialis, quod exta perperam dederat, flaminio abiit*. et A. Gellius, sive Agellius est, [10, 15.] *Uxorem si amisit, flaminio decedit*. Uxor quoque *flaminia* dicebatur. Tertull. in Exhort. ad castit. [13.] *Certe flaminia non nisi univira est, quae flaminia lex est*. Hinc etiam *flaminiae virgines*, et *flaminius lictor*, non *flaminicae*, aut *flaminicus*, ut corrupte scribunt alii. Porro ut *flaminium*, sic *pontificium* dicebant veteres. idem A. Gell. [1, 13.] *Re deliberata ab eo, cujus negotium id pontificiumque esset*. Constantini sanctio, quae exstat in Theodos. cod. [l. 1. pr. de Matern. bon.] *Sint in parentum potestate atque dominio, ut fruendi pontificium habeant, alienandi eis licentia denegetur*. Leges Burgund. capit. 40. *Hujus autem actionis pontificium circa manumissores tantum*

Digitized by Google

rem inertia flaminum obliteratam ipsis, non sacerdotio, damno fuisse, quum aequum censuissent, ne ipso quidem contra tendente praetore, magno adsensu Patrum plebisque, flaminem in senatum introduxerunt; omnibus ita existimantibus, magis sanctitate vitae, quam sacerdotii jure, rem eam flaminem obtinuisse. Consules prius, quam in provincias irent, duas 11
urbanas legiones; in supplementum, quantum opus

de libertis suis praecipimus custodiri. MOD. Put. et Voss. *datum id cum toga praetexta et sella curuli et flaminio esse.* Ubi tamen posterius *et* delendum. J. FR. GRON. De praetexta et sella curuli flaminis Dialis est supra 1, 20. DUK. Illud *C. Flaminio*, a Lipsio primum rejectum, obvium demum fuit in ed. Mediol. anni 1505. Ita tamen legunt etiam Lovel. 4. 5. et Harl. *Cn. Flaminio* Lovel. 3. *et Flaminio consuli* Gaertn. Deinde *et Flaminio esse* reliqui scripti. Sed, copulam *et* inducendam esse, vidit etiam Pigh. in Ann. ad ann. IXLV. p. 198. qui hoc argumento lectionem *C. Flaminio* rejiciendam probabat, quod Flaminiorum gens plebeja sit, flamines autem Diales ex patriciis lecti sint. Eodem argumento illam lectionem erroris arguit Rob. Titius in inedita Locor. controv. parte I. 12, 23. Hearnius etiam videndum monet Langlaei Semestr. l. 7. p. 459. ed. Paris. anni 1611. Contra Doujat. τὸ *et* defendit, ac sensum esse putat, Flaccum velle, sibi cum dignitate flaminis ejusque insignibus datam esse facultatem illam intrandi in senatum, tamquam sacerdotio cohaerentem. Alteram tamen sententiam veriorem esse, docent proxime praecedentia, *vetustum jus sacerdotii repetebat.* Contendebat igitur Flaccus, Numam regem, qui flaminem Dialem instituit, simul cum toga praetexta et sella curuli hoc jus flaminio dedisse, ut sacerdotium hoc adeptus eo ipso potestatem intrandi senatum haberet. Hoc igitur *jus vetustum* repetebat. Denique verbum *esse* omiserat ed. Modii; quod quum in omnibus meis supersit, recte iterum Gronov. revocavit.

§. 9. *Non exoletis vetustate annalium exemplis stare jus, sed recentissimae*] Pal. 1. *exolitis.* tert. *non exsolutis vetustate annalium exemplis jus stare.* GEBH. *exolitis* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hav. Tum *stare jus sacerdotis repetebat, sed* Hearnii L. 1. ex proxima periodo perperam hic iteratis vocibus. Mox *usus volebat* Lov. 2. 5. *usus valebat* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 3. 4. Harlej. Gaertn. et Hav. Deinde *flaminem Dialem*, addita priori voce, Hav. *flamendialem* Lov. 2.

§. 10. *Ne ipso quidem contra tendente praetore*] Put. *praetura*, quod, vide, an Livio attribuere possis: neque enim id facies sine auctore. Ego in eam sententiam inclino, ut librarii erratum putem. J. FR. GRON. *praetura* etiam Flor. quomodo *agricultura* pro agricola Cic. de Sen. 15.

Digitized by Google

12 erat ceteris exercitibus militum, scripserunt. Urbanum veterem exercitum Fulvius consul C. Fulvio Flacco legato (frater hic consulis erat) in Etruriam dedit ducendum, et legiones, quae in Etruria e-
13 rant, Romam deducendas. Et Fabius consul reliquias exercitus Fulviani conquisitas (fuere autem ad tria millia trecenti triginta sex) Q. Maximum filium ducere in Siciliam ad M. Valerium proconsulem jussit: atque ab eo duas legiones et trigin-
14 ta quinqueremes accipere. Nihil hae eductae ex insula legiones minuerunt nec viribus nec specie

Quibus nihil invenit agricultura solertius. ubi male *agricola* substituentes Lambinus reprehendit. Vulgatum tamen mihi etiam hic verius videtur.

§. 11. *Duas urbanas legiones in supplementum; quantum opus erat*] Pall. 2. et 3. *opus esset.* GEBH. Haec, mea sententia, perperam distinguuntur. *Urbanae legiones* non solebant distribui in supplementum aliarum, sed fere ad praesidium urbis relinquebantur; quae autem anno priore scriptae fuerant, ut plurimum sequente adversus hostes ducebantur, et in earum locum aliae, ac praeter eas supplementum in ceteras legiones, plerumque a consulibus jussu senatus, scribebantur. Hoc ex quam plurimis locis Livii intelligi potest. 24, 44, 3. *Ut Fulvius urbanas legiones duceret*, etc. *Scribi praeterea duae legiones urbanae jussae*, etc. *Consules duabus urbanis legionibus scriptis, supplementoque in alias lecto*, etc. Adde 25, 3. 26, 28. 27, 22. 35. 36. 29, 13. 33, 43. Praetereo alia, e quibus ostendi potest, vitiosam esse horum verborum distinctionem. Hoc etiam Pighium, etsi nihil monet, in Annal. ad hunc ann. animadvertisse puto; quem tamen in eo non sequor, quod videtur voluisse legi *duas urbanas legiones, et supplementum.* Nam potius est, ut ita distinguamus: *duas urbanas legiones, in supplementum, quantum opus erat* etc. Nihil frequentius est apud Livium his *ἀσυνδέτοις.* DUK. Vitiosam esse hujus loci interpunctionem, deprehendit quoque Cl. Crevier. cujus distinctionem, aut nihil aut parum ab illa Cl. Dukeri diversam, recepi.

§. 12. *In Etruriam dedit ducendum*] Objicit Pal. 3. *in Etruriam concedit ducendum.* GEBH. Non aliter etiam Lov. 3. 4. et Hearnii D. *credit* Gaertn. Paullo ante *Cn. Fulvio*, pro *C.* Lov. 3. Ber. et Gaertn. At, Cn. Fulvium fratrem Q. Fulvii consulis Tarquinios exsulatum abiisse, Livius supra narravit 26, 3, 11.

§. 13. *Fuerunt autem ad tria millia trecenti triginta sex*] Pal. 1. *fuere autem ad CCC. XXXVI.* sec. *fuere autem ad trecentas XXXVI.* GEBH. Put. *fuere autem ad ∞ ∞ ∞ ∞ trecenti triginta sex.*

Digitized by Google

ejus provinciae praesidium. nam quum, praeter e- 15
gregie suppletas duas veteres legiones, transfugarum etiam Numidarum equitum peditumque magnam vim haberet, Siculos quoque, qui in exercitu Epicydis aut Poenorum fuerant, belli peritos viros, milites scripsit. Ea externa auxilia quum singulis 16
Romanis legionibus adjunxisset, duorum speciem exercituum servavit: altero L. Cincium partem insulae, qua regnum Hieronis fuerat, tueri jussit; altero ipse ceteram insulam tuebatur, divisam quon- 17
dam Romani Punicique imperii finibus; classe quo-

Etiam caeteri *fuere*. J. FR. GRON. *fuere autem ad CCCXXXVI* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii N. *fuere autem ad trecenta triginta sex* Hav. *fuere autem CCCXXXVII* Hearnii L. 1. Mox *Maximum Fulvium* Voss. Lov. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *Maximum*, sequenti voce *filium* omissa, Lov. 1. ac 2. Deinde *XXXV quinqueremes* Ber. *viginti quinqueremes* Hav. V. ad cap. praec. §. 15.

§. 14. *Nihil hae eductae ex insula legiones minuerunt*] Pall. 2. et 3. *Nihil eae deductae legiones ex insula.* GEBH. *Nihil eae ductae ex insula legiones* Flor. *Nihil hae eductae ex Sicilia legiones* Lov. 4. Tum *minuerant* Hav. Mox §. seq. *fuerant* defit in Voss. Lov. 1. et Harl. *viros* in Hav.

§. 16. *L. Cincium partem insulae, qua regnum Hieronis fuerat*] *L. Cinctium* Hav. *L. Quintium* Hearnii L. 1. Tum *qua Hieronis fuerat* Lov. 1. *regnum qua Hieronis fuerat* Lov. 3. 5. et Hav. *regnum quia Hieronis fuerat* Harl. *regimen qua Hieronis fuerat* Lov. 2. et Gaertn.

§. 17. *Divisam quondam Romani Punicique imperii finibus*] Hoc numquam factum fuit, nec Poeni in ea ullum Romanorum imperium, nec Romani Poenorum umquam esse voluerunt. Ante bellum primum Punicum divisa erat finibus regni Syracusani et imperii Punici. Eo finito Romani partem illam, quae antea imperii Punici fuerat, obtinuerunt, et in formam provinciae, quae postea *vetus provincia* dicta est, redegerunt. Deinde anno quarto belli Punici secundi post necem Hieronymi, nepotis Hieronis, regis Syracusani, Poeni quidem imperium illius invaserunt, sed brevi post a Romanis rursus tota insula ejecti sunt; de quo Laevinus supra c. 5. gloriatur. Credo vitium esse in voce *Romani*, et pro ea legendum suspicor *regii*. *quondam* autem ad id tempus, quod bellum Punicum primum praecessit, refero. *fines imperii regii* sunt, quibus quondam regnum Hieronis fuerat. 24, 44, 4. *Prorogata imperia provinciaeque M. Claudio finibus eis, quibus regnum Hieronis fuisset, Lentulo propraetori provincia vetus.* et 25, 3, 6. *Lentulo* (proro-

Digitized by Google

que navium septuaginta partita, ut omni ambitu
18 litorum praesidia orae maritimae essent. Ipse cum
Mutinis equitatu provinciam peragrabat, ut viseret
agros, cultaque ab incultis notaret, et perinde do-
19 minos laudaret castigaretque. Ita tantum ea cura
frumenti provenit, ut et Romam mitteret, et Cata-
nam conveheret, unde exercitui, qui ad Tarentum
aestiva acturus esset, posset praeberi.

1 IX. Ceterum transportati milites in Siciliam (et
erant

gatum imperium) *qua vetus provincia in Sicilia esset; M. Marcello Syracusae, et qua Hieronis regnum fuisset.* DUK. Divisio haec si locum habuit umquam, eam ad solum belli Punici primi tempus pertinere potuisse, existimat Crevier.

Classis quoque navium septuaginta parata] Put. *classe quoque LXX. partit aut omni.* Scribe et distingue: *altero L. Cincium partem insulae, qua regnum Hieronis fuerat, tueri jussit; altero ipse caeteram insulam tuebatur; divisam quondam Romani Punicique imperii finibus; classe quoque navium septuaginta partita, ut omni ambitu litorum praesidia orae maritimae essent.* Ait dimidiam partem classis sumsisse, dimidiam L. Cincio tradidisse. Posset et illud, *septuaginta navium*, omnino omitti, quum vox altera non extet in optimo codice, altera notis signata sit. Vossianus etiam: *classes quoque LXX par ut*, superimposita voci, quae praecedit ultimam, virgula: dein *praesidia*, non *praesidio*. J. FR. GRONOV. Voss. codicis lectioni consentit Gaertn. ut et apud Hearnium N. *classes quoque septuaginta paratae* multi meorum. *classes quoque navium septuaginta parte, ut omni* Cant. *classe quoque LXX parte aut omnia* Flor. Doujatius admodum fluctuat ad hunc loc. et incertus haeret. Primo enim nihil opus pronunciat, vulgatum mutari: mox vero fatetur, Gronovii conjecturam non inprobabilem esse. Denique vulgatum *praesidio* forte non deterius existimat, quam, quod Gronov. restituebat, *praesidia*. Ego ita judico, id, quod ante Gronov. edebatur, servari non posse. Non enim nunc demum *parata* est classis illa septuaginta navium, sed jam diu ante defendendae Siciliae decreta fuit. Biennio enim antea Siciliam cum duabus legionibus ac centum navibus T. Otacilio datam fuisse, supra narravit 26, 1. Anno deinde proximo Siciliam cum classe, cui T. Otacilius praefuisset, ac duabus aliis legionibus M. Valerius Laevinus obtinuit. V. 26, 28. et 29. Hoc autem anno triginta quinqueremes ex Sicilia Tarentum ad Q. Fabium mitti jussae sunt. V. hoc lib. c. 7. Restabat igitur classis septuaginta navium, quam M. Valerius Laevinus cum L. Cincio *partitus est*. Tandem *praesidia* tuentur omnes codd. nisi quod *praesidio* in uno tantum supersit

Digitized by Google

erant major pars Latini nominis sociorumque) prope magni motus caussa fuere: adeo ex parvis saepe magnarum momenta rerum pendent. Fremitus 2
enim inter Latinos sociosque in conciliis ortus: *Decimum annum delectibus, stipendiis exhaustos esse. quotannis ferme clade magna pugnare. Alios in acie* 3
occidi, alios morbo absumi: magis perire sibi civem, qui ab Romano miles lectus sit, quam qui a Poeno captus. quippe ab hoste gratis remitti in patriam; ab Romanis extra Italiam in exsilium verius, quam in militiam,

Ber. a. m. 1. Ceterum in eo plurimum aberravit idem Doujatius, quod notet, Q. Maximum, Fabii consulis filium, quemadmodum partem exercitus L. Cincio attribuerat, altera parte sibi reservata, ita et classem divisisse, dimidia L. Cincio tradita. Nam Q. Maximus, a patre jussus, tantum reliquias exercitus Fulviani in Siciliam ad M. Valerium deduxit, et ab eo accepit duas legiones et triginta naves, quarum legiones haberet Fulvius consul, naves Fabius alter consul. Reliquas duas legiones, ex militibus Cannensibus et reliquiis exercituum Fulvianorum collectas, quae itidem in Sicilia militabant, cum septuaginta navibus, quae ex classe centum navium restabant, non Q. Maximus, sed M. Valerius proconsul cum L. Cincio divisit.

§. 18. *Et perinde dominos*] Forte *proinde*. J. FR. GRON. Saepe illas voces librarii in Mstis commutarunt. V. ad 2, 58, 1. 3, 44, 2. 9, 14, 2. c. 25, 9. 10, 36, 8. 22, 37, 10. 27, 17, 14. Adde Cortium ad Sallust. Cat. 12, 5. De origine erroris v. ad 9, 10, 7.

§. 19. *Ad Tarentum aestiva acturus esset*] Pall. 1. et 2. *acturus isset*. tert. *acturus erat*. GEBH. *isset* etiam Flor. Gaertn. et Hav. Paullo ante *ut Romam mitteret* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. et Gaertn. Hinc *Cathinam* Voss. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *Chatinam* ejusdem L. 1. *Catinam* Lov. 2. 4. 5. Ber. et edd. antt. *Catanam* demum vidi in ed. Mog. Vide, quae notavi ad Silii 14, 196. et Oudend. ad Front. 3, 6, 6.

§. 1. *Milites in Siciliam* (*et erat major pars*] Put. *et erant major pars*. J. FR. GRON. Quem etiam v. ad 36, 16, 6. *Tò pars*, ut conlectivum, saepe verbum plurale adsciscere, supra vidimus ad 5, 38, 5. Vox *major* deest in Flor.

§. 2. *Delectibus et stipendiis exhaustos esse*] Pal. 1. *dilectibus, stipendiis exhaustos*. GEBH. Similiter etiam Flor. et Lov. 1. V. ad 37, 51, 7. Copulativam particulam *et* omittunt etiam omnes mei, nisi quod soli eam servent Ber. et Gaertn. *stipendiisque* autem praeferant Lov. 5. et Hearnii L. 1. Eamdem expunxerunt etiam Jac. Gronov. Cleric. et Crevier. Mox *quod annis* Lov. 4. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 8, 11, 15.

Digitized by Google

4 *ablegari. Octavum jam ibi annum senescere Cannen-*
sem militem, moriturum ante, quam Italia hostis (quip-
5 *pe nunc quum maxime florens viribus) excedat. Si ve-*
teres milites non redeant in patriam, novi legantur,
brevi neminem superfuturum. Itaque, quod propediem
res ipsa negatura sit, priusquam ad ultimam solitudinem

§. 4. *Italia hostis (quippe nunc quum maxime florens viribus) excedat*] *Italia hostis abscedat, quippe* Ber. et edd. vett. *Italia hostis excedat, quippe* Flor. Voss. Lov. 4. Gaertn. et Hav. qui nihilominus postea vocem *excedat* iterum repetunt, quod et facit Harl. in quo post *τὸ hostis* alterius vocis lacuna erat. Tum *quippe qui nunc maxime* Voss. De particulis *nunc quum maxime* junctis v. ad 29, 17, 7.

§. 7. *Triginta tum coloniae populi Romani erant*] Hic locus est, quo *colonias* populi Romani enumeremus, quas hoc tempore *triginta* fuisse scribit Livius, quarum duodecim negasse opem Romanis, duodeviginti benigne praestitisse. Nomina XII Livius edit haec: *Ardeam, Nepet, Sutrium, Circejos, Albam, Carseolos, Suessam, Coram, Setiam, Cales, Narniam, Interamnes.* XVIII autem haec: *Signiam, Norbam, Saticulam, Brundusium, Fregellas, Luceriam, Venusiam, Adriam, Firmum, Ariminum, Pontiam, Pestum, Cossam, Beneventum, Aeserniam, Spoletum, Placentiam,* et *Cremonam.* Placet autem omnes colonias, quae huc usque Livio auctore deductae sunt, et quo quaeque anno deducta sit, exponere, ut multo plures, quam triginta, deductas fuisse probemus.

I. Medulla a Romulo rege ducta. Dionysius [2. p. 104.]
II. Cameria a Romulo rege. Dionysius [2, 114.]
III. Fidenas a Romulo deductas scribit Dionysius [2, 116.] eidem colonos additos esse anno 326. scribit Livius [4, 30.]
IV. Antennae a Romulo rege.
V. Crustomeria a Romulo rege.
VI. Ostia ab Anco rege. Plin. 4, 5. Hujus post meminit Livius ann. 543. [27, 38.] et 559. [36, 3.]
VII. Signia a Superbo rege.
VIII. Circeji a Superbo rege.
IX. X. Cora, Pometia. Harum meminit anno 251. Livius [2, 16.] quo autem anno deductae sint, non exponit.
XI. Velitrae deductae ann. 260.
XII. Norba, ut in Pomptino arx esset, anno 262.
XIII. Antium in Volscis, anno 285. Eodem nova colonia missa, anno 413. Hujus post meminit anno 563. [27, 38.] et 559. [33, 3.]
XIV. Ardea anno 312.
XV. Lavici anno 337.
XVI. Vitella. Hujus meminit anno 362. [5, 29.] quo anno deducta sit, non ait.
XVII. Sutrium. Livius nusquam coloniae hujus meminit, nisi hoc loco, et l. 29, [15.] ubi 12 harum etiam coloniarum nomina profert. At meminit Sutrii coloniae Diodorus [14, 415.] anno postquam Roma capta est. Velleius [1, 14.] septem post Romam captam annos deductam tradit.
XVIII. Nepet anno 373.

Digitized by Google

atque egestatem perveniant, negandum populo Romano esse. Si consentientes in hoc socios videant Romani, 6 *profecto de pace cum Karthaginiensibus jungenda cogitaturos. aliter numquam, vivo Hannibale, sine bello Italiam fore.* Haec acta in conciliis. Triginta tum 7 coloniae populi Romani erant. ex iis duodecim,

XIX. Satricum. Hujus meminit Livius anno 374. [6, 22.] quo anno expugnatam a Praenestinis ait. Item post etiam ann. 435. [9, 16.] quo tamen anno deducta sit, non exprimit. Vellejus [1, 14.] annos septem post Romam captam deductam scribit, quamquam ibi vulgo *Sutrium*, non *Satricum*, scribitur.

XX. Setia, Norbae finitima, anno 377.

XXI. Cales, anno 421.

XXII. Anxur, ann. 426. Eadem Terracina dicitur anno 458. et 459.

XXIII. Fregellae, anno 327.

XXIV. Luceria, anno 440.

XXV. Suessa Auruncorum, anno 441.

XXVI. Pontia, anno 441.

XXVII. Saticula. Hanc eodem anno conditam, quo Suessam, scribit Vellejus [1, 14.] cujus rei nihil meminit Livius; Saticulanos tamen inter 18 fidos colonos hoc loco numerat.

XXVIII. Caffinum, anno 442.

XXIX. Interamna, anno 442.

XXX. Sora Volscorum, anno 450. deducta. Soraetamen coloniae meminit ante in anno 439. [9. 23.]

XXXI. Alba Aequorum, anno 450.

XXXII. Carseoli, anno 451.

XXXIII. Nequinum sive Narnia in Umbria, anno 453.

XXXIV. Minturnae, anno 456.

XXXV. Sinuessa, anno 456.

XXXVI. Venusia. hanc deductam esse scribit Vellejus [1, 14.] quadriennio post Sinuessam, id est, anno 460. cujus ne verbum quidem Livius, quia periit ille annus. Nominat tamen hoc loco Venusinos inter fidos colonos.

XXXVII. XXXVIII. XXXIX. Castrum, Sena, Adria. Hae coloniae deductae sunt post annum 362. quantum divinare ex epitoma l. 11. possum. Vellejus [1, 14.] Castrum deductam ait initio belli Punici, id est, anno 486. Castri novi, coloniae maritimae, meminit Livius anno 559. [36, 3.] Senae meminit Polyb. l. 2, [19.]

XL. XLI. Cossa, Paestum. Has deductas esse scribit Vellejus [1, 14.] Fabio et Canina coss. id est, anno 479. In Epitoma l. 14. Posidonia et Cossa.

XLII. XLIII. Ariminum, Beneventum, deductae, ut ait Vellejus [1, 14.] Sempronio Sopho et Ap. Claudio coss. id est, anno 483. item Epit. l. 15. hujus meminit Polybius l. 2.

XLIV. Firmium, initio belli Punici cum Castro deductam ait Vellejus [1, 14.] id est, 486. et Firmiani inter fidos colonos nunc a Livio referuntur.

XLV. Aesernia, post annum, quam Firmium, deducta, ut ait

Digitized by Google

quum omnium legationes Romae essent, negaverunt consulibus esse, unde milites pecuniamque darent. Eae fuere Ardea, Nepete, Sutrium, Alba, Carseoli, Cora, Suessa, Circeji, Setia, Cales, Narnia, Interamna. No-
8 va re consules icti, quum absterrere eos a tam detestabili consilio vellent, castigando increpandoque plus, quam leniter agendo, profecturos rati, *eos ausos esse con-*
9 *sulibus dicere*, ajebant, *quod consules, in senatu ut pronunciarent, in animum inducere non possent. non enim detrectationem eam munerum militiae, sed apertam defectionem a popu-*
10 *lo Romano esse. Redirent itaque propere in colonias, et, tamquam integra re, locuti magis, quam ausi, tan-*

Vellejus [1, 14.] item est in Epit l. 16. id est, 487.

XLVI. XLVII. Aesulum, Alsium, deductae post annum 17. quam Aesernia, ut ait Vellejus, apud quem est *XXII* mendose pro *XVII*, id est, anno 503.

XLVIII. Fregenae, post biennium, quam Aesulum, ut ait Vellejus [1, 14.] id est, anno 505. Fregenae coloniae maritimae meminit Livius anno 559. [36, 3.]

XLIX. Brundusium, proximo anno, quam Fregenae, Torquato et Sempronio coss. ut scribit Vellejus [1, 14.] id est, anno 506.

L. Spoletum, triennio post Brundusium ex Vellejo [1. 14.] et Epit. lib. 20. id est, anno 509.

LI. Valentia, post biennium, quam Spoletum. Vellejus [1, 14.] id est, anno 511.

LII. LIII. Cremona, Placentia, sub adventum Annibalis, ut ait Vellejus [1, 14.] et Epit. l. 20. Paedian. in Pisonem, Scipione et Longo coss. deductas scribit, primo anno 11 belli Punici, id est, anno 532. Placentiam autem vocat coloniam a populo Romano deductam LIII. SIGON.

Quum omnium legationes Romae essent] Vel ob eam caussam a consulibus evocatae, vel ultro Romam profectae, ut recte Lipsius 1. de Milit. Rom. 7. ex Livii 34, 56. DUK.

Ardea, Nepete, Sutrium, Circeji, Alba, Carseoli, Cora, Suessa, Setia, Cales] Hunc locum, fere in exemplaribus corruptum, quidam e l. 29, [15, 5.] ubi rursus enumerantur, emendarunt, et recte mea quidem sententia. Nam *Lacates*, quod hic erat, nusquam est apud authores, quod equidem sciam. GLAR. *Nepet*, ut supra saepius. SIG. Pal. pr. *Nepetis*. sec. *Nepotes*. tert. *Nepites*. Caeterum coloniarum nomina foede in Mstis corrupta sunt; quod annotare, est illudere lectori. GEBH. Put. *Sutrium*, *Albu*, *Car-*

Digitized by Google

tum nefas, cum suis consulerent. admonerent, non Campanos, neque Tarentinos eos esse, sed Romanos; inde 11
oriundos, inde in colonias atque in agrum bello captum stirpis augendae caussa missos: quae liberi parentibus deberent, ea illos Romanis debere, si ulla pietas, si memoria antiquae patriae esset. Consulerent igitur de integro. 12
nam, tum quidem quae temere agitassent, ea prodendi imperii Romani, tradendae Hannibali victoriae esse.
Quum alternis haec consules diu jactassent, nihil 13
moti legati, *neque se, quod domum renunciarent, habere,* dixerunt, *neque senatum suum, quid novi consuleret, ubi nec miles, qui legeretur, nec pecunia, quae daretur*

seoli, Cosuessa, Cereisetiacates. ordinem vult transponi: *Sutrium, Alba, Carseoli, Cora, Suessa, Circeji, Setia, Cales.* Vossianus: *Nepetes. utulmalta. carseolico. suesa. cercis et iacdtes.* J. FR. GRON. *Nepotes* Hearnii D. *Nepethes* ejusdem L. 1. *Nepet* Hav. *Nepetes* Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hearnii N. et edd. antt. pro quo Mogunt. vulgarunt *Nepete*, quod superest in Flor. V. ad 6, 9, 3. Qui autem in fine literam *s* adjecerunt, perperam eam repetiere ex initio vocis seq. V. ad 28, 25, 2. Deinde *Sutrium, Alba, Carseoli, Cosuessa, Cereisetia, Cales*, Flor. eamdem vocum trajectionem, quam Gronov. in Put. invenit, firmans. Reliqui codd. prodigiose corrupti sunt; nihilominus tamen ferme omnes indicant, voces eodem modo transponendas esse.

§. 8. *Quum absterrere eos a tam detestabili consilio vellent*] Pal. 2. *tum absistere eos.* vet. ed. *cum abstrahere eos.* GEBH. *abstrahere* etiam Voss. Lov. 1. 3. et Ber. Ita supra etiam male variant membranae apud Gebhard. ad 2, 35, 4.

§. 9. *In senatu ut pronunciarent, in animum inducere non possent*] *ut in senatu pronunciarent* Harl. et Lov. 5. *in senatu pronunciarent* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. et Gaertn. *in senatu pronunciare*, praeter edd. Rom. anni 1472. et Parm. legit Hav. qui etiam mox praefert *non enim detractationem eam videri militiae.* Sed Hafn. *non enim detrectatione ea minui militiam.*

§. 11. *Stirpis augendae caussa missos*] *urbis augendae caussa* Flor. Cant. Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Hav. *stirpis agendae* Gaertn. solito scribarum errore. V. ad 2, 6, 2. 3, 3, 3. 6, 14, 6. 7, 4, 7. 10, 14, 9. c. 30, 6. 22, 14, 14. 28, 19, 14. 36, 11, 8. et alibi. Mox *si ulla pietas, sive memoria*, id est, vel si memoria, Lovel. 2. 3. 5. et Gaertn. *si ulla pietas, ulla memoria* Lov. 4. Sed v. ad 3, 17, 3. Mox §. seq. *tradendique Hannibali victori esse* Ber. Hav. et edd. ante Aldinam.

Digitized by Google

14 *in stipendium, esset.* Quum obstinatos eos viderent consules, rem ad senatum detulerunt. ubi tantus pavor animis omnium est injectus, ut magna pars, *actum de imperio,* diceret. *idem alias colonias facturas; idem socios consensisse omnes, ad prodendam Hannibali urbem Romanam.*

§. 13. *Quum alternis haec consules diu jactassent*] Vet. lib. *consules demonstrassent.* SIG. Put. Reg. Men. Voss. *dimastassent.* Pet. omittit *di.* Sigonii liber *demonstrassent.* J. FR. GRON. *demonstrassent* Lov. 2. Hafn. et Hav. *dimastassent* Flor. Reliqui *diu jactassent*, quod verius esse Gronov. infra judicat ad 38, 25, 5. Mox *quid novi consulerent*, pro *consuleret*, Flor. a m. 2. de quo v. ad 4, 58. 5. Reliqui tamen omnes vulgatum servant.

§. 14. *Ubi tantus pavor animis hominum est injectus*] Vet. lib. *omnium.* SIG. Saepissime ita variant codd. V. ad 3, 54, 6. Hic tamen ne unus quidem meorum libro Sigonii consentit. *animis hominum est injectus* legunt Flor. Cant. Voss. Lov. 4. et Harl. *hominum animis est injectus* Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et Hav. *hominum est injectus animis* Lov. 5. *animis hominum* etiam Crevier. in Put. et Victor. invenit. Sigonio obsecutus Gronovius *animis omnium*, quod reliqui post Sigonium editores spreverant, recepit. Quae vero ad id caussa ipsum inpulerit, intelligi potest ex illis, quae notat ad 9, 8, 11. quod nempe non erat ibi, nisi unum genus hominum, vel civium; scilicet qui senatui interesse poterant. Verum, eo casu etiam vocem *hominum* usurpari, Crevier. docuit ad h. loc. laudans modo adductum testimonium Livii. Adde 27, 34, 8. ubi agens de Livio Salinatore, qui Livii Macati caussam stans in senatu egit: *Ex tanto intervallo auditus convertit ora hominum in se.* ubi unus iterum cod. *omnium.* Paullo ante *eos* deerat in Flor.

Ut magna pars, actum de imperio, diceret] Vet. lib. *dicerent.* SIG. Saepe ita Livium locûtum esse, verum est. V. hoc cap. ad §. 1. Hic tamen omnes codd. quibus usus sum, servant τὸ *diceret.*

Idem socios consensisse omnes ad prodendam Hannibali urbem Romam] Sic distinximus: *idem socios.* Sûbaudi, facturos. *Consensisse omnes.* RHEN. Rhenanus distinxit *idem socios. consensisse.* quae distinctio locum in libris nostris non habet, (Sec. enim, *idem socios censuisse omnes*) ut nec duplex Sigonii lectio *demonstrassent*, pro *jactassent*: dein *omnium*, pro *hominum.* quod allubescit blandius, quam prius; utpote merum excrementum vocem *jactassent* interpretantis. GEBH. Rhenani interpunctio admitti potest. Non tamen est necessaria. Similiter enim *consensit et senatus bellum* supra est 8, 6, 8. ubi vide. *idem socios conjurasse omnes* est in Harl. Praeterea *urbem Romanam* edidit Gron. anno 1665. quod firmant Flor. et alii omnes codd. praeter unum Lov. 5. qui servat *urbem Romam*, ut erat in prioribus excusis. V. infra ad Epit. Liv. 49.

§. 1. *Quae officio decessissent*]

Digitized by Google

X. Consules hortari et consolari senatum, et 1
dicere, *Alias colonias in fide atque officio pristino fore, eas quoque ipsas, quae officio decessissent, si legati circa eas colonias mittantur, qui castigent, non qui precentur, verecundiam imperii habituras esse.* Permissum 2
ab senatu iis quum esset, agerent, facerentque,

Miror, cur hic libuerit castigatori supponere *decessissent*, cum in veteri codice sit *decesserint*. RHEN. Pal. pr. et vet. ed. *officio discessissent*. sec. et tert. *officio discesserint*. Statim iidem codd. bini habent *et non qui precentur*. GEBH. Miratur Rhenanus, cur hic libuerit castigatori supponere *decessissent*. Ego miror, cur libuerit castigatori codicis Borbetom. supponere *decesserint*, quum Put. omnesque Gall. cum potiore Pal. et Voss. *decessissent*. Sed nec illud silendum, τὸ *ab* non modo in scriptis, sed ne in editis quidem mihi apparuisse ante exemplar Modii. Et passim video, haec duo verba, *decedere*, ac *discedere*, confundi, quum veteres *decedere re aliqua*, vel *de re* dixerint, *discedere ab re*. Livius 34, [11, 7.] *Potuisse se extra id periculum esse, si decedere fide, si conjurare cum caeteris maluissent*. Sic *decedere jure suo, praesidio*. 8, [25, 12.] *Qua stultitia et temeritate de officio decessum*. Cicero 1. act. in Verr. [10.] *De officio ac dignitate decedis*. At Caesar 1. Gall. [40.] *Cur hunc tam temere quisquam ab officio discessurum putaret*. Sic Cicer. 1. Fam. 9. *Cum a vobis, meae salutis auctoribus, discesserim*. J. FR. GRON. *decesserint* etiam Hearnii L. 1. *decessissent* omnes mei, cum Hearnii N. ac D. V. ad 29, 19, 6. Recte etiam Gronov. Modii lectionem *ab officio*, quam in nullo cod. inveni, Hearnius etiam in nullo Oxoniensi, rejecit, ac docuit, veteres dicere solitos fuisse *discedere ab re*, et *decedere re*, vel *de re*. Constructio verbi *discedere* supra inlustratur ad 25, 20, 4. Contra *decedere jure suo* ad 3, 33, 10. *decedere praesidio* ad 4, 29, 5. *decedere provincia* ad 28, 28, 7. Ita ex plurimis scriptis infra legendum 36, 22, 2. *Cujus fiducia officio decessissent*. ubi editur *ab officio*. Gronov. ex conjectura reponit *ab officio discessissent*. *Decedere de jure* inlustrat Gronov. ad 3, 33, 10. et hoc loco. *decedere ex provincia* ad 26, 2, 14. Doujatius, monens *ab officio decesserint* esse in *editione* Borbetomagensi, novum dat argumentum diligentiae, qua ad notas Gronovii, quas expilare solet, adtenderit. Mox *qui precentur* Lov. 1. *et non qui precentur* Hearnii L. 1. *qui non precentur* edidit Gronov. anno 1665. idque servarunt recentiores. Priores exhibebant *non qui precentur*, quod quum in Flor. meisque reliquis supersit, iterum admittendum censui.

§. 2. *Agerent, facerentque, ut e republica ducerent*] Put. Reg. Men. Voss. ignorant τὸ *facerent*. An fuit olim: *agerent, quae e republica ducerent*? J. FR. GRON. Livius tamen 22, 11, 2. *Cetera omnia ageret faceretque, ut e republica duceret*. Nihilominus *facerent* abest etiam a Flor. Cant. Lov. 1. 2. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Solum *facere* in hac locutione adhibetur supra

Digitized by Google

ut e republica ducerent; pertentatis prius aliarum coloniarum animis, citaverunt legatos, quaesiveruntque ab iis, *ecquid milites ex formula paratos ha-*
3 *berent?* Pro duodeviginti coloniis M. Sextilius Fregellanus respondit: *et milites ex formula paratos*
4 *esse: et, si pluribus opus esset, plures daturos: et, quidquid aliud imperaret velletque populus Romanus, enise facturos. ad id sibi neque opes deesse, animum et-*
5 *iam superesse.* Consules, sibi parum videri, prae-

24, 14, 5. *Permissum ipsi erat, faceret, quod e republica duceret esse.* 25, 7, 4. *Faceret, quod e republica fideque sua duceret.* 29, 10, 4. *Ea consuli a Patribus facienda, ut e republica fideque sua duceret, permissa.* 33, 45, 3. *Faceret, quae e republica censeret esse.* Sed *agere* ac *dicere* in hac re conjungit supra 8, 4, 12. *Permiserunt, ut ageret diceretque, quae e republica nominis Latini fideque sua viderentur.* Quin etiam *agerent, quae ut e republica* est in Voss. Hav. *agerent, quod ut e republica* in Lov. 1. *facerent, agerentque, ut e republica* in Lov. 5. *agerent, facerent, ut e republica* edd. quas vidi, Aldina priores, exceptis tamen Rom. anni 1472. ac Parm. quae vulgatum tuentur.

Tentatis prius aliarum coloniarum animis] Castigavimus ex veteri libro *pertentatis prius al. col. animis.* Aliud autem est *tentatis*, aliud *pertentatis.* Nimirum hoc posterius absolutam diligentiam arguit. RHEN. *tentatis* tamen Flor. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Mox *quaesieruntque* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad cap. sep. §. 15.

Ecquid milites ex formula paratos haberent] *si milites* Lov. 3. *qui milites* Lov. 1. 5. et Gaertn. *quid milites* Flor. Lov. 4. Harl. Hav. et Voss. qui posterior pro varia lectione *quot milites* in margine praefert. *numquid milites* Lov. 2. et Ber. Sed nihil muto. *Ecquid* enim saepe pro simplici particula interrogandi ponitur. 3, 11, 12. *Ecquid sentitis, jam vos, Quirites, Kaesonem simul civem et legem habere non posse?* 4, 3, 8. *Ecquid sentitis, in quanto contemtu vivatis?* 5, 52, 1. *Ecquid sentitis, Quirites, quantum paremus nefas?* 36, 34, 8. *Ecquid vides, te in duabus urbibus oppugnandis tempus terere?* 42, 26, 5. *Quaesitum, ecquid ita non adissent magistratum?* (*v. Viros doctos ad Ovid. 15. Her. 1.)

§. 3. *Pro duodeviginti coloniis*] Cluverius legit *undeviginti*, 2. Ital. ant. 2. p. 480. quot videlicet mox vulgo enumerantur. Sed Livius paullo ante *triginta* tum fuisse colonias populi Romani dixit, ex quibus duodecim recusavisse delectum: superesse igitur oportet octodecim. Abolendi vero *Nolani*, [*mox §. 7.] quos et optimi et omnes MSS. ignorant. Idem occasione Buslid. deprehendit Nobiliss. Alb. Rubenius. Nec legit aliter Sigonius, cum l. 2. de Jure Ital. 5. tum hic coloniis Romanis enumerandis: ut mirer de vitio editionum tacuis-

Digitized by Google

fati, pro merito eorum, sua voce conlaudari eos, nisi universi Patres iis in curia gratias egissent, sequi in senatum jusserunt. Senatus, quam poterat 6
honoratissimo decreto adlocutus eos, mandat consulibus, ut ad populum quoque eos producerent, et, inter multa alia praeclara, quae ipsis majoribusque suis praestitissent, recens etiam meritum eorum in rempublicam commemorarent. Ne nunc 7
quidem post tot secula sileantur, fraudenturve lau-

se, quod jam ab Andrea usque continuatum est, praeterquam in Gryphio. J. FR. GRON.

Milites ex formula paratos esse] *milites paratos formula esse* Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *milites paratos ex formula esse* Lov. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. ante Frob. anni 1535.

§. 5. *Universi Patres in curia gratias egissent, sequi in senatum eos jusserunt*] Expunximus accusativum *eos*, qui elegantius subauditur. Nam praecedit *meritis eorum*, et *collaudari eos*. Nec est in scripto codice. RHEN. Put. et alii *Patres iis in curia gratias egissent, sequi in senatum eos jusserunt*. Quod tamen Livii vix videtur. J. FR. GRON. *Tò iis*, quod ex Put. aliisque addidit Gronov. in nullo meorum, ut nec in Hearnii N. adparet; insuper *universi in curia*, altera etiam voce omissa, legunt Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Mox vero *eos*, a Rhenano expunctum, servant Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Vocem *is* saepius repetiisse Livium eadem periodo, supra vidimus ad 3, 31, 4. Paullo ante *Consules sibi videri praefati, pro merito eorum sua voce non laudari eos* Hafn. *Consules igitur videri praefati, pro merito eorum sua voce non collaudari eos* Hav. *Tò parum* deest etiam in Flor. Voss. Lov. 1. 2. Ber. et Gaertn. *Consules parum sibi videri* legunt Lov. 3. 4. 5.

§. 6. *Senatus, quam poterat honoratissimo decreto adlocutus eos, mandat*] Abest a Pall. 2. et 3. *τὸ eos*. Contra intrudunt paullo ante pr. ac vet. ed. *sequi in senatum eos jusserunt*. Interim inferius sec. ac tert. exhibent, *quae ipsi majoribus suis praestitissent*. GEBHARD. *eos adlocutus* Harl. *adlocutus est eos* Voss. Lov. quinque, et Hav. Mox vocem *quoque* ignorant Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Tum *ipsis majoribus suis* Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 7. *Signini fuere, et Nolani, et Norbani*] In Spirensi volumine non est *Nolani*. *Venusinorum* vero vocabulum, quod omissum erat in vulgatis editionibus, inseruimus post *Nucerinos*. Nec est illic *Firmiani*, cum oppidum *Firmum* appelletur, non *Firmium*. Est et *Spoletini*, non *Spoletani*. RHEN. Cum inter hos colonos Signini Nolanique ad inferum inclinent mare, Brundusini autem Hadriani ac Ariminenses ad superum, Livius videtur velut ad unum omneis posuisse. Nam sub-

Digitized by Google

de sua. Signini fuere, et Norbani, Saticulanique, et Brundisini, et Fregellani, et Lucerini, et Venusini,
8 et Hadriani, et Firmani, et Ariminenses: et ab altero mari, Pontiani, et Paeftani, et Cosani: et mediterranei, Beneventani, et Aesernini, et Spole-
9 tini, et Placentini, et Cremonenses. Harum coloniarum subsidio tum imperium populi Romani ftetit: iisque gratiae et in senatu, et ad populum a-

jungit, et altero mari *Pontiani*, *et Paeftani*, *et Consani*. Paeftum quidem oppidum est maritimum Lucanorum, authore Ptolemaeo [3, 1.] *Consani* tamen vix legerim, sed vel *Cossani*, vel *Compsani*, quemadmodum etiam l. 3. hujus dec. [c. 1.] admonuimus. Quidam pro *Nolanis Venusinos* subftituerunt. GLAR. Pal. pr. *Signini fuere*, *et Nolani*, *Saticulanique*. sec. *Sipium fuere et Noram Sticulamque*. tert. *Sipnini fuere et Norbani Saticulanique*. GEBH. Voces *et Nolani* exsulant a Flor. Cant. Lov. quinque, Harl. Hafn. Gaertner. et Hav. contra *et Norbani* a Voff. et Ber. quarum loco *et Norani* legunt Lov. 1. 3. 5. Harl. Gaertn. Hafn. et Hav. Alterutras harum vocum delendas effe, Gronov. supra ad §. 3. monuit; cui, priores insiticias esse ftatuenti, ob meliorum codd. auctoritatem consentio.

Satriculanique] Supra oftendi ex Vellejo Stephanoque, legendum effe *Saticulani*: addo etiam ex vet. lib. auctoritate. SIG. *Saterculanique* Gaertn. *Striculanique* Hafn. *Satriculanique* Lovel. quinque, Ber. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *Saticulanique* ceteri. V. ad 7, 32, 2.

Et Brundusini, *et Fregellani*, *et Lucerini*, *et Venusini*, *et Adriani*] Pal. 1. (omiffo *et Brundusini*) *et Fregellani*, *et Nucerini*. Pal. 2. 3. *et Brundusini*, *et Adriani*. GEBH. *et Brundusini*, ac mox *et Venusini* non adparent in Flor. Voff. Lov. 1. 3. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Prius etiam deeft in Hearnii D. quod poft *Venusinos* transponunt Lov. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. Posterius quoque exsulat a Ber. et edd. ante Rhenanum. Tum *Nucerini*, pro *Lucerini*, Flor. Voff. Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. pro quo Froben. anno 1535. recte *Lucerini* subftituit. *Nuceriam* enim coloniam fuiffe, non conftat. Denique *et Hadriani* Voff. et Lov. 1. 3. 5. V. ad 24, 10, 10.

§. 8. *Et Paeftani*, *et Cossani*: *et mediterranei*] Vet. ed. et Pal. 1. *Consani*. sec. et tert. *Compsani*. GEBH. Omnia haec deerant in Hearnii D. Sed *Praeftani* legunt Flor. Voff. Lov. 2. 3. 4. Ber. Hearnii L. 1. N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Poftani* Harl. Tum *Consani* Lov. 1. 2. 4. et edd. vett. *Compsani* Ber. *Cosani* reliqui. V. ad 22, 11, 6.

Esserneni] *Aesernini*, ut supra etiam oftendi. SIG. Pal. 1. *Aserninii*. quo alludunt reliqui codd. *Sernini* GEBH. *Sernini* Voff. Lov. 1. 3. et Ber. cum editis vetuftis.

Digitized by Google

ctae. Duodecim aliarum coloniarum, quae detrectave- 10
runt imperium, mentionem fieri Patres vetuerunt, neque illos dimitti, neque retineri, neque adpellari a consulibus. ea tacita castigatio maxime ex dignitate populi Romani visa est. Cetera expedientibus, quae ad bel- 11
lum opus erant, consulibus, aurum vicesimarium, quod in sanctiore aerario ad ultimos casus servabatur, promi placuit. Promta ad quatuor millia pondo 12

Servini Lov. 2. 4. et Gaertn. *Serini* Lov. 5. Sed *Aesernini* Flor. Voss. et Harl. V. ad Epit. Liv. 72.

Spoletini] Vet. lib. *Spoletani*. itemque Prisc. l. 2. [p. 592.] docet esse loquendum, ut *Spoletum Spoletanus*, ut *Beneventum Beneventanus*. SIG. *Spolentini* Lov. 1. et Hearnii L. 1. *Spoletiani* Lov. 3. *Spoletini* Flor. Voss. Lov. 2. 4. Harl. et Hav. quod Rhenanus supra probabat ad §. 7. Non tantum antiqui *Spoletum*, sed et *Spoletium*, dixerunt. V. ad Epit. Liv. 20. A priori autem est *Spoletani*, ab altero *Spoletini*. Certe *SPOLÈTINI* memorantur in lapp. apud Gruter. p. 476, 7. V. Cluver. 2. Ital. ant. 7, 632. et Cellar. 2. Orb. ant. 9, 474. *Spoletium* et *Spoletinus* infra est 45, 43, 9. (*43, 18, 19.)

§. 9. *Et in senatu, et ad populum actae*] Vetusti codicis lectio *et apud populum actae*. RHEN. Pal. 1. et ant. ed. *et ad populum*. quod mutari non debuisset. Paullo ante Pal. 3. *Harum coloniarum merito*. GEBH. Rhenani cod. consentit Lov. 3. et forte Flor. Neque aliter etiam Hearnii D. Probo tamen sententiam Gronovii, qui priorem scripturam revocavit, et ex Mstis vindicavit ad 7, 7, 4. ubi plura vide. Mox §. seq. *detractaverunt* Flor. Lov. 1. Ber. et Hav. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 34, 15, 9.

§. 11. *Quod in sanctiore aerario ad ultimos casus servabatur*] Liber scriptus habet *servaretur*. Sic autem et infra loquitur Livius [c. 15, 6.] *Non eas*, inquit, *solum, quae remis agerentur*. non *agebantur*. RHEN. Solus Pal. 3. *servaretur*. Reliqui duo cum vet. ed. *servabatur*. GEBH. Perperam Rhenanus mutat. Sic enim omnes. J. FR. GRON. Hearne suos L. 1. et N. Rhenano favere testatur. V. Rhenanum ad 28, 5, 6. Mei omnes faciunt cum Gronovio. Praeterea *in secretiore* Lov. 2. Hafn. et Hav. ex glossa interpretis. De vicesima manumissionum, sive auro vicesimario, v. Cel. Burm. de Vectig. c. 10.

§. 12. *Promta ad quatuor millia pondo auri. inde quingenta pondo data consulibus* etc.] *quingena* legendum: neque aliter divisio constabit, imo nec Latinitas. ut intelligamus, his quinque singulis data quingenta pondo, Fabio autem centum pondo. Restabant mille et quadringenta, quae in Hispaniensis exercitus necessitatem sunt reliqua. GLAR. *ad IIII pondo auri* Lov. 5. et Gaertn. *ad pondo auri* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. Hav. et Hearnii N. Hine

Digitized by Google

auri. inde quingena pondo data consulibus, et M. Marcello, et P. Sulpicio proconsulibus, et L. Veturio praetori, qui Galliam provinciam sortitus e-
13 rat; additumque Fabio consuli centum pondo auri praecipuum, quod in arcem Tarentinam portaretur. cetero usi sunt ad vestimenta praesenti pecunia locanda exercitui, qui in Hispania bellum secunda sua fama ducisque gerebat.

1 XI. Prodigia quoque, priusquam ab urbe con-
2 sules proficiscerentur, procurari placuit. In Albano monte tacta de coelo erant signum Jovis, arborque templo propinqua, et Ostiae lacus, et Capuae murus, Fortunaeque aedes, et Sinuessae mu-

inde quinquagena pondo praeter edd. vett. legunt Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. quorum D. verba proxima *et M. Marcello et P. Sulpicio proconsulibus* omisit: huic autem errori ansam dedit praecedens vox *consulibus*. Mox etiam recte Jac. Gronov. priorum edd. lectionem *L. Veturio* revocavit, pro quo perperam ultima Gruteri ἔκδοσις *T. Veturio* dederat, proximis id servantibus. Sed *L. Veturius* supra vocatur capp. 6. et 7. Tum *erat sortitus* Flor. *sortitus est* Lov. 3.

§. 13. *Cetero auro usi sunt ad vestimenta*] Put. Gall. Voss. expellunt *auro*. Jure, ut puto. J. FR. GRON. Abjiciunt etiam eamdem vocem Flor. Harl. Hav. pluresque ex meis, cum Hearnii N. ac D.

§. 1. *Priusquam ab urbe consules proficiscerentur* Pal. 1. et ant. ed. *priusquam consules proficiscerentur*. GEBH. Voces *ab urbe* non adparent etiam in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. a m. 1. et editis ante Aldum.

§. 2. *Capuae murus, Fortunaeque aedes*] Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. legunt *aedis*. V. ad 4, 25, 3.

§. 3. *Et Romae intra cellam aedis Fortis Fortunae de capite signum, quod in corona erat*] Vetus *irritus cellam*. Suspicari possis fuisse *intus cellam* more veterum. LIPS. 2. Ep. Quaest. 26. Pal. 1. et ant. ed. *intus cellam*. probe. sec. stabilit hanc scripturam *intus in cellam*. nec non tert. *intus in cella*. V. quoque Lipsii Epist. Quaest. GEBH. Quod suspicatur Lipsius, *intus cellam*, perspicue Put. omnes Gallicani, unus Pal. et Voss. exhibent: duo alii Pall. *intus in cellam*. Sic Plautus Milite [2, 6, 55.] *Continuo vide, sitne ista haec vestra intus domum*. J. FR. GRON. *intra cellam* soli Lov. 5. et Ber. *inter cellam* Hav. *irritus cellam* Lov. 1. *intus in cella* Lov. 4. *intus cellam* reliqui mei cum Hearnii Oxonn. Nic. Hein-

Digitized by Google

rus portaque. Haec de coelo tacta. Cruentam 3
etiam fluxiſſe aquam Albanam, quidam auctores e-
rant. Et Romae intus cellam aedis Fortis Fortu-
nae de capite signum, quod in corona erat, in ma-
nus sponte sua prolapsum. Et Priverni satis con- 4
ſtabat bovem locutum, volturiumque frequenti fo-
ro in tabernam devolasse, et Sinueſſae natum am-
biguo inter marem ac feminam sexu infantem: quos 5
androgynos vulgus (ut pleraque, faciliore ad dupli-
canda verba Graeco sermone) adpellat: et lacte
pluiſſe, et cum elephanti capite puerum natum.
Ea prodigia hoſtiis majoribus procurata, et suppli- 6
catio circa omnia pulvinaria, et obsecratio in unum

sius ad Vell. Pat. 2, 25, 4. *intus cellam Fortis Fortunae* scribendum monet; sive vocem *aedis*, quae tamen in omnibus codd. superest, delendam judicarit, sive tantum calami errore omiserit. De locutione autem *intus cellam* v. etiam supra ad 24, 10, 6. Quum autem grammaticus ad oram libri notaſſet, *intus cellam* hic poni pro *in cella*, hinc alii id pro varia lectione habentes partim *intus in cellam*, partim *intus in cella*, utrumque jungentes dedere. Quum autem dicatur *signum, quod in corona erat*, conjicit Cl. Crevier. fortaſſe deeſſe hic nomen ejus Divi, vel Divae, cujus hoc signum erat. Mox *in manu*, pro *in manus*, Ber. Lov. 1. 3. 4. Gaertn. et vett. quas vidi, edd. ultima litera ejus vocis a prima sequentis intercepta. V. ad 37, 29, 5. *in manum* Flor. Lov. 2. 5. Harl. et Hav. Paullo ante poſt voces *auctores erant* orationem majori diſtinctione, sensu id requirente, interpunxi; ut erat ante Gruterum.

§. 4. *Bovem locutum, volturemque frequenti foro*] In veteri scribitur *volturiumque*. recte. LIPS. 2. Ep. Quaeſt. 26. Pal. pr. *volturiumque*. prisca ed. *vulturiumque*. Infra c. 23, 3. *Caere vulturium volaſſe in aedem Jovis*. GEBH. Put. Reg. Pal. *volturiumque*, ut Lipsius ex suo notaverat. J. FR. GRON. *bovem esse locutum* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. Deinde *vulturemque* Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. Rec. Hav. et Hearnii Oxonn. Reliqui omnes cum Aldo et proximis edd. *vulturiumque*, vel *volturiumque*; quod probat etiam Colvius ad Apulejum 4. Met. p. 57. Infra 41, 21, 7. *Nec illo, nec priore anno in tanta strage bovum hominumque vulturium usquam visum.*

§. 5. *Et lacte pluisse*] *pluvisse* Voſſ. et Lov. 1. cum edd. vetuſtis. V. ad 1, 31, 1. Paullo ante *vulgus adpellant* Lov. 4. Harl. et Hav. V. ad 39, 53, 2. Optimi tamen utroque loco vulgatum tuentur.

Digitized by Google

diem indicta: et decretum, ut C. Hostilius praetor ludos Apollini, sicut his annis voti factique erant,
7 voveret faceretque. Per eos dies et censoribus creandis Q. Fulvius consul comitia habuit. Creati censores, ambo qui nondum consules fuerant, M.
8 Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus. Hi censores, ut agrum Campanum fruendum locarent, ex auctoritate Patrum latum in plebem est, plebes-

§. 6. *Ludos Apollinis, sicut his annis voti factique erant, voveret faceretque*] Vet. lib. *Apollini*. et recte. SIG. Pall. 2. et 3. *Apollini*. Paullo ante copula *et* ante vocem *obsecratio* detracta est Pal. 1. et vet. ed. Caeterum Pal. 2. *in unum diem injecta est*. GEBH. *Apollini* altero longe usitatius est. V. 22, 9. 25, 12. 36, 2. Gronovius tamen in suis videtur invenisse vulgatum. Et ex Hearnianis unus tantum consentit cum Sigoniano. DUK. *Apollini* etiam Lov. 4. Gaertn. et Hearnii D. Idem voluisse videtur librarius Flor. qui tamen aberrans dedit *Apollonii*. Eadem hic obcurrit varietas, ac supra in locutione *dedicare aedem Dei*, vel *Deo*. V. ad 5, 23, 7. Sed recte Cl. Dukerus *Apollini* usitatius esse monuit, idque magis sibi placere Crevier. testatur. Exemplis laudatis adde 31, 9, 6. *Ludos Jovi donumque vovere consulem jussit*. 35, 1, 8. *In hoc discrimine ludos Jovi vovit*. 36, 2, 2. *M. Acilius consul ludos magnos Jovi voveret*. Similiter *facere ludos Deo* 39, 39, 15. *Utramque in urbe jurisdictionem haberet, Apollinique ludos faceret*. Ultima autem litera voci *Apollinis* adcrevisse potuit ex initio sequentis. V. ad 28, 25, 2. Tum vocula *et* ante *τὸ obsecratio* non adparet in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et edd. antiquis. Eam primus addidit Vascos. mox Curio, hinc reliqui. Praeterea *in unam diem*, pro *unum*, Lov. 5. V. ad 8, 11, 15.

§. 8. *Censores, ut agrum Campanum fruendum locarent*] Castigavimus *Duo censores*. Porro hic dicit eleganter, *ut agrum Campanum fruendum locarent*, quemadmodum supra dixit [c. 3, 2.] *Simul ut cum agro tecta urbis fruenda locarentur*. RHEN. Vox *Duo*, ni fallor, habet mendum. Cur enim *duo*, quando sic locutus est Livius? Vereor, ne *Hi* legendum sit, idque erroris caussam librario tribuerit, quod *hi* pro *ii*, id est duorum nota acceperit. SIG. Abest a Pall. duobus, nec non prisca ed. *Hi* tert. *Duo censores*; qui codex apud me exiguae auctoritatis hactenus cum Rhenani libro Spirensi paria facit. GEBH. *Duo censores* soli Lov. 4. et Rec. Pro quo si quid substituendum sit, vel cum Sigonio, *Hi*, vel etiam *Ii censores* legendum censerem. V. ad 36, 43, 11. Miror et Gronov. et nuper Cl. Crevier. de codd. suorum lectione hic silere. Certe ex meis Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. utramvis vocem *Duo* vel *Hi* ignorant. Quin et de scriptura Put. consultus Cl. Sallier. respondit, in eo primitus scriptum

Digitized by Google

que scivit. Senatus lectionem contentio inter cen- 9
sores de principe legendo tenuit. Sempronii lectio
erat: ceterum Cornelius *morem traditum a patribus*
sequendum ajebat. *ut, qui primus censor ex iis, qui* 10
viverent, fuisset, eum principem legerent: is T. Man-
lius Torquatus erat. Sempronius, *cui Dii sortem* 11
legendi dedissent, ei jus liberum eosdem dedisse Deos.
Se id suo arbitrio facturum: lecturumque Q. Fabium

fuisse *Incensores*; priorem autem syllabam *in* postea transversa linea confossam esse. Tum *colendum locarent* Hearnii L. 1. Male. Infra 42, 19, 1. *Promulgavit, ut agrum Campanum censores fruendum locarent.* Alterum ex interpretis glossemate natum est. Ita enim fruimur agro, si eum colimus.

Latum ad plebem est] Omnes Gall. Voss. *ex auctoritate Patrum latum in plebem est, plebesque scivit.* J. FR. GRON. *ad plebem* primum inveni in ed. Med. anni 1505. hinc in Ascens. anni 1513. et inde in aliis; quam scripturam servant etiam Lov. 5. Gaertn. et apud Crevier. Reg. Omnes priores typis descripti cum reliquis meis, et omnibus Hearnii Oxonn. praeferunt *in plebem*. Sed dubitat Crevier. an horum auctoritas tantum valere debeat, ut inusitatam loquendi formam *ferre in plebem* admittamus; quum semper alias scriptores antiqui dixerint *ferre ad plebem*. Mox *plebsque scivit* Voss. Lov. 3. 5. et Hav. *plebs quoque scivit* Lov. 2.

§. 9. *Senatus lectionem contentio inter censores*] Put. Men. *legionem*. ut 9, 29, 7. codex perantiquus Thuanaeus: *Ob infamem atque invidiosam senatus legionem.* Quod tamen Livio adsignare nondum audeo. J. FR. GRON. *legionem* etiam Flor. Mox *traditum patribus*, pro *a patribus*, Flor. Lov. 1. Voss. Harl. et Hav. V. ad 6, 11, 4. Hic tamen nimis ambiguum foret, utrum intelligeretur mos, quem patres acceperant aliorum traditione, an quem ipsi tradidissent.

§. 10. *Et is T. Manlius Torquatus erat*] Expunximus particulam *et*. RHEN. Is anno DXIX censor fuerat. Cap. lapid. SIG. *Et is L. Manlius* Lov. 5. *Et is Manlius* Lov. 3. *Et his Manlius* Gaertn. *Is L. Manlius* Ber. *His L. Manlius* Harl. *Et ibi Manlius* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. et Hav. *Ille Manlius* Voss. pro varia lectione in margine. Voculam *et* ex editoribus primus adposuit Aldus.

§. 11. *Cui Dii sortem legendi dedissent, et jus liberum eosdem dedisse Deos*] Pro *et* hic substituimus *ei* dativum. RHEN. Lectionem senatus utriusque censoris fuisse, nemo dubitat; principis senatus unius tantum, cui id sorte obtigerat, nusquam tam aperte, ut hic, proditum est. Sed praeterea probabilibus argumentis ex aliis locis Livii confirmat Manutius c. 2. de Senatu Romano. DUK. Nonnulli codd. lectioni Rhenani favent. Solent autem voculae *et* atque *ei* commutari. V.

Digitized by Google

Maximum, quem tum principem Romanae civitatis esse,
12 *vel Hannibale judice, victurus esset.* Quum diu certatum verbis esset, concedente collega, lectus a Sempronio princeps in senatu Q. Fabius Maximus consul: inde alius lectus senatus, octo praeteritis, inter quos L. Caecilius Metellus erat, infamis auctor deserendae Italiae post Cannensem cladem.
13 In equestribus quoque notis eadem servata caussa. sed erant perpauci, quos ea infamia adtingeret. Illis

ad 41, 15, 6. Silent hic reliqui viri docti. Ex meis tamen *et jus liberum* vindicant Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. et Hav. quod haud displicet.

Vel Hannibale judice, dicturus esset] Scribe cum Put. *victurus.* Horat. [1. sat. 2, 134.]

Deprendi miserum est. Fabio vel judice vincam.

Plaut. Most. [3, 1, 20.]

Cape, obsecro Hercle te, eum eo una judicem.

Tam facile vinces, quam pirum vulpes comest.

Cic. pro Cluent. [44.] *Vince deinde virum bonum fuisse Oppianicum.* Matius ad Cic. 11. Fam. 28. *Perinde ac si jam vicerit, obitum ejus reipublicae fuisse utilem.* Et sic jam ediderunt Curio, Gryphiusque. Attamen in Gud. video *dicturum esse.* Unde suspiceris, hoc quoque extulisse per infinitivum: *quem tum principem Romanae civitatis esse, vel Hannibale judice victurum esse.* Qualia passim Livio restituimus. J. FR. GRON. *victurus esset* etiam Flor. Cant. et Hearnii N. ac D. Ante Curion. autem Gryphiumque ita ediderunt quoque Aldus, Frob. anno 1535. Basil. anno 1539. et Vascos. post eos vero proximi usque ad Modium, qui iterum *dicturus* revocavit, quod est in reliquis meis. *Vincere* hic est obtinere. V. Lambin. ad d. l. Horat. (ubi etiam hunc locum advocans laudat *victurus esset*) et quae notavi ad 2, 4, 3. *dictus* et *victus* etiam alibi in Mstis confunduntur. V. ad Epit. Liv. 59.

§. 12. *Princeps in senatu*] Sic etiam in Sallustii Jug. 25. quidam scripti et editi. alii *senatus princeps.* Rivius ibi utrumque recte dici tradit, et illud cum ex hoc loco Livii, tum ex inscriptione Ariminensi probat, in qua *PRINCEPS. IN. SENATV* legi scribit. Inscriptionem illam non habet Gruterus. Nam in suspecta illa de Fabio, quae 406, 7. legitur, non est, quod dicit Rivius, sed *PRINCEPS. IN. SENATVM. DVOBVS. LVSTRIS. LECTVS. EST.* Nec eam Arimini, verum Arretii, repertam esse, in novissima corporis Gruteriani editione ex Marliano scribunt. DUK. *princeps in senatum* Ber. et edd. ante Aldum. Omnes reliqui codd. *in senatu.* Paullo ante *certatum verbis esset* Flor. quod sibi in Put. quoque obvenisse, supra testa-

Digitized by Google

Illis omnibus (et multi erant) ademti equi, qui Ca nensium legionum equites in Sicilia erant. addid runt acerbitati etiam tempus, ne praeterita ſtipe dia procederent iis, quae equo publico emeru rant, sed dena ſtipendia equis privatis faceren Magnum praeterea numerum eorum conquisiverun qui equo merere deberent: atque ex iis, qui pri cipio ejus belli septemdecim annos nati fuerant neque militaverant, omnes aerarios fecerunt. L caverunt inde reficienda, quae circa forum ince

tur Gronov. ad 26, 32, 1. id recepi. Antea edebatur *certatum asset verbis*. In sequentibus *M. Caecilius*, pro *L. Caecilius*, Flor. Voſſ. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. Malo. V. ad 24, 18, 3. Tum *erat* deficit in Voſſ. Lov. 3. 5. Ber. Hav. et iisdem edd. *Cannensem* in Harl. *cladem* in Flor. Cant. Voſſ. Lov. 1. 2. et Gaertn. cujus loco *pugnam* praefert Lov. 4.

§. 13. *In equeſtribus quoque notis*] Pall. 2. 3. *Inde equeſtribus quoque notis*. GEBH. Ita et Lov. 4.

§. 14. *Ne praeterita stipendia procederent iis, qui equo publico meruerant*] Pal. 1. et ant. ed. *emeruerant*. GEBH. *quae equo publico* ad marginem Livii conjecit Cl. Jac. Perizon. quod ipsum exſtat in Flor. et teſte Crevier. in Put. *emeruerant* autem iidem Flor. ac Put. tum Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Brancal. Latinii, et quaedam ex antt. edd. Utrumque Crevier. recepit.

§. 15. *Numerum eorum conquisiverunt*] Cantabr. *conquisierunt*. Nec causa id negligendi. Sic c. 25, 11. *arcessierat* 28, 12, 1. *ia-*

cessierunt. JAC. GRON. *conqs sierunt* similiter Lov. 5. Ber. Hav. Ita 6, 34, 5. *Adfinitas ha spreta gratiam Fabio ad vulg quaesierat*. 40, 14, 7. *Ne quid ip aut prius inquisisse, aut nunc c minose argumentari videretur*. ita variant codd. supra 7, 1, 9, 9, 9. et apud Cortium ad Pl nii 2. ep. 14. edd. etiam cap. prae §. 2. Similibus contractionib in verborum perfectis Liviu delectari, vidimus ad 6, 18, 1 Optimi tamen vulgatum nu servant.

Qui equo mereri deberent] Eme davimus *merere*. BHEN. V. Epit. Liv. 5. Vulgatum tamen se vant Flor. Cant. Voſſ. Lov. 1. 3. 5. Harl. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1.

Qui principio ejus belli sexdeci annos nati fuerant] Vet. lib. *d cem et septem annos*. recte. S enim et ipse ait 25, 5. 8.] *Tr buni plebis ad populum ferren ut, qui minores septem et dece annis sacramento dixissent, iis pe inde stipendia procederent, ac septem et decem annorum, aut m jores milites facti fuissent*. SI Quod ad ipsum numerum, S gonio consentiunt omnes me

Digitized by Google

dio consumta erant, septem tabernas, macellum, atrium regium.

1 XII. Transactis omnibus, quae Romae agenda erant, consules ad bellum profecti. Prior Fulvius 2 praegressus Capuam. Post paucos dies consecutus Fabius; qui et collegam coram obtestatus, et per literas Marcellum, ut quam acerrimo bello detineret Hannibalem, dum ipse Tarentum obpugnaret; 3 ea urbe ademta hosti jam undique pulso, nec ubi

quod vero ad formam vocum, quibus numerus enunciatur, omnes ab ejus codd. dissentiunt. *septem decem* praeferunt Flor. a m. 1. Ber. a m. 2. et Hav. *septemdecim* reliqui omnes. V. etiam ad 25, 5, 8. et ad 34, 10, 4.

§. 26. *Atrium regium*] Adscripsit his pater locum 26, 27. ubi de hoc incendio agitur, et inter alia comprehensum dicit *piscatorium et atrium regium*. Post haec addidit, Forte *regiae*. quod considerandum. Nam Put. Voss. Gud. et Cantbr. clare *regiam* hoc loco habent. Itaque quum regioni octavae adscribatur L. Tarquinii Superbi Regis domus cum atrio, rursumque sit atrium publicum in Capitolio, item Minervae, item Vestae, vix constituo a prisca scriptura recedendum. JAC. GRON. *atrium regina* Lov. 1. et 5. *atrium*, *regiam*, Flor. Lov. Harl. Gaertn. Hav. et edd. principes.

§. 1. *Prior Fulvius praegressus Capuam*] *progressus* Lov. 4. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. V. ad 9, 10, 7. *profectus* Hearnii D. quod modo praecessit, et hic ex glossa interpretis natum videtur. V. ad 22, 20, 12.

§. 2. *Post paucos dies consecutus Fabius; qui et collegam coram obtestatus, et per literas Marcellum, ut quam acerrimo bello detineret* etc.] Ita vertit Plut. in Marc. [p. 312.] Συνθέμενος δὲ πρὸς Φάβιον Μάξιμον, ὅπως ἐκεῖνος μὲν ἐπιχειρῇ Ταραντίνοις, αὐτὸς δὲ συμπλεκόμενος καὶ περιέλκων Ἀννίβαν, ἐμποδὼν ᾖ τοῦ βοηθεῖν πρὸς ἐκεῖνον, ἐπέβαλε περὶ Κανύσιον. SIG. A Pal. 1. et vet. ed. revulsa est particula *ut*, Pal. 2. *quod quam acerrimo bello*. GEBHARD. Eadem particula exsulat etiam a Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Hav. et edd. Aldina prioribus. Solet autem interdum omitti post verba *orandi*, et similia. V. ad 7, 13, 10. Ita 2, 10, 11. *Te sancte precor, haec arma, et hunc militem propitio numine accipias*. Praeterea Cl. Ant. Perizon. ad oram Livii scribendum conjecit *detinerent*, quod mihi obvenit in Lov. 3. 4. ac 5. Et videtur confirmari non nihil posse ex Hav. in quo male legitur *detineretur*. Forte librarius ejus invenerat *detinerēt*, pro quo scriptum esse credens *detinereī*, dedit *detineretur*.

§. 3. *Ea urbe ademta hosti undique pulso*] Put. et Gall. *hosti jam undique pulso*. J. FR. GRON. Ita et Hearnii N. Id etiam voluisse videntur scribae Flor. et Cant.

Digitized by Google

consisteret, nec quid fidum respiceret habenti, ne remorandi quidem caussam in Italia fore. Rhegium 4 etiam nuncium mittit ad praefectum praesidii, quod ab Laevino consule adversus Bruttios ibi locatum erat, octo millia hominum: pars maxima ab Aga- 5 thyrna (sicut antea dictum est) ex Sicilia traducta, rapto vivere hominum adsuetorum. additi erant Bruttiorum indidem perfugae, et audacia et audendi omnia necessitatibus pares. Hanc manum ad Brut- 6

qui tamen perperam dederunt *hostium undique pulso.*

Ne remorandi quidem caussam] Antiqua lectio *ne morandi quidem.* RHEN. *morandi* solus Pal. 3. qui Rhenani Spirensi exemplari plurimum consonat. Sed potius mihi attendendum erit Pal. 1. et ant. ed. *ne remorandi quidem caussam in Italiam fore.* et eo alludenti sec. *ne te morandi.* GEBH. Plures, Voss. et Pall. *ne remorandi quidem caussam in Italia fore.* J. FR. GRON. *morandi* Hearnii D. *memorandi* Lov. 4. *remorandi* reliqui omnes. V. ad 37, 45, 18. Tum *in Italiam* Lov. 1. 2. 3. Ber. et Gaertn.

§. 5. *Pars maxima ab Agathyrna*] *ab Catino* Gaertn. *ab Agathyrna* Flor. Voss. et Lov. 1. *ab Agitirana* Hav. *ab Agatirna* Hearnii L. 1. et Ber. a m. 1. *ab Agartina* a m. 2. *ab Agathina* Branc. Latinii. *ab Agatherna* Hearnii N. Sed recte Gronov. *ab Agathyrna* edidit. V. ad 26, 40, 16. Mox *ante dictum* Lov. 2. 4. 5. Ber. et Hav. V. ad 40, 12, 3.

Traducta et rapto vivere hominum adsuetorum] Comparet in tribus Pall. *ex Sicilia traducta, rapto vivere hominum assuetorum.* Vet. ed. *rapto itinere h. aff.* GEBH. Omnes Gall. et Voss. *ex Sicilia traducta, rapto vivere hominum adsuetorum*, elisa copulativa. Videtur abundare τὸ *hominum* [§. praec.] post *octo millia.* Et forte scripsit Livius: *locatum erat octo millium* (*pars maxima ab Agathyrna, sicut antea dictum est, ex Sicilia traducta*) *rapto vivere hominum adsuetorum.* J. FR. GRONOV. Quomodo in vulgata lectione structura orationis procedat, non facile dictu est. DUK. Copulam *et*, quam ignorant omnes mei, et Oxonn. Hearnii codd. ut et primae edd. demum inveni in ed. Curionis. Ceterum *hominum* utroque loco tuentur codd. et edd. alterutro tamen abundare videtur: et quidem, mutata interpunctione, priori cum Gronovio, quam posteriori cum Crevier. expungendum videtur.

Et audacia et audendi omnia necessitatibus pares] Vet. lib. *et audacia et ad audendum omnia.* SIG. Sigoniano libro unus accedit Hav. reliqui alterum tuentur. Insuper tamen *et audaciae* Flor. Lov. 1. 2. Harl. Ber. et edd. principes.

§. 6. *Ad Caulouiam urbem oppugnandam*] *Cantiocam* Hearnii N. *Kantonam* ejusdem L. 1. *Cantoneam* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. *Cautoneam* Put.

Digitized by Google

tium primum agrum depopulandum duci jussit, inde
ad Cauloniam urbem obpugnandam. Imperata non
inpigre solum, sed etiam avide, exsecuti, direptis
fugatisque cultoribus agri, summa vi urbem obpu-
7 gnabant. Marcellus, et consulis literis excitus, et
quia ita in animum induxerat, neminem ducem Ro-
manum tam parem Hannibali, quam se, esse, ubi
primum in agris pabuli copia fuit, ex hibernis pro-
8 fectus, ad Canusium Hannibali obcurrit. Sollici-
tabat ad defectionem Canusinos Poenus. ceterum,
ut adpropinquare Marcellum audivit, castra inde
movit. Aperta erat regio, sine ullis ad insidias
latebris; itaque in loca saltuosa cedere inde coe-
9 pit. Marcellus vestigiis instabat, castraque castris
conferebat: et, opere perfecto, extemplo in aciem
legiones educebat. Hannibal, turmatim per equi-
tes peditumque jaculatores levia certamina serens,

unde Gronov. infra ad c. 15, 8. *Caulonem* scribendum conjecit.

§. 7. *Marcellus et consulis literis excitatus*] Vet. lib. *excitus*. SIG. Ut Sigonius, omnes *excitus*. Infra [c. 31, 2.] *Fama ejus rei Philippum ab ludis excivit*. J. FR. GRON. *excitatus*, quod demum editio Curionis exhibuit, in nullo cod. superest: sed omnes cum prioribus excusis praeferunt *excitus*. V. ad 28, 24, 4. Voculam autem *et*, quam Sigonius primus omisit, et ignorant Lov. 1. et Hav. reliqui nostri codices tuentur cum Hearnii L. 1. Quare recte eam Jac. Gronov. in pristinum locum restituit. V. 2, 44, 3.

Et quia in animum induxerat] Addidimus voculam *ita: et quia ita in animum induxerat*. RHEN. Voculam *ita* neglegunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Tum *induxerat in animum* Lov. 4. et Harl. *induxerunt in animum* Flor. *induxerunt* etiam est in Lov. 1. Mox *ut primum*, pro *ubi primum*, Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. et edd. ante Aldum.

§. 9. *Castraque castris conferebat*] Pal. sec. *conserebat*. tert. *diceret*. Infra c. 27, 1. *Ut numquam satis castra castris collata duceret*. ubi Pall. duo, et vet. ed. habent *crederet*. c. 47, 6. *Cum quo castra collata haberet*. GEBH. Supra 10, 32, 5. *Quum castra castris conlata essent*. ubi quaedam vide. 26, 12, 14. *Coëundo, conferendo cum hoste castra*. Mox *ducebat*, pro *educe-*

Digitized by Google

casum universae pugnae non necessarium ducebat. tractus est tamen ad id, quod vitabat, certamen. Nocte praegressum adsequitur locis planis ac pa- 10
tentibus Marcellus. castra inde ponentem, pugnando undique in munitores, operibus prohibet. Ita signa conlata, pugnatumque totis copiis: et, quum jam nox instaret, Martę aequo discessum est. castra, exiguo distantia spatio, raptim ante noctem permunita. Postero die luce prima Marcellus in 11
aciem copias eduxit. nec Hannibal detrectavit certamen, multis verbis adhortatus milites, *ut, memores Trasimeni Cannarumque, contunderent ferociam hostis. urguere atque instare eum. non iter quietos face-* 12
re, non castra ponere pati, non respirare aut circumspicere. quotidie simul orientem solem et Romanam a- 13
ciem in campis videndam esse. Si uno proelio haud in-
cruentus abeat, quietius deinde tranquilliusque eum bel-

bat, Lov. 4. et Hearnii D. Male. V. ad 40, 25, 10. De locutione *educere in aciem* v. ad 3, 62, 5. Sequentia autem *Hannibal turmatim* etc. *vitabat certamen* non adparent in Hearnii D. neglegentia scribae.

§. 10. *Nocte praegressum eum adsequitur*] Pronomen *eum* quum non sit in codice scripto, et elegantius subaudiatur, submovimus. RHEN. Vet. lib. *Nocte praegressum eum assequitur*. SIG. Pronomen ignorant Flor. et Cant. In optimis suis etiam deesse, Crevier. testatur. Denuo igitur ejeci.

§. 11. *Postero die luce prima Marcellus in aciem copias eduxit*] *Postera die* Hav. V. ad 1, 12, 1. Tum *educit* Ber. a m. 1. Mox *detractavit* Flor. Lov. 1. 3. et Ber. a m. 1. V. ad 34, 15, 9. *decertavit* Gaertn. Hinc *verbis* exsulat a Ber. a m. 1.

§. 12. *Non castra ponere pati*] Hunc locum mutilum ita supplevimus et ordinavimus ex libro vetusto: *non iter quietos facere, castra non ponere pati*. RHEN. Omnia haec *non iter quietos facere* desiderantur in Pall. tribus, nec non prisca ed. Tert. autem Pal. *vigere atque instare eum, castra non ponere pati*. GEBH. Verba a Rhenano inserta in nullo meorum codd. exstant.

§. 13. *Quietius deinde tranquilliusque eum bellaturum*] Pal. 2. *tranquilliusque bellaturum*, excludens τὸ *eum*. GEBH. *quietius eum deinde tranquilliusque* Lov. 5. *quie-*

Digitized by Google

laturum. His irritati adhortationibus, simulque taedio ferociae hostium quotidie instantium lacessen-
14 tiumque, acriter proelium ineunt. Pugnatum amplius duabus horis est. cedere inde ab Romanis dextra ala et extraordinarii coepere. Quod ubi Marcellus vidit, duodevicesimam legionem in pri-

tius deinde eum tranquilliusque Voss. Lov. 1. 3. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. antt.

His irritati adhortationibus simulque taedio] Pal. 3. *His adhortationibus irritationibus simulque taedio.* GEBH.

§. 14. *Dextera alia et extraordinarii*] Castigavimus *dextera ala.* RHEN. Plut. [in Marc. p. 313.] τοῦ δεξιοῦ ποιοῦντος. Qui sint *extraordinarii*, docet Polyb. l. 5, [24.] Πραίφεκτοι δώδεκα ἄρχοντες προβεβλημένοι ὑπὸ τῶν ὑπάτων, οἱ τοῖς ὑπάτοις τοὺς ἐπιτηδειοτάτους πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ τῶν παραγεγονότων συμμάχων ἱππεῖς τε καὶ πεζοὺς ἐξέλεγον τοὺς ἐπικαλουμένους ἐκτραορδιναρίους, ὃ μεθερμηνευόμενον ἐπιλέκτους. SIG. De *extraordinariis* multa habet Lipsius 2. de Mil. Rom. 7. et 4, 8.

§. 15. *Dum alii trepidi cedunt*] Ex veteri libro scripsimus *trepide.* nam sequitur *alii segniter.* RHEN. Consentiunt in Rhenani lectionem Pall. 2. et 3. At Pal. 1. et vet. ed. *trepidi cedunt.* GEBH. Omnes *trepidi*, quod mutavit Rhenanus. J. FR. GRON. *trepidi* etiam omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. Alteram igitur lectionem praeferendam esse Rhenanus vincere nequit nec codicum numero, nec eorum bonitate, neque etiam, quam addidit, ratione. Adverbium enim et adjectivum simili modo, atque hic, interdum jungi, supra vidimus ad 8, 19, 2. Mox *terga dabat*, pro *dabant*, Lov. 5. Sed male. *Acies* enim quasi conlectivum adsciscit verbum plurale. Supra 5, 38, 1. *Instruunt aciem diductam in cornua, ne circumveniri multitudine hostium possent.* 26, 4, 7. *Pedestris inde acies* etc. *incurrit, jaculaque cum impetu alia super alia emittunt.* 28, 15, 6. *Haud secus, quam si imperio ducis cederent integra acies.* Ita ex Mstis pro *cederet* emendavi. ubi etiam vide. Adde, quae notantur ad 35, 26, 9.

§. 16. *Cecidereque in pugna fugaque ad duo millia et septingenti*] Plut. [ibid.] ἑπτακοσίων ἐπὶ δισχιλίοις Ρωμαίων πεσόντων. SIG. Put. Regiusque: *Cecidere in pugnaque ad duo millia.* Deest etiam τὸ *fuga* in Vossiano. Scribe: *Cecidere in pugna quasi ad duo millia et septingenti civium sociorumque.* Terent. Heaut. [1, 1, 93.] *quasi talenta ad quindecim coegi.* J. FR. GRON. *Cecidere* sine τῷ *que* etiam Flor. Tum *fugaque* deest etiam a Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertner. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. usque ad Curionem. *in pugnaque ad duo millia* Flor. a m. 1. pro quo emendatur a m. 2. *in pugna usque ad duo millia.* Si quid tamen mutandum, cum Gronov. malo *quasi ad duo millia.* Cic. act. 1. in Verr. 8. *Ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos esse.* De voce *quasi* hoc sensu v. Rittersh. ad Gunth. Ligur. 3, 629. (* *Quasi* et *ad* eodem sensu

Digitized by Google

mam aciem inducit. Dum alii trepidi cedunt, alii 15
segniter subeunt, turbata tota acies est, dein prorsus fusa; et, vincente pudorem metu, terga dabant.
Cecidere in pugna fugaque ad duo millia et septin- 16
genti civium sociorumque: in his quatuor Romani centuriones, duo tribuni militum, M. Licinius et

junguntur apud Terent. Heaut. 2, 1, 93.) Praeterea *duo millia septingenti* Lov. 1. 4. et Hav. *duo millia CC* Lov. 5. *duo millia et septingentos* Hearnii D. Male. V. ad 10, 17, 8.

In his quatuor Romani centuriones fuere] *Τὸ fuere* abnegat Pal. 1. Secundus vero ac tert. *inter quos fuere quatuor Romani centuriones*. GEBH. Vox ultima defit in omnibus Gall. Pall. Voss. Et ita 10, [20, 15.] *Caesa ad sex millia hominum: duo millia et quingenti capti: in eis tribuni militum quatuor*. 22, [49, 15.] *Quadraginta quinque millia peditum, duo millia septingenti equites, et tanta prope civium sociorumque pars, caesi dicuntur: in his ambo consulum quaestores*. Corn. Nepos Miltiade [4.] *Domi autem creati decem praetores, qui exercitui praeessent: in eis Miltiades*. In Alcib. [2.] *Amatus est a multis more Graecorum: in eis a Socrate*. Et rursus [c. 5.] *Quarum expugnaverat complures: in his Byzantium*. J. FR. GRON. *inter quos fuere quatuor Romani centuriones* Rec. et Hearnii D. *in his fuere quatuor Romani centuriones* Lov. 5. et Gaertn. Vulgatae lectioni unus consentit Ber. Sed *τὸ fuere* reliqui ignorant; quibuscum faciunt Hearnii L. 1. et N. Similiter fere quidam codd. supra c. 11, 12. *Inde alius lectus senatus, octo praeteritis, inter quos L. Caecilius Metellus*. Sed optimi ibi legunt *Metellus erat*. Epit. Liv. 77. *Duodecim a senatu hostes, inter quos C. Marius pater et filius, judicati sunt*. Sallust. in Jug. 25. *Legantur tamen in Africam majores natu, nobiles, amplis honoribus, in quis M. Scaurus*. ubi v. Cortium.

Duo tribuni militum M. Licinius et M. Fulvius] Pal. 1. et vet. ed. *Marcus Elvius*. sec. *M. Elivius*. tert. *M. Clivius*. GEBH. Put. *et M. Helvius*. Alludunt caeteri. Reg. Pal. Men. Voss. *Elvius*. Pet. *Elevus*. Pal. alter *Elivius*. tertius *Clivius*. J. FR. GRON. Similiter fere nostri. Nam *Clivius* Lov. 5. *Clinius* Gaertn. *Elinius* Lov. 2. et Harl. *Elivius* Hav. *Livius* Hearnii L. 1. *Ellivius* Lov. 3. *Elvius* Lov. 1. 4. Ber. et edd. antt. *Eluvius* Ascens. anni 1513. et 1516. *Fulvius* tandem Mog. Sed *M. Helvius* etiam Flor. Concinentium igitur duorum optimorum codd. scripturam recipere nihil dubitavi. Gentem enim *Helviam* circa haec tempora jam notam Romae fuisse, indicat *Cn. Helvius tribunus militum* infra memoratus 30, 18, 15. Aliorum autem Helviorum in sequentibus mentio fiet.

§. 17. *De ala prima, quae fugit*] Duae istae voculae, *quae fugit*, rescinduntur consensu Pal. 2. 3. GEBH. Omnes nostri voces illas agnoscunt. Ceterum Perizon. Animadv. Hist. c. 8. p. 340. interpungendum monuit *de ala, prima quae fugit*. Recte. Sequi-

Digitized by Google

17 M. Helvius. Signa militaria quatuor de ala, prima quae fugit; duo de legione, quae cedentibus sociis successerat, amissa.

1 XIII. Marcellus, postquam in castra reditum est, concionem adeo saevam atque acerbam apud milites habuit, ut proelio, per diem totum infeliciter
2 tolerato, tristior iis irati ducis oratio esset. *Diis immortalibus, ut in tali re, laudes gratesque*, inquit, *ago, quod victor hostis, cum tanto pavore incidentibus*

tur enim *de legione, quae cedentibus sociis successerat*. Crevier. *τὰ de ala prima* exponit, quae in prima acie fuerat.

§. 1. *Proelio, per diem totum infeliciter tolerato, tristior iis irati ducis oratio esset*] Pal. 1. et vet. ed. *tristior irati ducis oratio*. GEBH. *iis* exsulat quoque a Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. *tristioris ducis oratio* Flor. *tristior his ducis oratio* Lov. 5. Reliqui Aldo *iis* substituenti adstipulantur. Deinde *per diem totam* primum Basileenses ediderunt anno 1539. quod reliqui postea servarunt, quamvis interim Sigonius *totum* iterum recepisset, ut priores habuerant. Et ita legunt Flor. Voss. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Et sic Livius amavit. Supra 1, 50, 2. *Multa ibi toto die in concilio variis jactata sermonibus erant*. Ita legendum esse, praeter codd. ibi laudatos, evincit etiam optimus Florent. 3, 60, 7. *Quum per totum diem flotissent intenti ad certamen*. 8, 39, 7. *Laboris per diem pene totum tolerati vulnerumque obliti sunt*. (* 40, 25, 6.) Id igitur revocavi.

§. 2. *Deseruissetis profecto eodem terrore castra, quo omisistis pugnam*] Vox *eodem* non adparet in Lov. 2. et Voss. in quo ejus loco inter versus adscribitur *eo*, quod exstat etiam in Lov. 1. 3. Gaertn. et Hav. Tum *dimisistis* editi ante Aldum.

§. 3. *Oblivio animos invasit*] Pall. tres *animos cepit*. GEBH. Omnes Gall. Pall. Voss. *animos cepit*. J. FR. GRON. Unus Ber. facit cum edd. Reliqui scripti similiter *animos cepit*. Cic. 1. de Off. 4. *Ut eos justitiae capiat oblivio*. 3. Phil. 4. *Nos post reges exactos servitutis oblivio ceperat*. Livius infra 36, 19, 3. *Tantus repente pavor omnes cepit*. 38, 46, 12. *Oblivio Deorum capiat pectora vestra*.

Nempe iidem sunt ii hostes] Put. et Voss. *nempe iidem sunt hi hostes*. J. FR. GRON. Ita et plerique meorum, omnesque Oxonn. Hearnii, cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Et victos sequendo priori aestate absumsistis] Legendum *priorem aestatem absumpsistis*. Sic autem saepe Livius loquitur, ut infra [c. 32, 1.] *Primum diem, quo fines hostium ingressi sunt, populando absumpserunt*. Et iterum [c. 20, 2.] *Ipse reliquum aestatis recipiendis in fidem Hispaniae populis ab-*

Digitized by Google

vobis in vallum portasque, non ipsa castra est adgres. deseruissetis profecto eodem terrore castra, quo omis pugnam. Qui pavor hic, qui terror, quae reper qui, et cum quibus pugnaretis, oblivio animos cep nempe iidem sunt hi hostes, quos vincendo et victos quendo priorem aestatem absumsistis; quibus dies noc que fugientibus per hos dies institistis; quos levibus pr liis fatigastis; quos hesterno die nec iter facere, nec stra ponere passi estis. Omitto ea, quibus gloriari

sumpsit. RHEN. 2, 4, 3. *Omne id tempus cum conjuratis consultando absumunt.* 26, 51, 3. *Paucos dies exercendis navalibus pedestribusque copiis absumsit.* hoc lib. c. 17, 1. *Quum hiemem totam reconciliandis barbarorum animis absumsisset.* 28, 6, 1. *Id tempus occultis cum Platore conloquiis absumtum est.* 30, 8, 3. *Lacessendoque levibus proeliis diem absumsit.* 31, 42, 7. *Die per proelium, deinde per direptionem castrorum absumto.* 32, 19, 13. *Tot legatorum orationibus perpetuis die absumto.* c. 28, 5. *Quaerendo regem et exercitum ejus Sulpicium majorem partem anni absumsisse.* 37, 11, 4. *Quum diem non tam adparatu absumsisset.* 42, 10, 8. *Aliquantum temporis absumsit.* 45, 37, 6. *Quatuor horas, quantum supererat dici, dicendo absumsit.* Eodem modo etiam *consumere* usurpari, videbimus ad 29, 33, 9. Pauci quidem meorum hanc lectionem probant; eam tamen veram esse existimo. Non enim indicat hostes priori aestate vincendo sequendoque absumtos esse, sed milites suos omnem proximi anni aestatem inpendisse vincendo et sequendo hostes.

§. 4. *Quos levibus proeliis fugastis*] Vet. lib. *fatigastis.* SIG. Cum Sigonio Put. Reg. Voss. *quos levibus proeliis fatigastis* FR. GRON. *fugastis* servant F Lov. 1. 3. 5. Harl. Ber. et Gae Reliqui *fatigastis.* Quod quoque in L. 1. et D. obven Hearnius notat; qui tamen super monet, voces *quos lev proeliis* etc. *ponere passi estis* esse in eodem L. 1.

§. 5. *Et cujus ipsius puder poenitere vos oportet, refer* Hanc sententiam castigator spiam additis dictionibus in polavit. Nec enim est *et cu* aut verbum *referam* in exem ri Spirensi: sed, *cujus et ip pudere ac poenitere vos opo nempe, aequis manibus.* Suspi vero pro *ipsius* scribendum *sos. cujus et ipsos pudere ac nitere vos oportet.* Et est init novae sententiae. Nec opus verbo *referam*, quum cohaer alioqui, quae sequuntur. N sensus est: Cujus et ipsos pu re ac poenitere vos oportet, ipsum est, quod aequis mani hesterna die diremistis pugn RHEN. Ad apicem ostentat gatam lectionem Pal. 3. a frivola conjectura deprava si abstinuisset Rhenanus, rec et suae famae, et Livio cons isset. Quid enim opus lege *cujus et ipsos pudere ac poen vos.* Pal. 1. *oportet, referam.* N

Digitized by Google

testis: cujus et ipsius pudere ac poenitere vos oportet, referam. nempe, aequis manibus hesterno die diremistis
6 *pugnam. Quid haec nox, quid hic dies adtulit? vestrae his copiae inminutae sunt, an illorum auctae? Non equidem mihi cum exercitu meo loqui videor, nec cum Romanis militibus. corpora tantum atque arma eadem*
7 *sunt. An, si eosdem animos habuissetis, terga vestra vidisset hostis? signa alicui manipulo aut coborti abstu-*

pe. sec. *ac poenitere vos oportet. Referam nempe equis navibus externo die dir. p.* GEBH. Omnes Gall. Florent. Barber. Voss. *cujus et ipsius pudere ac poenitere vos oportet, referam.* Nec credimus Rhenano, non opus esse verbo *referam*, aut cohaerere alioqui, quae sequuntur. J. FR. GRON. Omnes mei receptae lectioni constanter adhaerent. Nec aliter Hearnii L. 1. et N. qui tamen *referam* in D. non invenit. *ipsos*, pro *ipsius*, si scriptorum auctoritate firmaretur, magis placeret. Paullo ante *Dimitto*, pro *Omisso*, Lov. 3. et edd. principes.

Aequis manibus hesterna die diremistis pugnam] Clericus, Gronovium §. seq. secutus, *hesterno die* edidit: neque tamen, ut promiserat, mutatae scripturae lectorem certiorem in notis fecit. Interim tamen lectio illa vera est; quam, praeter unum Ber. qui editionibus prioribus adhaeret, firmant omnes codd. V. ad 44, 38, 1. Praecessit paullo ante: *Quos hesterno die nec iter facere, nec castra ponere passi estis.* et sequitur mox: *Vos illi hodierno die primum fugati exercitus decus dedistis.*

§. 6. *Quid haec nox, quid haec dies abstulit*] Omnes *attulit*. Nofter 45, [8, 6.] *Quum, quid vesper ferat, incertum sit.* Virgil. [9. Aen. 7.] *volvenda dies en attulit ultro.* Etiam in plerisque libris: *Nempe aequis manibus hesterno die diremistis pugnam. Quid haec nox, quid hic dies attulit?* Nec spernendum videtur. J. FR. GRON. *hic dies* etiam Flor. Lov. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Infra 39, 51, 13. *Mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.* ubi etiam variant codd. Infra tamen c. 17, 14. *ex hac die*, pro *ex eo die*, emendatur. Deinde *adtulit* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hav. et alii cum Hearnii Oxonn. Infra 42, 50, 3. *Multa diem tempusque adferre posse.*

Cum exercitu meo eloqui videor] Quid illi venit in mentem, qui hic *eloqui*, pro verbo *loqui*, supposuit, quod legitur in cod. scripto? RHEN. *cum exercitu eloqui* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. Gaertn. et Hav. *cum exercitu loqui* Lov. 5. Sed Rhenano adsentior.

Corpora tantum atque arma eadem sunt] Plut. [Marc. p. 313.] Ὁρᾷν, ἔφη, Ῥωμαίων ὅπλα πολλὰ καὶ σώματα, Ῥωμαῖον δὲ μηδένα ὁρᾷν. SIGON.

§. 7. *Signa alicui manipulo aut coborti abstulisset*] *Manipulo* legi-

Digitized by Google

lisset? Adhuc caesis Romanis legionibus gloriabatur. vos illi hodierno die primum fugati exercitus dedistis decus. Clamor inde ortus, ut veniam ejus diei da- 8
ret; ubi vellet, deinde experiretur militum suorum animos. *Ego vero experiar*, inquit, *milites: et vos crastino die in aciem educam, ut victores potius, quam victi, veniam impetretis, quam petitis.* Cohortibus, 9
quae signa amiserant, hordeum dari jussit: centu-

onis, *cohorti* sociorum, ut paullo post *cohortibus*, quae signa amiserant, et centuriones *manipulorum*. V. Schel. differt. 15. ad Polyb. Haeret nonnihil in his Lipsius 4. de Mil. Rom. 5. DUKER.

Non adhuc caesis Romanis legionibus] Jam dudum hoc mirabar. Quid factum ergo ad Trebiam, ad Trasimenum, ad Cannas, ut parva taceam? Omnino delenda est particula negativa, quod et faciunt Put. melioresque Gallic. et Pall. duo, et Voss. Cecidit antehac aliquot locis legiones Romanas Hannibal, nunquam fugavit fuditque integras: hoc nunc primum fecit. J. FR. GRONOV. Abest etiam ab omnibus meis: ita tamen, ut ejus loco *Num* legat Ber. Sine dubio addita est ab homine indocto, qui verum Livii sensum perspicere non poterat. Alibi saepe librarios perperam vel addendo, vel demendo particulam negantem erraſſe, videmus ad 21, 10, 1.

§. 8. *Vos crastina die in aciem educam*] *crastino die* edidit Clericus, neque hic etiam mutatae lectionis vel lectorem monuit, vel rationem reddere dignatus est. Edidit eodem modo Crévier. Interim tamen ita praefert Flor. invitis reliquis, qua scriptis, qua editis. Optimum itaque codicem secutus sum. V. ad 3, 20, 4. Paullo ante vocula *ut* non adparet in ullis ante Aldum editis.

§. 9. *Cohortibus, quae signa amiserant, hordeum*] Plut. [ibid.] Προσέταξε ταῖς ἡττημέναις σπείραις ἀντὶ πυρῶν κριθὰς μετρῆσαι. SIG. *signa amiserunt* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertner. et Hav.

Districtis gladiis discinctos destituit] Obscura lectio simul et mendosa. Vetus exemplar habet *destrinctis gladiis cinctos destituit*. Non dubito, quin scripserit Livius *destrinctis gladiis cinctu destituit*. Ut ea ignominia affectos intelligas, qua male se gerentibus in proelio militibus et gladii a lateribus auferuntur, et ipse cinctus sive cingulum, ut discincti et soluti incedant. Usurpatur substantive *cinctus*; unde Virgilianum illud [7. Aen. 612.] *cinctuque Gabino*. RHEN. *Discinctos* quid sit, utcumque intelligitur ex Servio l. 8. Aeneïd. ad finem, ad illud Virgilii: *discinctos Mulciber Afros*. At illud *districtis gladiis* non admodum. Sed perpendat hoc lector. Beatus legit *destrinctis gladiis cinctu destituit*. GLAR. Princeps ed. *destrictis gladiis distinctos destituit*. Pal. 1. *destrictis gladiis di-*

Digitized by Google

rionesque manipulorum, quorum signa amissa fuerant, destrictis gladiis discinctos destituit: et, ut postero die omnes, equites, pedites, armati adesent, edixit. Ita concio dimissa fatentium, jure ac merito sese increpitos; neque illo die virum quemquam in acie Romana fuisse, praeter unum ducem; cui aut morte satisfaciendum, aut egregia victoria esset. Postero die ornati armatique ad e-

stinctos destitui jussit. sec. *destructis gladiis destinctos* (vel *distinctos*, ut tert.) *destitui jussit.* tert. *destituit.* Justus Lipsius 5. de mil. Rom. 18. secutus vulgatam lectionem, docet, discinctos et turpi habitu prostitutos milites, ut parum viros. Valer. Max. 2, 7. de Calpurnio Pisone: *Jussit Titium toga laciniis abscissis amictum, discinctaque tunica indutum a mane in noctem usque ad principia adesse.* GEBH. Omnes et Gallic. et Pall. et Voss. *districtis gladiis discinctos destitui jussit*, nisi quod quidam *destrictis*, quod verius. At insanum in modum Rhenanus *destrinctis gladiis cinctu destituit.* Sed tamen, quid *districtis gladiis*, quaerit Glareanus. Quid, nisi ovaginatis, nudatis? ut major esset labor in tenendo. Cic. in competitores: *Duas uno tempore conantur in rempublicam sicas destringere.* Caesar 7. Gall. [12.] *Gladiis destrictis portas aperuerunt.* 1. Civ. [46.] *Consumptis omnibus telis, gladiis destrictis impetum adversus montem in cohortes faciunt.* Et iterum [75.] *Sinistras sagis involvunt, gladiosque destringunt.* Sic et apud Tacitum et ubique legendum. nam *districtis* foret impeditis. Adde Suet. Octav. 24. Videtur autem τὸ *jussit* supplementum indocti correctoris, et Livium scripsisse, *Cohortibus, quae signa deseruerant, hordeum dari jussit, centurionesque manipulorum, quorum signa amissa fuerant, destrictis gladiis discinctos destitui.* J. FR. GRON. Veram cauffam, cur discincti destituerentur, tradunt Lipsius 5. de Mil. Rom. 18. et Casaub. ad Suet. Aug. 24. Eruditiss. P. Faber 1. Sem. 17. minus recte ad exauctorationem et ademtionem armorum refert. DUK. *destrictis gladiis* Flor. Lov. 2. 4. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quod recte Gronov. hic probavit, et exposuit e vagina eductis, nudatis gladiis; tacite repudiata, quae pr. ed. notarum placuerat, interpretatione, religatis ad vaginam, ut stringi non possent. V. plura ad 8, 7, 20. ubi, saepe *destringere* et *distringere* in scriptis commutari, dictum est. Praeterea *destitui jussit* Flor. Lovel. quinque, Harl. Hafn. Hav. Gaertn. et Hearnii L. 1. Quod si displicet, quia *jussit* jam praecessit, non tamen *destituit* mutandum censebo in *destitui*; sed vulgatum potius servabo cum Doctiss. Oudend. ad Front. 2, 5, 46. V. supra ad 25, 15, 20. Gronovii conjecturam probavit Cl. Crevier.

Omnes pedites equitesque armati adessent] Lege cum scriptis *omnes equites, pedites armati adessent.* J. FR. GRON. *omnes equites peditesque* Voss. Lov. quinque,

Digitized by Google

dictum aderant. Imperator eos conlaudat, pro- 11
nunciatque, *a quibus orta pridie fuga esset, cohortesque, quae signa amisissent, se in primam aciem inducturum. edicere jam sese, omnibus pugnandum ac vin-* 12
cendum esse: et adnitendum singulis universisque, ne prius hesternae fugae, quam hodiernae victoriae, fama Romam perveniat. Inde cibo corpora firmare jussi, 13
ut, si longior pugna esset, viribus subficerent.

Harl. Gaertn. et Hav. *omnes*, *equites*, *pedites*, *armati adessent* Flor. quod recepi. De asyndetis praecedenti voci *omnis* subjunctis v. ad 24, 16, 9. Ordinem vero vocum mutavi, non propter equitum prae peditibus dignitatem, sed quia codd. ita jubebant. V. ad 34, 26, 2.

§. 10. *Ita concio dimissa, fatendo jure ac merito sese increpitos*] Pro *fatendo* scribendum est *fatentium*. RHEN. Vulgatum servant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Hafn. Hav. Hearnii L. 1. et Brancal. Latinii. *fatentur* est in Gaertn. *fatendum* in Cant. et Flor. a m. 1. *fatentum* a m. 2. *fatentium* fuisse videtur in Harl. et Lov. 5. Praeterea *increpatos* Voss. et Lov. 1. 2. 3. Ita saepe variant scribae. V. ad 4, 53, 12. Ceterum *increpatos* ortum videtur ex obscura eorum diligentia, qui, nonnullis grammaticis fidem habentes, credebant, *increpui* et *increpitum* tantum significatione sonum edentis, *increpavi* et *increpatum* tantum reprehendentis dicendum. At eos errasse docuit Vossius 5. Gramm. 20.

Ordinati armatique] Spirense volumen habet *armati ornatique*. Indicant autem sequentia, nondum ordinatos fuisse. Et intellige ornatos post stragem proximam, ex qua laceri redierant. Sic 29, [1, 3.] *Diemque iis, qua equis armisque instructi atque ornati adessent, edixit.* RHEN. Vet. ed. *ordinati armatique*. Pal. 2. *Postero die armati ornatique ad edictum aderant imperatoris.* GEBH. In eo omnes Rhenano adsentiuntur codd. et quaedam ex edd. principibus, pro *ordinati*, substituendum esse *ornati*; non vero in eo, etiam vocum ordinem inmutandum esse. Certe *ornati armatique* legunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. et Hav. Livium sine discrimine has voces alteram alteri praemisisse, vel subjecisse, docent exempla ex eo laudata ad 24, 48, 7. unde etiam, *ornare* et *ordinare* passim confundi, constabit.

§. 11. *In primam aciem inducturum*] Pal. 1. *in prima acie inducturum*. GEBH. *introducturum* Gaertner. *educturum* Lov. 2. 5. Rec. et edd. quaedam ex antt. Sed *inducturum* praeter reliquos codd. etiam edd. Rom. anni 1472. et Parm. quod a sequentibus mutatum primus Aldus recte revocavit. Infra cap. seq. *Hannibal elephantos in primam aciem induci jussit.* 34, 15, 1. *Subsidiariis cohortibus in pugnam inductis.* (* 44, 41, 3.] Tum *in prima acie* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertner. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Digitized by Google

Ubi omnia dicta factaque sunt, quibus excitarentur animi militum, in aciem procedunt.

1 XIV. Quod ubi Hannibali nunciatum est: *Cum eo nimirum*, inquit, *hoste res est, qui nec bonam, nec malam ferre fortunam potest. Seu vicit, ferociter instat victis; seu victus est, instaurat cum victoribus cer-*

§. 12. *Ne prius hesternae fugae, quam hodiernae victoriae, fama Romam perveniat*] Plutarch. [in Marc. 313.] ὅπως οἱ πολῖται τὴν νίκην πρότερον, ἢ την φυγην, ἀκούσωσιν. SIGON.

§. 13. *Inde cibo corpora firmare jussit, ut, si longior*] Put. Reg. Voss. *jussi*. J. FR. GRON. *jussit* unus servat Lov. 3. Reliqui cum Hearnii Oxonn. concinunt Gronovio. Mox *pugna esset* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

Viribus quoque subficerent] Expunximus *quoque*. Neque enim est in libro scripto. RHEN. Id in solo tantum inveni Ber. sed *viribusque* in Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et Hav. Reliqui mei et Oxonn. Hearnii *viribus sufficerent*.

Ubi omnia dicta factaque sunt, quibus excitarentur] Pal. 1. *Ubi omnia dicta sunt, quibus exsultarentur*. GEBH. *dicta quae sunt* Flor. et Cant. *dicta sunt* Voss. Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. et Hav. Tum *quibus exultarent* Voss. et Lov. 1. 2. 4. *exultarentur* Flor. a m. 1. Cant. Lov. 3. Gaertn. et Hav. *exaltarentur* Flor. a m. 2.

§. 1. *Cum eo nimirum, inquit, hoste res est, qui*] Plut. [in Marc. p. 313.] Ὦ Ἡράκλεις, εἶπε, τί χρήσεταί τις ἀνθρώπῳ; μήτε τὴν χείρονα τύχην, μήτε τὴν βελτίονα φέρειν εἰδότι. μόνος γὰρ οὗτος οὐδὲ νικῶν δίδωσιν ἀνάπαυσιν, ὅυτε λαμβάνει νικώμενος. SIG. Pal. 1. haec ita concepit. *Cum eo nimirum, inquit, hoste esse, qui nec bonam, nec malam ferre fortunam possit. Seu vincit, ferociter instat; victus est, instaurat cum victoribus certamen.* GEBH. *Cum eo nimirum, inquit, hoste esset* Flor. *Cum eo nimirum, inquit, hoste esse* Voss. et Lov. 1. *Cum eo nimirum, inquit, hoste pugnamus* Voss. in margine. *Cum eo nimirum, inquit, hoste esse pugnandum* Lov. 2. *Cum eo nimirum, inquit, hoste esset pugnandum* Hav. *Cum eo nimirum, inquit, hoste rem esse* Lov. 5. et Gaertn. Tum *ferre fortunam possit*, pro *potest*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Hinc *Seu vincit* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 5. Ber. a m. 2. et Hav. Deinde *ferociter instat*; *seu victus est* Lov. 2. 3. Harl. Voss. et Gaertner. *ferociter instat; victus est* Flor. Cant. Lov. 4. 5. et Hav. Et ita etiam Put. praeferre, infra monuit Crevier. ad c. 28, 5. sed recte duarum vocum omissionem errori scribae adtribuit.

§. 2. *Signa inde canere jussit, copias educit*] Scripsimus *et copias educit*. RHEN. Copula *et* exsulat a Pal. 1. et vet. ed. GEBH. Copulativam adjecit Rhenanus. Arcent omnes Gall. et unus Pal. Vossianusque. J. FR. GRON. In uno tantum Lov. 3. copulam a Rhenano inductam inveni. Reliqui mei cum Oxonn. Hearnii eam ignorant.

Romanis ad demendam ignomi-

Digitized by Google

tamen. Signa inde canere jussit, copias educit. 2 Pugnatum utrimque aliquanto, quam pridie, acrius est: Poenis ad obtinendum hesternum decus adnitentibus, Romanis ad demendam ignominiam. Si- 3 nistra ala ab Romanis et cohortes, quae amiserant signa, in prima acie pugnabant, et legio vicesima

niam] Victorius, 29. Var. lect. 24. hunc locum describens, habet *ad delendam ignominiam.* Hoc non rejiciendum esset, si auctoritate Mstorum niteretur. Silius 16, 672.

— — *ad veterum delenda opprobria cladum.*

ubi Cl. Drakenb. adposite adscripsit verba Livii 39, 30, 8. *Et jam miles quoque ad delendam priorem ignominiam hostem poscebat.* Sed alterum quoque Livianum est. 2, 6, 4. *Ac pro se quisque Romano saltem duce ignominias demendas, belloque amissa repetenda minaciter fremunt.* DUR. 41, 3, 5. *Simul ex omnibus locis ad castra recipienda, demendamque ignominiam rediri coeptum est.*

§. 3. *Sinistra ala ab Romanis*] Etsi omnes, quos vidi, interpretes Livii haec intacta praeterierunt, quasi quae morari neminem possint, tamen non dissimulabo, me ad ea, tamquam ad scopulum, adhaerere. *Dextra ala* pridie cesserat, et signa amiserat, c. 12. et Plut. in Marc. Eam Marcellus ignominia notaverat, et se postridie in primam aciem inducturum pronunciaverat, c. 13. Quomodo ergo nunc eamdem *alam sinistram* vocat, et cohortes illius pridie signa amisisse dicit? Perizon. c. 8. Animad. Hist. p. 340. dubitat, an peccaverit Livius, qui *sinistram alam* hic pro *dextra* scripserit. Sane, si ita scripsit Livius, non video, quomodo erroris absolvi possit. Sed quum nequaquam probabile sit, tantum in eo stuporem fuisse, ut paucis versibus, non interjecta aliarum rerum narratione, repugnantia scribere potuerit, malo credere hoc librariorum, quam Livii ipsius, peccatum esse. Si quis putat, eamdem alam c. 12. *dextram* vocari, quod pridie in dextro cornu pugnaverat, hic autem *sinistram* dici, quod nunc in sinistro pugnabat, ei ita occurrit Perizonius, ut dicat, Livium id vel verbo moniturum, vel haud dubie dicturum fuisse *sinistra ab Romanis ala et cohortes.* Harum rationum vim non adsequor, et ex eo, quod ita respondet, colligere mihi videor, eum existimasse, alas sociorum *dextras* et *sinistras* dictas fuisse a loco, quem in acie tenebant: ita ut, quae modo *dextra* dicebatur, quum in dextro cornu pugnabat, eadem deinde *sinistra* vocaretur, si in sinistro collocata fuisset. Verum alas non a loco, quem in acie tenebant, ita vocatas fuisse, et tam *dextram* in sinistro, quam *sinistram* in dextro cornu pugnasse, vel unus locus c. 2, 6. hujus libri ostendit. *Ab Romanis prima legio et dextera ala* etc. *in proelium acti.* etc. *Primae legioni tertia, dexterae alae sinistra subiit.* Qua de causa autem altera earum *dexterae,* altera *sinistrae* nomen acceperit, non satis certo scio. Polybius 6, 34. nihil aliud nos docet, quam socios, postquam ad

Digitized by Google

4 ab dextro cornu instructa. L. Cornelius Lentulus et C. Claudius Nero legati cornibus praeerant, Marcellus mediam aciem, hortator testisque praesens, 5 firmabat. Ab Hannibale Hispani primam obtinebant frontem, et id roboris in omni exercitu erat. 6 Quum anceps diu pugna esset, Hannibal elephantos in primam aciem induci jussit: si quem injicere ea res 7 tumultum pavorem ac posset. Et primo turbarunt signa ordinesque, et partim occulcatis, partim dissipatis terrore, qui circa erant, nudaverant una parte aciem.

edictum consulum convenerant, in duas partes divisos, earumque alteram *dextram*, alteram *sinistram alam* appellatam fuisse. Suspicor tamen haec nomina illis pro arbitrio imperatorum imposita fuisse a locis, quae in castris occupabant, id est, ex eo, quod altera earum in dextra, altera in sinistra parte castrorum tendebat. Schelius Differt. 12. ad Polyb. si recte sententiam illius capio, putat, idem in acie fuisse, quod in agmine, cujus ordo in dies mutabatur, et ideo nunc *sinistram* alam in prima acie fuisse, quod ibi pridie *dextra* fuerat. Sed hoc quoque repugnat disertis verbis Livii, postridie in prima acie fuisse alam, quae pridie in eadem fuerat, ac signa amiserat. Pro *legio vicesima* Perizon. l. d. ex c. 12. legit *duodevicesima*. in alterutro omnino vitium est. DUK. An forte legendum *Sinistro ala ab Romanis et cohortes*, et mox *legio duodevicesima?* Ita copiae, quae pridie rem male gesserant, erunt in prima acie: et quidem ala ac cohortes, quae signa amiserant, sinistro, legio duodevicesima dextro cornu. Certe mox dicit *cornibus praeerant*. At, si vulgatam servamus, unius tantum dextri cornu antea meminit Livius.

§. 4. *Hortator testisque praesens, firmabat*] In veteri codice haec appositive leguntur sine particula *que*, *hortator testis praesens firmabat*. RHEN. Nullus codd. quibus utor, Rhenani lectionem firmat.

§. 6. *Hannibal elephantos in primam aciem*] Plut. [in Marc. p. 303.] ἐκέλευσεν Ἀννίβας τὰ θηρία καταστήσαντας εἰς πρώτην τάξιν ἐνάγειν τοῖς ὅπλοις τῶν Ῥωμαίων. SIGON.

§. 7. *Partim conculcatis, partim dissipatis terrore, qui circa erant*] Reposuimus antiquum vocabulum, quo Livius usus est, quemadmodum testatur exemplar scriptum, nempe *occulcatis*. Est autem *occulco* pro *obculco*, ab *ob* et *calco*. RHEN. Unico saltem elemento distant libri MSS. nostri, referentes *occultatis*. Prisca ed. *occalcatis*. GEBH. *conculcatis* servant Lov. 2. Ber. et Hav. *occultatis* Voss. Lovel. 1. 4. Harlej.

Digitized by Google

aciem. latiusque fuga manaſſet, ni C. Decimius Fla- 8
vus tribunus militum, signo adrepto primi haſtati, manipulum ejus signi se sequi jussisset. duxit, ubi maxime tumultum conglobatae belluae faciebant, pilaque in eas conjici jussit. Haesere omnia tela 9
haud difficili ex propinquo in tanta corpora ictu, et tam conferta turba. sed ut non omnes vulnerati sunt; ita, in quorum tergis infixa ſtetere pila, (ut est genus anceps) in fugam versi etiam integros avertere. Tum jam non unus manipulus, sed pro 10
se quisque miles, qui modo adsequi agmen fugien-

occultatis Voſſ. Lov. 1. 4. Harl. Rec. et Gaertn. *occulcatis* Flor. et quidam alii. Tum *dissipatis errore* Flor. Voſſ. Lov. 1. et Harl. sollemni scribarum aberratione. V. ad 24, 30, 6.

§. 8. *Latiusque fuga manasset, ni C. Decimius Flavus tribunus militum, signo* etc.] Plut. [ibid.] *εἰς τῶν χιλιάρχων ὄνομα Φλάβιος ἀναρπάσας σημαίαν ὑπηντιαζεν.* SIG. Pal. 1. et vet. ed. *Flavius.* Et ita quoque Plut. appellatur. sec. *C. Decurnus Flavius.* tert. *G. Decius Flavius.* GEBH. *C. Decimus Flavius* Voſſ. Lov. 5. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. principibus. *C. Decimius Flavius* Lov. 1. 2. 3. 4. et Hearnii N. *C. Decius Flavius* ejusdem L. 1. *Φλάβιος* etiam eodem errore Plut. vocatur, sive ipse Plut. sive ejus librarii peccarint. *Decimii Flavi* apud Liv. 39, 32, 14. et alibi obcurrunt, ubi similiter variant codd. Praeterea *latiusque ea fuga* Lov. et Gaertn. Tum *tribunus militaris* Lov. 4. Mox *sequi se jussitset* Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *sequiq; jussisset* Lov. 3.

§. 9. *Haud difficili ex propinquo in tanta corpora ictu et tam conferta turba*] Vetus mendose habet, *et eum conferat turba.* Opinor scribendum *et in conferta turba.* RHEN. *haud difficilia* Lovel. 1. *haud difficile* Flor. Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. Parm. ac Mediol. anni 1480. An *difficile* est difficulter? ut apud Cic. 2. de Inv. 56. *Facile id fieri dicimus, quod* etc. *Difficile autem fieri, quod* etc. V. etiam supra ad 1, 52, 4. Deinde *et in tam confertam turbam* Ber. Cl. Crevier. conjicit *et tum conferta turba.* Quem juvat nonnihil lectio cod. Spirensis apud Rhenan. Sed plane ita est in Florent.

In quorum tergis infixa ſtetere pila] *fixa* Lov. 2. Voſſ. Ber. Gaertner. et edd. principes. Sed, elegantiae ſtudiosos scriptores verbis cum *in* compositis eamdem praepositionem in regimine addidisse, observant Cel. Burm. ad Quinct. 2. Inſtit. 17. in fine, et Cortius ad Sall. Catil. 15, 5. Hinc *inesse in universitate* apud Cic. 1. de Nat. D. 43. cum Victor. et Mſſis Davisii legere malo, quam, ut vulgo editur, *in-*

Digitized by Google

tium elephantorum poterat, pila conjicere. eo magis ruere in suos belluae; tantoque majorem ſtragem edere, quam inter hoſtes ediderant, quanto acrius pavor conſternatam agit, quam insidentis
11 magiſtri imperio regitur. In perturbatam transcursu belluarum aciem signa inferunt Romani pedites: et haud magno certamine dissipatos trepidantesque
12 avertunt. Tum in fugientes equitatum inmittit Marcellus, nec ante finis sequendi est factus, quam
13 in caſtra paventes compulsi sunt. Nam super alia, quae terrorem trepidationemque facerent, elephanti quoque duo in ipsa porta conruerant, coactique

esse universitati. Praesertim autem id Livium observasse, vidimus ad Praef. §. 11.

Ut est genus anceps] Quod elephanti tam in suos, quam in hostes ruant. SIG. Mox *et integros*, pro *etiam integros*, Voſſ. Lov. 2. 3. Harl. et edd. principes. V. ad 22, 47, 9.

§. 10. *Quanto acrius pavor conſternatas agit, quam insidentis magistri imperio reguntur*] Reſtituimus ex Spirensi cod. *conſternatam agit, quam insid. m. imperio regitur.* Subaudi *belluam.* RHEN. Ut Rhenanus, Put. Reg. Men. Pall. Voſſ. *quanto acrius pavor conſternatam agit, quam insidentis magiſtri imperio regitur.* Videlicet quaeque bellua. J. FR. GRON. *conſternatam*, et poſtea *regitur*, Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. Harl. aliique meorum, cum Hearnii L. 1. et N. Mox §. seq. *dissipatas*, pro *dissipatos*, Flor. Voſſ. Lov. 1. Harl. Gaertn. et Hav.

§. 13. *Elephanti forte duo in ipsa porta corruerant*] Put. *elephantique duo.* Reg. *elephanti quoque duo.* J. FR. GRON. *elephanti duo*, omiſſa media voce, Lov. 2. Hearnii L. 1. et N. *elephantique duo* Flor. Voſſ. Lov. 1. 3. et Hav. Recte tamen Gronov. *elephanti quoque duo* probat. Voculae *que* et *quoque*, sive *q*; et *qq*; passim in Mſtis commutari, vidimus ad 5, 27, 1. Tum *corruerunt* Hav. Paullo ante *pavorem trepidationemque facerent* Lov. 2. *terrorem trepidationemque fecerant* Hav. Hearnii D. et edd. antt.

Caesa ad octo millia hominum, quinque elephanti] Plut. [in Marc. p. 313.] λέγονται γὰρ ὑπὲρ ὀκτακισχίλιους ἀποθανεῖν. Quod autem de Romanis aït *mille ferme et septingentos* interfectos, Plutarchus aït aliter: Ῥωμαίων δὲ νεκροὶ μὲν ἐγένοντο τρισχίλιοι. SIG. *et quinque elephanti* Lov. 4. *elephanti quinque* Lov. 2. Paullo ante *ibi maxime hoſtium caedes facta*, pro *ibi maxima*, Flor. et Harl.

§. 14. *Mille ferme et septingenti de duabus legionibus, et sociorum supra mille et trecentos occisi*] Si-

Digitized by Google

erant milites per fossam vallumque ruere in castra. ibi maxima hostium caedes facta: caesa ad octo millia hominum, quinque elephanti. Nec Romanis incruenta victoria fuit. mille ferme et septingenti de duabus legionibus, et sociorum supra mille et trecentos occisi: vulnerati permulti civium sociorumque. Hannibal nocte proxima castra movit. Cupientem insequi Marcellum prohibuit multitudo sauciorum. 14 15

XV. Speculatores, qui prosequerentur agmen, missi, postero die retulerunt, Bruttios Hannibalem petere. Iisdem fere diebus et ad Q. Fulvium consulem Hirpini, 1 2

gonius ad §. praecedentem indicare videtur, de numero eorum, qui a parte Romanorum hoc proelio ceciderunt, non convenire inter Livium et Plutarchum. Verum oculos tantum intendit ad eos, quos Livius de duabus legionibus interfectos refert: quibus si socios interfectos addidisset, eumdem numerum Plut. et Liv. edere animadvertisset: illum enim, voce Ῥωμαίων et cives et socios complexum, memorare tria millia; hunc per partes, quot civium, quot item sociorum trucidati sint, retulisse; qui simul numerati tria etiam millia efficiunt. Hinc fidem non habeo Flor. Voss. Lov. 1. 2. Ber. a m. 2. Hav. et Hearnii L. 1. qui praeferunt *et sociorum supra trecentos*, neque Lov. 4. in quo est *et sociorum supra M. et CCCC.*

§. 1. *Speculatores, qui prosequerentur agmen*] Antiqua lectio *sequerentur agmen*. RHEN. Omnes Gall. Pall. Voss. *prosequerentur*, frustra novante Rhenano. J. FR. GRON. *prosequerentur* etiam Hearnii D. et N. cum omnibus meis, uno excepto Ber. qui legit *persequerentur*, concinente Hearnii L. 1. Sed, *persequi* et *prosequi* innumeris locis a librariis confundi, videbimus ad Fpit. Liv. 99. *Prosequi* hic ponitur pro simplici sequi. V. ad 3, 52, 4. Ovid. 11. Her. 119.

Ipsa quoque infantes cum vulnere prosequar umbras.

Ep. 17, 245.

Nec dubito, quin, te si prosequar, arma parentur.

Ep. 18, 218.

Quam, precor, ut minima prosequar ipse mora.

§. 2. *Hirpini, et Lucani, et Volscentes*] Plinius 3, 11. *Volscemanos* vocat prope Numistranos. GLAR. *Volscientes* Gaertn. *Volsciensses* Hearnii L. 1. *Vulsienses* Lov. 4. *Vultienses* Hav. *Vultientes* Voss. Lov. 3. et Hearnii N. *Vultentes* Lov. 1. *Vulcientes* Flor. Lov. 2. et Harl. Adparet ex consensu plerorumque et optimorum codd. literam sibilantem ex hac voce ejiciendam esse. *Vol-*

Digitized by Google

et Lucani, et Volcentes, traditis praesidiis Hannibalis, quae in urbibus habebant, dediderunt sese, clementerque a consule, cum verborum tantum ca-
3 ſtigatione ob errorem praeteritum, accepti. Et Bruttiis similis spes veniae facta est: quum ab iis Vibius et Pactius fratres, longe nobilissimi gentis ejus, eamdem, quae data Lucanis erat, conditio-
4 nem deditionis petentes venissent. Q. Fabius consul oppidum in Sallentinis Manduriam vi cepit. ibi ad quatuor millia hominum capta, et ceterae praedae aliquantum. Inde Tarentum profectus, in ipsis
5 faucibus portus posuit caſtra. naves, quas Livius

centani memorantur Plinio 3, 11. Οὔλκοι vel *Volci* Ptolem. 3, 1. VVLCEIANA. CIVITAS apud Gruter. in corpore inscr. 209, 2. VVLCIENTES in Faſt. triumph. ibid. p. 296. ad ann. CDLXXIII. Sed, per *Vulcientes* illos populum Etruriae, qui huc non facit, intelligendum, docuit Pighius in Annal. Paullo ante *ferme*, pro *fere*, Flor. Harl. Hav. et plerique codd. cum Hearnii L. 1. et edd. usque ad Modium. V. ad 37, 38, 5. Vocula *et* poſt vocem *diebus* deest in Flor. Lov. 3. 5. Harl. et Hearnii L. 1. ac N.

Ob errorem praeteritum, recepti sunt] Scripsimus *accepti*, deleto verbo *sunt*. Tu intellige *clementer acceptos*, clementer tractatos. Quam lectionem et ed. Romana continet. RHEN. *accepti*, pro *recepti*, legendum esse, Rhenano adsentior: non tamen τὸ *sunt* delendum exiſtimo. Certe *accepti sunt* legunt Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Et eodem ducit lectio Flor. *acceptis*. Nam τὸ *sunt* per compendium scribitur unica litera *s*, eaque voci praecedenti ab indoctis scribis saepe jungitur. V. ad 45, 17, 5. Praeterea *ab errore praeterito* Voſſ. Lov. 2. Harl. Ber. Hafn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antt. quod in Pal. 1. et vet. ed. inventum probat Gebhard. ad 24, 30, 1. Genus id loquendi Livio frequens esse, ad eum locum docui. Hic tamen integerrimi ſtant a recepto, quod primus admisit Aldus. Paullo ante *dedidere*, pro *dediderunt*, Voſſ. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. 1472. Parm. et Mediol. anni 1480.

§. 3. *Vibius et Pactius fratres*] Pal. 1. *et Vivius et Paccius*. statim sec. *quae data etiam Lucanis erat*. GEBH. *et Tunius et Pactius* Lov. 1. *et Junius et Pactius* Voſſ. Lov. 2. et Hav. *Junius et Pactius* Lov. 4. *Junius et Pathius* Hearnii L. 1. *Vinius et Pactius* ejusdem N. *Urbius et Pactius* Lov. 5. et edd. vett. *Virbius et Pactius* quaedam aliae. *et Vivius et Pactius* Lov. 3. et Harl. *Vivius et Pactius* Gaertn. *Vivius et Paccius*

Digitized by Google

tutandis commeatibus habuerat, partim machinationibus onerat adparatuque moenium obpugnandorum, partim tormentis et saxis omnique missilium telorum genere instruit, onerarias quoque, non eas solum, quae remis agerentur; ut alii machinas sca- 6
lasque ad muros ferrent, alii procul ex navibus vulnerarent moenium propugnatores. Eae naves, 7
ab aperto mari ut urbem adgrederentur, instructae parataeque sunt. Et erat liberum mare, classe Punica, quum Philippus obpugnare Aetolos pararet, Corcyram transmissa. In Bruttiis interim Caulonis 8
obpugnatores, sub adventum Hannibalis, ne obpri-

Flor. Vulgatum primum vidi in Mediol. ed. anni 1505.

§. 4. *Manduriam vi cepit*] Stephanus *Manduriam* vocat. *Μανδύριον πόλις Ἰαπυγίας, ὁ πολίτης Μανδυρῖνος*. SIG. V. Cluver. Ital. ant. 4, 13, 1250. Mox *ibi hominum capta*, omissis mediis, Hearnii L. 1. *ibi ad hominum capta* Flor. Voss. et Lov. 1. *ibi ad III hominum capta* Lov. 2. *ibi ad hominum quatuor millia capta* Lov. 3. 5. *ibi et hominum quinque millia capta* Hav.

§. 5. *Omnique missilium telorum genere*] *omniumque missilium* Ber. a m. 2. et Harl. Male. V. ad 6, 22, 6. *omnique missilium telorumque genere* edd. nonnullae Aldina priores. Et hoc male. V. ad 6, 13, 2. In verbis praecedentibus *apparatu quoque*, pro *apparatuque*, Flor. Cant. Voss. Lov. 2. Gaertn. et Hav. V. ad 5, 27, 1.

§. 6. *Onerarias quoque*] V. ad 25, 30, 7. DUK. Voces *quoque non eas* exsulant a Flor. Voss. Lov. 2. Harl. Ber. a m. 2. et Hav.

§. 7. *Eae naves, ab aperto mari ut urbem adgrederentur, instructae parataeque sunt*] *naves, quae ab aperto mari ut urbem* etc. *parataeque erant* Ber. *naves, quae ab aperto mari urbem* Hearnii L. 1. *Hae naves, ut aperto mari urbem* Lov. 4. et Rec. *Eae naves ab aperto mari urbem* Flor. *parataeque erant* etiam edd. vett.

§. 8. *In Bruttiis interim Cauloniae inpugnatores*] Cur displicuit novitiis, quod habent Put. omnes immo edd. antiquiores, *oppugnatores*? Pro *Cauloniae* Put. et Voss. *Cautones*. Pet. *cautiores*. Forte fuit *Caulonis*. Ut et supra, quum in iisdem Put. et Voss. sit c. 12, 6. *Cautoneam*, fortasse scribendum *Caulonem*. Nam et sic vocat Plinius 3, 10. *Vestigia oppidi Caulonis*. Virgil. [3. Aen. 553.] *Caulonisque arces*. J. FR. GRON. *inpugnatores* ortum est ex ult. ed. Gruteri. Priores habent *oppugnatores*, neque aliter omnes codd. nisi quod *Cantoneam oppugnantes* sit in Hafn. *Cauloniae* servant Lov. 5. et Gaertn. *Cauleoneae* est in Hearnii D. *Cauloneae*

Digitized by Google

merentur, in tumulum, a praesenti inpetu tutum,
9 se recepere. Fabium, Tarentum obsidentem, leve dictu momentum ad rem ingentem potiundam adjuvit. Praesidium Bruttiorum datum ab Hannibale Tarentini habebant. ejus praesidii praefectus deperibat amore mulierculae, cujus frater in exercitu
10 Fabii consulis erat. Is, certior literis sororis factus de nova consuetudine advenae locupletis, atque inter populares tam honorati, spem nactus

in Ber. et edd. antt. *Cantoneae* in Hav. *Cautoneae* in Lov. 3. *Cautonae* in Lov. 1. *Cautiores* in Lov. 2. et Hearnii L. 1. *Cautones* in Flor. Lov. 4. Harl. et Hearnii N. Oppidum promiscue dicebatur olim *Aulon* et *Aulonia*, postea *Caulon* et *Caulonia*, in quam posteriorem terminationem ferme omnes codd. conspirant cap. seq. §. 9. V. Cluver. 4. Ital. ant. 15, 1304. Mox *sub adventu Hannibalis* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hav. et typis descripti antiquiores. V. ad 2, 55, 1.

Tutum, ad cetera inopem, se recepere] Vetus codex habet *concessere*, quem et nos secuti sumus. RHEN. Uni codici, eique recentioris notae, Rhenanus tribuit, quod nos pluribus vetustissimisque tribuere non audemus. Hic in solo Spirensi volumine *concessere* inventum praefert reliquorum omnium scripturae *se recepere*, cui tamen adstipulantur Pall. duo meliores pr. ac sec. ut et princeps ed. GEBH. Omnes Gall. et duo Pall. et Voss. *in tumulum a praesenti impetu tutum se recepere*. Sic et Andreas, Tarvis. Venetae. *ad caetera inopem* primus vel Ascensius addidit, vel Becharius. *concessere* Rhenano debetur. J.FR.GRON. Spirensi Rhenani unus meorum Rec. per omnia concinit; unus etiam Hearnii D. *tutum, ad cetera inopem, se recepere*, ut ante Rhenanum edebatur vulgo, Lov. 3. 5. et Gaertn. *tutum se recepere*, mediis omissis, Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. antt. Sed voces *ad cetera inopem* jam in Mediol. ed. anni 1505. additas inveni. Sane verba illa alterius, quam Livii, esse videntur. Livius enim, si quid simile addere voluisset, omissa praepositione potius *cetera inopem* dixisset. V. ad 37, 7, 15. Id permovisse videtur Gronov. ut in priori notarum ed. scribendum conjiceret, *ne opprimerentur, tumulum, a praesenti injuria tutum, inopem caetera, cepere*. quod recte in curis secundis neglexit. Tres voces insiticias expunxi.

§. 9. *Deperibat amore mulierculae*] Plutarch. [in Fabio p. 186.] et hanc opinionem et alteram de muliere a praefecto amata recitat, quam quidam Fabii pallacam fuisse tradiderunt. SIG. Narrat rem eamdem Silius [15, 320.] MOD. *deperiebat* Flor. Voss. Lov. 1. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. Paullo ante *momentum* abest a Flor. Cant. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Hav. et edd. principibus.

§. 10. *Atque inter populares tam*

Digitized by Google

per sororem quolibet inpelli amantem posse, quid speraret, ad consulem detulit. quae quum haud 11
vana cogitatio visa esset, pro perfuga jussus Tarentum transire, ac per sororem praefecto conciliatus, primo occulte animum ejus tentando, dein, satis explorata levitate, blanditiis muliebribus perpulit eum ad proditionem custodiae loci, cui praepositus erat. Ubi et ratio agendae rei, et tempus con- 12
venit, miles, nocte per intervalla stationum clam

honorati] Exemplaris antiqui simul et Romanae editionis lectio *tam honorati*. RHEN. *tum honorati* operarum lapsu datum erat in ed. Frob. anni 1531. Priores autem cum omnibus codd. recte *tam honorati* praeferunt.

§. 11. *Pro transfuga jussus Tarentum transire*] In Spirensi volumine legitur *profuga*. Nos castigavimus *perfuga*, sublata praepositione *pro*, quae in vulgatis editionibus male recepta est. RHEN. Pal. 3. qui Spirensi exemplari gominus est, ostendit *pro perfuga jussus Tarentum transire*. Reliqui, et vet. ed. *pro transfuga* (inserit tamen prim. Pal. *est*) *jussus Tarentum transire*. Quibus certius fidem arbitramur, quam vacuo cerebro popae. GEBH. *perfuga jussus* est ab Rhenano, quum legeretur *pro transfuga*. Sed Put. *proterfuga*. Debuit ergo scribi *pro perfuga*. Caesar 3. de B. Gall. [18.] *Qui ubi pro perfuga ad eos venit, timorem Romanorum proponit*. Corn. Nep. Datame [6.] *Suo jussu Mithobarzanem profectum pro perfuga*. J. FR. GRON. *per transfugam est jussus* Gaertn. *pro transfuga est jussus* Voss. Lov. 1. 5. Harl. et Hav. *pro transfuga est frater jussus* Lov. 2. *pro transfuga jussus* Lov. 3. et Cant. *propter fugam jussus* Flor. Ex *proterfuga*, quod in Put. invenit, Gronov. *pro perfuga* legendum conjecit, litera *T* in *P* mutata, quae saepius in Mstis confundi solent. V. ad 4, 33, 10. 35, 35, 2. 37, 43, 9. Adde Jac. Perizon. ad Liv. 25, 11, 8. et Gronov. Diatr. Stat. c. 35. p. 232. Ceterum id, quod Gronov. ex conjectura Livio restituit, Gebhard. in Pal. 3. et ego in Lov. 4. invenimus. *pro perfuga* est quasi perfuga esset. Similia v. ad 3, 17, 7. et 6, 41, 2.

Primo occulte animum ejus tentando] In Pal. 2. et 3. pronomen *ejus* defit. GEBH. Defit quoque in Lov. 4. Insuper trajectis vocibus *tentando animum* Flor. et Cant.

§. 12. *Ubi et ratio agendae rei, et tempus convenit*] Pal. 3. *Etiam ut et ratio agendae rei*. GEBH. *Et ubi ratio agendae rei* Lov. 3. et Ber. cum edd. vetustis. *Ubi et ratio gerendae rei* Harl. V. ad 22, 28, 1.

Quaeque, ut agerentur, convenerant] Gallici *convenerat*. Vix tamen moveo vulgatum. Cic. 1. Agrar. [2.] *Superiore parte legis quemadmodum Pompejum oppugnarent, a me indicati sunt*. Nos diceremus *indicatum est*. 2. Agr.

Digitized by Google

ex urbe emissus, ea, quae acta erant, quaeque
13 ut agerentur, convenerat, ad consulem refert. Fabius vigilia prima, dato signo iis, qui in arce erant, quique custodiam portus habebant, ipse circuito portu ab regione urbis in orientem versa occultus
14 consedit. Canere inde tubae simul ab arce, simul

[37.] *Quae nobis designatis timebatis, ea ne accidere possent, consilio meo ac ratione provisa sunt.* Sallust. Jug. 49. *Quae ab imperatore decuerint, omnia suis provisa.* Ubi fructra Fulvius *debuerint.* Terent. Phorm. 1, 4.

Quae si non astu providentur, me aut herum pessum dabunt.

Seneca ep. 14. *Tria praestanda sunt, ut vitentur.* J. FR. GRON. Gallicanis Gronovii trium suorum consensum obponit Cl. Crevier. quos tamen nomine non indicavit, unde de eorum fide et auctoritate judicare nequeo. Illis tamen consentiunt ex meis Voss. Lov. quinque, Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Contra *convenerat* Flor. Cant. et Harl. tres optimi, cum Hearnii N. ac D. quibus si et Put. accederet, eam lectionem ob codd. bonitatem omnino praeferrem, et existimarem, reliquos *convenerant* dedisse, ut verbum numero non dissentiret a praecedenti *agerentur.* V. ad 31, 8, 10. Paullo ante *milites nocte* etc. *ex urbe missi* etc. *ad consulem referunt* Voss. et Lov. 2. *ex urbe missus*, pro *emissus*, Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et edd. principes.

§. 13. *Occultus consedit*] Pal. 2. *insedit.* vet. ed. *sedebat.* GEBH. *sedebat* Flor. et edd. antt. pro quo Aldus *consedit*, probantibus reliquis scriptis. Paullo ante *circumito portu* Flor. et Lov. 4. V. ad 3, 6, 9.

§. 14. *Simul ab arce, simul a portu et a navibus*] Scripsimus *et a portu et a navibus, quae aperto mari.* Nam sic habet antiqua lectio. RHEN. Consonat solus Pal. 3. nam pr. et sec. *simul ab arce, simul a portu et a* (quod deficit in primo) *navibus.* GEBH. Put. *Canere inde tubae simul ab arce, simul a portu et ab navibus, quae ab aperto mari adpulsae erant.* Haec antiquissima scriptura est, in particulis nonnihil differens ab olim vulgata, eamque optimus quisque aliorum MSS. sequitur. At Beatus tollit alterum *simul*, Quasi non hic usus et duplicatio particulae nostro frequentissima. 7, [7, 3.] *Simul audientium laudes meritas tollit animos, simul caeteros ad aemulandas virtutes acuit.* 9, [39, 5.] *Quantis nunquam alias ante simul copiis, simul animis dimicarunt.* J. FR. GRON. Cum Rhenano facit Hearnii D. V. ad 26, 43, 6. Sed ejus reliqui cum omnibus meis praeferunt *simul ab arce, simul a* (vel *ab*) *portu et navibus*, vel *ab navibus*, aut *a navibus.* Elegantiam Livianam in duplicanda particula *simul* pluribus exemplis supra inlustravi ad 3, 50, 12. Similiter 31, 42, 1. *Fatigatos equos virosque itineris simul longitudine, simul praepropera celeritate habebat.* 33, 21, 2. *His simul prudenter, simul magnifice utendo effecit.* 35, 36, 7. *Simul indignitas rei, simul contumelia animos Lacedaemoniis ad coëundum fecit.* 37, 12, 7. *Audita cla-*

Digitized by Google

a portu et ab navibus, quae ab aperto mari adpulsae erant; clamorque undique cum ingenti tumultu, unde minimum periculi erat, de induſtria ortus. Consul interim silentio continebat suos. Igitur Democrates, qui praefectus antea classis fuerat, forte illo loco praepositus, poſtquam quieta 15

des simul pavorem, simul luctum ingentem fecit. 39, 13, 3. *Simul illam adhortari, simul iram generi lenire.* c. 35, 2. *Filium mittere Romam, simul ad purganda crimina, simul ad deprecandam iram senatus.* 40, 21, 1. *Simul ne otio miles deterior fieret, simul avertendae suspicionis caussa.* 41, 11, 5. *Inter simul complorationem feminarum puerorumque, simul nefandam caedem.* V. etiam 42, 19. 26. 48. 52. 44, 6. 9. 10. 12. et aliis locis. Deinde *ab aperto mari* Flor. et Cant. Reliqui perperam praepositionem ignorant. Supra hoc cap. *ab aperto mari ut urbem adgrederentur.* Illud autem *ab aperto mari adpulsae* eodem modo dicitur, quo *ab Dipylo accessit* 31, 24, 8. ubi alia vide.

Ubi minimum periculi erat] *minimum periculum* Voſſ. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Hav. et edd. antt. pro quo recte Aldus *periculi* dedit. Infra 44, 5, 8. *Minimum pedibus itineris confectum.*

§. 15. *Democrates, qui praefectus classis fuerat*] Inseruimus vocabulum *antea. qui praefectus antea classis fuerat.* RHEN. Eam vocem non recipiunt Flor. Lov. 1. 2. Ber. et Hav. cum Hearnii N. In reliquis superest. Unus etiam Gaertn. *praefectus classis antea fuerat.* Praeterea *Democritus* Hearnii D. Sed oscitans librarius notius sibi nomen pro minus noto subſtituit. In vulgatum conspirant reliqui libri. Et *Democrates* etiam vocatur 26, 39. et hoc lib. cap. seq. quibus locis nihil etiam variant codd. aut editi.

Forte illo loco praepositus] Scripsimus *illi loco praepositus.* RHEN. Et hoc a Rhenano. Sed optimi cum vulgatis olim *illo loco.* Intellige praesidio, vel propugnatoribus, qui erant illo loco. J. FR. GRON. Scripturam Rhenani exhibent Lov. 5. Harl. Rec. et Hearnii D. Reliqui mei, et Oxonn. *illo loco.* Ita supra 5, 8, 7. *Ea regione, qua M. Sergius tribunus militum praeerat, castra adorti sunt.* Ita in uno cod. Salluſt. invenit Cortius in Catil. 42. *Qui ea provincia legatus praeerat.* Similiter *praeesse*, vel *praeponi in aliquo loco.* 25, 16, 7. *Ad Magonem, qui in Bruttiis praeerat.* 37, 41, 1. *Seleucum filium et Antipatrum fratris filium in laevo praeposuit.* Hoc modo quidam ediderunt infra 40, 18, 7. *Ingenui tantum in iis praeessent*: ubi tamen rectius nunc editur *ut iis.*

Poſtquam quieta omnia circa se vidit] Ex iis, quae notavit Cl. Duker. ad Flori 4, 12, 60. conſtat, N. Heinsium legendum credidiſſe sine pronomine *quieta omnia circa vidit.* Livium ita passim loqui, certum est. Supra cap. praec. *Partim obculcatis, partim dissipatis terrore, qui circa erant.* 1, 58, 2. *Poſtquam satis tuta circa, sopitique omnes videbantur.* V. ad 9, 2, 7. Omnes tamen hic

Digitized by Google

omnia circa se vidit, alias partes eo tumultu personare, ut captae urbis interdum excitaretur cla-
16 mor, veritus ne inter cunctationem suam consul aliquam vim faceret, signaque inferret, praesidium ad arcem, unde maxime terribilis accidebat sonus,
17 traducit. Fabius, quum et ex temporis spatio et ex silentio ipso (quod, ubi paullo ante strepebant excitantes vocantesque ad arma, inde nulla accidebat vox) deductas custodias sensisset; ferri scalas ad eam partem muri, qua Bruttiorum cohortem praesidium agitare proditionis conciliator nunciave-

codices in servando vulgato conspirant. Quum autem, Livium nonnumquam *circa se* dixisse, pateat ex illis, quae notantur ad 36, 14, 12. invitis libris nihil mutandum puto.

Ut captae urbis interdum excitatur clamor] *excitaretur* castigavimus, quemadmodum et habet Romana editio. RHEN. *excitatur* primi dederunt Mogunt. et Ald. quos alii secuti sunt. Sed *excitaretur* jam emendatum erat in ed. Frob. anni 1531. quod omnes etiam servant codd.

§. 16. *Vim faceret, signaque inferret*] Scripsimus *ac signa inferret*. RHEN. Ita legunt quoque Flor. et Cant. Reliqui autem servant, quod vulgo ante Rhenanum exstiterat. Id autem deinde Jac. Gronovius revocavit; sed vellem, addidisset, qua auctoritate fecerit.

Unde maxime terribilis accedebat sonus] Utrobique legitur *accidebat* in cod. vetusto. RHEN. V. ad 21, 10, 12. Nihilominus *accedebat* servant Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. V. Cl. Duker. ad 10, 41, 7. Et mox ad §. seq.

§. 17. *Quum et ex temporis spatio*] Legitur in cod. *quum ex temporis*. RHEN. Voss. Gud. Mur. *Fabius, quum et ex temporis spatio, et ex silentio ipso*. Sic immo et edd. omnes vetustae ante Curionem. J. FR. GRON. *quum ex temporis spatio* ante Curionem ex mente Rhenani jam edidit Froben. anno 1535. Sed alteram lectionem tuentur Flor. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. et alii. V. ad 2, 44, 3. In aliis codd. *et* interceptum erat a sequenti *ex*. V. ad 44, 43, 3.

Inde nulla accidebat vox] Pal. 1. *unde nulla arcebat vox*. Reliqui quoque et hic et paullo ante perperam *accedebat*. GEBH. *accedebat* Lov. 3. 5. Ber. Gaertner. et edd. antt. Vide ad §. praec. *inde nulla arcebat vox* Lov. 4. et Flor. *unde nulla arcebat vox* Voss. Lov. 2. Hafn. et Hav.

Qua Bruttiorum praesidium esse agitatae proditionis conciliator nunciaverat] Haec mendosa lectio non solum in Romana editione, sed et in caeteris omni-

Digitized by Google

rat, jubet. Ea primum est captus murus, adjuvan- 18
tibus recipientibusque Bruttiis: et transcensum in urbem est. inde et proxima refracta porta, ut frequenti agmine signa inferrentur. Tum, clamore 19
sublato, sub ortum ferme lucis, nullo obvio armato, in forum perveniunt: omnesque undique, qui ad arcem portumque pugnabant, in se converterunt.

XVI. Proelium in aditu fori majore inpetu, 1
quam perseverantia, commissum est. non animo, non armis, non arte belli, non vigore aut viribus corporis, par Romano Tarentinus erat. Igitur, 2

bus, quae inde propagatae sunt, inolevit. Antiquum volumen habet, *qua Bruttiorum cohortem praesidium agitare proditionis conciliator nunciaverat*. Tametsi depravate scriptum est illic *cogitare*, pro *agitare*. Porro librarius casu *cohortem* accusativum omiserat. Et castigator, non inspecto codice vetusto, cum verbum *agitare* non admodum quadraret, adjecit aliud verbum, nempe *esse*, et *agitaret* vertit in *agitatae*, ut conjungeretur cum genitivo *proditionis*. Nos locum restituimus in contextu. RHEN. Vet. lib. *pronunciaverat*. SIG. Optime veram lectionem Rhenanus restituit, quibusque gradibus creverit vitiosa, quae suo tempore obtinebat, indicavit. Certe *qua Bruttiorum praesidium esse agitare prod. concil. nunciaverat* inveni in Ber. inter quem et codicem, ex quo prima Livii editio procurata est, plerumque convenire solet. Unde conjicio, in eo cod. etiam exstitisse *agitare*, sed *agitatae* deberi editoris ingenio. Omnes mei emendationem Rhenani firmant; nisi quod *pronunciaverat* sit in Gaertn. Id etiam exhibet Hearnii D.

§. 18. *Inde et proxima refracta porta*] Scripsimus *deinde proxima refracta porta*. Nam sic habet volumen scriptum. RHEN. Pal. 1. et vet. ed. *inde et proxima refracta porta*. GEBH. Putean. *inde ex proxima*. Reliqui omnes, correcto librarii errore, *et transcensum in urbem est. inde et proxima refracta porta*. ut visebatur ante Rhenanum. GRON. Codici Rhenani concinit Hearnii D. Sed *deinde ex proxima* habet Lov. 4. *inde proxima* Gaertn. *inde ex proxima* Flor. *inde et proxima* reliqui mei, et Oxonn. Hearnii. *inde* est deinde. V. ad 42, 55, 6. Paullo ante *captus est murus* omnes mei, Hearnii L. 1. et edd. quas vidi, usque ad Francof. anni 1578. quae dedit *est captus*. Priorem ordinem revocavi.

§. 19. *Sub ortum ferme lucis*] Pal. 2. ac 3. *sub ortu ferme lucis*. et mox *qui ad arcem, qui ad portum pugnabant*. GEBH. *sub ortu* etiam Lov. 2. 3. 4. et Hav. V. ad §. 8. *ortu ferme lucis*, omissa praepositione, Harl.

§. 1. *Non vigore aut viribus corporis*] *ac viribus* Flor. quod sibi

Digitized by Google

pilis tantum conjectis, prius pene, quam conserrent manus, terga dederunt, dilapsique per nota
3 urbis itinera in suas amicorumque domos. Duo ex ducibus Nico et Democrates fortiter pugnantes cecidere. Philemenus, qui proditionis ad Hannibalem auctor fuerat, quum citato equo ex proelio
4 avectus esset; vagus paullo post equus errans per urbem cognitus; corpus nusquam inventum est.

non displicere adposito signo indicavit Cl. Salvinius. Non aliter etiam Aldus edidit; qui tamen in erratis postea *aut viribus* probavit.

§. 2. *Prius pene, quam conserrent manus*] Vocabulum *pene* expunximus. RHENAN. Non recte Rhenanus particulam expunctum ivit *paene*, quam vindicant libb. omnes. At sec. alludens tamen praebet *prius Poeni, quam conserrent manus*. GEBH. Eamdem particulam omnes mei constanter tuentur.

§. 3. *Philomenus, qui proditionis*] Edd. vett. *Philemenes*, vel *Philomenes*, pro quo Sigon. edidit *Philomenus*, quod deinde Gron. ejusque exemplo reliqui recentiores ad unum omnes receperunt; quum tamen ea lectio in nullo, aut certe quam paucissimis codd. supersit. *Philomenes* se in suis Mstis reperisse, Hearne testatur. Et ita unus et alter meorum, atque inter illos Harl. *Philemones* Gaertn. *Philemenes* Flor. Voss. Lov. 3. 4. Ber. Hav. et alii. Sed *Philemenus* Gronov. supra ad 25, 8, 3. ex Polyb. et antiquioribus scriptis praeferebat, idque in ipsum contextum recepit; quod et hic faciendum censui. Paullo ante *ferociter pugnantes*, pro *fortiter*, Lov. 2. Solent librarii has voces permutare inter se. V. ad 28, 42, 4.

§. 4. *Vacuus paullo post equus erransque per urbem*] Scribe cum omnibus Gall. duobusque Pall. Florent. quatuor, Barber. et Voss. *vagus paullo post equus errans per urbem*. Asyndeti genus frequentatum nostro. 3, [5, 10.] *In quos palatos praedam agentes Postumius aliquot locis impetum dedit, ii vagi dissipato agmine fugientes in Quintium victorem cum saucio consule revertentem incidere*. 7, [17, 8.] *Multos populatores hostium vagos palantes oppressit*. 10, [20, 5.] *Dimittit equites, qui vagos praedatores in agris palantes excipiant*. Lib. hoc 27, [50, 5.] *Matronae in preces versae per omnia delubra vagae, suppliciis votisque fatigare Deos*. Similiter hic: *Sine discrimine armatos, inermes, caedunt*, scripti, non *inermesque*. J. FR. GRON. Si Hearnium recte intelligo, *vagans paullo post equus erransque per urbem*, omissa voce *cognitus*, invenit in ed. Rom. Aler. principe, pro quo aliae quaedam *vacuus paullo post equus vagans erransque per urbem* praeferunt. Voce auctiores *vacuus paullo post equus vagans erransque per urbem cognitus* edd. Rom. anni 1472. Parm. et inde Ascens. anni 1513. ex quibus vocem *vagans* recidit Aldus. Sed auctioribus edd. consentit Ber. a. m. 1. in quo vox *vagans* et copula *que* postea inductae erant. Reliqui Msti, ut et Hearnii Oxonn.

Digitized by Google

creditum vulgo est, in puteum apertum ex equo praecipitasse. Karthalonem autem, praefectum praesidii Punici, cum commemoratione paterni hospitii, positis armis, venientem ad consulem, miles obvius obtruncat. Alii alios passim sine discrimine 6 armatos, inermes, caedunt, Karthaginienses Tarentinosque pariter. Bruttii quoque multi interfecti, seu per errorem, seu vetere in eos insito

illis, quos Gronov. laudavit, per omnia consentiunt. Asyndeti hoc genus supra inlustratur ad 10, 35, 9. Adde Cortium ad Sall. Jug. 18, 2. *Vacuus* autem et *Vagus* etiam infra commutantur hoc lib. c. 20, 8. Similiter *vacatio* et *vagatio*. V. ad 5, 8, 2.

In puteum apertum ex equo praecipitatum esse] Scripsimus *praecipitasse*. Sic Livius infra [c. 40, 3.] *Cum in Italia ad Thrasimenum et Cannas praecipitasset Romana respublica*. Item 6, [30, 4.] *Ipsi*, inquit, *in insidias praecipitavere*. Hoc verbum usurpat absolute. RHEN. Prim. Pal. *creditum vulgo, in puteum apertum ex equo se praecipitasse*. Reliqui *ex equo praecipitatum esse*. vulgatam tamen approbo lectionem. Infra c. 40, 3. GEBH. *praecipitatum esse* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Rec. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. quod ex inscitia librariorum, *praecipitare* absolute poni nescientium, ortum puto: unde etiam in Flor. a m. 2. legitur *ex equo se praecipitasse*, quum a m. 1. recte *ex equo praecipitasse* scriptum fuisset, ut Rhenanus emendavit non hic tantum, sed etiam ad Tacit. 3. Hist. 86. De locutione v. ad 25, 11, 6.

§. 5. *Cartalonem autem praefectum*] Ita Dan. Heins. apud Elzevir. edidit, quod Gronovii, Hearnius, Clericus, et alii secuti sunt. Antea edebatur *Carthalonem*, non hic tantum, sed et supra 22, 15, 8. et c. 58, 7. Graecis *Καρθάλων* vocatur. Quin et *Karthalonem* edidi, quomodo optimus cod. scribit apud Silium 1, 406. ubi vide, quae notavi. Et ita *Karthago* passim scripsi: ambae autem voces ex eadem radice formatae videntur. Vox *praefectum* deest in Voss. cujus loco *ducem* exhibet Hearnii L. 1. Mox *praesidii Punici* primus dedit Jac. Gronov. adstipulantibus meis fere omnibus, et Hearnii L. 1. Vox *Punici* deest in uno Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Quae proxime sequuntur, legunt *Punici praesidii*.

§. 6. *Alii alios passim sine discrimine armatos inermesque caedunt*] Sine copula *armatos inermes* Pal. 1. GEBH. *armatos inermesque* Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Rec. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Gronov. qui copulam auctoritate codd. abjiciendam docuit supra ad §. 4. cum quo faciunt Flor. Cant. Voss. Harl. et alii. Hoc asyndeti genus inlustramus ad 3, 9, 4. Cl. Crevier. vocem *alii* delendam existimat, utpote additam ab aliquo, ne verbum *caedunt* careret nomine suo. Sed vocem illam tuentur, quidquid librorum adhibui. Nec video, quae moretur difficultas; miles

Digitized by Google

odio, seu ad proditionis famam (ut vi potius atque armis captum Tarentum videretur) exſtinguendam.
7 Tum ab caede ad diripiendam urbem discursum. millia triginta servilium capitum dicuntur capti: argenti vis ingens facti signatique: auri octoginta tria millia pondo: signa tabulaeque, prope ut Sy-

obvius obtruncat Karthalonem, alii milites alios hoſtium sine discrimine caedunt.

Bruttii quoque multi interfecti] Vet. lib. *paſſim interfecti*. SIG. Pall. 2. ac 3. *multi passim interfecti*. Mox vet. ed. *in eos excito odio*. GEBH. Crevier. vocem *passim*, ut ex praecedenti perperam repetitam, trium codd. auctoritate delevit; quibus ex meis concinunt Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Mox voces *seu per errorem*, *seu vetere in eos insito odio* perperam omittuntur in Voſſ. et Hearnii L. 1. quorum librariis fraudi fuit saepius repetita vocula *seu*. V. ad 9, 11, 11. *excito odio*, pro *insito*, eſt in edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Ad proditionis famam etc. *exſtinguendam*] Plutarch. [Fab. p. 187.] ὡς μὴ προδοσίᾳ τὴν πόλιν ἕλων φανερὸς γένοιτο. SIGON.

§. 7. *Triginta millia servilium capitum dicuntur capta: ingens argenti vis*] Meliores, *millia triginta servilium capitum dicuntur capti: argenti vis ingens facti signatique*. J. FR. GRON. Flor. Harl. et plerique reliqui eamdem lectionem obferunt. Pauci *capta* servant, et inter illos Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Verum locutionem *millia capti* infra inluſtramus ad 37, 39, 12.

Auri LXXXIII. millia pondo] Quantumvis Tarentum civitas dives erat, haec tamen summa suspecta mihi eſt. Nam, Capua capta LXX. auri pondo ad quaeſtores relata, priore libro [c. 14.] retulit Livius. Plut. in Fabio [p. 187.] tria millia talentùm relata in aerarium scribit. Quare haec ita legam: *argenti vis ingens facti signatique: auri LXXXIII pondo*. aut fortaſſis sic: *auri argentique vis ingens facti signatique: auri quidem LXXXIII pondo, argenti tria millia*. Sed hic videat lector, quid addendum putet, *talentùm*, an *pondo*. GLAR. Pall. *octuaginta tria millia pondo*. sec. *octuaginta quatuor*. GEBHARD. *octoginta septem millia* ediderunt Paris. anno 1573. quod deinde omnes recentiores editores servarunt. Ea tamen scriptura in nullo cod. supereſt. Omnia haec verba cum voce sequenti *signa* deeſſe in L. 1. Hearne notavit, qui *auri LXXIII millia* in D. invenit. Ejus N. cum omnibus meis priorem lectionem *auri LXXXIII millia pondo* tuentur, quam etiam revocavi.

Prope ut Syracusarum ornamenta aequaverint] Fecimus ex *aequaverint*, *aequarent*. et pro *Sed et majore*, scripsimus *Sed majore*. RHEN. Iidem *ut Syracusanorum ornamenta aequaverint*. J. FR. GRON. Vox *prope* deeſt in Hearnii D. Tum *aequarent* cum Rhenano Lov. 3. 5. et idem Hearnii D. *aequarint* Hav. *aequaverint* reliqui, nisi quod unus et alter

Digitized by Google

racusarum ornamenta aequaverint. Sed majore a- 8
nimo generis ejus praeda abstinuit Fabius, quam Marcellus; qui interroganti scribae, quid fieri signis vellet, (ingentis magnitudinis Dii sunt, suo quisque habitu in modum pugnantium formati) *Deos iratos Tarentinis relinqui* jussit. Murus inde, 9

librariorum per errorem dederint *aequarunt*. Insuper Gronov. quidem in posteriore notarum ed. ex melioribus codd. laudat *Syracusanorum*; verum in prima dedit *Syracusarum*; quod apud me in omnibus exstat, nisi quod unus Hav. habeat *Syracusanorum*. Sed alterum praefero. Tum *Sed et majore* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 8. *Interroganti scribae, quid fieri de signis vellet* etc.] Plut. [ibid.] *Λέγεται τὸν γραμματέα πυθέσθαι τοῦ Φαβίου, περὶ τῶν θεῶν τί κελεύει, τὰς γραφὰς ὄντω προσαγορεύσαντα καὶ τους ἀνδριάντας. τὸν οὖν Φάβιον εἰπεῖν, ἀπολείπωμεν τοὺς θεοὺς Ταραντίνοις κεχολωμένους.* SIG. Ad normam plane veterum elegantissime Pal. 1. *quid fieri vellet signis*. Sic Plautus Mostell. [3, 1, 106.] *Quid eo argento est factum?* Casin. [5, 4, 6.] *Quid fecisti scipione?* GEBH. Put. Voss. Pal. unus, melioresque alii, *quid fieri signis vellet*: vel, *quid fieri vellet signis*, omissa praepositione, ut decuit elegantiorem. Plautus Mostell. *Quid eo argento est factum?* Milit. [4, 1, 26.] *Quid illa faciemus fidicina?* Cicero. *Si nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet?* Noster 33, [27, 10.] *Quidnam se futurum esset, profectis in Italiam Romanis?* Itaque videtur scribendum 45, 39, 4. *Quid deinde tam opima praeda, tam opulentae victoriae spoliis fiet?* Nepos Agesilao [4.] *Quaereretur ab eo, quid his fieri vellet?* quaeque multa, *ὅσα κόνις*, congesserunt alii. J. FR. GRON. Praepositionem *de* agnoscunt Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Reliqui cum Hearnii N. ac D. consentiunt Gronovianis eam expellentibus. Nihil autem interest, utrum *signis* tertio, an sexto casu positum statuamus. V. ad 45, 39, 4. Ceterum, aliquid hic depravatum vel omissum esse, conjecit Crevier. quia verisimile non est, omnia Tarentina signa ingentis magnitudinis fuisse, nec quemquam Deorum exhibuisse, nisi in modum pugnantis formatum. Non tamen id facile corrigi, vel suppleri posse. Ampliss. Roëllius mutanda distinctione loco subveniri posse existimat hoc modo: *quid fieri vellet signis* (ita enim multi meorum transponunt) *ingentis magnitudinis*, (*Dii sunt, suo* etc. Verum et aliud hic latet. Plerosque viros doctos credere, *jubere alicui* neque Livium, neque reliquos optimi aevi scriptores umquam dixisse; sed loca, ubi haec locutio apud eos obcurrat, a librariis corrupta et emendanda esse, infra notabimus hoc lib. c. 24, 3. ubi videbimus, saepissime J. Fr. Gronov. aliosque hanc phrasin inmutasse. Mirum tamen, neque eum, neque alios ad hunc Livii locum animum advertisse, ubi plane obcurrit, *interroganti scribae jussit*. Neque tamen aliter variant codd. quam quod quidam eorum *interrogatis* vel *interrogantis scribae*

Digitized by Google

qui urbem ab arce dirimebat, dirutus est ac disjectus. Dum haec Tarenti aguntur, Hannibal iis, qui Cauloniam obsidebant, in deditionem acceptis, 10 audita obpugnatione Tarenti, dies noctesque cursim agmine acto, quum, festinans ad opem ferendam,

praeferant. Vel itaque cum aliis viris doctis locutio illa probanda, vel corrigendum erit *interroganti*, aut *interrogante*, *scriba jussit*. V. plura ad eum locum.

§. 9. *Dirutus est ac disjectus*] *diruptus* Ber. Hav. et Lov. 1. V. ad 9, 45, 17. *et disjectus* Voss. Lov. 2. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. antt. Voces illae desunt in Hearnii L. 1. Mox *Tarenti* exsulat a Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. *Hannibal* etiam ab Harl.

Iis, qui Cauloniam obsidebant] Obsessae Cauloniae meminit etiam Plut. in Fabio [p. 187.] *Καὶ Καυλωνίαν ἐξελεῖν κατὰ κράτος*. SIG. *Cautonam* Voss. pro varia lectione in margine. *Cantoneam* Lov. 3. et 4. *Cautoniam* Harl. *Cantoniam* Hav. *Caulonem* Hearnii D. V. ad c. 15, 8.

§. 10. *Cursum agmine facto*] Corrupta verba sunt. Legendum, attestante veteri libro, *cursim agmine acto*. In ed. Rom. et ea, quam proxime nobis Colonia Agrippina dedit, curante Joanne Sobio viro optimo, recte legitur *cursim*. Verum in altero vocabulo dormitatum est. RHEN. In qua ed. Rhenanus *cursum* invenerit, nescio: non tantum enim duae, quas memorat, sed et omnes reliquae, quas vidi, habent *cursim*. Licet autem *facto* servent Flor. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. recte tamen Rhenanum *acto* emendasse existimo. V. ad 6, 28, 2. Mox *captam urbem vidisset* Hearnii D. Simili errore *audienda* et *videnda* supra commutabantur 21, 4, 10.

Et Romani, inquit, suum Hannibalem habent] Plut. [ibid.] *καὶ φανερῶς μὲν εἰπεῖν, ἦν ἄρα καὶ Ῥωμαίοις Ἀννίβας τις ἕτερος· ἀπεβάλομεν γὰρ τὴν τῶν Ταραντίνων πόλιν, ὥσπερ ἐλάβομεν*. SIG. *Et Romani suum, inquit, Hannibalem* Lov. 4. Harl. Ber. et Hav. *Et Romani suum Hannibalem, inquit* Flor. V. ad 8, 21, 4. Mox *qua cepimus arte* Gaertner.

§. 11. *Quo constiterat loco, quinque millia*] Put. Reg. Men. Voss. *quo constituerat loco*. Intellige agmen, et explica ibi modicam quietem cepisse, dum properat ad liberandum obsidione Tarentum, ibidemque nuncium captae urbis accepisse. Sallust. Jug. 49. *Dein brevi cognitis insidiis, paullisper agmen constituit*. Ubi non decuit viros sane quam doctos Rivium, Ciacconium, Gruterum malle *constitit*, itaque edidisse Colerum: quum et MSS. sit illa lectio, et orationis contextus alterum non patiatur. Ecce enim filum perpetuum omissis, quae parenthesi interjiciuntur: *primo dubius Metellus, quidnam insolita facies ostenderet, dein brevi cognitis insidiis paullisper agmen constituit*. hoc est, sustinet a procedendo imperator, stare ac mo-

Digitized by Google

dam, captam urbem audisset; *Et Romani*, inquit, *suum Hannibalem habent. eadem, qua ceperamus, arte Tarentum amisimus.* Ne tamen fugientis modo convertisse agmen videretur, quo constituerat loco, quinque millia ferme ab urbe posuit castra. ibi paucos moratus dies, Metapontum sese recepit. inde

rari jubet. Quin et omnia fere verba, quae sequuntur ad finem usque capitis, agentia sunt, et respiciunt vocem Metellus. Noster 38, [25, 12.] *Constituit agmen, et expedire tela animosque equitibus jussis* etc. Sic quod Plautus *statuere navem*, nempe omissa remigatione, id Caesar *constituere* 4. de B. Gall. [24.] *Quod naves propter magnitudinem, nisi in alto, constitui non poterant.* Eodemque lib. [c. 23.] *Circiter millia passuum novem ab eo loco progressus, aperto et plano litore naves constituit.* Est et *constituere* aliter idem, quod statuere, nempe subsistere alicubi. Liv. 9, [24, 7.] *Ubi cum constituisset Romanos, semitamque angustam et arduam, erectam ex oppido in arcem, ostendisset.* J. FR. GRON. *constituerat* etiam superest in Flor. Cant. Lov. 3. 4. 5. Hav. aliisque, cum Hearnii N. et L. 1. Ita Liv. 3, 27, 8. *Ut sensere, se jam prope hostem esse, signa constituunt.* Ubi male Klockius conjicit *consistunt.* 10, 34, 9. *Constitutisque haud procul porta signis, quinque equites jubet intrare urbem.* 33, 10, 3. *Paullisper novitate rei constituit signa.* 34, 20, 4. *Quadringentos ferme inde passus constituit signa.* 35, 28, 7. *Omnium primum agmen constituit.* 44, 36, 6. *Primus ordinibus imperat, metaretur frontem castrorum, et impedimenta constituerent.* V. Cel. Burm. ad Val. Flacci 3, 92. Fatetur Crevier. si quis *constiterat* malit, se non magnopere adversaturum, eumque faventes habiturum duos e scriptis suis. Favebunt itidem ex meis Lov. 1. 2. Harl. Ber. et Gaertn. Vellem vir Clariss. codices suos nomine indicasset; ii enim non tam numerandi sunt, quam eorum bonitas ac fides examinari debet. Certe inter duos illos, qui *constiterat* legunt, non esse vel Put. vel Reg. quibus usus est, ex Gronovii notis colligo. Contra optimi mei et Gronov. *constituerat* tuentur. Solent autem librarii verba *constiti* et *constitui* in scriptis commutare. V. ad 8, 40, 13. 28, 33, 8. (*38, 2, 6.) et N. Heins. ad Nas. 6. Met. 53. Similiter *institi* et *institui*. V. ad 28, 46, 11. etiam *restiti* et *restitui*. V. ad 33. 7, 12. Ceterum, quae Gronovius hoc loco ad Sall. Jug. 49. notavit, non per omnia placent τῷ μακαρίτῳ Cortio. Licet enim Cicaeconii patrocinium adversus Gronovium recuset, Gruterum tamen et Rivium contra ejus censuram defendere conatur, ac testatur, se pro certissimo habere eos, *constitit* apud Sallust. emendantes, id accepisse pro *constitit*, id est, curavit, ut omnes desisterent ab eundo, ut omnes starent; unde consequens est, eos ex Cortii sententia putasse, *agmen* ibi casu quarto poni. Verum, quo sensu Gruterus τὸ *constitit* acceperit, ex ipsius verbis colligi nequit. Simpliciter enim dicit, sibi placere *constitit*: codices tamen suos et edd. omnes legere *constituit*. Immo ex his ejus silentio gravis suspicio n

duos Metapontinos cum literis principum ejus civitatis ad Fabium Tarentum mittit, fidem ab consule accepturos, inpunita iis priora fore, si Metapon-
13 tum ei cum praesidio Punico prodidissent. Fabius, vera, quae adferrent, esse ratus, diem, qua accessurus esset Metapontum, constituit: literasque ad principes dedit, quae ad Hannibalem delatae sunt.
14 Enimvero laetus successu fraudis, si ne Fabius quidem dolo invictus fuisset, haud procul Metaponto

scitur, ipsum id sensu ordinario accepisse. Si enim existimasset, intelligendum esse sensu, ut Cortius inquit, multo maxime ignoto, vel uno verbo id indicatum oportuisset: praesertim quum, id ita a Sallustio usurpatum fuisse, notare neglexerint omnes, qui ante eum huic scriptori emendando operam inpenderunt. Contra, qui ad Rivii verba adtendit, facile videbit, eum nullo colore a Gronovii censura liberari posse. Primo enim verba *agmen constitit* Germanice reddit *ist still gestanden*. Deinde firmandae huic locutioni laudat loca Curtii 3, 8, 24. et Livii 21, 46, 4. ubi verbum *consistere* usitatissimo sensu pro subsistere adhibetur. Postea totidem verbis testatur, *agmen esse casus nominativi*. Idem Cl. Cortius ad dict. loc. Sallust. dubitare videtur, an recte reprehendatur Dausquej. quod tueatur lectionem Silii 15, 636. *trepidique coactas Consistunt acies:* pro qua Modius *Constituunt* legendum monuerat. Postea Modii emendationem probavit N. Heinsius, eorumque sententiae et ego tandem, quum olim poëtam hunc ederem, calculum adjeci: cujus ne nunc quidem poenitet. Cum ipsis enim sentiunt, eorumque lectionem defendunt integerrimae membranae Colonienses, aliique Mssi, ut et ed. Parm. quibus alios typis descriptos praeferendos non arbitror. Accedit, Silium ubique imitari Livium; quem *constituere* eo sensu saepe dixisse, modo vidimus; alibi vero similiter *consistere* usurpare, non memini. Paullo ante *vertisse agmen*, pro *convertisse*, edd. vett.

Quinque millia ferme ab urbe] Plutarch. [Fab. p. 187.] τεσσαράκοντα σαδίοις. SIGON.

§. 12. *Inde duos Metapontinos cum literis principum* etc.] Plutarch. [Fab. p. 185.] συνθεὶς ἐπιστολὰς παρὰ τῶν ἐν Μεταποντίῳ δυνατῶν, ἔπεμψε πρὸς τὸν Φάβιον. SIG. *duo Metapontinos* Flor. V. ad 35, 21, 5.

Inpunita iis priora fore] Suftulimus dativum *iis*. RHEN. Libri omnes *impunita iis priora fore*. Statim Pal. 3. *cum praesidio Punico tradidissent*. GEBH. Omnes Gall. Pall. Voss. *impunita iis priora fore:* vel *his*. J. FR. GRON. Pronomen *iis*, vel *his*, etiam superest in omnibus meis et Oxonn. Hearnii. Mox *proderent* Lov. 2. *prodere* autem saepe librarii cum *tradere* commutarunt. V. ad 3, 54, 12. 8, 26, 6. 29, 14, 9.

§. 13. *Fabius vera, quae adferrent, esse ratus*] Pall. 2. ac 3. *Fa-*

Digitized by Google

insidias ponit. Fabio auspicanti prius, quam egre- 15
deretur ab Tarento, aves semel atque iterum non
addixerunt. hostia quoque caesa consulenti Deos a-
ruspex, cavendum a fraude hostili et ab insidiis,
praedixit. Metapontini, postquam ad constitutam 16
non venerat diem, remissi, ut cunctantem horta-
rentur, repente comprehensi, metu gravioris quae-
stionis, detegunt insidias.

XVII. Aestatis ejus principio, qua haec ageban- 1

bius, quae afferrentur, vera esse ratus. GEBH. Mox *accessurus erat* Flor. quod sibi non displicere, indicavit Salvinius. Deinde *litera*sque *ad principes misit*, pro *dedit*, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et edd. principes.

§. 14. *Si ne Fabius quidem dolo invictus fuisset*] Scripsimus *esset*. RHEN. Put. Men. Voss. *si ne Fabius quidem dolo invictus fuisset*. J. FR. GRON. *fuisset* etiam omnes mei cum Oxonn. Hearnii. Insuper *si non Fabius quidem* Flor. Voss. Lov. 1. 2. Hafn. et Hav. *si non Fabius dolo* Lov. 3. a m. 1. *si ne Fabius dolo* a m. 2. Vocula *si* non adparet in Gaertn. sed eam eliserunt vocis praecedentis literae ultimae *is*. V. ad 21, 42, 1. et virum doctum in Miscell. Obs. tom. 1. p. 427.

§. 15. *Aves semel atque iterum non addixerunt*] Supra 1, 36, 3. *Negare Attus Navius, neque mutari, neque novum constitui, nisi aves addixissent, posse.* c. 55, 3. *Quum omnium sacellorum exaugurationem admitterent aves, in Termini fano non addixere.* Senec. de Brev. vit. 14. *Quod Remo auspicante illo loco aves non addixissent.* Eodem sensu aves dicuntur etiam *admittere*. V. ad 4, 18, 6. Adde Loens. 1. Misc. Epiphill. 18. Mox *cavendum fraude hostili*, omissa praepositione, Flor. Voss. Lov. 3. 5. Gaertn. et Hav.

§. 16. *Ad constitutam non venerat diem*] *ad constitutum diem* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. quomodo *praestitutus dies* supra est 3, 22, 4. Verum frequentius Livius in his genus sequius adhibuit. Ita *stata dies* infra c. 23, 7. *statuta dies* 43, 10, 3. *praestituta dies* 10, 20, 16. et 45, 12, 1. *certa dies*. V. ad 4, 36, 3. *finita dies* 45, 12, 7. *dicta dies* 3, 66, 2. 5, 11, 4. 29, 6. 32, 8. 29, 1, 5. 43, 8, 9. 45, 12, 10. *edicta dies* 23, 31, 5. 27, 37, 11. 33, 14, 11. 41, 10, 12. *indicta dies* 10, 27, 3. 27, 30, 6. 36, 6, 6. ubi etiam vide, *praedicta dies* 2, 61, 8. *prodicta dies* 6, 20, 11. *edita dies* 40, 39, 4. V. etiam Doct. Oudendorp. ad Front. 1, 2, 6.

Hortarentur, repente] *remissi, ut cunctantem hortarentur, ac repente comprehensi* Put. Reg. Men. Voss. J. FR. GRON. Consentiunt Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. apud Hearnium Oxonn. atque edd. Rom. Aler. princeps, Rom. anni 1472. et Parm.

§. 1. *P. Scipio in Hispania*] Hinc etiam Polybius persequitur res gestas P. Scipionis in Hispania

Digitized by Google

tur, P. Scipio in Hispania quum hiemem totam reconciliandis barbarorum animis, partim donis, partim remissione obsidum captivorumque, absumsisset; Edesco ad eum, clarus inter duces Hispanos,
2 venit. Erant conjux liberique ejus apud Romanos. sed praeter eam caussam etiam velut fortuita inclinatio animorum, quae Hispaniam omnem averterat ad Ro-

10, [31.] *Κατὰ δὲ τὴν Ἰβηρίαν ὁ Πόπλιος ὁ τῶν Ρωμαίων στρατηγός, ποιούμενος τὴν παραχειμασίαν ἐν Ταρακῶνι.* SIG. Paullo ante *qua haec gerebantur*, pro *agebantur*, Lov. 4. et Rec. V. ad 22, 28, 1.

Partim emissione obsidum] Novissimarum editionum lapsus est. Aliae et MSS. *remissione*, quod revocandum duxi. 22, 22, 13. *Obsides in civitates remitte.* JAC. GRONOV. *remissione* etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii. *emissione* demum dedit ultima Gruteri ed.

Edesco ad eum, clarus inter duces Hispanos, venit] Polyb. [ibid.] *Edeco. λαβὼν συναγωνιστὴν Ἐδεκῶνα τὸν δυνάστην.* SIG. Voces *ad eum* deerant in Ber. a m. 1. Hearnii D. et ed. Rom. anni 1472. *Edestus* est in Hafn. *Aedesco* in Flor.

§. 2. *Hispaniam omnem averterant ad Romanum a Punico imperio*] Vox *omnem* omittitur in Hearnii D. Quum autem mox sequatur *omnis Hispaniae*, et *omni manu*, id illis, qui toties eamdem vocem a Livio repeti nolunt, sine dubio placebit, haud mihi. V. ad 1, 3, 9. Tum *ad Romanum a Poenis imperium* Ber. a m. 2. prioris lectionis vestigiis deletis. *ad Romanum a Poenorum imperio* Lov. 3. Vox *imperio* exsulat a Gaertn.

§. 3. *Eadem caussa Indibili Mandonioque fuit*] Polyb. [10, 32.] *Ἀνδοβάλης δὲ καὶ Μανδόνιος, μέγιστοι μὲν ὄντες δυνάσται τῶν τότε κατ' Ἰβηρίαν*, etc. SIG. Mox *cum omni populorum manu* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Hav. et edd. principes.

§. 4. *Hostium res tantis augescere incrementis*] Legendum juxta veterem scripturam *tacitis augescere incrementis*. RHEN. Pall. tres *tantis*. Vet. ed. *cum hostium res augescere tantis incrementis cerneret*. GEBH. *hostium res tacitis augescere* Curionis est. Priores omnes *tantis*. Et sic Men. Voss. Gud. Mureti. J. FR. GRON. Non Curionis, sed Rhenani esse, adposita hujus emendatio docet. Et certe ante Curionem ita jam edidere Froben. anno 1535. Basil. anno 1539. Vascos. et Gryph. Sed recte Gronov. *tantis* revocavit, quod servant omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Neque aliter legere optimum Put. ex Cl. Sallierio intellexi. *tantus* et *tacitus* etiam alibi in Mstis commutari, videbimus ad 40, 9, 5. *augescere tantis incrementis* Ber. et edd. vett.

Qua coepissent, fluerent] Legendum juxta veterem scripturam *qua coepissent, fuerent*, quemadmodum reposuimus. Demiror et Venetos et Colonienses non dignatos inspicere ed. Romanam, in qua id vocabulum recte habet. RHEN. Quidquid irascatur

Digitized by Google

manum a Punico imperio, traxit eum. Eadem caus- 3
sa Indibili Mandonioque fuit, haud dubie omnis Hispaniae principibus, cum omni popularium manu, relicto Hasdrubale, secedendi in inminentes castris ejus tumulos, unde per continentia juga tutus receptus ad Romanos esset. Hasdrubal, quum ho- 4
stium res tantis augescere incrementis cerneret,

Rhenanus Venetis et Coloniensibus, Put. et omnes Gall. et Voss. membranae: *qua coepissent, fluerent.* Et defendit hoc pro suo ipse Livius 7, [32, 7.] *Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiaque sua, quam vi hostium, victos esse.* Defendit Livium Virgil. [2. Aen. 169.]

Ex illo fluere et retro sublapsa referri
Spes Danaum.

Unde capienda vera vis dicti Plautini Capt. 3, 1, 36. *est illic mihi una spes coenatica: Si ea decolabit, vedibo huc ad senem, ad coenam asperam.* Ita scribendum, non *decollabit;* quod quum ineptissimum sit, tamen omnes receperunt: alterum, etsi non nemini in mentem venerit, respuerunt. *Decollare* est de collo deponere, apud Caelium citante Nonio; hinc petunt Turnebus, Scaliger, Casaubonus, praeclara nomina; est deinde cervices praecidere, quod an Plauti aevo sic usurpatum sit, vehementer addubito: hinc Andreas Schottus ad Aur. Vict. [epit. Imp. 19.] Et quae tamen elegantia est, spem instar crumenae de collo deponi, spei cervices praecidi? Quid durius utrovis? Ego vero teneo, *si ea decolabit*, hoc est, defluxerit, dilabetur. *Decolare*, ut *percolare*, est per colum transmittere: natura sua ποιητικόν, ideo intelligit τὸ *se*: et *decolare se*, vel *decolare*, intellecto *se*, est de colo defluere, transmitti, deliquere, delinquere, deficere. Quo magis enim liquidum transmittitur et decidit, eo magis deficit in colo, ibique se consumit. Sic Casina 2, 4, 27. *etiam specula in sortitu est mihi. Si sors autem decolassit.* Quod interpretatur ipse infra eodem actu sc. 6, 46. *utinam tua quidem ista in sortiende sors delicuerit.* Hac differentia, quod hic propria, illic translata phrasis, eaque non tam ipsas sortes, quam effectum earum adversarum et sperantem destituentium, explicet. Varro 1. de re Rust. 2. *Duo inprimis spectasse videntur Italici homines colendo, possentne fructus pro impensa ac labore redire, et utrum saluber locus esset, an non. quorum si alterutrum decolat, et nihilominus vult colere, mente est captus.* id est, deficit, deliquio est, non constat. Neque absterrent me ab hac sententia verba Diomedis l. 1, [361.] *Hoc verbum apud veteres decipio significat, ut apud Plautum, una est, decollavit. Item Lucilius XII. Quibus fructibus me decollavi victus? Quae significatio apud Fenestellam aliter invenitur in libro Epitomarum secundo: quemadmodum Caesar a piratis captus sit, utque eos ipse postea ceperit et decollaverit. Veteres autem securi caesos dicebant.* Nam, quod ipse apud Plautum et Lucilium

Digitized by Google

suas imminui, ac fore, ut, nisi audendo aliquid moveret, qua coepissent, fluerent, dimicare quam
5 primum ſtatuit. Scipio avidior etiam certaminis erat, quum a spe, quam successus rerum augebat; tum quod prius, quam jungerentur hoſtium exercitus, cum uno dimicare duce exerci-
6 tuque, quam simul cum universis, malebat. Ceterum, etiam, si cum pluribus pariter dimicandum

legit *decollare*, errat, ut caeteri. Lucilii verba firmant, quod dixi, natura sua id verbum transitivum eſſe. *Quibus fructibus victus me decolavi*, id est, me ipse fraudavi, quos imprudens mihi subtraxi, ut liquidum colo vel incerniculo se subtrahit. Recte autem Diomedes, veteres ignoraſſe *decollo*, quod habet Feneſtella. Hunc enim et M. Senecam primos habemus, qui sic utantur: et exiſtimo verbum cum re inventum, nempe triumviralibus bellis: etsi enim in Caesaris rebus usurpet, tamen Caesaris aevo, ut aït Lucan. 8, [673.]

— — *nondum artis erat caput ense rotare.*

Illud autem alterum loquendi genus non aliunde deducendum, quam quod *fluere* dicantur, quae sublabuntur, non conſtant, et *fluxa*, quae facile dilabuntur, quae ſtatum et firmitudinem non habent. Plautus iisdem Captiv. [2, 3, 79.] *Cave, fidem fluxam geras.* Noſter 28, [6, 11.] *Fide praefectorum principumque, quae fluxa et vana apud Oreum fuerat.* Salluſt. [Catil. 1.] *Divitiarum et formae gloria fluxa et fragilis est.* Lucret. [2, 67.]

— — *minui rem quamque videmus,*
Et quasi longinquo fluere omnia cernimus aevo.

Ovidius [15. Met. 177.]

— — *nihil est toto, quod perstet, in orbe,*
Cuncta fluunt.

Noſter 41, [15, 1.] *Rediit confuso vultu, et exposuit Patribus conscriptis, bovis sescenaris, quem immolavisset, jecur defluxisse.* Quod verbum ſtatim ita explicatur: *vidisse caeteram integram extorum partem, jecur omne inenarrabiliter absumptum. Distabuisse in coquendo* dicit Feſtus in *Moſtrum.* Potuiſſet cum Plauto dicere *decolaſſe*, vel *delicuiſſe.* Idem Trinummo [2, 1, 17.] *illico res foras labitur, liquitur.* Potuiſſet dicere *decolat.* Senec. de Brev. vitae [1.] *Ubi vita per luxum et negligentiam deſluit.* Idem ep. 22. *Non enim apud nos pars ejus ulla subsedit: transmissa est, et effluxit.* J. FR. GRON. Cum Rhenano faciunt Lov. 2. in margine, Lov. 5. Rec. et Hearnii D. Alteram lectionem a Gronovio reductam tuentur reliqui mei, cum Hearnii L. 1. et N. Eo sensu supra *fluere* Livio Gronovius reſtituit 7, 23, 14. *Quum et fluere jam lassitudine vires sentirent.* V. Cel. Burm. ad Val. Flacc. 3, 98. ubi vocem *fluerent* hoc loco probavit. Ita *fluxa fides* etiam 40, 50, 5. *Veramque pacem, non fluxa, ut ante, fide Celtiberos fecisse.* Tacit. 3. Hiſt. 48. *Fluxa, ut est barbaris, fide, pactus Aniceti exitium perfugas tradidit.* V.

Digitized by Google

foret, arte quadam copias auxerat. nam quum videret, nullum esse navium usum, quia vacua omnis Hispaniae ora classibus Punicis erat, subductis navibus Tarracone, navales socios terrestribus copiis addidit. et armorum adfatim erat captorum Kar- 7
thagine, et quae post captam eam fecerat, tanto opificum numero incluso. Cum iis copiis Scipio, 8
veris principio ab Tarracone egressus, (jam enim

quae notavi ad Silii 8, 322. *fluxae res* apud Sall. Jug. 104. *Ignari humanarum rerum, quae fluxae et mobiles semper in adversa mutant.* ubi v. Cort. Silius 7, 17.

Summe ducum, qui regna iterum labentia Trojae
Et fluxas Latii res, majorumque labores,
Qui carmentis opes, et regna Euandria servas.

Solent autem *fluere* et *ruere* in Mstis confundi. V. quae notavi ad Silii 12, 619. Adde Cel. Burm. ad Virg. 2. Aen. 169. Ceterum, quae Gronov. de verbo *decolare* ad hunc locum notavit, pluribus refellere conatus est Ursin. in Observ. Philol. c. 9. nondum tamen persuasit, ut a sententia Gronovii discedam.

§. 5. *Scipio avidior etiam certaminis erat, quam ea spe*] Legendum *cum a spe, quam successus rerum augebat*, hoc est, propter spem. Porro mire elegans est *a* particula in hoc significatu. RHENAN. Vet. ed. *Scipio avidus etiam certaminis erat cum ea spe*, Pal. 1. *avidior certaminis erat cum ea spe.* Reliqui quoque *ea spe.* GEBH. *Scipio avidus etiam* Voss. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. Hav. et priscae edd. *Scipio etiam avidus* Ber. Deinde *cum ea spe* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. et Hav. *tum ea spe* Voss. Lov. 4. Rec. Gaertn. Hearnii L. 1. D. et quaedam ex vett. edd. V. ad 6, 23, 3. Verum hic recte Rhenanus *a spe.* V. ad 26, 1, 3.

§. 6. *Subductis navibus Tarracone, navales socios terrestribus copiis addidit*] Polyb. [10, 32.] συνηύξησε ταῖς ναυτικαῖς δυνάμεσι τὰς πεζικὰς δυνάμεις. SIG. *Tarraconem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. Hav. et edd. quas vidi, usque ad Gronov. qui anno 1665. substituit *Tarracone*, reliquis codd. recte eam lectionem probantibus. Infra 29, 1, 14. *Veteres naves reficit*, etc. *novas Panormi subducit.* 31, 22, 5. *Classe, quae Corcyrae subducta erat.* 37, 12, 4. *Naves, quae subductae Canis erant.* 42, 27, 1. *Ex veteribus quinqueremibus in navalibus Romae subductis.* Paullo ante voces *Punicis erat* exsulant a Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Hav. sola vox *erat* a Lov. 2.

§. 7. *Et quae post captam eam fecerat, tanto opificum numero incluso*] *fecerat turba opificum*, duabus ultimis dictionibus neglectis, Hafn. et Hav. *fecerat tanta opificum*, iisdem omissis, Cant. Voss. et Lov. 1. neque aliter Flor. nisi quod servet *tanto.* Paullo ante etiam voces *captorum Karthagine*, exsulant a Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Hav.

Digitized by Google

et Laelius redierat ab Roma, sine quo nihil majoris rei motum volebat) ducere ad hostem pergit.
9 Per omnia pacata eunti, ut cujusque populi fines transiret, prosequentibus excipientibusque sociis, Indibilis et Mandonius cum suis copiis obcurrerunt.
10 Indibilis pro utroque locutus, haudquaquam ut barbarus stolide incauteque, sed potius cum verecun-

§. 8. *Cum iis copiis Scipio*] Quid opus fuit hic addere *copiis*, cum praecedat *copias auxerat*, et mox *terrestribus copiis?* Hujusmodi dictiones a professoribus inter enarrandum adduntur, cum verba auctoris exponunt. Et deinde a parum attentis recipiuntur in contextum. RHEN. *Cum his*, vel *iis copiis Scipio* etc. habent Pall. tres, et vet. ed. GEBH. Omnes Gall. Pall. Voss. *Cum iis copiis Scipio, veris principio.* quae minuit rursum Rhenanus. J. FR. GRON. *Cum iis*, vel *Cum his copiis* etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii.

Jam enim et Laelius redierat ab Roma] Spirense exemplar hujusmodi lectionem videtur continere: *ab Tarracone egressus* (*et Laelius redierat ab Roma, sine quo nihil majoris rei motum volebat*) tametsi lacunula erat post vocabulum *egressus.* RHEN. Polybius [10, 34.] *Πόπλιος δὲ προσδεξάμενος Γάϊον Λαίλιον, καὶ διακούσας τῶν παραγγελλομένων ὑπὸ τῆς συγκλήτου, προῆγε τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐκ τῆς παραχειμασίας.* SIG. Particulae *jam enim* in omnibus omnino meis exstant. Mox §. seq. voces *Indibilis et Mandonius cum suis copiis obcurrerunt* desunt in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Hav. culpa librariorum, quibus errandi causa fuit *τοῦ Indibilis* repetitio. V. ad 9, 11, 11.

§. 10. *Haudquaquam ut barbarus stolide incauteque*] Pall. 1. et 3. *haudquaquam barbarus stolide incauteve.* GEBH. Vocula *ut* deest etiam in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Tum *incauteve* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. et Hav.

Quam glorianti eam velut primam occasionem raptam] Mendosus locus est. In manuscripto legitur: *qua glorianti ea velut primam occasionem rapta.* Suspicor sic scripsisse Livium: *quam glorianti ea, ut sub primam occasionem rapta.* Nisi quis malit legere *velut ad primam.* RHEN. Put. et omnes Gall. Vossianusque: *ea velut primam occasionem ratam.* Pall. amplius *eam velut primam occasionem raptam* Hoc verum est: et eadem elegantia, qua superius 23, [28, 8.] *Si Hannibali Hasdrubal dux atque Hispaniensis exercitus esset junctus, illum Romani finem imperii fore.* ut ibi restituimus. J. FR. GRON. Lectio, quae Gronovio displicuit, et nunc vulgo circumfertur, ex Rhenani conjectura nata erat, ut ex praemissa ejus adnotatione constat. *glorianti eam velut ad primam occasionem raptam* legit Hearnii D. *glorianti ea velut prima occasione rapta* Lov. 2. *glorianti ea velut primam occasionem raptam* Flor. Cant. Lov. 1. et Hav. *glorianti eam velut occasionem raptam* Hearnii L. 1. *glorianti eam*

Digitized by Google

da gravitate: propiorque excusanti transitionem ut necessariam, quam glorianti eam velut primam occasionem raptam. *Scire enim se, transfugae nomen* 11
exsecrabile veteribus sociis, novis suspectum esse. neque eum se reprehendere morem hominum, si tamen anceps odium caussa, non nomen, faciat. Merita inde sua 12
in duces Karthaginienses commemoravit, avaritiam

velut primam occasionem raptam Lov.3.4.5.Harl.Ber.Rec. et codd. [edd.?]ante Froben.qui anno1535. Rhenani conjecturam recepit. Priorem itaque lectionem revocavi. *Gloriari* eum quarto casu construit etiam Cic. de Sen. 10. *Equidem posse vellem idem gloriari, quod Cyrus.*

§. 11. *Scire enim se, transfugae nomen* etc.] Quasi sumpsisset ab Thucydide, apud quem l. 3. [p. 151.] Mitylenaeorum legatus: *Τὸ μὲν καθεσὼς τοῖς Ἕλλησι νόμιμον, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι καὶ ξυμμαχοι, ἴσμεν· τοὺς γὰρ ἀφισαμένους ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ξυμμαχίαν τὴν πρὶν ἀπολείποντας οἱ δεξάμενοι, καθ' ὅσον μὲν ὠφελοῦνται ἐν ἡδονῇ ἔχουσι· νομίζοντες δὲ εἶναι προδότας τῶν προτοῦ φίλων, χείρους ἡγοῦνται. καὶ οὐκ ἄδικος αὕτη ἡ ἀξίωσις ἐστιν* etc. J. FR. GRON. Pronomen *se* non adparet in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 11. *Neque enim se reprehendere nomen hominum, si tam anceps odium caussa, non nomen, faciat*] Sic in ed. Veneta legitur, sed depravate, quam nos cum exemplari manuscripto contulimus, propter auctoritatem officinae Asulanicae. Vetus cod. *amorem hominum* habet, minus a germana Livii lectione aberrans. Debet autem esse *morem*, non *amorem*. Et mox *si tam*, non *si tamen*. Minime fefellit hoc Jacobum Sobium, admiratorem Livii singularem, cui Coloniensem editionem caeteris castigatiorem debemus. RHEN. Quidam pro *morem* emendaverant *nomen*, sed displicet: quamquam obscurus est sensus, utro legatur modo. GLAR. *neque enim se reprehendere nomen hominum* lectio est primarum edd. quae etiam superest in Voss. Lov. 5. Ber. et Hav. *neque eum se reprehendere nomen hominum* in Flor. Cant. Lov. 2. Harl. et Gaertn. *neque enim se reprehendere amorem hominum* in Lov. 3. *neque eum se reprehendere amorem hominum* in Lov. 4. *neque enim se reprehendere morem hominum* jam reperi in ed. Mediol. anni 1505. pro quo Froben. anno 1535. dedit *neque eum se reprehendere morem hominum*, quod vulgo exstat, et in aliis codd. fuisse videtur. Et recte. Certe *τῷ enim* hic locus esse nequit. Saepe autem *eñ*, id est *enim*, et *eũ*, id est *eum*, ob similitudinem ductuum in Mstis commutantur. V. ad 6, 8, 6. 10, 15, 10. c. 41, 5. 31, 48, 3. 34, 62, 13. et alibi. *nomen* vero vel ex praecedenti, vel ex sequenti perperam hic repetitum est. Deinde *si tam anceps* Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Hav. omnesque edd. antt. pro quo eadem Froben. ed. *si tamen anceps* substituit. Solent voces *tam* et *tamen* confundi. V. ad 22, 59, 13. *Τὸ odium* omittit Hearnii L. 1. Gronov. in pr. ed.

Digitized by Google

contra eorum, superbiamque, et omnis generis in-
13 jurias in se atque populares. *Itaque corpus dumtaxat suum ad id tempus apud eos fuisse: animum jam pridem ibi esse, ubi jus ac fas crederent coli. ad Deos quoque confugere supplices, qui nequeant hominum vim*
14 *atque injurias pati. Se id Scipionem orare, ut transitio sibi nec fraudi apud eum, nec honori sit. quales ex hac die experiundo cognorit, perinde operae eorum*
15 *pretium faceret.* Ita prorsus respondet facturum

not. fatetur, se haec verba non intelligere. Conjicit itaque transponendum, *si tamen odium caussa, non nomen anceps, faciat:* vel legendum, *si tamen hoc eis odium caussa, non nomen faciat.* Id tamen rectius in repetitis curis subpressit, et ad 30, 33, 15. docuit, *anceps odium*, sc. transfugarum, esse, quod contrahunt tam apud illos, ad quos accedunt, quam apud illos, quos deserunt.

§. 13. *Ubi jus ac fas crederent coli*] Ita edidit Jac. Gronov. adstipulantibus Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. aliisque, cum Hearnii L. 1. et edd. antt. pro quo Asc. anno 1513. subposuit *crederet.* Sed *crederent* nempe ipse et populares, ut ex praecedentibus intelligitur. Mox *ad eos quoque* Flor. Cant. Voss. Lov. quinque. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. pro quo Froben. anno 1531. recte emendavit *ad Deos.* Prima litera elisa erat ab ultima prioris vocis. V. ad 2, 44, 6. Ceteroquin hae voces et alibi permiscentur. V. ad 29, 11, 6.

§. 14. *Quales ex hac die experiundo cognoverit, perinde operae eorum pretium faceret*] Scripsimus *ex ea die*, et *operae eorum pretium faciat*, pro *faceret.* RHEN. Put. Pet. *quales ex hac die experiundo cognorit, perinde operae eorum pretium faceret.* Tā *hac* et *faceret* etiam omnes alii. Posterius sustulit Rhenanus. J. FR. GRON. Immo utrumque Rhenanus sustulit, ut ex adnotatione ejus constat: quorum *faciat* fuerat jam in edd. antt. sed Aldus in *faceret* mutarat. *ea die*, et *faciat* se in D. invenisse, Hearnius testatur. *hac die* et *faciat* est in Ber. *hac die* et *faceret* reliqui omnes cum Hearnii L. 1. et N. servant. Contractionem *cognorit* Livio familiarissimam esse, vidimus ad 6, 18, 10. Eam tamen hic in nullo meorum reperi. Insuper *proinde* Harl. a m. 1. et Lov. 5. V. ad 2, 58, 1.

§. 16. *Productae deinde in conspectum eis conjuges*] Scripsimus *ejus*, sc. Indibilis, qui pro utroque loquebatur. RHEN. Pal. 3. *in conspectu.* prim et vet. ed. *in conspectum iis.* GEBH. Put. *in conspectum is.* Reg. Men. Voss. *his.* Pall. *iis.* nempe Mandonio et Indibili. J. FR. GRON. *ejus* soli Harl. et Rec. quorum tamen prior *his* habet in margine: id ipsum vero, vel *iis*, est in reliquis meis, *hiis* in Oxonn. Hearnii. Praeterea *in conspectu* Lov. 3. et 4.

Lacrimantibus prae gaudio red-

Digitized by Google

Romanus: nec pro transfugis habiturum, qui non duxerint societatem ratam, ubi nec divini quidquam, nec humani sanctum esset. Productae deinde in 16
conspectum iis conjuges liberique lacrimantibus gaudio redduntur, atque eo die in hospitium abducti. Postero die foedere accepta fides; dimissique ad co- 17
pias adducendas. Iisdem deinde castris tendebánt, donec ducibus iis ad hostem perventum est.

XVIII. Proximus Karthaginiensium exercitus Has- 1

duntur] Vetus exemplar tantum habet *lacrimantibus gaudio redduntur*, absque *prae*. Frequens autem est apud Livium casus septimus. Sic paullo post [c. 19, 12.] *Quum, effusis gaudio lacrimis, cupere vero diceret. gaudio*, hoc est, ob gaudium. RHEN. *prae* in uno tantum meorum Ber. inveni.

In hospitium adducti] Ubi in excusis codd. est *adducti*, plerumque in scripto *abducti* legitur. nec male quadrat. Nam qui adducuntur, etiam abducuntur ab eo loco, in quo sunt. RHEN. *abducti* Flor. Harl. et multi alii, cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. quod laudat ac probat Gisan. Observ. in ling. Lat. voce *Abducere*. V. infra ad c. 29, 1.

§. 17. *Iisdem deinde in castris tendebant*] Pal. 1. *Iisdem deinde castris*. GEBH. Omnes ignorant τὸ *in*. Deinde Put. *castris tenebant*. Manus 2. superius *d* adjecerat. Equidem illud Livii esse judico. 28, [1, 7.] *Laeva Celtiberos, novum exercitum supra novem millia hominum, dextra Punica tenere castra*. Valer. Flacc. 1. Argon. 353. *Hinc laeva Telamon pelago tenet*. Ita namque scriptus Oxoniensis. Vulgo *laevum pelagus*. Et diximus aliquid in eandem rem ad 24, 3, 9. J. FR. GRON. Praepositionem, quae recte Gronovio displicuit, expunxi, quum etiam in nostris tantum non omnibus omittatur: quod idem de Oxonn. testatur Hearnius, et de suis Crevier. Deinde Doujatius in Colbert. invenit *Iis deinde castris tenebant*: quod et Gronovium in Put. vidisse refert; quum tamen is τοῦ *Iis*, pro *Iisdem*, non meminerit. Illud *tenebant* autem ipsi displicuit, quia loca emendationi inlustrandae non satisfaciunt. In Livii enim loco *laeva* et *dextra* esse casus quartos pluralis, et subintelligi *loca*. Apud Val. Flacc. vero aliter vulgo legi. Ad illa tamen, quae Gronov. ad 24, 3, 9. notavit, nihil reposuit. Sed nec mihi *tendebat* mutandum videtur. Id enim omnes defendunt codd. mei. Solent autem *tenere* et *tendere* a librariis confundi. V. ad 24, 28, 1.

§. 1. *Prope urbem Bastulam*] Polyb. [10, 35.] *Baecula* nominat. ἐγγίσας δὲ τῷ Καταλῶνι, καὶ τοῖς περὶ Βαίκυλα τόποις. et Livius paulo post [c. 20, 3.] *Paucis post proelium factum ad Baeculam diebus, quum Scipio, rediens Tarraconem, saltu Castulonensi jam excessisset*. Stephanus item: Βαίκυλα πόλις Ἰβηρίας· τὸ ἐθνικὸν Βαικυλεύς. Item Pto-

Digitized by Google

drubalis prope urbem Baeculam erat. pro castris
2 equitum stationes habebat. In eas velites antesignanique, et qui primi agminis erant, advenientes ex itinere, priusquam castris locum caperent, adeo contemtim inpetum fecerunt, ut facile adpareret,
3 quid utrique parti animorum esset. In castra trepida fuga compulsi equites sunt: signaque Romana
4 portis prope ipsis inlata. Atque illo quidem die, irritatis tantum ad certamen animis, castra Romani
5 posuerunt. Nocte Hasdrubal in tumulum copias recipit, plano campo in summo patentem: fluvius ab tergo; ante circaque velut ripa praeceps oram

lemaeus [2, 6.] SIG. Pal. 1. *Baesulam*. GEBH. *Baesulam* vel *Beculam* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Hav. Hearnii L. 1. N., et Doujatii Colbert. *Betulam* Gaertn. et Rec. *vetulam* Harlej. Differunt *Baecula* et *Baetulo*, ut ex Plinio constat, qui 3, 3. *Baetulonem oppidum civium Romanorum*, et *Baeculonenses stipendiarios* memorat. Ita enim apud Plin. legendum esse, docuit Marca in Marc. Hisp. 2, 22, 6. quod ex Mstis Regiis et aliis probavit, ac recepit Harduin.

§. 2. *Velites antesignanique, et qui primi agminis erant*] Salmas. existimavit, velites et antesignanos idem militum genus, id est, levis armaturae milites, fuisse. Illi opinioni quum videret hunc locum obstare, in quo *velites antesignanique* ut diversi memorantur, ita eos distinguit, ut per *antesignanos* intelligat levem armaturam sociorum vel auxiliorum, per *velites* levem armaturam Romanorum. Vel per *velites* intelligit in genere milites levis armaturae; per *antesignanos* pedites extraordinarios, quia illi saepe in prima acie cum ipso duce ante signa pugnabant. Tandem tamen existimat legendum *velites antesignani, et qui primi agminis erant*. V. Salmas. de Re mil. 17. p. 1416. Hanc conjecturam firmat Harl. neque longe abit Hearnii L. 1. *milites antesignani, quique primi agminis erant* exhibens. At Salmasii opinionem refellit Schelius ad Hygin. de Castram. p. 1052. docens, *antesignanos* Livio esse primam gravis armaturae aciem. V. quae ibi pluribus notavit.

Priusquam castris locum caperent] Paullo post, *Ad id fere altitudines, quas cepissent hostes*. Unde non recte Pal. 1. *locum acciperent*. GEBH. Similiter errant Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav.

§. 3. *Portis prope ipsis inlata*] Libri omnes *portis prope illata*, excluso τῷ *ipsis*. GEBH. Eamdem vocem ignorant Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Paullo post §. seq. τὰ *ad certamen* desunt in Cant.

Digitized by Google

ejus omnem cingebat. Suberat et altera inferior submissa fastigio planities. eam quoque altera crepido haud facilior in adscensum ambibat. In hunc inferiorem campum postero die Hasdrubal, postquam stantem pro castris hostium aciem vidit, equites Numidas, leviumque armorum Baliares, et Afros demisit. Scipio, circumvectus ordines signaque, ostendebat, *hostem, praedamnata spe aequo dimicandi campo, captantem tumulos, loci fiducia, non virtutis armorumque, stare in conspectu. sed altiora moenia habuisse Karthaginem, quae transcendisset miles Romanus. Nec tumulos, nec arcem, ne mare quidem*

§. 5. *Nocte Hasdrubal in tumulum copias recepit*] Put. et omnes Gall. Voss. *recipit*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. cum Hearnii N.

Et fluvius ab tergo] In scripto tantum est *fluvius*. RHEN. In plerisque meorum quidem est *et fluvius*; verum illi fere omnes pro *patentem*, quod praecedit, legunt *patent*. ut illud *et* invaluisse videatur loco ultimarum literarum τοῦ *patentem*.

§. 6. *Suberat et altera inferior submissa fastigio planities*] *subvexa fastigio* legendum conjicit Gebhardus ad 25, 36, 6. At cui bono?

§. 7. *Baliares et Afros demisit*] *dimisit* Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. a m. 1. Hav. Hearnii L. 1. et editi ante Aldum. Male. V. ad 7, 23, 6.

§. 8. *Loci fiducia, non virtutis armorumque*] Scripsimus *aut armorum*. RHEN. Iidem *non virtutis armorumque*. mutatum Rhenano. J. FR. GRON. Cum Rhenano stat Rec. Reliqui cum Hearnii N. et D. lectionem a Gronovio revocatam tuentur. Paullo ante *damnata*, pro *praedamnata*, Hav. Non sequor. V. ad 4, 41, 11. Tum *dimicandi aequo campo* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. et Gaertn. cum edd. antt.

§. 9. *Nec tumulos, nec arcem, nec mare quidem*] Legendum vel contra MSS. *nec tumulos, nec arcem, ne mare quidem*. V. ad 29, 12, 10. Macrob. in princ. Comment. ad Scipionis somnium. *Sive quia non solum respublica, sed nec exiguus hominum coetus, ne domus quidem parva constabit*. Ita enim illic quoque legimus pro varia scriptura. JAC. GRON. *ne mare quidem* in Put. esse, testatur Crevier. unde ejus exemplo nunc ita edi jussi. V. ad 8, 7, 19.

Ad id fore altitudines, quas cepissent hostes] Scripsimus *quas cepissent, hostibus*, aliter distincta sententia. RHEN. Libri omnes *quas cepissent hostes*. GEBH. Et hoc Rhenani. Libri omnes: *ad id fore altitudines, quas cepis-*

Digitized by Google

armis obstitisse suis. ad id fore altitudines, quas cepissent hostes, ut per praecipitia et praerupta salientes fu-
10 *gerent. eam quoque se illis fugam clausurum.* Cohortesque duas, alteram tenere fauces vallis, per quam deferretur amnis, jubet; alteram, viam insidere, quae ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret. ipse expeditos, qui pridie stationes hostium pepulerant, ad levem armaturam, infimo stantem
11 supercilio, ducit. Per aspreta primo, nihil aliud quam via inpediti, iere. deinde, ut sub ictum venerunt, telorum primo omnis generis vis ingens effu-
12 sa est in eos: ipsi contra, saxa, quae locus strata passim, omnia ferme missilia, praebet, ingerere,

sent hostes, ut per praecipitia et praerupta salientes fugerent. J. FR. GRON. Ab ea lectione nullus ex meis vel Oxonn. Hearnii dissentit.

§. 10. *Per quam deferretur amnis*] *per quam defertur amnis*, pro *deferretur*, ex libro veteri. RHEN. Libri omnes *per quam deferretur amnis*. GEBHARD. *defertur* etiam Hearnii L. 1. quam lectionem post Rhenanum reliqui editores servarunt usque ad Gronov. qui priorem revocavit, concinentibus omnibus meis. Id vero requirere videtur sequens *ferret*.

Ipse expeditos etc. *ad levem armaturam* etc.] Polyb. [10, 36.] Τοὺς δὲ γροσφομάχους καὶ τῶν πεζῶν τοὺς ἐπιλέκτους ἐξαφιεὶς, ἐκέλευε προσβάλλειν πρὸς τὴν ὀφρὺν, καὶ καταπειράζειν τῆς τῶν πολεμίων ἐφεδρείας. SIG.

Infimo stantem supercilio] Mur. *in infimo*. MSS. Gud. *in summo*. Forte *in imo*. J. FR. GRON. *in infimo* Lov. 2. et Hav. *in summo* Lov. 3. 5. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui primus dedit *infimo stantem*. id autem superest in optimis.

§. 11. *Per aspera primum, nihil aliud quam via inpediti, iere*] Antiqua lectio *per aspreta*. RHEN. Scripti, *Per aspera primo, nihil aliud quam via impediti, iere. deinde, ut sub ictum venerunt telorum*. Quidam et *prima*. Nonnulli recentiores tamen *jactum*. J. FR. GRON. Illud *aspreta* a Rhenano restitutum Livio frequens est. V. Gebhard. ad 9, 35, 2. ubi Rhenani emendationem probavit. Omnes tamen nostri in alterum conspirant. Neque aliter Hearnii L. 1. et D. Deinde *prima* Flor. a m. 1. Lov. 1. 2. et Hav. *primum* Lov. 3. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac D. Mox *sub jactum* Voss. Lov 2 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hafn. Hav. Hearnii L. 1. D. et edd. donec Gronov. substitueret *sub ictum*, quod apud me est in Flor. et Cant.

Digitized by Google

non milites solum, sed etiam turba calonum inmixta armatis. Ceterum, quamquam adscensus difficilis erat, et prope obruebantur telis saxisque, adsuetudine tamen succedendi muros, et pertinacia animi, subierunt primi. Qui, simul cepere aliquid aequi loci, ubi firmo consisterent gradu, levem et concursatorem hostem, atque intervallo tutum, quum procul missilibus pugna eluditur, instabilem eumdem ad cominus conserendas manus, expulerunt loco, et cum caede magna in aciem altiori superstantem tumulo inpegere. Inde Scipio, jussis adversus mediam evadere aciem victoribus, ceteras copias cum Laelio dividit; atque eum parte dextra

De locutione *venire sub ictum* v. ad 43, 10, 5. Solent autem *ictus* et *jactus* a librariis confundi. V. ad 26, 40, 10.

Effusa est in eos] Pal. pr. *effusa in eos est.* GEBH. Ita et Flor. Lov. 4. 5. Harl. et Hav.

§. 13. *Et adsuetudine succedendi muros*] Vet. lib. *assuetudine tamen succedendi.* SIG. *Tò tamen* saepe post *quamquam* aut similes particulas omitti, supra vidimus ad 22, 20, 1. Hic tamen recte Sigon. ex vet. lib. *adsuetudine tamen* edidit. Ita enim omnes mei, praeter unum Harl. neque aliter primae edd. usque ad Froben. qui primus anno 1535. *et adsuetudine* vulgavit. Deinde *succedendi ad muros* Lov. 5. Supra 7, 37, 7. *Infestis signis ad castra hostium succedit.* 8, 16, 7. *Cum scalis succedere ad muros vellent.* 10, 14, 7. *Quadrato agmine ad praedictas hostium latebras succedit.* 23, 43, 9. *Hanno quum ad murum successisset.* 26, 44, 7. *Scutis obpositis ad urbem succedit.* 44, 31, 6. *Instructo exercitu ad moenia succedit.* Unum tamen testem audire temerarium puto, praesertim quum et vulgatum *succedere muros* Livio frequens sit, ut videbimus ad 31, 45, 5.

§. 14. *Et cum caede magna in aciem altiore superstantem tumulo inpegere*] Scripsimus *et caede magna in aciem altiori.* RHEN. Pal. 1. *et cum caede magna.* Vet. ed. *et eum caede magna.* sec. vero *ex caede magna aciem certiori superstante tumulo impigre.* GEBH. Omnes *et cum caede magna in aciem altiori superstantem.* J.FR.GRON. *et caede magna* Hav. *et eum caede magna* Gaertn. Hearnii D. et edd. Rom. anni 1472. ac quaedam aliae. *et cum caede magna* reliqui nostri cum Hearnii L. 1. et N. Deinde *altiore superstantem tumulo* Flor. Voss. Lov. 5. Harl. et Ber. cum edd. vett. *altiore superstante tumulo* Lov. 2. et Gaertn.

§. 15. *Ipse ab laeva, circuitu haud magno, in transversos hostes*

Digitized by Google

tumuli circumire, donec mollioris adscensus viam inveniret, jubet. ipse ab laeva, circuitu haud ma-
16 gno, in transversos hostes incurrit. Inde primo turbata acies est, dum ad circumsonantem undique clamorem flectere cornua et obvertere ordines vo-
17 lunt. Hoc tumultu et Laelius subiit; et, dum pedem referunt, ne ab tergo vulnerarentur, laxata prima acies, locusque ad evadendum et mediis da-
18 tus est; qui per tam iniquum locum, stantibus integris ordinibus, elephantisque ante signa locatis,
19 numquam evasissent. Quum ab omni parte caedes fieret, Scipio, qui laevo cornu in dextrum incucurrerat,

incurrit] Polyb. [10, 36.] *Τοὺς δὲ λοιπούς ἑτοίμους ἔχων, ἀυτὸς περιελθὼν τὴν ὀφρὺν κατὰ τὸ λαιὸν τῶν ὑπεναντίων, προσέβαλλε τοῖς Καρχηδονίοις.* SIG. *ipse ad, laevam* Flor. et Harl.

§. 17. *Locusque ad evadendum et mediis datus est*] *ad evadendum medius* Lov. 1. *ad evadendum e mediis* Lov. 4. *ad evadendum mediis* edd. vett.

§. 19. *Quum ab omni parte caedes fierent*] Redhibent libri omnes *caedes fieret*. GEBH. *caedes fierent* primus Froben. anno 1535. edidit. Ita 2, 64, 3. *Quum caedes et incendia circa Anienem flumen fecissent*. 21, 15, 1. *In caedibus vix ullum discrimen aetatis ira fecerat*. 24, 25, 9. *Animos ad sanguinem et caedes irritent*. 39, 8, 8. *Venena indidem et intestinae caedes*. c. 18, 4. *Stupris aut caedibus violati erant*. Priscam tamen lectionem *caedes fieret* tuentur Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et D. et quatuor alii apud Crevier. cujus exemplo eam lectionem recipiendam putavi. Ita 8, 39, 1. *Caede omnia replet*. 9, 43, 16. *Omnia obtinet caedes*. et alibi.

Laevo cornu in dextrum incucurrerat] Ita scriptum invenimus Cantabrigiae, idemque integre notaverat Salmasius ex Put. Quid igitur nos moraretur levitas edentium *incurrerat?* JAC. GRON. Duobus optimis accedunt meorum integerrimi Flor. et Harl. Infra 28, 15, 3. *Peditum signa cornibus incucurrerunt*. ubi vide, ut et ad 1, 12, 8. Mox *in nuda latera hostium* Flor.

§. 20. *Nam et stationes utrimque Romanae dextra laevaque insederant vias*] Prima vox non est in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. a m. 2. et Hav. Tum *insiderant* Flor. a m. 2. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Gaertn. Mox *Caesa ergo*, pro *igitur*, Ber. Gaertn. et edd. vett. V. ad 21, 40, 6.

§. 1. *Hasdrubal jam ante, quam*

Digitized by Google

rerat, maxime in nuda hostium latera pugnabat. Et jam ne fugae quidem patebat locus. nam et stationes utrimque Romanae dextra laevaque insederant vias: et portam castrorum ducis principumque fuga clauserat; addita trepidatione elephantorum, quos territos aeque atque hostes timebant. Caesa igitur ad octo millia hominum.

XIX. Hasdrubal jam ante, quam dimicaret, pecunia rapta, elephantisque praemissis, quam plurimos poterat, de fuga excipiens, praeter Tagum flumen ad Pyrenaeum tendit. Scipio, castris hostium potitus, quum praeter libera capita omnem praedam militibus concessisset, in recensendis ca-

dimicaret, pecunia rapta, etc.) Polyb. [ibid.] Ἀσδρούβας δὲ κατὰ τοὺς ἐξάρχης διαλογισμοὺς θεωρῶν πλινσούσας καὶ διατεταμμένας τὰς αὐτοῦ δυνάμεις, τὸ μὲν ψυχομαχεῖν μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐλπίδος ἀπεδοκίμασε· λαβὼν δὲ τά τε χρήματα καὶ τὰ θηρία, καὶ τῶν φευγόντων ὅσους ἐδύνατο πλείους ἐπισπασάμενος, ἐποιεῖτο τὴν ἀναχώρησιν περὶ τὸν Τάγον ποταμόν, ὡς ἐπὶ τὰς Πυρήνης ὑπερβολάς. SIGONIUS.

Praeter Tagum flumen ad Pyrenaeum tendit] Doujatius ad cap. praecedens in ea est sententia, *Baeculam* sive *Besulam* ibidem memoratam, ad quam Scipio cum Hasdrubale proelium commisit, fuisse sitam in Cataloniae tractu Emporitano, et hodie *Besalu* vocari. Vidit tamen huic opinioni adversari *saltum Castulonensem* cap. seq. et *Tagum flumen* hoc loco memoratum, quae longe ab eo loco distant, et in diversa Hispaniae parte memorantur. Hinc cap. seq. legendum putat *saltu Castellanensi*, Livium vero hoc loco exemplo Polybii pro fluviolo minoris nominis *Teco* (ut a Plinio vocatur) *Tagum* subjecisse, notissimum flumen. Contra vero ad hunc locum legendum auguratur *praeter Tecum*. Utrum proelium ea regione, qua putavit, decertatum fuerit, aliis inquirendum relinquo; id tantum notasse nunc sufficit, si ipsius Livii error sit, ut ad cap. praec. statuit, conjectura ejus opus non esse. Quin etiam eam non verisimilem reddit consensus Polyb. a Sigonio laudati, qui pariter dicit περὶ τὸν Τάγον ποταμόν.

§. 2. *In recensendis captivis decem millia peditum, duo millia equitum invenit*] Polyb. [10, 37.] συναθροίσας τὸ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος, ὧν ἦσαν πεζοὶ μὲν εἰς μυρίους, ἱππεῖς δὲ καὶ πλείους διαχιλίων. SIG. *decem millia peditum, duo equitum* Ber. quod non displiceret, si aliorum codd. auctoritas accederet.

Digitized by Google

ptivis decem millia peditum, duo millia equitum invenit. ex iis Hispanos sine pretio omnes domum
3 dimisit: Afros vendere quaestorem jussit. Circumfusa inde multitudo Hispanorum, et ante deditorum, et pridie captorum, regem eum ingenti con-
4 sensu adpellavit. Tum Scipio, silentio per praeconem facto, *sibi maximum nomen imperatoris esse*, dixit, *quo se milites sui adpellassent. regium nomen*
5 *alibi magnum, Romae intolerabile esse. Regalem animum in se esse, si id in hominis ingenio amplissimum ducerent, tacite judicarent; vocis usurpatione abstinerent.*
6 Sensere etiam barbari magnitudinem animi; cujus

V. ad 31, 34, 7. Mox *et Hispanos*, pro *ex iis Hispanos*, Voss. Lov. 2. 3. 4. et Hav. *ex Hispanos* Flor. a m. 1. *exin Hispanos* a m. 2. Voces *ex his* desunt in Hearnii L. 1. qui idem cod. cum Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. legunt *misit*, pro *dimisit*. Nec aliter excusi ante Aldum.

§. 3. *Circumfusa inde omnis multitudo*] *omnis* non erat in Spirensi cod. RHEN. Prisca ed. *omnis multitudo*. GEBH. *Τὸ omnis* inveni tantum in Ber. et Gaertn. *Circumfusa ei inde multitudo* praefert Flor.

Et ante deditorum, et pridie captorum] Necesse est hoc loco, ut unum diem intercessisse huic plausui pugnaeque intelligamus: alioqui, illud *pridie* quid sibi velit, non plane video. GEBH. Intercessisse unum diem, testatur Polyb. 10. 3-. *Εἰς δὲ τὴν ἐπαύριον συναθροίσας τὸ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος.*

Regem eum ingenti consensu adpellavit] Polyb. [ibid.] *Κατὰ δὲ τὰς ἐντεύξεις βασιλέα προσεφώνουν τὸν Πόπλιον.* Et post, *μετὰ δὲ τὴν μάχην ἁπάντων βασιλέα προσφωνούντων.* SIG. *regem eum ingenti consensu adpellavit* Lov. 4. et Gaertn. Quod dictum esse posset ad exemplum eorum, quae supra notantur ad 1, 25, 13. Solent autem *eum* et *eum* commutari. V. ad 10, 7, 3. Reliqui tamen vulgatum servant, nisi quod voces *ingenti consensu* omittantur in Voss. Lov. 1. 3. et Hav. quae etiam exsulant ab Hearnii L. 1. Nihil itaque mutandum.

§. 4. *Sibi maximum nomen imperatoris esse*] Polyb. [ibid.] *παρήγγειλε στρατηγὸν αὐτὸν προσφωνεῖν.* SIGON.

Romae intolerabile esse] In Spirensi cod. erat *intolerandum*, quemadmodum et nos castigavimus. RHEN. Libb. omnes *intolerabile*. GEBH. Iterum omnes Gall. et Pall. nolente Rhenano, *intolerabile esse*. Neque ignoro apud Cic. 3. de Off. *Nihil, quod homini accidere possit, intolerandum putare:* neque infra in nostro [c. 31, 5.] *intoleranda libidine:* sed, quae sit antiquissima lectio, agitur. J.

Digitized by Google

miraculo nominis alii mortales ſtuperent, id ex tam alto faſtigio adſpernantis. Dona inde regulis principibusque Hispanorum divisa, et ex magna copia captorum equorum trecentos, quos vellet, eligere Indibilem juſſit. Quum Afros venderet juſſu imperatoris quaeſtor, puerum adultum inter eos forma insigni, quum audiſſet regii generis eſſe, ad Scipionem misit. quem quum percunctaretur Scipio, *quis, et cujas, et cur id aetatis in caſtris fuiſſet? Numidam eſſe*, ait, *Massivam populares vocare. orbum a patre relictum, apud maternum avum Galam, regem Numidarum, eductum, cum avunculo Masinissa, qui*

FR. GRON. *intolerabile* etiam omnes noſtri, et Oxonn. Hearnii: qua et ipsa voce Livius utitur infra 30, 35, 6. *Elephantorum fortuitus impetus atque intolerabilis vis signa sequi Romanos prohiberet.* Ceterum *Romanis intolerabile* Lov. 2.

§. 5. *Regalem animum in se esse* etc. *tacite judicarent*] Vet. lib. *taciti judicarent.* SIG. Pal. 1. *regalem animum ineſſe.* Tum sec. et tert. *taciti.* GEBH. H. Stephanus 4. Schediasm. 7. nescio quid discriminis inter *regalem* et *regium* animum videtur animadvertere. DUR. *animum ineſſe* Flor. Voſſ. Lov. 3. 4. et apud Crevier. Put. ac Victor. *regalem animum eſſe* Hav. Omnes hae voces exsulant ab Harl. Deinde *taciti* etiam Lov. 4. et Hearnii D. Reliqui servant *tacite.* Mox *usurpationem abſtinerent* Flor. et Lov. 4. quod et se in Put. inveniſſe, Gronov. in pr. ed. not. monuit. V. ad 2, 16, 9.

§. 6. *Sensere etiam barbari magnitudinem animi*] Pal. 2. *Sensere et barbari.* GEBH. V. ad 22, 47, 9. Mox *ex tam magno faſtigio* Flor. Voſſ. Lov. 1. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. quod se quoque in Put. et Victor. inveniſſe, profitetur Cl. Crevier.

§. 9. *Quem quum percunctaretur Scipio*] Pal. 2. *praecontaretur.* GEBHARD.

Numidam se eſſe ait] Vet. lib. *Numidam se lacrymans eſſe ait.* SIG. Put. Voſſ. Pall. unus, aliique meliores: *Numidam eſſe, ait, Massivam populares vocare.* Alii, *Numidam se eſſe, ait.* Nusquam *lacrimans* ab Sigonio insertum. J. FR. GRON. *lacrimans se Numidam eſſe* Lov. 2. et Hav. *Numidam eſſe se* Lov. 4. *Numidam se eſſe* Lov. 3. Harl. Ber. et Hearnii L. 1. atque N. *Numidam eſſe* Flor. Lov. 1. 5. Gaertn. et Hearnii D. Saepius pronomen *se* a Livio subintellectum ei invito obtruſiſſe librarios, supra dictum eſt ad 1, 23, 5. Exemplum mox v. ad §. 10. Deinde *Masium*, pro *Maſſivam*, Lov. 3. *Massium* Flor. Voſſ. Lov. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et edd. antt. *Massuen* Harl. *Massilium* Hav. Ma-

Digitized by Google

nuper cum equitatu subsidio Karthaginiensibus venisset,
10 *in Hispaniam trajecisse. Prohibitum propter aetatem a Masinissa, numquam ante proelium iniisse. Eo die, quo pugnatum cum Romanis esset, inscio avunculo, clam armis equoque sumto, in aciem exisse: ibi, prolapso equo effusum in praeceps, captum ab Romanis*

le. *Massiva*, Masinissae ex filio Gulussa nepos, memoratur Sallust. Jug. 35. Unde id nomen ea gente notum fuisse patet.

Orbum a patre factum] Cantabr. solus in tanto membranarum numero *orbum a patre relictum*. 1, 34, 2. *Aruns prior, quam pater, moritur, uxore gravida relicta*. 21, 41, 7. *Servus populi Romani a patre relictus*. 22, 26, 1. *Pecunia a patre relicta*. 27, 33, 7. *Duo consules, sine memorando proelio interfecti, velut orbam rempublicam reliquerant*. 39, 9, 2. *Aebutius pupillus relictus*. et c. 29, 3. *Ob has causas bellum a patre relictum*. Non potuit aliter nunc scripsisse Livius. Saltem verisimile non est. Adde notas 34, 58, 5. Immo non aliter, quam a nobis nunc restitutum, allegat haec verba Octav. Falconerius ad nummum Apamensium, ubi παρόραμα Livii, suggestum ipsi ab Alexandro Pollino, publicat in cognatione Massivae et Masinissae; utpote is, qui Masinissam nunc vocat avunculum suum, eum Masinissa agnoscit infra l. 28, [35, 8.] fratris filium. In quod videtur induxisse Livium vox Graeca ἀδελφιδοῦς, quam in hac historia adhibuit auctor Graecus, a nostro conversus. JAC GRON. *orbum a patre relictum* similiter Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Hav. Hearnii L. 1. D. scripti, quibus Doujat. ac Crevier. usi sunt, et edd. tantum non omnes: quorum omnium consensu ita edi jussi. Alterius lectionis auctor, quem se divinare non posse Crevier. fatetur, est Gruter. cujus postrema demum ed. *factum* exhibuit. Hinc constat, mirum non esse, Falcon. hunc locum ita laudasse, quemadmodum eum legendum Cl. Jac. Gronov. recte vidit: et hinc vicissim vix verisimile fit, in tanto membranarum numero, quas Gronovii excusserunt, solum cod. Cantabr. veram lectionem servasse. Locis a Gronovio adlatis adde Liv. 40, 4, 2. *In viduitate relictae filiae, singulos filios parvos habentes*. Et mox: *Apud eum plures enixa partus, parvis admodum relictis omnibus, decessit*.

Apud maternum avum Galam etc. *educatum*] Pal. 1. *eductum*. Propert. [3, 7, 51.]

Eductosque pares silvestri ex ubere reges.

GEBH. Put. et Voss. *eductum*. Ut et 21, 43, 15. *In praetorio patris, clarissimi imperatoris, prope natum, certe eductum*. J. FR. GRON. *eductum* etiam Flor. Lov. 2. et plures Crevier. quod recepi, quia ita Livius saepius loqui solitus est. V. ad 21, 43, 15. Deinde *paternum avum* Harl. quod videtur firmari ex lib. 28, 35. ubi Masinissa, qui Galae filius fuit, hunc Massivam *fratris filium* vocat. Contra obstat, quod Massiva hic Masinissam *avunculum* dicat. Sed v. Gronov. ad verba praeced. De stemmate Galae

Digitized by Google

esse. Scipio, quum adservari Numidam jussisset, quae pro tribunali agenda erant, peragit. inde, quum se in praetorium recepisset, vocatum eum interrogat, *velletne ad Masinissam reverti?* Quum, effusis gaudio lacrimis, *cupere vero*, diceret; tum puero annulum aureum, tunicam lato clavo, cum

infra v. ad 29, 31, 1. Ceterum *Gallam* Lov. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. unde postea natum est *Galbam* in Hearnii L. 1.

§. 10. *Numquam antea proelium iniisse*] *inisse* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. V. supra ad 4, 40, 6. et 6, 17, 7. Ita *isse*, pro *ivisse*, castigatur infra 28, 38, 3. Ita *abissent.* V. ad 10, 36, 3. *adissent.* V. ad 8, 2, 9. *exisse* mox hoc ipso §. (ubi unus Ber. *exiisse*) 4, 36, 4. et 10, 37, 6. *interisse.* V. ad 9, 29, 11. *perisse.* V. ad 21, 10, 11. *redisse.* V. ad 8, 26, 6. *transisse.* V. ad Ep. Liv. 103. Adde, quae notantur ad 36, 20, 3. Similes contractiones in perfectis aliorum verborum Livium amasse, vidimus ad 6, 18, 10. Paullo ante voces *propter aetatem* exsulant a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Hav.

Eo die se, quo pugnatum] Omnes Gall. et duo Pall. et Voss. desecant τὸ *se.* Et melius abesse judicamus. J. FR. GRON. Neque ego reperio pronomen in Flor. aliisve meis, praeterquam in Lov. 5. Harl. Rec. et Hav. neque Hearnius in L. 1. et N. V. ad §. 9. Ber. hoc loco quidem omittit; at mox inseruit, *se inscio avunculo.*

Armis equoque sumto] Pal. 2. *equo quoque sumto.* GEBH. V. ad 5, 27, 1. *sumtoque equo* Ber. Mox *captum a Romanis fuisse* Lov. 2.

§. 11. *Quum adservari Numidam jussisset*] *observari* Gaertn. et edd. antt. pro quo *asservari* aliquot codd. habere, monuit Pierius ad Virg. 2. Aen. 762. Eam deinde scripturam Aldus recepit. Et recte. Ita enim omnes reliqui codd.

Vocatum eum interrogat, Velletne ad Masinissam reverti] *Velle ad Masinissam* Voss. et Lov. 1. *Vellet ad Masinissam* Flor. Lov. 2. 3. et Hav. Insuper *revocatum* Flor.

§. 12. *Tunicam lato clavo, cum Hispano sagulo et aurea fibula*] Quid *latus clavus* sit, omnes intelligunt: at *tunicam lato clavo* non item. Similem locutionem invenies 30, 17, 13. de donis Masanissae missis. Nisi quis locum ita legendum putet: *tunicam cum lato clavo ac Hispano sagulo.* Sed ego non temere mutavero. GLAREAN. Varro 8. de Ling. Lat. 117. *Si quis tunicam in usu ita consuit, ut altera plagula sit angustis clavis, altera latis.* Apul. Flor. p. 346. ed. Elm. *Habebat indutui ad corpus tunicam interulam tenuissimo textu, triplici licio, purpura duplici.* Ubi *tunica duplici purpura* eodem modo dicitur, ut hic *tunica lato clavo.* Mox *militibus*, pro *equitibus*, Lov. 5. V. ad 10, 29, 10. Tum *dimittit* Lov. 4. et Harl.

§. 1. *Ut confestim Hasdrubalem consequeretur*] Legendum *persequeretur.* RHEN. Pall. tres et Vet. ed. *consequeretur.* Cur ab Rhenano mutatum sit, non vi-

Digitized by Google

Hispano sagulo et aurea fibula, equumque ornatum donat, jussisque prosequi, quoad vellet, equitibus dimisit.

1 XX. De bello inde consilium habitum. et, auctoribus quibusdam, ut confestim Hasdrubalem
2 consequeretur, anceps id ratus, ne Mago atque Hasdrubal cum eo jungerent copias, praesidio tantum ad insidendum Pyrenaeum misso, ipse reliquum aestatis recipiendis in fidem Hispaniae populis ab-
3 sumsit. Paucis post proelium factum ad Baeculam diebus, quum Scipio, rediens jam Tarraconem, saltu Castulonensi excessisset, Hasdrubal Gisgonis filius et Mago imperatores ex ulteriore

deo. In Pal. tamen 3. abest quoque *τὸ confestim*. GEBH. Pet. *prosequeretur*. Melior Pet. Put. Reg. Men. Voss. *consequeretur*. Sed abolevit Rhenanus. J. FR. GRON. *consequeretur* pariter Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et scripti apud Crevier. quod, codicibus obedienes, recepi. Solent haec verba in Mstis a librariis confundi. V. ad 36, 19, 5. 38, 23, 3. et aliis locis. *consequi* hic ponitur pro simplici sequi. Supra 24, 45, 7. *Se tamen mediam consecuturum consilii viam*. Cic. de Sen. 6. *Memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes*.

§. 2. *Ne Mago atque Hasdrubal cum eo jungerent copias*] Mur. et Gud. *ne Mago atque alter Hasdrubal*. J. FR. GRON. Similiter Lov. 3. 4. 5. Harl. et Brancal. Latinii. Infra hoc cap. *Inter Hasdrubalem alterum et Magonem conflabat*. Deinde *Hasdrubal jungerent* Lov. 3. *Hasdrubal conjungerent* Hafn. *Hasdrubal cum eo conjungerent* Lov. 2.

Praesidio tantum ad insidendum Pyrenaeum misso] Polyb. [10, 37.] Ἐπὶ δὲ τὰς ὑπερβολὰς τῶν Πυρηναίων ὀρέων ἐξαπέστειλε τοὺς τηρήσοντας τὸν Ἀσδρούβαν. SIGON.

§. 3. *Cum Scipio, rediens jam Tarraconem, saltu Castulonensi excessisset*] Vet. lib. *cum Scipio, rediens Tarraconem, saltu Castulonensi jam excessisset*. Polyb. [ibid.] ἀνεχώρησε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Ταρακῶνα ἐν τούτοις τοῖς τόποις ποιεῖσθαι τὴν παραχειμασίαν. SIG. In Pal. 3. verba hoc ordine fluunt. *Paucis post ad Baetulam diebus proelium factum, cum Scipio, rediens Tarraconem, saltu Castulonensi jam excessisset*. GEBH. Vet. lib. Sigonii adsentitur Hearnii D. Sed omnes mei vulgatum ordinem servant, nisi quod *jam rediens Tarraconem* sit in Hav. Tum *saltum Castulonensem excessisset* Lov. 3. de qua locutione v. ad 2, 37, 8. alii tamen codd. vulgatum tuentur. Ceterum Doujat. hic, et

Digitized by Google

Hispania ad Hasdrubalem venere, serum post male gestam rem auxilium; consilio in cetera exsequenda belli haud parum opportuni. Ibi conferentibus, quid in cujusque provinciae regione animorum Hispanis esset, unus Hasdrubal Gisgonis, ultimam Hispaniae oram, quae ad oceanum et Gades vergit, ignaram adhuc Romanorum esse, eoque Karthaginiensibus satis fidam, censebat. Inter Hasdrubalem alterum et Magonem constabat, *beneficiis Scipionis occupatos omnium animos publice privatimque esse: nec transitionibus finem ante fore, quam omnes Hispani milites aut in ultima Hispaniae amoti, aut traducti in Galliam forent. Itaque, etiamsi senatus Karthaginiensium non censuisset, eun-*

ad c. 18. *saltu Castellanensi* legendum existimat, a Castellanis Hispaniae populo, Ausetanis vicino, de quo vide Marcam in Marc. Hisp. 2, 21. V. ad c. 19, 1. Paullo ante *Betulam* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Rec. et Gaertn. *Besulam* Ber. et Hav. *Bessulam* Lov. 2. *Baeculam* Flor. V. ad c. 18, 1.

Hasdrubal Gisgonis filius] *Tó filius* eleganti Hellenismo abest a Pall. 3. GEBH. Ita mox, *Unus Hasdrubal Gisgonis ultimam Hispaniae oram satis fidam censebat.* V. ad 28, 12, 13. Omnes tamen mei vocem illam hic defendunt.

§. 5. *Nec transitionis finem ante fore*] Pal. 1. et vet. ed. *nec transitionibus fore ante finem.* sec. ac tert. *nec transitionibus finem ante fore.* GEBH. Constanter omnes Gall. Pall. Voss. ut et priscae edd. *transitionibus.* J. FR. GRON. *transitionibus* etiam omnes mei, Oxonn. Hearnii, et edd. antt. Primus Curio ejus loco edidit *transitionis.* De locutione *finis transitionibus* v. ad 2, 30, 9. Tum *fore aute finem* Voss. Lov. quinque, Harlej. Ber. Gaertner. Hav. et edd. priscae. Paullo ante *beneficio Scipionis* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Sed ambae hae voces desunt in Hearnii D.

In ultima Hispaniae amoti] Vetus habet *moti.* RHEN. *amoti* Pal. 1. et vet. ed. Reliqui duo codd. *moti,* quod Rhenanus quoque secutus est. Nescio, an recte. GEBHARD. *moti* etiam Lov. 4. Male. Optimi enim et numero plures stant pro altero. Dictum autem est ea forma, qua *avertere in se* 6, 23, 8. ubi plura vide.

§. 6 *Ubi belli caput et rerum summa esset*] Gall. *ubi belli caput rerumque summa.* J. FR. GRONOV. *belli caput, rerum summa* Voss. Lov. 1. et Hav. *belli caput, belli summa* Lov. 2. *belli caput rerum summaque* Lov. 3. *belli caput rerumque summa* Harlej. et Hearnii L. 1. ac D. Reliqui *et rerum summa* tuentur.

Simul et Hispanos omnes] Scri-

Digitized by Google

dum tamen Hasdrubali fuisse in Italiam, ubi belli caput rerumque summa esset; simul, ut Hispanos omnes
7 *procul ab nomine Scipionis ex Hispania abduceret. exercitum ejus, cum transitionibus, tum adverso proelio inminutum, Hispanis repleri militibus. Et Magonem, Hasdrubali Gisgonis filio tradito exercitu, ipsum cum grandi pecunia ad conducenda mercede auxilia in Ba-*
8 *liares trajicere. Hasdrubalem Gisgonis cum exercitu penitus in Lusitaniam abire, nec cum Romanis manus conserere. Masinissae ex omni equitatu, quod roboris esset, tria millia equitum expleri; eumque vagum per*

psimus *ut* pro *et*, *simul ut Hispanos*. RHEN. *simul et* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 7. *Hispaniae repleri militibus*] Scripti et vett. edd. *Hispanis repleri militibus*. J. FR. GRONOV. *Hispanis* etiam omnes mei. Primus Gruter. *Hispaniae* perperam edidit. Tum *repletum* Hearnii D. Male. *repleri* nempe oportere; quod inclusum latet in praecedenti *eundum*, ut Crevier. ad hunc locum docuit. Paullo ante *tum transitionibus* Voss. Lov. 2. 3. 4. Ber. et edd. vett. V. ad 6, 23, 3.

§. 8. *Nec cum Romanis manus conserere*] In scripto libro legitur *nec cum Romano*, subaudi *exercitu*, quemadmodum et nos mutavimus. RHEN. Ita et Hearnii D. quod a Rhenano contextui Livii insertum Gronovius iterum ejecit, prisca lectione revocata, quam omnes codd. ut veram firmant. Vox *manus* perperam deest in Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Mox *tria equitum millia* Ber. Sed vox *equitum* deest in Lov. 4. Tum *vacuum*, pro *vagum*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. Hafn. et Hav. V. ad c. 16, 4. Tandem *quae statuerunt, duces digressi* Ber. Gaertn. et edd. antt. *quae statuerant*, *digressi* Lov. 2. 3. Voss. et Hav.

§. 9. *Fabio Tarentum captum ingenio magis, quam virtute*] Reposuimus *astu magis*, *quam virtute*. Demiror, quid castigatori in mentem venerit, ut hic aliam vocem supponeret. *Astus* est, quem in hominibus damnamus. RHEN. Ad arbitrium Rhenani haec quoque ita concepta sunt in Pal. 2. et 3. alias 1. et vet. ed. *captum ingenio magis*, *quam virtute*. GEBH. Men. et Pal. *captum ingenio magis*, *quam virtute*. quae Andreae Aldinaeque est, et omnium ante Rhenanum. Regius, aliique meliores *captum magis*, omissa voce *astu*. Put. *captum magis quam*. Scribe, *Fabio Tarentum captum astu*, *quam virtute*. Et intellige *magis*. J. FR. GRON. *captum ingenio magis* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertner. Hav. Brancal. Latinii, Colbert. Doujatii, et Hearnii Oxonn. *captum magis*, media voce omissa, Flor. *captum astu magis*, ut Rhenanus voluit, Doujatii Reg. In-

Digitized by Google

citeriorem Hispaniam sociis opem ferre, hostium oppida atque agros populari. his decretis, ad exsequenda, quae statuerant, duces digressi. Haec eo anno in Hispania acta. Romae fama Scipionis in dies crescere. Fabio Tarentum captum astu magis, quam virtute, gloriae tamen esse. Fulvii senescere fama. Marcellus etiam adverso rumore esse, super quam quod primo male pugnaverat, quia, vagante per Italiam Hannibale, media aestate Venusiam in tecta milites abduxisset. Inimicus erat ei C. Publicius Bibulus tribunus plebis. Is jam a prima pugna,

fra 42, 47, 5. *Nec ut astu magis, quam vera virtute gloriarentur.* Si cum Gronov. ex vestigiis Put. *τὸ magis* delendum erit, eam vocem, aut alias ejusdem potestatis, Livium omittere solere, videbimus ad 34, 49, 10.

§. 10. *Marcellus etiam adverso rumore esse*] Pal. 1. *Marcellus adverso rumore.* Mox Pall. 2. ac 3. *quia pervagante Italiam Annibale.* GEBH. *Marcellus adverso rumore* Lov. 4. *Marcellus in adverso rumore* Harl. Tum *pervagante Italiam Hannibale* Rec.

Media aestate Venusiam in tecta milites abduxisset] Hic *tecta* legunt omnes, propterea quod sequitur, *bis casum exercitum ejus aestiva Venusiae sub tectis agere.* Exemplar Mstum habet *in texta.* Proinde malim legere *in stativa.* Quemadmodum de Nerone consule dicit circa finem hujus libri [c. 50, 1.] *Citatiore, quam inde venerat, agmine, die sexto ad stativa sua atque ad hostem pervenit.* RHEN. Plut. *Sinuessam* edit pro *Venusia* [in Marc. p. 313.] Ἀλλὰ κατὰ σχολὴν εἰς Καμπανίαν ἀνέζευξεν, καὶ τὸ θέρος ἐν Σινοέσσῃ διῆγεν, ἀναλαμβάνων τοὺς στρατιώτας. SIG. Pall. 2. et 3. *in tecta milites adduxisset.* Quem locum improbe contaminans Rhenanus supposuit *in stativa.* GEBH. *Venusia in tecta* Voss. *Venusina in tecta* Lov. 5. Recte Rhenani emendationem inprobat Gebhard. quod enim *in texta* invenerit in cod. suo, adscribendum erat aberrationi librariorum, qui *tecta* et *texta* saepe confuderunt. V. ad 35, 27, 3. *tecta* defenditur ex cap. seq. §. 3. Deinde *adduxit* Hav. *adduxisset* Lov. 3. a m. 2. Lov. 4. et Hav. Et hoc male. V. ad c. 29, 1.

§. 11. *Inimicus erat ei C. Publicius Bibulus tribunus plebis*] Plut. [p. 314.] Οἱ δὲ ἐχθροὶ Πουβλίκιον Βίβλον ἕνα τῶν δημάρχων ἀνέησαν ἐπὶ τὴν κατηγορίαν αὐτοῦ. SIG. Lapides Capitolini *Poblicius.* SIG. Omnes mei *Publicius.* V. ad 22, 53, 2. *Inimicus erat ei P. Bibulus* Hearnii L. 1. *Τὸ ei* deest in Harl. ejus loco *et* praeferunt Voss. Lov. 2. et Hav. Mox *invisumque plebei*, pro *plebi*, Gronov. edidit; quod probant Flor. et quidam alii. V. ad 2, 42, 2. Adde ad 8, 12, 12. c. 28, 1. et viros doctos ad Suet. Tib. 27.

Digitized by Google

quae adversa fuerat, assiduis concionibus infamem invisumque plebei Claudium fecerat, et jam de im-
12 perio abrogando ejus agebat: quum tamen necessarii Claudii obtinuerunt, ut, relicto Venusiae legato, Marcellus Romam rediret ad purganda ea,

Et jam de imperio abrogando ejus agebat] Ipse positus pronominis ostendit, hic quoque *ei* scriptum ab Livio fuisse: non modo mox, ubi vidit monuitque Sigonius scribendum: *de imperio ei abrogando*, etsi *ejus* omnes libri. J. FR. GRON. *abrogare imperium alicui* supra est 1, 59, 11. *Multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret.* 33, 16, 5. *Ut Zeuxidae praetori imperium abrogaretur.* Epit. Liv. 67. *Caepionis damnati bona publicata sunt, imperiumque ei abrogatum.* Similiter *prorogare alicui imperium* 32, 28, 9. et 33, 25, 11. *abolere alicui magistratum* 3, 38, 7. Verum et alterum *abrogare imperium alicujus* supra est 22, 25, 10. *Audacciter se laturum fuisse de abrogando Q. Fabii imperio.* ubi alia exempla laudat Cel. Dukerus. 27, 21, 4. *Ut non rogatio solum de imperio ejus abrogando antiquaretur.* Cic. 2. ad Q. Fratr. 3. *Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abrogando.* Hinc probare nequeo, Sigonium invitis Mstis omnibus, illam locutionem mutare conatum esse §. seq. hic vero ad idem tentandum non nihil juris Gronov. dedisse videtur, ut ipse docet, pronominis positus: licet tamen ordine mutato *imperio ejus abrogando* praeferant Lov. 2. et Gaertn. Voculam *jam* ignorant Lov. 1. 5. et Ber. *etiam de imperio* scribunt Lov. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Hav. et prisci typis descripti. Tum *abrogando* Harl. et Lov. 5.

§. 12. *Quum tamen necessarii Claudii obtinuerunt*] Vet. lib. *tum tamen.* SIG. Sigonius *tum tamen.* Voss. *cum tam.* Gud. *cum tamen.* Forte *cunctanter necessarii.* 1, 36, 4. *Tum illum haud cunctanter discidisse cotem.* J. FR. GRON. *tum tamen* Lov. 3. 4. 5. Harl. et Gaertner. sollemni scribarum errore. V. ad Epit. Liv. 48. circa fin. Errori eorum etiam adscribendum est, quod legant *cum tam.* V. ad 22, 59, 13. *quod tamen* Hav. V. ad 30, 12, 7. *cum tandem* Lov. 2. V. ad 22, 2, 11. Nihil mutandum videtur. *obtinuerant*, omissa sequenti vocula *ut*, Flor. et Harl. Ea autem intercepta est ab ultimis literis prioris vocis. V. ad 37, 24, 13.

Marcellus Romam rediret] Ex fide vetusti cod. scripsimus hic *veniret*, pro *rediret.* RHEN. Pal. pr. et ant. ed. *Romam rediret.* sec. *Romam redierat.* Solus tert. adstat Rhenani injuncto in textum *veniret.* GEBH. *veniret* Harl. in margine, et Hearnii D. cujus a Rhenano admissi loco prius *rediret* revocavit Gronov. consentientibus reliquis meis, nisi quod *rediit* sit in Hav.

Ad purganda ea, quae inimici objicerent] Put. Reg. Pet. melior, Men. Pal. Voss. Andreas, *quae inimici decernerent.* Non temere est, neque ausim improbare. Significat sententias in senatu iniquas, quibus lacerabatur absens Marcellus. Ascon. in or. Cic. de toga candida, ad illa verba: *Nec se jam tum respexit, quum gravissimis vestris decretis absens notatus est. Catilina ex praetura A-*

Digitized by Google

quae inimici decernerent: nec de imperio ejus abrogando, absente ipso, ageretur. Forte sub idem tempus et Marcellus ad deprecandam ignominiam, et Q. Fulvius consul comitiorum caussa Romam venit.

fricam provinciam obtinuit, quam quum graviter vexasset, legati Afri in senatu jam tum absente illo questi sunt, multaeque graves sententiae in senatu de eo dictae sunt. Noster 29, [19, 3.] *Non Pleminius modo, sed etiam Scipio principum orationibus lacerari.* Est autem sententiae *decernere* etiam sine effectu. Cic. 1. Famil. 1. *Hortensii et Luculli et mea sententia tibi decernit, ut regem reducas.* 3. de Legib. [19.] *Ex Crassi sententia, quam est secutus senatus, cum decrevisset.* etc. Noster 30, [7, 6.] *E tribus una de pace legatos ad Scipionem decernebat, altera Annibalem revocabat, tertia reparandum exercitum, Syphacemque orandum, ne bello absisteret, censebat: haec sententia vicit.* Appul. Apol. [p. 282. ed. Elm.] *Quoniam, ut res est, majus periculum decernis, speculum philosopho, quam Cereris mundum profano, videre.* Neque offendat quemquam illa ἀκυρολογία, *ad purganda, quae decernerent:* quum non, quae decernerentur, sed crimina, ob quae decernerentur, essent purganda. Nam ejusmodi est illud Cic. 1. ad Att. 13. *Vereor, ne hoc, quod infectum est, serpiat longius.* Videlicet locus macula inquinatus non ipse serpit, sed macula vicina corripiendo. Suet. Vesp. [8.] *Ruderibus purgandis manus primus admovit.* At locus purgabatur proprie, ruderibus seu reliquiis prioris delubri in paludes avectis, ut in eadem re Tacit. Martial. 4, [37.]

Quotidianam refice nauseam nummis.

Neque enim nausea reficitur, sed is, qui a nausea curatur. Tale est Catull. [25.]

Inusta tibi turpiter flagella conscribillent.

Ubi Scaliger: *inurere notam* recta Latinitas patitur: concedam etiam *inurere plagam*, et *urere flagris:* at *inurere flagra* ne infimae quidem vetustatis scriptores unquam dixerunt. Nos tamen illum falli putamus: immo hoc genus optimis scriptoribus usurpatum ad Statium in Diatribe [c. 34.] et Elencho [c. 5.] demonstravimus. J. FR. GRON. Vulgatum *objicerent*, vel *obicerent*, servant Lov. 3. 5. Rec. Doujatii Reg. et Hearnii D. Reliqui mei cum Doujatii Colbert. et Hearnii L. 1. ac N. *decernerent*, quod recte Gronov. probat, et ad 44, 35, 5. exponit, decernenda censerent. Eodem sensu *notantibus* infra c. 25, 3. viri docti exponunt, notandum censentibus. ubi alia vide. Eadem autem, quae hoc loco, ἀκυρολογία in eodem verbo *purgare* etiam infra obcurrit 34, 5, 11. *Nec mihi caussas aequare propositum est. Nihil novi factum purgare satis est.* pro ostendendo, nihil novi factum esse, purgare crimina, quae objicitis. Male *ad inpugnanda ea* Gaertn.

Nec ab imperio ejus abrogando] Vet. lib. *nec de imperio ejus.* Malim tamen *ei.* Nam *abrogare alteri imperium* dicitur, *et magistratum.* SIG. V. ad §. praec. *ab imperio* operarum errore tantum vidi in edd. Basil. anni 1554. et 1555.

Digitized by Google

1 XXI. Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio est, ingenti concursu plebisque et omnium
2 ordinum. Accusavitque tribunus plebis, non Marcellum modo, sed omnem nobilitatem. *Fraude eorum et cunctatione fieri, ut Hannibal decimum jam annum Italiam provinciam habeat: diutius ibi, quam*
3 *Karthagine, vixerit. Habere fructum imperii prorogati Marcello populum Romanum: bis caesum exerci-*

ejus servant omnes membranae, quibus utor.

Absente ipso, agerent] Ex fide vetusti cod. scripsimus *absente ipso ageretur*. RHEN. Soli Ber. et Lov. 1. priorem lectionem servant. Reliqui Rhenano adsentiuntur.

§. 13. *Ad deprecandam ignominiam*] *depurgandam* Hearnii L. 1. Mox Fulvii praenomen *Q.* non adparet in Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et omnibus ante Aldum excusis.

§. 1. *Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio est, ingenti concursu plebisque*] Plut. [in Marc. p. 314.] τοῦ δήμου συνελθόντος εἰς τὸν Φλαμίνιον ἱππόδρομον. SIG. *cum ingenti concursu* Hearnii L. 1. Deinde *plebis omniumque ordinum* Ber. a m. 2. *plebis et omnium ordinum* Harl. Male. V. ad 10, 30, 2. *plebisque et omni vi ordinum* Flor. Lov. 2. et Hav.

§. 2. *Accusavitque tribunus plebis*] Ex fide vetusti cod. scripsimus *Accusavit tribunus*, et *diutius ibi*. RHEN. Pall. tres, et vet. ed. *Accusavitque*. GEBH. Omnes Gall. et Pall. *Accusavitque*. Et sic maneat, licet aliter placitum Beato. J. FR. GRON. Omnes etiam mei *Accusavitque*, nisi quod *Accusat tribunus* sit in solo Gaertn. Mox *decimum annum*, omissa media vocula, Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. et Hav. Insuper *diutiusque ibi* primus edidit Ascens. anno 1513. sed *diutius ibi*, ut antea vulgabatur, et Rhenanus revocavit, omnes mei.

§. 4. *De imperio ejus abrogando*] Pal. 2. *obrogando*. Sic paullo ante [c. 20, 11.] *De imperio ejus abrogando*. ubi tamen Sigonius mavult *de imperio ei abrogando*. GEBHARDUS.

§. 5. *P. Licinius Crassus Dives pontifex maximus*] Favet huic lectioni prisca ed. At Pal. pr. *Crassus Diverso*. sec. *Crassus Druso*. tert. τὸ *Dives* omnino omittit. GEBH. Put. Reg. Mon. Pal. Voss. *P. Licinius Crassus diverso pontifex*. Alter Pal. *P. Licinius Crassus Druso*. Tertius controversum vocabulum omnino omittit. Sed haec ludibria librariorum sunt. J. FR. GRON. *Dives* rectum est. Dio in Excerpt. Peiresc. p. 604. de eo ἀφ' οὗ (πλούτου) καὶ Πλούσιος ἐπωνομάσθη. Adde Livium 30, 1. Qui locus sine caussa suspectus est Pighio in Ann. ad ann. ɔɔxxxv. DUK. *P. Licinius Arasus Crassus diverso pontifex* Flor. et Lov. 2. *P. Licinius crassus. Crassus diverso pontifex* Hav. *P. Licinius Crassus diverso pontifex* Lov. 4. *P. Licinius Crassus dim pontifex* Harl. *P. Licinius Crassus pontifex* Lov. 1. Gronov. prima ed. not. dubitabat, an jam illo tempore Crassis cognomen *Dives*

Digitized by Google

tum ejus aestiva Venusiae sub tectis agere. Hanc tri- 4
buni orationem ita obruit Marcellus commemoratione rerum suarum, ut non rogatio solum de imperio ejus abrogando antiquaretur, sed postero die consulem eum ingenti consensu centuriae omnes crearent. Additur collega T. Quinctius Crispinus, 5
qui tum praetor erat. Postero die praetores creati P. Licinius Crassus Dives, pontifex maximus, P. Li-

fuerit, quemadmodum postea fuit. Cogitari itaque posse putabat *Dorsuo*, vel *Dorso*, quod ab habitu corporis nonnullis additum est. Saepius hujus Licinii Crassi mentio apud Liv. obcurrit. Verum quemadmodum nec *Divitis*, ita nec *Dorsuonis*, vel *Dorsonis* ipsi cognomen additur. In posteriori tamen ed. hanc suspicionem Gronov. recte induxit, veriora, ut videtur, edoctus a Ruperto in epist. ad Reines. p. 604. Misere discerptum hunc locum ita exhibet Hearnii L. 1. *P. Licinius Varus, S. Julius Crassus pontifex maximus, P. Licinius Varus, S. Julius Claudius Caesar. Comitiorum* etc.

Sex. Julius Caesar] Hunc primum *Caesarem* in historia Romana memorari, adnotat Graevius ad Suet. Caes. 1. Qui jam ante hunc, Claudium Caecum *Caesarem* dictum fuisse tradiderunt, refelluntur a Ruperto ad Reines. epist. 48. p. 425. DUKER.

Q. Claudius Flamen] Vet. lib. *Q. Claudius Flaminius*. Suspicor *Flaminius* legendum, eumque esse, de quo priore lib. [c. 23, 8.] dixit: *C. Claudius flamen Dialis, quod exta perperam dederat, flaminio abiit*, atque inde cognomen invenisse, quod Quintii etiam tulerunt. SIG. *Tò Flamen* omnes libri respuunt. Sigonii liber *Flaminius*, ut et infra c. 22. Pall. duo cum vet. ed. ingesserant; unde ille conjecit *Flaminius*. GEBH. Sine cognomine *Q. Claudius* omnes Gall. Pall. Voss. tenent, omisso τοῦ *Flamen*. Seq. tamen cap. etiam libri nostri *Q. Claudio Flamini*, aut *Flaminio*. Sigonius vult esse *Flaminius*, quia flaminem Dialem fuisse suspicatur. Sed Quintii non patiuntur, suum hoc proprium cognomen cum Claudiis communicari. Neque haec ratio est conveniens, quod quis flamen fuerit, ideo dici *Flaminium*. Sed hoc potest colligi, qui *Flamen* dictus fuit, eum posteros relinquere *Flaminios*, ut *Corvus* reliquit *Corvinos*. Retineo igitur cum libris *Flamini*. Etenim si *Sacerdotes* quidam proprio nomine dicti, si *Curiones*, cur non etiam *Flamines*. Buslid. Andreas et Aldini *Flaminium* appellant. J. FR. GRON. Praenomen deest in Lov. 3. Hav. et Hearnii N. cognomen in Flor. Cant. Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et iis, quibus Doujatius usus est. Neque id etiam adparet in edd. priscis. *Flaminius* vocatur in Lov. 2. *Flaminius* in Lov. 1. ut et in margine Voss. capite etiam seq. *Flaminio* plerique, ut videbimus, codices. Quo minus is esse possit, quem putat Sigon. obstat diversum utriusque praenomen. Claudius enim flamen Dialis *Caji*, at hic praetor *Quinci* praenomina habuerunt.

Digitized by Google

cinius Varus, Sex. Julius Caesar, Q. Claudius Fla-
6 men. Comitiorum ipsorum diebus sollicita civitas de Etruriae defectione fuit. Principium ejus rei ab Arretinis fieri, C. Calpurnius scripserat, qui eam
7 provinciam pro praetore obtinebat. Itaque confestim eo missus Marcellus, consul designatus, qui rem inspiceret, ac, si digna videretur, exercitu adcito, bellum ex Apulia in Etruriam transferret. Eo metu
8 compressi Etrusci quieverunt. Tarentinorum legatis pacem petentibus cum libertate ac legibus suis

Contra Pighius in Ann. ad ann. DXXXV. p. 151. emendat *Flaminianus:* existimat enim, fuisse Q. Claudium, qui in tribunatu plebis legem tulit, ne quis senator, quive senatoris pater fuisset, maritimam navem, quae plus, quam trecentarum amphorarum esset, haberet, ut Livius refert 21, 63, 3. Quum autem, ut addit Livius, eam tulerit uno Patrum adjuvante C. Flaminio, hinc conjicit, eum post legem latam per irrisum cognominatum esse *Flaminianum* ab hoc Flaminio legis suasore, qui ipsius, tamquam filii adoptivi, patrocinium suscepisse videbatur: praeterea quum tulerit legem, adversante senatu, hinc factum putat, ut, factione senatus diu in honorum cursu retentus, nunc demum, decimo post tribunatum anno, praeturam adipiscatur. V. eumdem Pighium ad ann. DXXX. p. 125. Doujatius ad cap. seq. opinatur, ortum fuisse ex gente Flaminia, et adoptione transiisse in gentem Claudiorum, indeque ei *Flaminini* cognomen adhaesisse. Verum ita *Flaminianus* dicendus fuisset.

§. 6. *Qui eam provinciam proprætor obtinebat*] Voss. per notas ꝓpr vocem *proprætor* exhibet, sed in margine additum *pretore*. Gud. *propractore*. J. FR. GRON. *propr. obtinebat* Flor. *pro p. Ro. obtinebat* Gaertn. *pro populo Romano obtinebat* Lov. 3. 4. *praetore obtinebat* Hearnii D. *pro praetore obtinebat* Lov. 1. et unus Crevier. V. ad 23, 30, 19. Paullo ante *a Tarentinis fieri*, pro *ab Arretinis*, Lov. 4. *ab Tarentinis fieri* Hav. Hinc *Cn. Calpurnius* Lov. 3. et Gaertn. *P. Calpurnius* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Sed *C. Calpurnius* supra vocatur cap. 7, 10.

§. 7. *Itaque confestim eo missus*] Cantabr. *Atque*. Reputa, utrum pro scribae ludibrio habendum, an apponendum illis, quae notata sunt 26, 39, 16. JAC. GRON. Prius verius esse credo. *Atque* hic non potest locum habere, nisi *confestim* pro glossa habeatur: nam *atque* hac significatione non solet jungi cum *confestim*, vel aliis ἰσοδυνάμοις. De hoc usu τοῦ *atque* multi egerunt. V. J. Fr. Gronov. ad Gell. 3, 7. Graev. ad Cic. 3. Catil. 2. et quos laudant Phil. Carol. ad Gell. 10, 29. et Burm. ad Phaedri 1, 16. DUK. *Atque confestim* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Hav. Hearnii L. 1. et quatuor Crevier. qui notat, eam

Digitized by Google

responsum ab senatu est, ut redirent, quum Fabius consul Romam venisset. Ludi et Romani et plebeji eo anno in singulos dies instaurati. Aediles curules fuere L. Cornelius Caudinus et Ser. Sulpicius Galba: plebeji C. Servilius et Q. Caecilius Metellus. Servilium negabant jure aut tribunum plebis fuisse, aut aedilem esse; quod patrem ejus, quem triumvirum agrarium occisum a Bojis circa Mutinam esse opinio per decem annos fuerat, vivere, atque in hostium potestate esse, satis constabat.

vocem antiquos in re subita usurpasse; de qua ejus significatione v. etiam Cel. Burm. ad Virg. 1. Georg. 203. Eo tamen sensu hic accipi non posse, sed potius pro librariorum ludibrio habendam esse, optime Cel. Duker. monuit. Solitos autem fuisse scribas voces *Itaque* et *Atque* in codd. confundere, infra videbimus ad 40, 12, 2.

§. 9. *Singulos dies instaurati*] Vet. lib. *in singulos dies*. Sic enim semper alibi loquitur. non est opus exemplis. SIG. Pal. 2. *in singulos dies restaurati*. Quod adeo barbarum et abhorrens Latinis auribus non est, ut existimant quidam ludi magistri. Utuntur eo melioris notae scriptores. Justin. 20, 5. *Ita pacta societate, et auxiliis Gallorum auctus, bellum velut ex integro restaurat*. Tacit. Ann. 3, 72. *Eo quod nemo e familia restaurando sufficeret*. 4, 43. *Segestani eadem Veneris* etc. *restaurari postulavere*. GEBH. *in singulos dies* etiam omnes nostri. Sigonio itaque eam lectionem recipienti adsentior, non vero, quum addat, Livium *sic semper alibi loqui*. Interdum enim et aliter locutus est. Supra c. 6, 19. *Ludos Romanos diem unum instaurarunt*. 29, 38, 8. *Ludi Romani biduum instaurati*. 30, 26, 11. *Ludi Romani diem unum, plebeji ter toti instaurati*. 31, 50, 2. *Ludos Romanos magno adparatu fecerunt: diem unum instaurarunt*. 39, 7, 10. *Plebeji ludi diem unum instaurati sunt*. Deinde *restaurati* etiam Lov. 2. Verum, Tacitum et Justinum aliosque posteriores eo usos esse, quemadmodum non nego, ita contra, non esse aevi Liviani verbum, fortiter adfirmare haud dubito.

L. Cornelius Caudinus] Pal. 1. *Gaudinus*. reliqui *Claudius*. GEBHARD. Cornelii praenomen deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. in cujus L. 1. *C. Cornelius* vocatur. Deinde *Gaudinus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. *Claudinus* Lov. 4. et Gaertn. *Claudius* Lov. 5. Rec. et edd. antt. *Gaudius* Hearnii N. *Caridius* Lov. 3. *Caudinus* recte edidit Froben. anno 1535. V. ad 9, 15, 9. et 26, 48, 9. Mox Sulpicii praenomen *Ser.* deest in Hearnii L. 1. Deinde *plebei* (vel *plebeo*) *C. Servilia*. (vel *Servilius*.) *Servilium*, reliquis omissis, Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *Caecilius* deest in Harl.

§. 10. *Occisum a Bojis*] V. Liv. 21, 25, 3. et 30, 19, 7. DUK. oc-

1 XXII. Undecimo anno Punici belli consulatum inierunt M. Marcellus quintum (ut numeretur consulatus, quem vitio creatus non gessit) et T. Quin-
2 ctius Crispinus. Utrisque consulibus Italia decreta provincia est, et duo consulares prioris anni exercitus: tertius tum erat Venusiae, cui M. Marcellus praefuerat. ita ut ex tribus eligerent duo, quos vellent; tertius ei traderetur, cui Tarentum et Sal-
3 lentini provincia evenisset. Ceterae provinciae ita divi-

eisum a Bolis Flor. et Voss. *occisum ab incolis* Hafn.

§. 1. *Quem vitio creatus non gessit) et T. Quinctius Crispinus*] *quem vivo creatus non cessit* Flor. et Voss. *vivo creatus* etiam Lov. 1. *nuncio creatus* Gaertn. *juro creatus* Hav. *non cessit* etiam Lov. 2. V. ad 37, 52, 3. Deinde Crispini praenomen exsulat a Flor. Voss. Lov. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et antt. edd. praenomen et nomen a Lov. 1.

§. 2. *Utrisque consulibus Italia*] Scripsimus *Utrique consulum*. RHEN. Pall. 1. et 2. *Utrisque consulibus*. GEBH. Ita et Flor. Voss. Cant. Lov. 2. 3. Harl. et Hav. quorum auctoritate id Livio reddidi; eum autem interdum ita locutum esse, videbimus ad 37, 16, 6.

Et duo consulares prioris anni exercitus] Scripsimus *et duo consulum prioris anni exercitus*, pro *consulares*. RHEN. Pal. 2. nec non antiq. ed. *et duo consulares*. GEBH. Voci *consulum* lineolam pater subduxit. Opinor, quia non admodum decens est illa hujus vocis repentina iteratio, placuisse ei Vossiani codicis scripturam *duo consulares prioris anni exercitus*. JAC. GRON. Non eadem mihi caussa est rejiciendi emendationem Rhenani, qui in praec. pro *consulum* revocavi *consulibus*; et tamen hic quoque *duo consulares* restitui. Ita enim, praeter Voss. a Gronovio laudatum, Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. et tres codd. Crevier. *duo consules* Doujatii Colbert. Plerique reliqui, et nominatim Flor. per notam *duo cons.* quod quomodo integre proferendum foret, librarii ignorarunt. V. ad Epit. Liv. 58. Mox *Venusiae tum erat* Flor. Hinc Marcelli praenomen *M.* omittunt Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D. Id tamen intercepisse potest prima vocis sequentis litera. V. ad 40, 34, 1. Tandem *eligerent duo, quos vellent* Flor. quod se etiam in Put. invenisse, Crevier. monuit: unde etiam recepi. V. ad 35, 21, 5.

Cui Tarentum et Salentini provincia evenisset] Pal. 3. *obvenisset*. GEBH. *et Salentina provincia* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. *in Salentina provincia* Brancal. Latinii. Male. V. ad 5, 12, 6. *Sallentini provincia* Flor. quod probavi. V. ad ad 9, 42, 4. *obvenisset* inlustravi ad 9, 31, 1. Sed in vulgatum *evenisset* conspirant omnes mei. V. ad 5, 12, 6.

Digitized by Google

divisae praetoribus. P. Licinio Varo urbana, P. Licinio Crasso pontifici maximo peregrina, et quo senatus censuisset: Sex. Julio Caesari Sicilia, Q. Claudio Flamini Tarentum. Prorogatum imperium 4
in annum est Q. Fulvio Flacco, ut provinciam Capuam, quae T. Quinctii praetoris fuerat, cum una legione obtineret. prorogatum et C. Hostilio Tubulo est, ut pro praetore in Etruriam ad duas legiones succederet C. Calpurnio: prorogatum et L. Veturio 5
Philoni est, ut pro praetore Galliam eamdem pro-

§. 3. *Et quae senatus censuisset*] Videtur ex aeque mendosa cod. scripti lectione legendum *ex quo senatus censuisset*. RHEN. Rhenanus *ex quo* emendandum censet. Vet. ed. oggerit *et quae senatus*. GEBH. Operarum errore in Rhenani adnotatione editum puto *ex quo*, pro *et quo*; nam posterius illud Froben. anno 1535. expressit, quae ed. ad mentem Rhenani emendata est. Similiter etiam omnes mei legunt. Paullo ante *Varo urbana sors* Lov. 1. et Voss. in margine. At tuto vox *sors* abesse potest, pro glossemate hic habenda. V. ad c. 36, 11. Voces *Varo urbana*, *P. Licinio* desunt in Lov. 2. Hav. et Hearnii N. voces *P. Licinio* in Hearnii D. Mox in sequentibus *Flaminio* Flor. a m. 1. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. anni 1535. V. ad c. 21, 5.

§. 4. *In qua et T. Quinctius praetor fuerat*] Auctoritatem secuti Msti voluminis hanc clausulam depravatam sic restituimus, *quae T. Quintii praetoris fuerat*. RHEN. Sic restituisse se ait Rhenanus ex illa lectione *in qua et T. Quintius praetor fuerat*. quam continet quoque princeps editio. Pall. tres vero *qua Titus* (pro *Titus* pr. habet *et*) *Quintius praetor fuerat*. GEBH. Emendationem Rhenani probant Flor. et quidam alii. Reliqui vel lectionem, quae vulgo ante Rhenanum exstabat, vel in paucis apicibus differentem perperam exhibent.

Prorogatum et C. Hostilio Tubulo est] Hinc valide disputat Gruchius in Resp. ad poster. Sigonii disput. c. 5. *imperium in magistratu insitum fuisse*. Nam Hostilius prior anno jurisdictionem urbanam sortitus fuerat, c. 7. neque ullam partem imperii militaris attigerat. Unde consequens est, non potuisse ei imperium *prorogari*, nisi id jam ante habuisset. Loca Livii de Calpurnio, e quibus idem conficit, sunt 25, 41. et 26, 28. DUKER.

Ut proprætor in Etruriam ad duas legiones succederet] *propr. in Etruriam* Flor. *pro p. Re. in Etruriam* Gaertn. *pro praetore in Etruriam* Lov. 3. Harl. Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Omnes autem iidem codd. et cum illis etiam aliae edd. eodem modo, quo hic, etiam mox praeferunt §. seq. insuper vero *proprætori in Etruriam* hic Lov. 1. et *pro praetore Galliam* mox Hearnii L.

Digitized by Google

vinciam cum iisdem duabus legionibus obtineret,
6 quibus praetor obtinuisset. Quod in L. Veturio,
idem in C. Aurunculejo decretum ab senatu, latum-
que de prorogando imperio ad populum est, qui
praetor Sardiniam provinciam cum duabus legioni-
bus obtinuerat. additae ei ad praesidium provinciae
quinquaginta naves, quas P. Scipio ex Hispania
7 misisset. Et P. Scipioni et M. Silano suae Hispaniae,
suique exercitus in annum decreti. Scipio ex octo-
ginta navibus, quas aut secum ex Italia adductas
aut captas Karthagine habebat, quinquaginta in
8 Sardiniam transmittere jussus: quia famà erat, ma-
gnum navalem adparatum eo anno Karthagine esse;
ducentis navibus omnem oram Italiae, Siciliaeque,
9 ac Sardiniae impleturos. Et in Sicilia ita divisa

1. V. ad 23, 30, 19. Deinde *ad duas S. C. cederet* Lov. 4. *ad duas legiones SC. cederet* Flor. *ad duas legiones se. con. succederet* Hav. *ad duas legiones senatus consulto succederet* Hafn.

§, 6. *Additae ei ad praesidium provinciae quinquaginta longae naves*] Omnes Gall. et Voss. *additum*, deinde nusquam τὸ *longae*. Scribe, *additum ei et praesidium provinciae quinquaginta naves*. Hae κατ' ἐπεξήγησιν dicuntur ipsae *praesidium*, quod illi provinciae additum est. J. FR. GRON. *additum et ad praesidium* Flor. Cant. Lov. 1. 3. Harl. et Hav. *additum ad praesidium* Lov. 2. *additum praesidium* Colbert. *additum* etiam Hearnii Oxonn. *Τὸ longae* etiam ignorant Flor. Lov. 1. 2. 3. Hav. et Colbert. Gronovii conjecturam probavit Crevier.

§. 7. *Suae Hispaniae, suique exercitus*] Sine copula *sui exercitus* Voss. Lov. 1. 2. et Hav. Ita 2, 45, 1. *Suas vires, sua arma horrebant*. ubi alia vide. 7, 6, 11. *Vindicasse ipsos suum numen, sua auspicia*. 24, 28, 4. *Quum intra eosdem muros pars utraque suos exercitus, sua arma, suos habitura sit duces*. Optimi tamen hic stant pro vulgato. Ceterum, quum supra c. 7, 17. Scipioni Silanoque non in annum, sed donec revocati ab senatu forent, prorogatum imperium esse Livius narrarit, non sine caussa nunc Crevier. observat, nihil opus fuisse, eis nunc in annum suas Hispanias suosque exercitus decerni.

§. 8. *Omnem oram Italiae, Siciliae, Sardiniaeque impleturum*] Scripsimus *Italiae, Siciliaeque ac Sardiniae*. RHEN. Pal. pr. *Siciliae Sardiniaeque* sec. *Siciliae et Sardiniae*. GEBH. Emendatio Rhenani Livio non indigna est. V. ad 2, 31, 1. Nulli tamen meorum

Digitized by Google

res est. Sex. Caesari exercitus Cannensis est datus. M. Valerius Laevinus (ei quoque enim prorogatum imperium est) classem, quae ad Siciliam erat, navium septuaginta obtineret. Adderet eo triginta naves, quae ad Tarentum priore anno fuerant. cum ea centum navium classe, si videretur ei, praedatum in Africam trajiceret. Et P. Sulpicio, ut eadem classe Macedoniam Graeciamque provinciam haberet, prorogatum in annum imperium est. De duabus, quae ad urbem Romam fuerant, legionibus nihil mutatum. Supplementum, quo opus esset, scriberent consules, permissum. Una et viginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est. Et P. Licinio Varo praetori urbis negotium datum, *ut naves longas triginta veteres refice-*

eam probant, sed potius defendunt, quae olim exstitit, lectionem. Tum *implentes* Hearnii D.

§. 9. *Ei quoque enim in annum prorogatum imperium est*] Praeferunt Pall. 2. et 3. *ei quoque enim prorogatum imperium est*, excusso *in annum*. Paullo ante Pall. 2. et 3. *Et in Sicilia divisae res*. GEBH. Et hic *τὰ in annum* cancellant omnes Gall. duo Pall. Voss. J. FR. GRON. *Τὰ in annum* desunt etiam in Flor. omnibus aliis meis, et Oxonn. Hearnii, nisi quod unus ea servet Ber. eorumque loco *ei quoque enim Romanum prorogatum imperium est* inepte legat Gaertn. Paullo ante *Valerius* deest in Hearnii L. 1. In sequentibus vero *Additae eo* praefert Hav.

§. 11. *Quo opus esset, ut scriberent, consulibus permissum*] Put. Reg. Men. Voss. *Supplementum, quo opus esset, scriberent consules, permissum*. J. FR. GRON. Ex meis priscae lectioni adhaeret Harl. Reliqui cum Oxonn. Hearnii adsentiuntur codd. Gronovii, nisi quod *consulibus* tamen servent Lov. 3. et Rec. De vocula *ut* post verba permittendi omissa infra v. ad 33, 45, 3.

Una et viginti legionibus] Observat Casaub. ad Polyb. 1, 16. senatum post relationem de provinciis solitum statuere, quot legionibus quoque anno gerenda esset respublica, idque Livium in historia singulorum annorum diligenter adnotare. Decem primis libris hoc vel nusquam, vel certe raro adnotavit Livius; etsi tum saepe quoque plures, quam quatuor legiones, qui duo justi consulares exercitus erant, scriptas narrat. Sed tum nondum ullae provinciae erant, nec tot simul copiis bellum gerebatur. DUK. Mox vocabulum *Romanum* deest in Cant.

Digitized by Google

ret, quae Ostiae erant, et viginti novas naves sociis navalibus impleret: ut quinquaginta navium classe oram
3 *maris vicinam urbi Romanae tueri posset.* C. Calpurnius vetitus ab Arretio movere exercitum, nisi quum successor venisset. Idem et Tubulo imperatum, ut inde praecipue caveret, ne qua nova consilia caperentur.

1 XXIII. Praetores in provincias profecti. Consules religio tenebat, quod, prodigiis aliquot nun-

§. 12. *P. Licinio Varo praetori urbis*] Put. *praetori urbem.* Pet. *urbano.* J. FR. GRON. *urbano* etiam Harl. Doujatii Reg. et Hearnii D. *praetori urbem* Flor. a m. 1. *urbis* a m. 2. Reliqui vel per notam *urb.* vel *urbis.* V. ad 25, 1, 11. et cap. seq. §. 5. et 7.

Sociis navalibus compleret] Omnes Gall. unus Pal. Voss. Andreas et Aldina *impleret.* J. FR. GRON. *impleret* etiam omnes mei, nisi quod *imparet* sit in Gaertn. Scriptis consentiunt editi usque ad Froben. qui anno 1535. substituit *compleret.* Mox *oram magis vicinam* Flor. Voss. Lov. 2. et Hav. *oram vicinam,* media voce ejecta, Lov. 3. Deinde *urbis Romanae* Gronov. vulgavit anno 1665. et ita codd. mei, nisi quod duae illae voces desint in Harl. Antea edebatur *urbis Romae.* V. ad Epit. Liv. 49.

§. 13. *Idem et Tubulo imperatum*] Non poterat hoc Tubulo imperari, qui tum primum in provinciam erat profecturus initio anni sui, quo tempore nondum aequum erat de ejus successore cogitari. Potuisset enim illi prorogari imperium. Et indignum erat, toto imperii sui anno uni urbi non oppugnandae, sed custodiendae alligari; quapropter etiam c. 24. Varro cum imperio ad eam praesidio obtinendam extra ordinem est missus, ut Tubulus *caetero exercitu totam provinciam peragraret, et caveret, ne qua occasio novari cupientibus res daretur.* Scripsit Livius *Eidem et Tubulo imperatum:* scil. Calpurnio, antequam adveniret Tubulus. JAC. PERIZ. Perizonii conjecturam probavit etiam Crevier. et recte. Verum ita mox malo *caverent.* Quomodo scribendum esse, Cl. Dukerus quoque conjecit.

Ne qua nova consilia orirentur] Put. Reg. Voss. Men. duo Pall. *ne qua nova consilia caperentur.* J. FR. GRON. *orirentur* Lov. 5. Harl. Ber. et Gaertn. Sed reliqui cum Hearnii L. 1. et N. *caperentur.*

§. 2. *Ex Campania nunciata erant*] Vet. lib. *Et ex Campania nunciata erant.* SIG. Pal. 1. *Et ex Campania,* ut Sigonii liber. GEBH. Sic omnes Gall. Pal. unus, Voss. et Sigonianus. Vulgo deest copulativa. J. FR. GRON. Unus Ber. copulativam ignorat. Reliqui mei cum Hearnii Oxonn. eamdem servant.

Cum iis (*adeo minimis etiam* etc.] Reponendum oppidi nomen censeo. *Cumis* (*adeo* etc.) Ut Cumis mures roserint aurum. Sic enim Livius solet prodigia accurate locis distinguere. LIPS. 4. Ep.

Digitized by Google

ciatis, non facile litabant. Et ex Campania nun- 2
ciata erant, Capuae duas aedes, Fortunae et Martis, et sepulchra aliquot de coelo tacta. Cumis (adeo minimis etiam rebus prava religio inserit Deos) mures in aede Jovis aurum rosisse. Casini 3
examen apium ingens in foro consedisse. Et Ostiae murum portamque de coelo tactam. Caere vulturium volasse in aedem Jovis. Volsiniis sanguine lacum manasse. Horum prodigiorum caussa diem u- 4

Quaest. 4. Prisca ed. et Pal. 2. *Cum iis adeo.* Pall. 1. ac 3. *Cum adeo minimis.* GEBH. Lipsii conjecturam Gruter. recepit. Eam licet veram putem, fatendum tamen, nullius meorum auctoritate firmari. Priscam scripturam servant Flor. Lov. 4. et Ber. *Cum his adeo* Cant. Lov. 3. Harl. et Hearnii D. *Cum adeo* Lov. 1. 5. Voss. Gaertn. Hafn. et Hav.

Mures in aede Jovis aurum rosisse] Plut. in Marcello [p. 314.] *Καὶ μύες τὸν ἐν Διὸς Χρυσὸν κατεφαγόντες.* SIGON.

§. 3. *Et Ostiae murum*] In Cantabr. primum notavi *hostis.* Sic postea vidi patrem ex Voss. Sed et Salmasius ex Put. *ostis*, addito: *lege*, *Ostia.* Immo MSS. volunt *et Ostiis.* sive ut intelligas, inde nunciabatur, sicut ante *Cumis*, sive illic accidisse. De τῷ *Ostia* plurali numero v. ad l. 9, [19, 4.] JAC. GRON. *et hostis murum* Lov. 1. *et Ostia murum* Hearnii L. 1. *et Ostis murum* Florent. a m. 1. *Ostiis* a m. 2. Paullo ante *examen apium* Flor. a m. 1. et Lov. 4. V. ad 4, 33, 4. Iidem autem codd. mox *de coelo tacta.* V. ad c. 37, 2.

Caere vulturium volasse in aedem Jovis] Optimi *Caere vulturium volasse in aede Jovis.* J. FR. GRON. *in aedem* omnes mei. Supra 21, 62, 4. *Corvum in aedem Junonis devolasse, atque in ipso pulvinario consedisse.* 27, 11, 4. *Vulturiumque frequenti foro in tabernam devolasse.* Ceterum *vulturem* Lov. 3. 4. Ber. et Hav. *vulturium* quidem primae edd. at iis proximae Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae *vulturem* dederunt, pro quo Froben. anno 1531. revocavit *vulturium.* et ita reliqui codd. nisi quod male *vulturum* fit in Hafn. et Gaertn. V. ad c. 11, 4. Vox *Vulsinis* Flor. et Lov. 2. ac 3. *Volusiniis* Hearnii L. 1. cujus librarius voluisse videtur *Volsiniis*, quemadmodum etiam edi jussi, quia ita semper libris prioribus scriptum est; licet tamen utroque modo, *Volsiniis* et *Vulsiniis*, recte dici putem. V. ad 5, 31, 5.

§. 4. *Pax Deûm, in capita*] Distingue: *Per dies aliquot majores hostiae sine litatione caesae, diuque non impetrata pax Deûm. In capita consulum, republica incolumi, exitiabilis prodigiorum eventus vertit.* J. FR. GRON. Distinctio haec vera, quam Aldus pluresque alii receperunt, et Basileenses anno 1554. mutarunt. Eamdem itaque restitui.

Exitiabilis prodigiorum eventus vertit] Pal. 2. *exitialis.* Sed malo

Digitized by Google

num supplicatio fuit. Per dies aliquot hostiae majores sine litatione caesae, diuque non impetrata pax Deùm. In capita consulum, republica incolu-
5 mi, exitiabilis prodigiorum eventus vertit. Ludi Apollinares, Q. Fulvio, Ap. Claudio consulibus, a P. Cornelio Sulla praetore urbis primum facti erant.

vulgatum. 29, 17, 19. *Cum exitiabilis tyrannus vi atque armis oppressit*: 30, 7, 6. *Altera Annibalem ad tuendam ab exitiabili bello patriam revocabat*. GEBH.

§. 5. *Ap. Claudio consulibus, a P. Cornelio Sulla praetore urbis primum facti erant*] *Ap. Cornelio Sulla*, reliquis perperam omissis, Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Tum *praetore urbano* Lovel. 4. Gaertn. et Rec. neque aliter Sigonius edidit; quem tamen nemo audiit. V. mox ad §. 7. In sequentibus *inde deinceps omnes* Lov. 3. *inde omnes deinde* Voss. De particulis *inde deinceps* junctis v. ad 2, 47, 11. et 5, 37, 6. Hinc *fecerunt* Brancal. Latinii. Deinde *dieque incerto* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Sed v. ad 4, 36, 3.

§. 6. *Eo anno pestilentia gravis incidit in urbem agrosque, quae tamen magis in morbos longos, quam in perniciales, evasit*] In primis certum est, non esse legendum *in urbem agrosque*, quemadmodum vulgo legunt omnes, sed *per urbem agrosque*. Sic enim est in veteri volumine. Castigatori non est visa satis Latina locutio *incidit per urbem*, quare mutavit. pro *per* scripsit *in*. At quid dicemus de dictione *perniciales*, quae sequitur? *perniciosus* legimus, verum *pernicialis* non reperitur apud auctores. Subest, ni fallor, mendum. Scriptum exemplar habet *inpernitiales*. Diu me hic scrupus occupatum habuit. Et tandem, quum cogitarem, non esse tam inepte loquacem Livium, ut, quum dixerit *magis in longos morbos*, praepositionem *in* statim repetat, et dicat, *quam in perniciales*, deprehendi, unum esse vocabulum, et indubie legendum *interniciales*. Dictum autem est *internicialis* ea forma, qua dicimus *exitialis*. Significat *interniciale*, quod necem affert. Sane potest perniciosum esse, sive perniciale, ut vulgatum errorem sequar, quod tamen non sit letiferum. Accipitur enim *perniciosum* etiam pro damnoso ac periculoso. Quo sensu longi et diuturni quoque morbi sunt perniciosi. Proinde voce hic opus erat, quae plus significaret. Atque ut hoc vocabulo uteretur hic, in caussa est, quod paulo ante dixit, *exitiabilis prodigiorum eventus*. Notum est, quid sit *internecio* et *internecinum*, ubi praepositio *inter* auget. Porro non dubito, quin eruditi albo, quod ajunt, calculo meum sint probaturi judicium. Nolui tamen lectionem receptam eradere, ne quis me temeritatis argueret. Sufficit, hic doctos esse admonitos. Certe nihil clarius dici poterit, quam si sic legas: *Eo anno pestilentia gravis incidit, per urbem agrosque, quae tamen magis in longos morbos, quam interniciales, evasit*. RHEN. Redde suam vocem *incidit in urbem*. Sic enim veteres, quos legi, habent libri. SIG. Rhenanus satagebat ingerere *in-*

Digitized by Google

inde omnes deinceps praetores urbani fecerant: sed in unum annum vovebant, dieque incerta faciebant. Eo anno peſtilentia gravis incidit in urbem agrosque: quae tamen magis in longos morbos, quam in perniciales, evasit. Ejus peſtilentiae cauſſa et supplicatum per compita tota urbe 6 7

cidit per urbem. Quem et Sigonius primum, dein libb. omnes, qua calamo picti, qua cusi, retundunt. Non placet etiam eidem Rhenano vocabulum *pernicialis;* ideo magna verborum colluvie exaeſtuans indubie (audaciam mihi hominis mirare, sis) legendum ait *interniciales.* Addit deinde, se non dubitare, quin hanc correctionem docti albo calculo sint approbaturi. Neque vi, neque precario meum aſſensum impetras. Nam Pal. 1. *quae tamen magis in morbos longos, quam in pernitiabilis evasit.* sec. *quae tamen magis in eos longos morbos, quam in pernitiales evasit.* Pal. 3. et vet. ed. conſtanter quoque tuentur *pernitiales.* GEBH. Nihil mutant omnes noſtri, nisi quod Put. Mem. et Pal. unus *in perniciabiles.* Reg. *exitiabiles.* Rhenanus *incidit per urbem agrosque.* et, *magis in longos, quam interniciales morbos evasit.* Curtius 7, [3.] *Nix plurimorum oculis praecipue perniciabilis fuit.* Alterum habet Lucretius [1, 452.] *numquam sine perniciali. Dissidio potis est sejungi.* J. FR. GRONOV. Omnes etiam noſtri *incidit in urbem.* Solitum autem eſſe Livium praepositionem, cum qua verbum componitur, in regimine repetere, supra vidimus ad praef. §. 11. Deinde *in morbos longos* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. et edd. antt. Tum *quam impernitiabilis* Flor. *quam in perniciabiles* Lov. 2. 3. Harl. et Hav. *pernicialis*, quod ideo Rhenano displicebat, quia non reperitur apud auctores, et *perniciabilis* idoneis teſtimoniis inluſtravit Gronov. *pernicialis* vero insuper Plinio in Hiſt. Nat. frequenter usurpatur. Contra *interniciales*, quod subſtitutum volebat, qua auctoritate probari queat, mei gnorare fateor. Quod alteram cauſſam, cur vulgatum vitiosum credat, hanc reddiderit, non tam inepte loquacem Livium eſſe, ut, quum dixerit *in longos morbos*, ſtatim praepositionem *in* repetat, id oſtendit, ipsum non ea, qua oportuit, diligentia ad ſtilum Livii adtendiſſe, cui in similibus locutionibus praepositionum repetitiones fuerunt familiariſſimae. V. ad 4, 58, 4.

§. 7. *P. Licinius Varus praetor urbis*] Pall. 2. et 3. *praetor urbanus.* Sic c. 22. Pal. 3. et vet. ed. *Et P. Licinio Varo praetori urbano negotium datum.* GEBH. *praetor urbanus* etiam Lov. 4. Rec. et Hearnii D. Reliqui vulgatum defendunt. V. ad §. 5. et ad c. 22, 12.

Ut hi ludi in perpetuum in ſtatam diem voverentur] Pal. 1. *uti ludi.* sec. *et ludi in perp. in staturam diem vov.* tert. *ut ii ludi in perp. in ſtatutam diem moverentur.* ant. quoque ed. *in ſtatutum diem.* GEBH. Senatus jam ante decreverat, ut *in perpetuum* voverentur. 26, 23. id est, ut quotannis de integro voverentur, sed certam diem non conſtituerat. Poſtquam iis ſtatus dies adsignatus est, videntur desiisse singulis annis voveri. Nam ex eo,

Digitized by Google

est, et P. Licinius Varus praetor urbis legem ferre ad populum jussus, ut hi ludi in perpetuum in statam diem voverentur. Ipse primus ita vovit, fecitque ante diem tertium Nonas Quinctiles. Is dies deinde sollemnis servatus.

1 XXIV. De Arretinis et fama in dies gravior, et cura crescere Patribus. Itaque C. Hostilio scriptum

quod Livius dicit, *ipse primus ita vovit*, non sequitur, alios post eum praetores illos semper rursus vovisse; sed ita accipi potest, quum praetores ante eum illos quotannis ex senatusconsulto, sed non in statum diem, vovissent, 26, 23. et 27, 11. ipse primus eos in statum diem vovit. DUK. *uti ludi* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Deinde *in statutam diem* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Brancal. Latinii, sollemni peccato librariorum. V. ad 39, 13, 8. *in statutum diem* Ber. et edd. priscae. Male. V. notata ad c. 16, 16.

Itaque ipse primus ita vovit] Optimi *Is ipse primus*, relegato τῷ *itaque*, longe magis ad meum gustum. Vossianus quoque *ipse primus*. J. FR. GRON. *Ipse primus ita vovit* Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii D. Neque aliter se in Put. invenisse, Crevier. testatur. *Ita primus ipse vovit* Hearnii N. *Ipse primus vovit* Hearnii L. 1. *Itaque* additum est ab illis, qui putabant, orationem Livii non bene cohaerere. V. ad 6, 16, 8. 37, 60, 2. et alibi. Similiter *ergo* addi, vidimus ad 21, 9, 1.

Ante diem III. Nonas Quinctiles] Scripsimus *ad III. Non. Quint.* RHEN. Sallustius etiam ita loquitur [Cat. 30.] *Ante diem VI. Calendas Novembreis*. Et Cic. or 1. in Catil. [3.] *Ante diem XII. Calendas Novembres*. Et paulo post. *Qui dies futurus esset in ante diem VIII. Calendas Novembres*. Rursus paulo post, *In ante diem V. Calendas Novembres*. Nisi codices omnes fallant. Sed dubium est, certumne diem significare voluerint, et quemnam, praesertim cum praepositio *in* adjicitur: id quod lectori judicandum relinquimus. Nam hoc loco quidam *ad III. Nonas* legunt. GLAREAN. Scribe ex omnium librorum veterum auctoritate *ante diem tertium Nonas Quintiles*, cujus locutionis vim non intelligens Rhenanus mutavit, et depravavit. Est autem *ante diem III. Nonas*, idem atque *III. Nonas*, id est, tertio die ante Nonas. Integram hanc fuisse Latinam dicendi formam, indicat etiam Plut. in Numa [p. 61.] qui scribit Romam conditam πρὸ δέκα μιᾶς Καλανδῶν Μαΐων, id est, *ante diem undecimum Kalendas Majas*. et in Poplic. [p. 101.] pugnatum cum Tarquiniis esse πρὸ μιᾶς Καλανδῶν Μαρτίου, id est, *ante unum Kalendas Martii*, id est, pridie K. Martii. Et Dionys. l. 6. [p. 410.] τετάρτῃ πρὸ τῶν Εἰδῶν Δεκεμβρίων, quod post Livius l. 39, [52, 4.] ait, *ante diem quartum Idus Decembres*. Itaque quum dicimus *ad III*, *ad IIII*, puto mendose dici, dividendasque literas esse ita *A. D.* id est, *ante diem*. SIG. Recte hic arguit depravati loci Rhenanum Sigo-

Digitized by Google

est, ne differret obsides ab Arretinis accipere: et, cui traderet Romam deducendos, C. Terentius Varro cum imperio missus. qui ut advenit, extemplo Hostilius legionem unam, quae ante urbem castra habebat, signa in urbem ferre jussit, praesidiaque locis idoneis disposuit, tum in foro citatis senatoribus obsides imperavit. Quum senatus biduum

nius; quippe libb. omnes *feciteque ante diem tertium Nonas Quintiles*, id est, tertio die ante Nonas. GEBH. Idem, quod Sigonius, de hac locutione sentiunt plerique docti. V. Bosium ad Cic. 1. ad Att. 1. Noris. Cenot. Pis. diss. 2, 17. et interpretes Juris civ. ad l. 132. D. de Verb. sign. Sic Justin. 17, 3. *Navibus appulsi Tyron urbem ante annum Trojanae cladis condiderunt.* id est, anno, ante Trojanam cladem. V. ibi Vorst. Sed quem hic Liv. *ante diem III. Nonas Quintiles*, eum 37, 4, 4. *ante diem V. Idus Quintiles* dicit. De quo adeundi sunt Noris. Cenot. Pis. diss. 2, 6. Dodwell. de Cyclis diss. 4. Sect. 16, et in App. Prael. Camden. p. 758. DUK. Locutionem hanc, passim depravatam in Livio, saepissime Sigonius restituit. V. ad 6, 1, 11. 39, 52, 4. et 41, 16, 5. V. insuper, quae notavi ad priorem locum Liv. praeterea ad 36, 3, 14. et 37, 4, 4. Adde Syllog. epist. a Cel. Burm. editarum tom. 2. ep. 313.

§. 1. *Obsides ab Arretinis accipere: et, cui traderet Romam deducendos*] Scripsimus, *accipere. Cui traderet*, non *et cui traderet.* RHEN. Pall. 1. 3. *et cui traderet.* Vet. ed. *et cui traderet Romam adducendos.* GEBH. Sic [*accipere. Cui traderet*] Rhenanus. At nostri omnes Gall. Voss. Pall. *accipere: et cui traderet.* J. FR. GRON. Copulativam etiam omnes nostri, et Oxonn. Hearnii agnoscunt. Deinde *adducendos* Ber. et ed. Rom. princeps Aler. teste Hearnio, nec non Rom. anni 1472. ac Parm. Illae vero, quas prioribus aetate proximas vidi, legunt *abducendos*, pro quo Ald. dedit *deducendos.* Et ita reliqui scripti. Mox hoc cap. *Traditique C. Terentio Romam deducendi.*

Varro imperio missus] Castig *cum imperio.* SIG. In una ed. Bas anni 1554. sine dubio operarum lapsu, omittitur praepositio *cum* quam omnes scripti et reliqu editi constanter servant.

§. 2. *Qui ut advenit*] *cum qui u venit* habet exaratum Pal. 1. at 3 *qui ut venit.* GEBH. *cum qui u venit* Flor. Cant. Voss. et Lov. 1 ac 2. *cum qui ut advenit* Lov. 4 *cumq; ut venit* Hav. *qui ut veni* Lov. 3. et Harl. Mox *disponit* le git Flor.

Tum in foro citatis senatoribu obsides imperavit] *in foro* quiden jungi potest verbo *imperavit*, se potius puto scribendum *in forum* ut paullo post, *quum senatus i forum citari coeptus esset.* 1, 47 8. *Patres in curiam citari jussit* Sic 3, 38, 6. et *in curiam vocar* ibid. DUKER.

§. 3. *Biduum ad considerandu peteret tempus*] Vide, num legen dum sit *biduanum ad considera dum.* Hoc enim magis placet, quan

Digitized by Google

ad considerandum peteret tempus, aut ipsos extemplo dare, aut se postero die senatorum omnes liberos sumturum, edixit. inde portas custodire jussi tribuni militum, praefectique sociùm, ne quis no-
4 cte urbe exiret. Id segnius neglegentiusque factum.

bidui. Et vetus codex *biduum* habet. RHEN. Vel *bidui* legendum, vel *tempus* pro glossa delendum arbitror. 26,35, 8. *Spatium deinde his tridui ad considerandum dare dixerunt*. 24, 38, 4. *Noctem unam aegre ad consultandum sumsi*. 27, 46, 7. *Simul et ad noscendum hostem paucos sibi sumeret dies*. 28, 45, 8. *Consul diem ad colloquendum cum collega petiit*. His nemo ferat addi *tempus*. Sed, si eam vocem hic habent libri, non movenda; sed, ut dixi, *bidui* scribendum est. DUK. Omnes codd. et *biduum* et *tempus* legunt. Ordine tamen mutato *tempus peterent* Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et priscae edd. *biduanum* Rhenani, non vibetur esse aevi Liviani. Si igitur vulgatum servandum est, *biduum tempus*, pro *bidui*, accipiendum ut *jussa magistra*, pro *magistri*, et similia plura, de quibus egi ad Silii 3, 387. Ab his autem locutionibus non plane alienum Livium esse, docent, quae de *terra Italia* dicta sunt ad 25, 7, 4. et *domus marita* infra hoc lib. c. 31,5. Vel in hac locutione abundat *τὸ tempus*, quum *biduum* per se notet tempus duorum dierum, quemadmdum *τὸ mulier* apud Ter. in locutione *vidua mulier*, in Heaut. 5, 1, 82.

Portas custodire jussit tribunis militum, praefectisque sociùm, et centurionibus] Castigavimus *tribunos militum, praefectosque, et centuriones*. RHEN. Ab Rhenano haec est lectio [*tribunos militum* etc.] ut consuleret syntaxi: nam *jubeo tibi facere* soloecum censent omnes docti. Vulgata olim, quam servant omnes MSS. Gall. et Pall. ab nobis consulti, excepto solo antiquissimo, *custodire jussit tribunis militum, praefectisque sociùm, et centurionibus*. Videtur etiam ita loqui Curtius 5, 6. *Tandem suis rex corporibus et cultu foeminarum abstinere jussit*. Acidalius *suos*, sed et sic remanet nodus in illo *abstinere corporibus*, ut vidit Freinshemius. Scribe *abstineri*: et *sua corpora* intellige sui juris, libera. Sic Marcellus, capta parte Syracusarum, *edixit militibus, ne quis liberum corpus violaret, caetera praedae futura*, 25, [25, 7.] Plautus Pers. 4, 3.

Ita ancilla mea quae fuit hodie,
sua nunc est.

Videbatur et Tacitus 12, 11. sed correxit e MS. Pichena. An Julius Paullus JCtus? Certe ei attribuitur in l. 26. De adq. vel omitt. haeredit. *Si ego et servus meus vel filius haeres institutus sit, si jussero filio vel servo adire; statim et ex mea institutione me haeredem esse, Pomponius scribit*. Dubito: mallem tamen *filium vel servum adire*. Quum et apud Justinianum π. 1. Instit. Fideicomm. haered. *Jussit consulibus auctoritatem suam interponere*: librariorum puto, quum debuissent *consules*. Nam apud Nason. 8. Met. 752. *Famulosque jubet succidere sacrum Robur*: ποιόν σε ἔπος φύγον ἕρκος ὀδόντων, ὦ φιλότης, qui *famulisque* cum uno malis. At potuisset eximius Rhenanus mitius quoque curare Livium,

Digitized by Google

septem principes senatus, priusquam custodiae in portis locarentur, ante noctem cum liberis evaserunt. Postero die luce prima, quum senatus in forum citari coeptus esset, desiderati, bonaque eorum venierunt. a ceteris senatoribus centum viginti

supposito *jussis* pro *jussit*, nulla labe vel sententiae vel orationis. Sed in antiquissimo omnium plane ac perspicue *tribuni militum, praefectique sociûm et centuriones*. Unica litera praeter haec superflua est; qua inducta habe germanum: *Inde portas custodire jussi tribuni militum, praefectique sociûm, et centuriones, ne quis nocte urbe exiret*. J. FR. GRON. Non convenit inter doctos, an *jubeo tibi* probatae Latinitatis sit. Scaliger ad Catull. carm. 65, 140. pro vulgata scriptura, *non hoc miseram sperare jubebas*, ex MSS. reponit *mihi non hoc miseram sperare jubebas*. et sic ibi ed. Is. Vossii. Sed non placet Ach. Statio, qui ita prave in scriptis legi pronunciat. Nec tamen quidquam vetat eam scripturam retineri, et per ellipsin accusativi *me* explicari, *non jubebas me hoc sperare mihi miseram*. Sanctius 2. Min. 4. ibique Scioppius et Perizon. contendunt, recte dici *jubeo tibi*. Ego Gronovio ad h. loc. et Burmanno ad Petron. 71. et ad Suet. Vesp. 23. adsentior. *Jubeo te hoc facere* sine controversia in optimis quibusque auctoribus linguae Latinae legitur, non *jubeo tibi*. Nam pleraque loca veterum, quae pro eo adferuntur, vel controversa sunt et varie leguntur, vel ἀπροσδιόνυσα; veluti, quod ex Sallust. Jug. 84. post Barthium ad Claud. 2. in Rufin. 155. habet Perizon. *Postquam ei provinciam Numidiam populus jussit*. Nam apertum est, in eo desiderari infinitivum *dari*, ut Burm. ad Petron. vel *esse*, ut in Liv. 26, 18, 9. et 30, 41, 4. DUK. Lectio, quae ante Rhenanum vulgo exstabat, superest in Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Doujatii Colbert. et Hearnii L. 1. Contra, ut Rhenanus emendabat, praeferunt Rec. Doujatii Reg. et Hearnii D. *portas custodiri jussit tribunis militum, praefectisque sociûm, et centurionibus*, pro a tribunis, Lov. 2. et 3. a m. 2. *portas custodire jussit tribuni militum praefectique sociûm et centuriones* Puteaneo consentiens Flor. pro quo, una litera inducta, cum Gronov. lego *jussi*. Locutionem *jubeo tibi* vindicare conatus est Davis. ad Caes. 3. Civ. 98. Verum, ibi hunc Livii locum laudans, nimis properanter notas Gronovii consuluit: eum enim fateri perperam monet, omnes codd. *jussit tribunis* exhibere. Reliqua vero testimonia, quibus phrasin firmare nititur, petita sunt ex scriptoribus ejus aevi, unde ratio loquendi tempore Livii probari nequit. Varia apud Livium loca obcurrunt, ubi locutio illa in uno vel altero Msto superest. V. ad 7, 19, 7. 10, 33, 9. 22, 42, 5. 23, 35, 12. 27, 41, 6. 35, 4, 6. c. 30, 7. et 37, 20, 9. Verum plures aliae, et inter eas optimae, membranae omnesque edd. eos a librariis corruptos esse evincunt. Sunt etiam contra, ubi in edd. reperitur, sed quae emendanda esse, auctoritate codd. Gronovius aliique docuerunt. V. ad 30, 15, 4. et 40, 27, 4. Sunt praeterea, quibus ita locutus esse videtur, sed quae commode alio modo exponi possunt. Huc refero loca, quibus

Digitized by Google

obsides, liberi ipsorum, accepti, traditique C. Te-
6 rentio Romam deducendi. Is omnia suspectiora,
quam ante fuerant, in senatu fecit. Itaque, tam-
quam inminente Etrusco tumultu, legionem alte-
ram ex urbanis Arretium ducere jussus ipse C. Te-
7 rentius, eamque habere in praesidio urbis. C. Ho-
stilium cum cetero exercitu placet totam provinciam
peragrare, et cavere, ne qua occasio novare cu-
8 pientibus res daretur. C. Terentius, ut Arretium
cum legione venit, claves portarum quum magistra-

dativus pendet ex infinitivo subintellecto. Ita *imperium jubere alicui*, pro jubere dari alicui; de quo v. Cl. Duker. ad 26, 41, 18. Item quibus obcurrit *bellum jubere alicui* pro jubere fieri alicui. V. ad 42, 33, 4. Similiter 37, 37, 5. *Tradito frumento, quibus jusserat consul, in stativa rediit.* pro quibus tradi jusserat. Huc etiam refero illa loca, quibus, quos viri docti dativos esse crediderunt, aeque pro ablativis accipi possunt. Ita 44, 2, 5. *Convocatis itinerum ducibus, quum, exponerent in consilio, jussisset, qua quisque ducturus esset.* ubi vide, quae notantur. Huc insuper refero locum 42, 43, 6. *Queis legati, nullo in praesentia responso dato, Chalcidem se sequi jusserunt.* Verum ibi τὸ *queis* potius ex *dato*, quam *jusserunt*, pendet. Vide, quae ibi etiam dicam. Duo tamen observavi loca apud nostrum, locutioni illi faventia, alterum 27, 16, 8. *Interroganti scribae, quid signis fieri vellet, Deos iratos Tarentinis relinqui jussit.* alterum 42, 28, 1. *Cui primo quoque tempore magistratus creare jussum erat.* In ultimum hunc mendam inrepsisse, eo facilius concedi potest, quod illa pars Livii ex uniso tantum cod. evulgata sit; ei deinde mederi conabor, ubi eo pervenero: in priori autem loco, quamvis nullum sit in scriptis praesidium, tamen *interroganti* vel *interroganti scribae* legendum esse dixi. Optimo enim aevo locutionem illam *jubere alicui* in usu non fuisse, multis docuerunt Cel. Burmann. ad Ovid. 8. Met. 752. Cort. ad Sall. Jug. 84. Oudend. ad Front. 4, 1, 43. et Snakenb. ad Curtii 5, 6, 8. Adde, quae olim notavi ad Silii 12, 607.

Ne quis nocte urbe exiret] *urbem exiret* Lov. 2. 5. et Gaertn. quod se etiam Gebhard. in Pal. 2. invenisse, monuit ad 23, 16, 10. Plerique tamen et optimi vulgatum, quod passim apud Livium obvium est, servant. *noctu* Harl. Mox *Sed segnius*, pro *Id segnius*, Flor. et Harl.

§. 6. *Legionem alteram ex urbanis*] *legionem unam alteram* Flor. Lov. 1. 2. 4. et Hav. quod in quatuor codd. etiam invenit Cl. Jac. Gronov. ut infra testatur ad 28, 41, 10. et Crevier. in Victor. qui ita exponit *legionem unam*, nempe *alteram ex urbanis*. Cl. vero Duker. ad l. laud. suspicatur, τὸ *unam* adscriptum esse ab aliquo, qui significare voluerit, *alteram* pro una ex duabus

Digitized by Google

tus poposcisset, negantibus iis comparere, fraude amotas magis ratus, quam neglegentia intercidisse, ipse alias claves omnibus portis imposuit: cavitque cum cura, ut omnia in potestate sua essent. Hostilium intentius monuit, ut in eo spem, non moturos quidquam Etruscos, poneret, si, ne quid moveri posset, cavisset.

XXV. De Tarentinis inde magna contentione in senatu actum coram Fabio, defendente ipso, quos ceperat armis, aliis infensis, et plerisque aequantibus

poni; *unam alteram* autem eo sensu, quo Cl. Crevier., cepit, numquam poni adfirmat.

§. 7. *Placet totam provinciam peragrare*] Ita Gronov. ex auctoritate codd. edidit. V. eum infra ad §. 9. Et ita legunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. antea circumferebatur *placuit*. Mox *volentibus*, pro *cupientibus*, Lov. 2.

§. 8. *Cavitque cum cura, ut omnia in potestate sua essent*] Duas voces *cum cura* expunximus, quod non essent in exemplari Spirensi. RHEN. Illud *cum cura*, expunctum Rhenano, licet quoque removeant Pall. 2. ac 3. defendunt tamen atque vindicant Pal. 1. et vet. impressio. Amplius pr. *in potestate essent sua*. GEBH. Unus e meis Harl. voces *cum cura* ignorat. Reliqui constanter tuentur. Supra 22, 42, 5. *Speculatusque omnia cum cura renunciat, insidias profecto esse*. 25, 22, 2. *Reliquias duorum exercituum cum cura colligerent*. 38, 18, 7. *Cum cura concto agmine procedebat*. Ubi alia vide. Insuper τὸ *sua* non adparet in Voss. Lov. 1. 2. et Hav.

§. 9. *Hostilium intensius monuit*] Scripsimus *intentius*. RHEN. Excepto solo Ber. scripturae primarum edd. adhaerente, reliqui codd. Rhenano adsentiuntur. Et hac forma passim obcurrit. 3, 32, 6. *Intentius instabant*. 5, 49, 8. *Tribunis rem intentius agentibus*. 8, 17, 7. *Quum delectus intentius haberetur*. 27, 28, 8. *Custodias vigiliasque intentius instruunt*. c. 35, 8. *Acrius et intentius omnia gesturos*. c. 38, 1. *Delectum habebant acrius intentiusque*. 34, 29, 10. *Intentiusque ab uno urbs defendebatur*. Ita *intenta cura* 25, 9, 7. ubi etiam vide.

Si, ne quid movere possent, praecavisset] Pal. 1. *si, ne quid moveri posset, cavisset*. GEBH. Omnes Gall. et Pal. unus, *si, ne quid moveri posset, cavisset*. Quod cur spernerem, caussae nihil erat. Sic supra *placet totam*, non *placuit*. J. FR. GRON. *moveri posset* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. et Hav. cum Hearnii L. 1. et N. Similiter Victor. apud Crevier. Errori igitur operarum tribuendum, quod in edd. Gronovii et aliorum *possit* legatur. Verum quum ita jam anno 1644. vulgarit, ipsum postea hunc errorem non deprehendisse miror. *cavisset* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav.

Digitized by Google

2 eos Campanorum noxae poenaeque. Senatusconsultum in sententiam M.ᵒ Acilii factum est, ut oppidum praesidio custodiretur: Tarentinique omnes intra moenia continerentur. res integra postea referretur, quum tranquillior status

§. 1. *Aliis infensis*] Pal. 2. *aliis invisis*. GEBHARD.

§. 2. *In sententiam M. Acilii*] *M.ᵒ Acilii*, ut supra de eodem admonui. SIG. V. Sigonium ad c. 4, 10. Passim *Marci* et *Manii* praenomina ob notarum, quibus scribuntur, similitudinem, commiscentur in scriptis. V. ad 2, 18, 6. c. 19, 1. c. 30, 5. 4, 12, 1. c. 53, 1. c. 61, 1. 5, 1, 2. c. 8, 1. 9, 17, 8. 24, 44, 3. et ita saepe. Adde Jac. Gron. ad Cic. 1. de Orat. 39.

§. 3. *Aliis sententiis notantibus praefectum*] Mendae, postquam semel fuerint in libros receptae, sic germanae lectioni immixtae latent, ut etiam a doctis vix sentiantur. Quis putaret, in istis verbis aliquid esse vitii? Et tamen est hic erratum prodigiosum. Quum hunc locum legerem primum, non placebat vocabulum *sententiis*, quod tamen septimo casu dictum videri poterat, pro *per sententias*. Sed quid opus erat voce plurativa? Inspexi exemplar Spirense, et reperi scriptum, *aliis sociis notantibus*. Videbam et hoc mendosum esse, sed sperabam ex aperto mendo germanam lectionem facilius me addivinaturum. Deprehendi itaque a Livio *ocii* fuisse scriptum, quod primum, ascita proxime praecedentis dictionis ultima litera *s*, depravatum esset in *sociis*, mox ob convenientiam casuum utrinque adhaerentium in *sociis* foret mutatum. Id postea castigator non considerans, sed alio properans, ac nimium fidens ingenio suo, vertit in *sententiis*. Sic accrescunt in monumentis auctorum mendae. Facilius autem sit ex primis librariorum erratis sinceram lectionem reperire, quam ex posterioribus nonnunquam eruditorum castigationibus. Proinde sic leges haec Livii verba: *aliis ocii notantibus praefectum*. Ita legendum quoque docet sequens statim clausula, *quod ejus socordia Tarentum proditum hosti esset*. Nam *otium* progignit *socordiam*, hoc est, desidiam et ignaviam. Conjungitur autem eleganter *notare* cum genitivo, quum reprehendere significat. RHEN. Vox *sententiis* sine dubio mendosa est. Rhenanus, quia libros veteres *sociis*, pro *sententiis*, habere legit, in eam opinionem venit, ut *ocii* putarit esse legendum, quam lectionem adeo probavit, ut ejus etiam in Taciti castigationibus meminerit. Nos autem, quia saepe mendose *sociis* pro *SC.* id est *senatusconsulto*, esse invenimus, et quia librum etiam unum *senatusconsulto* aperte habere comperimus, *senatusconsulto* reponimus. Nam et sensus est optimus, et locutio Livio usitata: ut l. 25, [3, 12.] *Ac per eum delata ad senatum, nec ullo senatusconsulto notata*. SIGON. Multis venditat logis nobis correctionem suam Rhenanus *aliis ocii notantibus*; quam tamen futilem esse, alii libri convincunt. Nam Pal. 1. *aliis senatusconsulto S. C. notantibus*. sec. *aliis senatoribus notantibus*. Pal. 3. Spirensi exemplari convenit, *aliis sociis* praeferens. Vulgatam lectio-

Digitized by Google

Italiae esset. Et de M. Livio, praefecto arcis Tarentinae, haud minore certamine actum est, aliis senatusconsulto notantibus praefectum, quod ejus socordia Tarentum proditum hosti esset; aliis praemia decernentibus, quod per quinquennium ar-

nem ab ant. ed. subfultam delere nolui. GEBH. Optimus Rhenanus multum moliendo nihil emolitur, sed vitioso deceptus cod. qui pro *sententiis* habebat *sociis*, ut et fuit in uno ex Pall. vitium vitio mutat: *aliis ocii notantibus praefectum*. Praeclare vero Sigonius, *aliis senatusconsulto notantibus praefectum*, id est, notandum censentibus. Atque ea scriptura partim notis evidentibus, partim integra, comparet in Put. Pet. meliore, Reg. Men. Pal. uno, Florentino optimo, Voss. Barber. Quid autem cunctati sunt editores credere Sigoniano codici in optima lectione, qui mendas ejus omnes poene adoptarunt? Equidem quorum stomachus, hac obvia, vulgatam concoquere, eorum dentes vel silicem comesse possunt. Cicero 7. ad Att. ep. 9. *Aut addita caussa, si forte tribunus plebis senatum impediens, aut populum incitans, notatus aut SC. circumscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit.* Philipp. 3, [8.] *Si igitur Caesar hostis, cur consul nihil refert ad senatum? sin ille a senatu notandus non fuit, quid potest dicere* etc. In Pison. [18.] *Quae est igitur poena? quod supplicium? id, mea sententia, quod accidere nemini potest, nisi nocenti: suscepta fraus, impedita et oppressa mens, bonorum odium, nota justa senatus, amissio dignitatis.* De provinc. consul. [7.] *Itaque hanc ejus temeritatem senatus supplicatione negata notavit.* Adversus competitores: *Nec se jam tum respexit, quum gravissimis vestris decretis absens notatus est.* Familiarium 12, 25. *Factum de te est senatusconsultum honorificum. Postulabatur, ut etiam illi notarentur: sed Pansa clementior.* Noster 25, [3, 12.] de fraude publicanorum: *Ea fraus indicata M. Aemilio praetori priori anno fuerat, ac per eum ad senatum delata, nec tamen ullo senatusconsulto notata.* Emporius rhetor in demonstrativae materiae praecepto [p. 284.] *Intendetur, et quaesturam cruentam, et praeturam habuisse turbulentam, adeo ut senatusconsultis notaretur.* Hoc sic offert Cic. de Harusp. resp. [5.] *Etiam sua concio risit hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis confixum senatusconsultis.* Tacitus 3. Ann. [31.] *Exempla majorum, qui juventutis inreverentiam gravibus decretis notavissent.* Plinius 2. Ep. 12. *Praeterea quid publice minus aut congruens, aut decorum, quam notatum a senatu in senatu sedere? ipsisque illis, a quibus sit notatus, aequari?* J. FR. GRON. *aliis sententiis notantibus*, prioribus excusis, ut solet, adhaerens, Ber. *aliis sociis notantibus* Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Doujatii Reg. *aliis sociis noxantibus* Rec. *aliis se notantibus* Doujatii Colbert. *aliis notantibus* Hearnii N. Reliqui sive totidem literis perscribunt, sive per notas indicant *aliis senatusconsulto notantibus*, quod recte viri docti probarunt. Erroris itaque caussa fuit, quod librarii adsecuti non sint notam *SC.* vel *Sen. cons.* vel *SOC*, et ex eo vel *se*, vel *sententiis*, vel *sociis* effinxerint, quod in scri-

Digitized by Google

cem tutatus esset, maximeque unius ejus opera re-
5 ceptum Tarentum foret; mediis ad censores, non ad senatum, notionem de eo pertinere dicentibus. cujus sententiae et Fabius fuit. adjecit tamen, *fateri se, opera Livii Tarentum receptum, quod amici ejus vulgo in senatu jactassent; neque enim recipiundum fuisse,*

ptis admodum frequens est. V. ad 4, 43, 8. 6, 4, 5. 8, 16, 11. 9, 43, 7. 10, 22, 9. 25, 5, 9. 30, 26, 12. Cortium ad Sall. Cat. 42, 3. et alibi. Quin et, variis aliis modis in reddendis his notis peccasse scribas, supra dictum est ad 22, 10, 1. Recte autem Gronov. *notantibus* exponit notandum censentibus. Supra 4, 50, 6. *Tribunis militum de morte collegae per senatum quaestiones decernentibus.* pro decernendas censentibus. hoc lib. c. 20, 12. *Romam rediret ad purganda ea, quae inimici decernerent.* ubi v. Gronov. 41, 1, 2. *Vicit sententia, quae diem non proferebat.* 45, 20, 6. *An locum, lautia, senatumque darent.* id est, danda censerent. Cic. 1. ad Att. 14. *Homines ad quindecim Curioni, nullum senatusconsultum facienti, adsenserunt.* pro faciendum censenti. V. Gronov. ad Liv. 34, 1, 7. 37, 17, 6. 44, 35, 5. Mox *secordia* Lov. 3. Gaertn. et Hav. V. ad 6, 37, 8. Deinde §. seq. *Tarentum receptum* Flor.

§. 5. *Notationem de eo pertinere dicentibus*] Antiqua lectio *notionem.* Arbitror scribendum *cognitionem.* Hoc enim magis placeret, quam *notationem.* RHEN. Infeliciter Beatus. Et obliti erant posteriores, *notionem* censoribus aeque fuisse, ac notas: immo ante illas. Cic. de provinc. cons. [19.] *Censorium judicium ac notionem et illud morum severissimum magisterium non esse nefariis legibus de civitate sublatum.* Sequente in Pison. [5.] *Centum prope annos legem Aeliam et Fusiam tenueramus, quadringentos judicium notionemque censoriam.* Pro Sextio [25.] *Ut censoria notio et gravissimum judicium sanctissimi magistratus de republica tolleretur.* Pro Cluent. [46.] *Ad notiones auctoritatemque censoriam exemplum illos a consuetudine militari transtulisse.* 3. de Off. [31.] *Indicant notiones animadversionesque censorum, qui nulla de re diligentius, quam de jurejurando, judicabant.* Quorum plerisque in locis *notationem* et *notationes* habent corrupti codices: sed illud recte a viris doctis substitutum existimo, et simul observandam prudentiam principis oratorum. Quia enim *noscere* et *notare* est censorum, promtissimaque confusio horum vocabulorum *notio* et *notatio*, vitandae ambiguitatis caussa, etsi *notas censorum* et *notatos ab censoribus* crebro diceret, tamen, quum rem explicare vellet, verbo abstinuit, et potius *subscriptionem censoriam*, *subscriptionesque*, quam *notationem notationesque* dixit. Ut inprimis patet ex illa pro Cluentio. At ubi dubiae lectionis periculum nullum est, non refugit eodem uti, in eadem orat. [47.] *Etenim paucis postea mensibus alia vehemens erat in judiciis ex notatione tabu-*

Digitized by Google

se, nisi amissum foret. Consulum alter T. Quinctius Crispinus ad exercitum, quem Q. Fulvius Flaccus habuerat, cum supplemento in Lucanos est profectus. Marcellum aliae atque aliae objectae animo religiones tenebant. in quibus, quod, quum bello Gallico ad Claſtidium aedem Honori et Virtuti vovisset, dedicatio ejus a pontificibus inpediebatur:

larum invidia versata. Gellius 17, 18. *In cujus hiſtoria notiones censorias fieri atque exerceri videmus.* Ubi fruſtra, locum corruptum in omnibus exemplaribus, quod *censoria notio* nusquam dicatur, praefati, *notationes* supponunt Ranchinus 1. Var. 5. et Gonsal. ad Petron. Quod autem *cognitionem* maluit Rhenanus, quam *notionem*, nae ille in libris juris parum fuit versatus. Unum addam Ulpian. in l. 5. D. de Re judic. *Ait praetor: cujus de ea re jurisdictio eſt. Melius scripsisset, cujus de ea re notio eſt. Etenim notionis nomen etiam ad eos pertineret, qui jurisdictionem non habent, sed habent de quavis alia caussa notionem.* Aliud eſt *cognitio*, neque ad censores pertinet. Eandem *cognitionem* pro *notione* perperam impingit Ciceroni ad Att. 2. epiſt. 20. Fulv. Ursinus. Quam probavimus lectionem, habent Put. Reg. Men. Pal. Pet. melior, quatuor Flor. Voſſ. Barber. J. FR. GRON. *notitionem* Voſſ. et Lov. 1. *notionem* reliqui noſtri, et Oxonn. Hearnii, cum omnibus edd. usque ad Curionem, qui Rhenani conjecturam adoptavit. Eam autem omnes secuti editores servarunt usque ad Gronov. recte pro ea *notionem* subſtituentem: de qua voce v. Graev. ad Cic. in Pis. 5.

Adjecit tamen, fateri se, opera Livii Tarentum] Cicero idem scribit in Catone [4.] prave tamen *M. Livium Salinatorem* hunc vocat. Idem Plut. in Fabio [p. 187.] SIG. V. etiam Cic. 2. de Orat. 67. In verbis sequentibus priscam scripturam *amici ejus vulgo* revocavi, ut etiam Crevier. fecit. Jac. Gronov. ejecerat mediam vocem, quam tantum non omnes mei, omnesque Crevier. codd. servant.

Neque enim recipiendum fuisse] Pal. 2. *quod amici ejus vulgo in senatum jactassent, neque ei recipiendum fuisset, nisi ei amissum foret.* GEBH. Optimi *neque enim recipiundum fuisse.* J. FR. GRON. Ita etiam Flor. V. ad 26, 36, 11.

§. 6. *T. Quinctius Crispinus*] Praenomen deeſt in Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. multisque edd. antt. Sed primus id recepit Froben. anno 1535. Mox etiam Flacci praenomen Q. deeſt in Lov. 2. *T. Fulvius Flaccus* vocatur in Lov. 4. *Quintius Flaccus* in Hav. *Q. Fabius Flaccus* in Lov. 5. V. ad 9, 44, 15.

§. 7. *Quum bello Gallico ad Claſtidium aedem Honori et Virtuti* etc.] De bello Gallico et proelio, a Marcello ad Claſtidium in primo ejus consulatu commiſſo, scribit Polyb. 2, [34.] et Plut. in Marcello [p. 300.] De aedibus autem his idem Plut. [p. 314.] sic: Ἔπειτα ναὸν ἐκ τῶν Σικελι-

Digitized by Google

8 quod negabant, unam cellam duobus recte dedicari: quia, si de coelo tacta, aut prodigii aliquid
9 in ea factum esset, difficilis procuratio foret: quod, utri Deo res divina fieret, scirí non posset. neque enim duobus, nisi certis, Deis rite una hostia fieri. ita addita Virtutis aedes adproperato opere: neque
10 tamen ab ipso aedes eae dedicatae sunt. Tum demum ad exercitum, quem priore anno Venusiae re-
11 liquerat, cum supplemento proficiscitur. Locros

κῶν λαφύρων ᾠκοδομημένον ὑπ' αὐτοῦ Δόξης καὶ Ἀρετῆς καθιερῶσαι βουλόμενος, καὶ κωλυθεὶς ὑπὸ πῶν ἱερέων, οὐκ ἀξιούντων ἐνὶ ναῷ δύο θεοὺς περιέχεσθαι, πάλιν ἤρξατο προσοικοδομεῖν ἕτερον. SIG. *Clastrorum* Lov. 1. *Classidium* Lov. 2. *Clastigium* Hav. *Clascium* Hearnii L. 1.

§. 8. *Quod negabant, unam cellam duobus recte dedicari*] Restituimus ex cod. scripto: *quod negabant, unam cellam amplius quam uni Deo recte dedicari.* RHEN. Vet. lib. *rite.* SIG. *unam cellam amplius quam uni Deo rite dedicari* est scriptura Pal. 3. cum in caeteris sit omnibus *unam cellam recte duobus dedicari.* Tertius tamen ille, ne quid dissimulem, *dicari.* GEBH. Ab Rhenano est, cui modo Pal. unus, et recentior Pet. subscribunt. Sed Put. Reg. Men. duo Pall. Voss. perinde ut vett. edd. *unam cellam duobus recte dedicari.* J. FR. GRON. Si non obstaret auctoritas horum librorum, non dubitarem praeferre *rite*, quod quum omnium sacrorum, tum dedicationum vocabulum est. Ovid. 1. Fast. 610.

Templa sacerdotum rite dicata manu.

Ubi Ciofanus etiam ex suo MS. Livii probat *rite*, quod Hearnii etiam videntur habere. Cicero pro Domo 52. de dedicatione: *Nihil rite, nihil caste, nihil more institutoque perfecit.* Idem tamen c. 53. etiam *recte dedicare* dicit. DUK. *rite* Hearnius invenit in L. 1. Id autem de sacris et sacrificiis passim a Livio usurpatur. Exempla v. 1, 8. et 31. et 45. 5, 17. 7, 20. 27, 38. 31, 5. et 9. 41, 18. 42, 28. et 30. et 55. 44, 19. et 37. Omnes tamen mei, et Hearnii N. hic servant *recte.* Infra 34, 44, 2. *Id quum P. Licinius pontifex non esse recte factum renunciasset.* Ubi Pighius etiam male *rite* conjicit. 41, 16, 2. *Quia non recte factae latinae essent.* ubi Sigon. conjicit *rite.* 42, 32, 2. *Jurasse, se stato loco statisque diebus sacrificia habere, quae absente se recte fieri non possent: quae non magis consule, quam praetore, absente recte fieri possent.* Quin et mox *rite* sequitur. Solent autem *recte* et *rite* saepe commutari. V. ad 22, 9, 9. 31, 5, 7. c. 8, 3. et Torren. ad Val. Max. 2, 6, 13. Insuper *unam cellam duobus recte dedicari*, ut ante Rhenanum edebatur, Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et L. 1. nisi quod posterior *rite* praeferat, et omnes Crevier. codd. quod eorum fide revocavi, quamvis unus Reg. Rhenano faveat.

Digitized by Google

in Bruttiis Crispinus obpugnare conatus, quia magnam famam adtulisse Fabio Tarentum rebatur, omne genus tormentorum machinarumque ex Sicilia arcessierat: et naves indidem adcitae erant, quae vergentem ad mare partem urbis obpugnarent. Ea omissa obpugnatio est, quia Lacinium Hannibal admoverat copias: et collegam eduxisse jam ab Venusia exercitum fama erat, cui conjungi volebat. Itaque in Apuliam ex Bruttiis reditum, et inter Venu-

Similiter Val. Max. 1, 1, 8. *A collegio pontificum impeditus est, negante unam cellam duobus Diis recte dicari.* Mox *ante si prodigii aliquid* Lov. 5. Livium quidem ita particulam *si* repetiisse, vidimus ad 3, 17, 3. uni tamen testi haud tuto creditur. Tum §. seq. *utri Deorum* Lov. 3. Hinc *res divina*, transpositis vocibus, edidit Jac. Gronov. consentientibus Hearnii L. 1. et omnibus meis, praeter Ber. et Gaertn. qui ordinem priorem *divina res* servant.

§. 11. *Magnam famam adtulisse Fabio Tarentum ferebatur*] Put. *quia magnam famam attulisse Fabio Tarentum rebatur.* nempe Crispinus ipse. J. FR. GRON. Recte Gronov. eam lectionem in contextum admisit. Certe Livio τὸ *rebatur* admodum frequens est. 1, 26, 7. *Se absolvere non rebantur ea lege ne innoxium quidem posse.* 3, 41, 5. *Tribuniciae potestatis desiderium plebi multo acrius rebantur esse.* 4, 1, 2. *Contaminari sanguinem suum Patres rebantur.* V. 6, 3, 5. et 33, 3. 8, 25, 7. 9, 3, 8. 10, 21, 10. 22, 57, 7. 23, 13, 6. 24, 18, 5. et 20, 11. et 39, 7. 25, 15, 9. Adde, quae notantur ad 37, 39, 11. et 40, 5, 13. Solet autem varie hoc verbum in Mstis corrumpi. V. 22, 57, 7.

§. 12. *Eduxisse jam ab Venusia exercitum*] *eduxisse jam ad Venusiam* Flor. Lov. 2. 3. 4. et Harl. *jam eduxisse ad Venusiam* Hav. *adduxisse jam ad Venusiam* Voss. et Lov. 1. Voces *cui conjungi volebat* desunt in Lov. 5.

§. 13. *In Apuliam ex Bruttiis reditum est*] Expunximus *est*, quod non sit in veteri libro. RHEN. Consentit Flor. Sed reliqui mei cum Hearnii L. 1. τὸ *est* servant.

Inter Venusiam Brutiamque] Vet. lib. *Bauriamque.* ego *Bantiam.* Sic enim Plut. [in Marc. p. 314.] μεταξὺ Βαντίας πόλεως καὶ Βενυσίας. Et Stephanus: Βαντία πόλις Ἰταλίας, τὸ ἐθνικὸν Βαντιανός. SIG. Bene ex Plut. emendaverat Sigonius *inter Venusiam Bantiamque.* et ita diserte manus 5. Plinius 3, 11. Bantinos collocat in Lucanis. LIPS. 4. Ep. Quaest. 4. Ed. nostra Mog. *inter Venusiam Bautiamque.* MOD. Immo ita omnes edd. usque ad Curion. qui *Brutiamque* substituit, quod recte Sigon. mutat in *Bantiamque.* Ita enim Flor. et plerique reliqui codd. Nam soli Ber. et Hav. priscis editis; at Gaertn. lectioni Curionis adhaerent.

§. 14. *In eamdem regionem et Hannibal rediit*] In veteri libro *Annibal redit* legitur, non *rediit.*

Digitized by Google

siam Bantiamque, minus trium millium paſſuum
14 intervallo, consules binis caſtris consederant. In eamdem regionem et Hannibal rediit, averso ab Locris bello. Ibi ambo consules, ingenio feroces, prope quotidie in aciem exire; haud dubia spe, si duobus exercitibus consularibus junctis commisiſſet sese hoſtis, debellari poſſe.

1 XXVI. Hannibal quia cum Marcello bis priore anno congressus vicerat victusque erat, ut, cum eodem si dimicandum foret, nec spem, nec me-

RHEN. Pall. 2. ac 3. *In eadem regione et Annibal redit.* GEBH. *In eadem regione* etiam Flor. Voſſ. et Lov. 3. *In eadem religione* Cant. Tum *redit* Lov. 4. V. ad 36, 35, 2. Mox *adverso ab Locris bello*, pro *averso*, Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Gaertn. V. ad 2, 31, 6. Praeterea *ambo consules* edidit Jac. Gronov. consentientibus plerisque scriptis, et edd. prioribus. Pro eo Frob. anno 1535. et eum secuti reliqui dederant *consules ambo*; quibuscum facit Flor.

Prope quotidie milites in aciem excire] Non eſt sanum, tum ob ipsam phrasim, tum quod meliores scripti longe aliter. Put. *quotidie in acieheare*, omiſſo τῷ *milites*, quod nec ulli alii paullo vetuſtiores agnoscunt. Regius *cotidie in acta re*. Men. *cottidie in mactecare*. Voſſ. *cotidie in acte heare*. Nihil venit propius sub acumen ſtili, quam *quotidie in aciem exire*. Nam τὸ *m* Put. habet mutatum in *h*, literam vero *x* in *a*, frequentiſſimo more, de quo 4. Obs. [4.] 23, [29, 1.] *Nec sine levibus proeliis, nec ut in aciem exirent.* 25, [21, 1.] *Ut injussu praetoris in aciem exirent.* Lib. 35, [4, 2.] *Consul in aciem exibat, hoſtes pugnam detrectabant.* J. FR. GRON. *prope quotidie mactae*, reliquis omiſſis, Hav. *quotidie milites in aciem exciere* Gaertn. et Lov. 5. *quotidie in aciem hesire* Lov. 2. *quotidie in acte heare* Lov. 1. et Cant. *quotidie in acieheare* Flor. De Oxonn. nihil Hearnius monet, nisi L. 1. *exire* praeferre. *quotidie in acie exire* legit Harl. *quotidie in aciem exire*, ut Gronov. conjecit, Lov. 3. et 4. quod se quoque in Victor. reperiſſe, Crevier. teſtatur. Horum igitur fide ita edi juſſi, quod et Crevierius, unum suum secutus, fecerat.

Haud dubia spe, si duobus exercitibus consularibus junctis commisisset sese hoſtis] Pal. 1. *commisissent sese hoſtes, debellare posse.* GEBH. *haud dubiae spei* Voſſ. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Deinde vox *exercitibus* exsulat a Voſſ. et Lov. 1. Tum *commisissent sese hoſtes* Lov. 2. 5. Ber. et Hearnii L. 1. cum iisdem excusis. Similiter fluctuarunt scribae supra 5, 50, 2. et alibi.

§. 1. *Nec spem, nec metum ex vano haberet*] Forte *habebat*. J. FR. GRON.

Haud quaquam sese parem fu-

Digitized by Google

tum ex vano haberet; ita duobus consulibus haud-
quaquam sese parem futurum credebat. itaque, to- 2
tus in suas artes versus, insidiis locum quaerebat.
Levia tamen proelia inter bina castra vario eventu 3
fiebant: quibus quum extrahi aestatem posse con-
sules crederent, nihilominus obpugnari Locros posse
rati, L. Cincio, ut ex Sicilia Locros cum classe
trajiceret, scribunt. Et, ut ab terra quoque obpu- 4
gnari moenia possent, ab Tarento partem exerci-
tus, qui in praesidio erat, duci eo jusserunt. Ea 5

turum credebat] Pall. sec. et tert. *censebat*. GEBH. Ita et Lov. 4. Praeterea *haud quicquam* Gaertn. Ita saepe peccarunt librarii. V. ad 2, 68, 8. 4, 1, 6. 6, 14, 4. c. 21, 5. 7, 10, 6. 8, 23, 17. 21, 33, 9. c. 34, 4. 23, 2, 9. aliisque locis.

§. 3. *L. Cincio, ut ex Sicilia Locros cum classe*] *L. Cinctio* Voss. Lovel. 2. 3. et Hav. *L. Cintio* Gaertn. *L. Cincinio* Lov. 5. *L. Quintio* Hearnii L. 1. Ceterum, anno priore M. Valerio cum L. Cincio imperium in Sicilia prorogatum fuisse, supra retulit Livius c. 8. Verum hoc anno, omisso Cincio, in Sicilia ita divisa res est. Sex. Caesari exercitus Cannensis est datus. M. Valerius Laevinus, prorogato imperio, classem, quae ad Siciliam erat, navium septuaginta obtineret. V. supra c. 22. Quomodo ergo nunc L. Cincius ex Sicilia Locros cum classe trajicere jubetur?

§. 4. *Partem exercitus, quae in praesidio erat*] Vet. lib. *qui in*. SIG. Libri omnes nostri *quae in praesidio erat*. GEBH. *quae in praesidio* Flor. Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *eam partem exercitus, quae* Lov. 4. et Harl. Nihilominus Sigonii emendationem, quam reliqui tuentur, veriorem puto.

§. 5. *Ea ita futura per quosdam Thurinos compertum Hannibali quum esset*] Pal. 3. *Ea ita futura* cum reliquis libris omnibus continet. GEBH. *Et ita futura* Lov. 1. 3. et Gaertn. Tum *per quemdam Thurinum* Hearnii L. 1. *per quemdam Tarentinum* Hav. Ultima autem verba ita primus concepit Jac. Gronov. Omnes priores legunt *comperta Hannibali quum essent*: quod servant Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Id etiam scriptos suos tueri, testatur Crevier. et elegantem loquendi figuram vocat. V. J. Fr. Gronov. ad 27, 15, 12. Mox *ad insidendum ab Tarento viam* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. V. ad 40, 49, 1.

Sub tumulo Petelliae equitum duo, peditum tria millia in occulto locata] Vet. lib. *Petelias*. Stephanus. *Πετηλία πόλις Ἰταλική, τὸ ἐθνικὸν Πετηλινός*. Plutarch. [p. 314.] *τὸν περὶ Πετηνὰν λόφον* aït, pro *Πετηλίαν*. SIG. Pall. 2. et 3. *sub tumulo Petiliae tria millia peditum, duo millia equitum in occulto locata*. GEBH. Put. *Pe-*

Digitized by Google

futura per quosdam Thurinos compertum Hannibali quum esset, mittit ad insidendam ab Tarentum viam. ibi sub tumulo Peteliae tria millia equitum, peditum duo in occulto locata: in quae inexplorato incitates Romani quum incidissent, ad duo millia hostium caesa, et mille ducenti ferme vivi capti. reliqui dissipati fuga per agros saltusque Tarentum refugere. Tumulus erat silvestris inter Punica et Romana castra, ab neutris primo occupatus: quia Romani, qualis pars ejus, quae vergeret ad hostium castra, esset, ignorabant; Hannibal insidiis, quam silvestris, aptiorem eum crediderat. itaque nocte ad emissas aliquot Numidarum turmas medio in saltu

ae ∞ ∞ ∞ *equitum*, *peditum duo in occulto*. Scribe igitur *Peteliae tria millia equitum*, *peditum duo in occulto locata*. J. FR. GRON. *Petellae* Flor. Voss. Lov. 1. et Hav. *Petelae* Lov. 3. *Petilae* Hearnii L. 1. *Petilliae* Harl. *Peliae* Lov. 4. 5. Ber. et Gaertn. *Peteliae* Hearnii N. V. ad 23, 20. Deinde priscam scripturam *tum duo*, *peditum tria millia* servant Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Voces tamen *tria millia* in Flor. adscriptae sunt a manu recenti, quae desunt in Hearnii L. 1. *tria millia peditum duo*, omissa voce *equitum*, legit ejusdem Hearnii D.

6. *Ad duo millia armatorum caesa*] Plut. (ibid.) ὑφεῖς ἐνέδρας, τακοσίους καὶ δισχιλίους ἀπέκτεινε. SIG. *ad CC armatorum caesa*. Hearnii L. 1. Etiam alibi notae numeri millenarii et centenarii ∞ et *C* in Mstis communiter. V. ad 33, 43, 9. *ad armatorum*, omisso medio numero, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Hav. V. ad 39, 42, 3.

Et mille ducenti ferme vivi capti] Put. *caesa mille et D. ferme*. quasi vellet *quingenti*. Lege ex melioribus: *ad duo millia armatorum caesa*, *mille et quingenti ferme vivi capti*. J. FR. GRON. *et ferme vivi capti* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *fermeque vivi capti* Hearnii N. *et ferme UT capti* ejusdem L. 1. An forte legendum *ad duo millia armatorum caesi et quingenti, ferme nulli capti?* Plutarch. certe tot caesos refert.

§. 7. *Tumulus erat silvestris inter Punica* etc.] Plut. [Marc. p. 315.] Ἦν δὲ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων λόφος, ἐπεικῶς μὲν ἐυερκὴς, ὕλης δὲ παντοδαπῆς ἀνάπλεως. SIGON.

Quae vergeret in hostium castra] Voss. et omnes Gall. *vergeret ad hostium castra*. J. FR. GRON. Ita et omnes mei. Ex Oxonn. unum dissentire D. qui priorem scripturam servat. Hearnius nota-

Digitized by Google

condiderat, quorum interdiu nemo ab ſtatione movebatur, ne aut arma, aut ipsi procul conspicerentur. Fremebant vulgo in caſtris Romanis, occupandum eum tumulum eſſe, et caſtello firmandum: ne, si occupatus ab Hannibale foret, velut in cervicibus haberent hoſtem. Movit ea res Marcellum, et collegae, *quin imus*, inquit, *ipsi cum equitibus paucis exploratum? Subjecta res oculis noſtris certius dabit consilium.* Consentiente Crispino, cum equitibus ducentis et viginti, ex quibus quadraginta Fregellani, ceteri Etrusci erant, proficiscuntur. Secuti M. Marcellus consulis filius, et A. Manlius, tribuni militum: simul et duo praefecti sociùm, L.

vit. Supra c. 25, 11. *Vergentem ad mare partem urbis obpugnarent.* 44, 36, 1. *Hora diei jam ad meridiem vergebat.* Mox pronomen *eum* omittunt Lov. 2. 3. et Voſſ.

§. 9. *Fremebant vulgo in caſtris Romanis*] Plut. [ibid.] Ἦν πολὺς ἐν τῷ ϛρατοπέδῳ τῶν Ῥωμαίων λόγος, ὡς χρὴ τὸ χωρίον καταλαμβάνειν. SIG. Non moverim: tamen Put. *Romani.* J. FR. GRONOV. Ita et Lov. 3. a m. 2. et Hearnii L. 1. Deinde *Publice fremebant vulgo* Rec. et Hearnii D. Mox *occupandum eum locum eſſe* Lov. 2. 3. 5. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et omnes edd. ante Aldum. *occupandum locum eum eſſe* Voſſ. Lov. 1. et Ber.

§. 10. *Subjecta res oculis noſtris certius dabit consilium*] Expunximus *noſtris.* RHEN. Pall. 1. et antiqua ed. *Subjecta res oculis noſtris.* Pariter ut Ovid. [1. Amor. 4, 54.]

Consilium nobis resque locusque dabit.

GEBH. Omnes Gall. Voſſ. et Pall. unus *Subjecta res oculis noſtris.* J. FR. GRON. Rhenano concinit Harl. Reliqui *τὸ noſtris* servant: quod de Oxonn. L. 1. et N. similiter teſtatur Hearnius.

§. 11. *Consentiente Crispino*] Pro *Consentiente*, substituimus *Adsentiente.* RHEN. Pall. 1. 2. et vet. ed. *Consentiente Crispino.* GEBH. Iidem, accedente et Pal. altero, *Consentiente Crispino.* Quae mutavit parvo operae pretio Rhenanus. J. FR. GRON. *Consentiente*, vel *Consentienti Crispino* omnes iterum mei, et Oxonn. Hearnii: quare id revocavi. Mox *ducentis viginti*, vel *CCXX*, Flor. Voſſ. Lov. quinque, et Hav.

§. 12. *Secuti M. Marcellus consulis filius, et A. Manlius, tribuni militum*] Put. Gall. Voſſ. unusque Pall. *Secuti M. Marcellum trib. mil. cos. filius et A. Manlius: simul et duo praefecti*: ubi explicabis *tribuni militum.* J. FR. GRON. Consentiunt Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn.

Digitized by Google

3 Arennius, et M.? Aulius. Inmolasse eo die quidam memoriae prodidere consulem Marcellum, et, prima hostia caesa, jecur sine capite inventum; in
4 secunda omnia comparuisse, quae adsolent. Auctum etiam visum in capite: nec id sane aruspici placuisse, quod, secundum trunca et turpia exta, nimis laeta adparuissent.

Hav. Hearnii L. 1. N. codd. omnes Crevierii, et edd. principes. nisi quod quidam meorum omittant praenomen Manlii *A.* Sed *Secuti M. Marcellum consulis filius et Manlius tribuni militum* Voss. *Secuti Marcellum C. Fabius consulis filius, et Manlius tribuni militum* Hearnii D. *Secuti M. Marcellum C. Fabius consulis filius et Manlius tribuni militum* Lov. 3. *Secuti Marcellum*, vel *M. Marcellum C. Fabius consulis filius et A. Manlius tribuni militum* edd. Mediol. anni 1505. Asc. anni 1513. et 1516. Primi Moguntini receperant, quod nunc vulgo obtinet. Mox *τὸ simul* deest in Ber. et Hearnii D. Deinde *L. Arenius* legit Lov. 4. *L. Atrenius* Hav. *L. Arrennius* Voss. Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *L. Arrenus* Gaertn. *L. Arrenius* Flor. et Lov. 2. 3. 5. Similis diversitas infra est c. 27, 8. V. ad c. 6, 3. Sequentis praefecti nomen emendat Gronov. ac legit *Manius Aulius* ad cap. seq. §. 8. ubi vide. Nostri hic nihil mutant.

§. 13. *Quidam memoriae prodidere*] *prodidere memoriae* Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et typis descripti ante editionem Frob. anni 1535. *prodidere memoriam* Flor. a m. 1. *memoria* a m. 2. V. infra ad 40, 29, 2.

Prima hostia caesa, jecur sine capite inventum] Plutarch. [in Marc. p. 315.] *Καὶ τοῦ πρώτου πεσόντος ἱερείου, δείκνυσιν αὐτῷ τὸ ἧπαρ οὐκ ἔχον κεφαλὴν ὁ μάντις.* SIGON.

§. 14. *Auctum etiam visum in capite*] Simile extispicium describit Lucanus iis versibus in 1, [626.]

Quodque nefas nullis impune apparuit extis,
Ecce videt capiti fibrarum increscere molem
Alterius capitis: pars aegra et marcida pendet,
Pars micat, et venas celeri movet improba pulsu.

Caput extorum est jecur. Et in jecore duo capita constituebant aruspices. RHEN. Plut. [ibid.] *ἥ, τε κεφαλὴ μέγεθος ὑπερφυὲς ἀνέσχεν.* De eadem re Valerius 1, 6, 9. SIG. *Arcum etiam visum* Lov. 2. *Actum etiam visum* Lov. 4. *Autum etiam visum* Flor. a m. 1. *Aut cum etiam visum* a m. 2. Sed *Auctum* hic accipit casum quartum substantivi *Auctus* Crevier. Vir doctus etiam ad marginem ed. Curionis exponit hoc sensu per *αὔξησιν.*

Nec id sane aruspici placuisse, quod, secundum trunca et turpia exta, nimis laeta] Plutarchus [ibid.] *Οἱ δὲ μάντεις ταῦτα μᾶλλον ἔφασαν δεδιέναι, καὶ ταράττεσθαι, λαμπροτάτων γὰρ ἐπ' διόχίσοις καὶ σκυθρωποτάτοις ἱεροῖς γενομένων, ὕποπτον*

Digitized by Google

XXVII. Ceterum consulem Marcellum tanta cu- 1
piditas tenebat dimicandi cum Hannibale, ut num-
quam satis castra castris conlata crederet. tum quo- 2
que vallo egrediens signum dedit, ut ad locum mi-
les esset paratus: ut, si collis, in quem specula-
tum irent, placuisset, vasa conligerent, ac seque-
rentur. Exiguum campi ante castra erat: inde in 3

εἶναι τῆς μεταβολῆς τὴν ἀτοπίαν. SIG. *secundum trunca et turpia exta secunda nimis laeta* Hav. *prima trunca et turpia exta, secunda nimis laeta* Brancal. Latinii.

§. 1. *Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi*] Vet. lib. pro *cupiditas* habent *cupido*. SIG. Pall. 2. 3. *cupido*. Justinus 11, 7. *Gordiae urbis potiundae non propter praedam cupido Alexandrum cepit.* GEBH. Ita et Hearnii D. Solent interdum hae voces in scriptis confundi. Exemplum habuimus supra 21, 19, 7.

Numquam satis castra castris conlata crederet] Scripsimus *diceret*, ad fidem vetusti codicis. RHEN. Vet. lib. pro *diceret*, habent *duceret*. SIG. Gebhardus ad c. 12, 9. testatur, Pal. 3. Rhenano consentire, quae lectio etiam exstat in margine Harl. verum *crederet* superesse in Pall. 1. et 2. quod etiam tuentur Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Similiter se in Put. et Victor. invenisse, testatur Crevier. licet parum intersit. Priscam igitur lectionem restitui.

§. 2. *Signum dedit, ut ad locum miles esset paratus: ut, si collis*] Ibi *ut, si collis*, delevimus particulam *ut*, ad fidem vetusti codicis. RHEN. Pal. tert. *signum dedit, ad locum miles esset paratus.* Tum tert. *ut, si collis*. neque secus ant. ed. GEBH. Constare video scriptos omnes in repetenda particula *ut, si collis.* quam quo merito deleverit Rhenanus, judicare licet ex hoc lib. c. 35, 3. *Ut, si tuto per hostes posset, adiret id concilium, ut, qui Siculo bello profugi essent, redirent.* JAC. GRON. *ad locum*, in quo nihil variant Msti, Crevierius exponendum putat statim, quantocius, ut idem sit atque *illico*, quod corruptum est ex duabus vocibus *in loco*. Doujatius notat *locum* hic pro tempore poni. Eo sensu *locus* usurpari, Gronov. supra docuit ad c. 7, 17. Exempla tamen, quae is illo loco, et alii alibi laudarunt, ad significationem hanc firmandam, per omnia locutioni, quae hic obcurrit, convenire non videntur. Locum corruptum puto, de quo statuant acutiores. Deinde particulam *ut*, a Rhenano ejectam, servant Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Oxonn. Hearnii, et codd. Crevier. quam etiam revocavi. Neque displicere debet, eamdem particulam modo praecessisse. Saepissime enim Livius eam ita repetere solet. V. ad 1, 17, 11. Mox *et sequerentur* Flor. Voss. Lov. 2. 3. et Hav.

§. 3. *Exiguum campi ante ea castra erat*] Dolevimus *ea* pronomen ad fidem vetusti codicis. RHEN. Rhenano adversantur Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Digitized by Google

collem aperta undique et conspecta ferebat via. Numidis speculator, nequaquam in spem tantae rei positus, sed si quos vagos, pabuli aut lignorum caussa longius a castris progressos, possent excipere, signum dat, ut pariter ab suis quisque latebris exo-
4 rirentur. Non ante adparuere, quibus obviis ab jugo ipso consurgendum erat, quam circumiere, qui a tergo includerent viam. Tum undique omnes
5 exorti, et clamore sublato inpetum fecere. Quum in ea valle consules essent, ut neque evadere possent in jugum occupatum ab hoste, nec receptum

Reliqui pronomen similiter omittunt.

Numidis speculator, nequaquam in spem tantae rei positus] Pal. 2. *regositus*. GEBH. *Numida speculator* Rec. Hav. et Branc. Latinii. Male. *Numidis* referendum est ad sequens *signum dat*. Speculator ille signum Numidis dedit.

Longius a castris progressos posset excipere] Castigavimus. *possent excipere* ad fidem vetusti codicis. RHEN. Priorem lectionem tuentur Flor. Voss. Lov. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Deinde *longius castris* Harl.

Ab suis quisque latebris exorirentur] Pal. pr. *ab utrisque latebris exorirentur*. tert. *ab suis quisque latebris*. GEBH. Put. Pal. Voss. *ab utrisque latebris exorerentur*. J. FR. GRON. *ab utrisque latebris* Cant. Lov. 1. 2. 3. Hearnii L. 1. N. et Brancal. Latinii. *ab suis lateribus quisque* Lov. 4. *ab utrisque lateribus* Flor. Hafn. et Hav. Gronovius in pr. ed. notarum addidit, se vulgatum sincerum putare. De τῷ *exorerentur*, quod Put. praefert apud Gronov. v. ad 23, 16, 7.

§. 4. *Quam circumiere, qui a tergo includerent viam*] Castigavimus *intercluderent* ad fidem vetusti codicis. RHEN. *intercluderent* solus Pal. tert. At reliqui *includerent*. Mox iterum tert. *inpetum facere*, ut creberrime a me castigatum in hoc scriptore. GEBHARD. *intercluderent* Lov. 5. quod post Rhenanum ex ejus sententia recepit Frob. anno 1535. et secuti editores servarunt usque ad Gruter. qui in ultima ed. *includerent* reposuit; quod non tantum Gronov. supra ad 26, 5, 11. fere omnes Mstos exhibere monuit, sed apud me etiam superest in reliquis codd. ut et in Branc. Latinii. Vide, quae notantur ad d. l. Livii. Praeterea *quam circum accurrere* Brancal. Latinii. Mox *inpetum facere* Lov. 2. *fecerunt* Ber. et Gaertn. cum primis edd.

§. 5. *Neque evadere possent in jugum*] Castigavimus *neque evaderent in jugum*, eraso verbo *possent*, ad fidem vetusti codicis. RHENAN. Pal. 1. et vet. ed. *evadere possent*. GEBH. Omnes Gall. et duo Pall. *neque evadere possent in jugum*. Lege etiam *essent*, *ut neque evadere possent in jugum*. J.

Digitized by Google

ab tergo circumventi haberent; extrahi tamen diutius certamen potuisset, ni coepta ab Etruscis fuga pavorem ceteris injecisset. Non tamen omisere 6
pugnam deserti ab Etruscis Fregellani, donec integri consules hortando, ipsique ex parte pugnando rem sustinebant. Sed, postquam vulneratos ambo 7
consules, Marcellum etiam transfixum lancea prolabentem ex equo moribundum videre, tum et ipsi (perpauci autem supererant) cum Crispino consule duobus jaculis icto, et Marcello adolescente, saucio et ipso, effugerunt. Interfectus A. Manlius tri- 8

FR. GRON. Omnes omnino mei, cum Hearnii L. 1. et N. *evadere possent.*

§. 6. *Deserti ab Etruscis Fregellani*] Ducentos et viginti equites secum eduxerat Marcellus, quorum nemo Romanus, sed aut Etrusci erant omnes, aut Fregellani, ut ait Plutarch. [in Marcell. p. 315.] Ἐξῄει οὖν τόν τε συνάρχοντα Κρισπῖνον παραλαβών, καὶ τὸν υἱὸν Χιλιάρχοντα, καὶ τοὺς σύμπαντας ἱππεῖς εἴκοσι καὶ διακοσίους· ὧν Ῥωμαῖος οὐδεὶς ἦν, ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι Τυρρηνοί, τεσσαράκοντα δὲ Φρεγελλάνους, πεῖραν ὀρετῆς καὶ πίστεως ἀεὶ τῷ Μαρκέλλῳ δεδωκότες. SIG. Pall. 2. et 3. *Fregellani equites.* GEBH. Ita et Lovel. 4. Harl. Rec. et Hearnii D. Verum addita hac voce, quam optimi ignorant, opus non est: supra enim cap. praec. et Etruscos et Fregellanos, quos adsumsit, equites fuisse dixit.

§. 7. *Sed, postquam vulneratos ambos consules* etc.] Confer totum hoc cum loco Siliano [15, 334.] quem eo lubentius adscribo, quod alter ab altero lucem accipiet, et pulcherrima occasio est, luculentissimos ejus poëtae versus aliquam multos lutulentissime turpatos genuinae integritati restituere. Sic igitur Italicus membranaceus:

Sed quisnam aversos Phoebum tunc jungere ab urbe etc.

MOD. Locus, quem ex Silio Modius laudavit, longior est, quam ut hic commode pro ratione adnotationum legi possit, et nullae ex eo mendae ope membranarum exemtae, sed contra prioribus erroribus quidam graviores additi sunt. Consulenda itaque est ed. hujus poëtae, quam olim vulgavi, cui adjectae sunt omnes Modii emendationes. Ceterum Gronov. ex Put. *ambo consules* edidit, quem v. ad 35, 21, 5. Similiter etiam inveni in Flor.

Marcellum etiam transfixum lancea] Plut. [ibid.] Μάρκελλον δέ τις λόγχῃ πλατείᾳ διὰ τῶν πλευρῶν διήλασεν, ἣν λαγκίαν καλοῦσιν. SIGON.

§. 8. *Interfecti A. Manlius tribunus militum*] Subvenimus huic loco, quem in editione Asulanica asterisco notatum reperimus. Nam legendum est *Interfectus A.*

Digitized by Google

bunus militum, et ex duobus praefectis sociùm M.
Aulius occisus, L. Arennius captus. et lictores
consulum quinque vivi in hostium potestatem vene-
9 runt: ceteri aut interfecti, aut cum consule effuge-
runt. equites tres et quadraginta, aut in proelio,
aut in fuga, occiderant, duodeviginti vivi capti.
10 Tumultuatum et in castris fuerat, ut consulibus irent
subsidio; quum consulem et filium alterius consu-
lis saucios, exiguasque infelicis expeditionis reli-

Manlius. nec deest quicquam. Vocabulum plurativum *Interfecti* scrupulum ante injecerat. RHEN. Videri potest prolepsis, ut, quod in genere dictum sit, per species explicetur. Sed mihi occisorum nomina omissa videntur. Quidam *Interfectus* legunt. si fide codicum fecere, bene habet locus. GLAR. Ita [*Interfectus*] vet. lib. Movet quosdam, quod legerint *Interfecti*, suspicanturque deesse nomen alterum, sine causa. SIG. Pal. 1. et vet. ed. *Interfecti.* cum tamen 2. ac 3. tueantur vulgatum *Interfectus.* GEBH. Non tam plane subventum est his, quam Rhenanus et Sigonius putant. Nam Put. et quicquid est meliorum *Interfecti:* ut erat olim vulgo, quo Glareanus offendebatur. Suspicor τὸ *occisus* esse adjectum ab homine semidocto, et ita scripsisse Livium: *Interfecti A. Manlius tribunus militum, et ex duobus praefectis sociùm Manius Aullius, L. Arennius captus.* Hoc ipsi Rhenano facile probatum fuisset, si in mentem venisset: neque enim erat ille compendiorum dicendi, quae apud Livium reperiuntur, ignarus. Turbant aliquid libri in nomine prioris praefecti. Nam Put. melior Pet. duo Flor. optimi *Manius Auxilius.* Credemusne jam id nomen viri fuisse, ut Ausonii aevo fuit? Sane *Obsidius* apud Florum est, *Tympanus* apud Livium 34, [47, 2.] et *Corculi* satis antiqui: recentius nomen *Desiderius.* Sed supra Put. *M. Aullius.* Pet. melior. *M. Aullius.* Verum esse utrobique puto *Manius Aullius.* J. FR. GRON. *Interfecti* Flor. Voss. Lov. 2. 5. Harl. Ber. a m. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Gronovio itaque vocem *occisus*, quam tamen omnes codd. servant, delenti non adversor. Deinde *Manlius*, pro *M. Aulius*, Lov. 2. et 4. *Aulius*, omisso praenomine, Lov. 3. *Manlius Auxilius* Voss. Lov. 1. Hav. et Hearnii N. Gronovio igitur, praenomen ejus *Manius* fuisse existimanti, adsentior, non tamen ipsum nomen per duplicem liquidam *Aullius* scribenti. Certe libb. 8. et 9. multiplex Q. Aulii Cerretani consulis ac magistri equitum mentio fit, ubi tamen semper id nomen una liquida scribitur. Vel igitur eadem orthographia hic quoque servanda est, vel, ut Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii conjecit, *l* in *i* mutata, legendum est *Avilius.* Prius tamen malo. Deinde posterioris praefecti praenomen deest in Florent. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antiquis. Tum autem *Arcenius* Lov. 2. *Arienius* Lov. 4. *Atrenius* Hav.

Digitized by Google

quias, ad castra venientes cernunt. Mors Marcelli 11
quum alioqui miserabilis fuit, tum quod nec pro aetate, (major jam enim sexaginta annis erat) neque pro veteris prudentia ducis, tam inprovidè se, collegamque, et prope totam rempublicam, in praeceps dederat. Multos circa unam rem ambitus fe- 12
cerim, si, quae de Marcelli morte variant auctores, omnia exsequi velim. Ut omittam alios, L. 13
Coelius triplicem rei gestae ordinem edit: unam

Arcrenius Harl. *Arrenis* Voss. et Lov. 1. *Arrenius* Flor. Lov. 3. 5. et Hav. *Arrennius* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad cap. praec. §. 12.

Et lictores consulum quinque vivi etc.] Plut. [ibid.] Ἀιχμάλωτοι δὲ καὶ τῶν μὲν ῥαβδούχων πέντε. SIGON.

§. 9. *Equitum tres et quadraginta*] Scripsimus *equites tres*. RHEN. Pall. duo, et vet. ed. *equitum tres et XL*. GEBH. Ita et Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Paullo ante *fugerunt* Hearnii D.

Duodeviginti vivi capti] [Plut. ibid.] Τῶν δὲ ἱππέων εἴκοσι δυοῖν δέοντες. SIG. *decem et octo vivi capti* Hearnii D. *decem et octo capti vivi* Lov. 4. *capti vivi* etiam Lov. 1. 2. 3. 5. Voss. Ber. et Gaertn. cum edd. vetustis.

§. 10. *Et tumultuatum in castris fuerat*] Scripsimus *Tumultuatum est in castris*. RHEN. Pal. 1. omisso *et*, *Tumultuatum in castris*. Vet. ed. *Et tumultuatum in castris*. GEBH. *Et tumultuatum in castris* Ber. et Gaertn. *Tumultuatum in castris* Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, et Hav.

§. 11. *Major jam enim sexaginta annis erat*] Pall. 2. ac 3. *jam enim major LX. annis erat*. GEBH. *major enim jam* Lov. 2.

Tam inprovide isset, collegamque] Restituimus depravatum locum, pro *isset* scribentes *se, tam improvide se collegamque et prope totam rempublicam in praeceps dederat*. RHENAN. Rhenanus se restituisse depravatum locum ait. Priores *improvide isset coll.* nec aliter legimus Cantabrigiae. Voss. *improvide issent coll.* Nimirum colligendae propius literae, scribendumque *tam improvide is se collegamque*. JAC. GRON. *tam improvide issent collegamque* Lov. 1. *tam improvide isset collegamque* Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Cujus lectionis vestigiis quamvis proxime insistat Celeberr. Gronov. *tam improvide is se collegamque* substituens, praefero tamen Rhenani emendationem, pro qua stant Flor. et alii. Eamdem etiam servasse puto Put. ex quo nihil aut ipse Gronov. aut alii notarunt.

§. 13. *L. Coelius triplicem rei gestae ordinem edit*] Vet. lib. alii *C. Laelius*, alii *Laelius Coelius*. Aut igitur L. Coelius Antipater est, cujus saepe meminit, aut C. Laelius; quem historias scripsisse, tradere videtur Polyb. 10, [3.] SIG. Pal. 1. et ant. ed. *Cajus Laelius*. ad marginem tamen Pal. 1. appictum *Caelius*. GEBH. *C. Elivius* Ber. *C. Coelius* Voss. et Lov.

Digitized by Google

traditam fama; alteram scriptam laudatione filii, qui rei gestae interfuerit; tertiam, quam ipse pro
14 inquisita ac sibi comperta adfert. Ceterum ita fama variat, ut tamen plerique loci speculandi caussa castris egressum; omnes insidiis circumventum tradant.

1 XXVIII. Hannibal, magnum terrorem hostibus, morte consulis unius, vulnere alterius, injectum esse ratus, ne cui deesset occasioni, castra in tu-

3. a m. 2. *Cornelius Lelius* Hearnii L. 1. *C. Laelius* Flor. Lov. 2. et 3. a m. 1. Harl. Gaertn. Hav. Doujatii Colbert. Hearnii N. et omnes edd. ante Sigonium. *Lelius* Lov. 4. *Coelius* Lov. 5. Ut de lectione *L. Coelius*, quam Sigonius invenit, dubitem, illa caussa est, quod Livius alibi, Coelium antiquum scriptorem memorans, omittat praenomen. Praeterea *gestae rei ordinem* Flor. Lov. quinque, Harl. Hav. et Hearnii L. 1.

Ordinem edit: unam traditam] Haec genere inter se non conveniunt, ut debebant. Emendandum puto *seriem*. ex quo obscurius forsan scripto vel corrupto, ut vocem formarent aptam, credibile est librarios sine respectu ad sequentia interposuisse, vel supra scripsisse, ut solent, *d* et *n*. JAC. PERIZ. Nisi potius dicendum est, pro *ordinem* animo scribentis obversatum fuisse aliud substantivum foeminini generis, qualia multa ex optimis utriusque linguae scriptoribus observata sunt. Ita de hoc loco visum fuit Jac. Gronovio ad Luciani Gall. p. 163. DUK. Doujatius etiam vel *narrationem*, vel *seriem* legebat, vel voces *unam*, *alteram*, *tertiam* non ad τὸ *ordinem*, sed ad τὸ *rei gestae* referebat; quod placuit etiam Doct. Haverkampio in differt. de voce ΜΕΓΑΣ, quia Msti constanter vulgatam lectionem tuentur. Idem etiam Crevierio verius visum est.

Alteram scriptam laudatione filii, qui rei gestae interfuit] Auctoritatem Msti voluminis secuti reposuimus, *alteram scripta laudatione filii, qui rei gestae interfuerit*. RHEN. Omnes libri nostri *alteram scriptam laud*. GEBH. Put. *alteram scribtam laudatione filii, qui rei gestae intervenerit*. Sane *scriptam* omnes alii libri Gallicani, Pall. Voss. et videtur parum caute mutasse Rhenanus. J. FR. GRON. *scriptam* etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Deinde *interfuit*, ut ante Rhenanum edebatur, Voss. et Ber. *interfuerat* Hav.

§. 1. *Vulnere alterius injectum esse*] Pal. 1. *infectum*. forte leg. *invectum*. sec. *vulneratis alterius interfecti esse*. GEBH. *vulnerius alterius* Flor. a m. 1. *vulneribus* a m. 2. *duobus jaculis ictum* Crispinum cap. praec. dixit. Et ita de eodem cap. seq. *Vix lecticae agitationem prae gravitate vulnerum patiens*. Deinde *factum esse* Hav. *infectum esse* Flor. *invectum*, ut Gebh. conjecit, Gaertn. Nihil mutandum esse, reliquis codd. invitis, puto. De locutione *in-*

Digitized by Google

mulum, in quo pugnatum erat, extemplo transfert. ibi inventum Marcelli corpus sepelit, Crispinus, 2 et morte collegae, et suo vulnere territus, silentio insequentis noctis profectus, quos proximos nanctus est montes, in iis loco alto et tuto undique castra posuit. Ibi duo duces sagaciter moti sunt, 3 alter ad inferendam, alter ad cavendam fraudem. Annulo Marcelli simul cum corpore Hannibal potitus erat. ejus signi errore ne cui dolus necteretur 4

jicere terrorem v. ad 2,36,3. Lectiones autem, quae a vulgato discrepant, ex sollemni scribarum errore ortae videntur. Certe *injectum et infectum* etiam supra commutantur 10, 6, 3. ubi simili errore ex *infectum*, quod pro *injectum* scriptum erat, Gebhard. *invectum* conjecit. *injectum* et *invectum* 9, 40, 14. commutantur, ubi vide. Et ita etiam mox hoc cap. §. 17.

Ibi inventum Marcelli corpus sepelit] Hac in re citat auctorem Livium Plutarchus [in Marc. p. 316.] *Λίβιος δὲ καὶ Καῖσαρ ὁ Σέβαστος κομισθῆναι τὴν ὑδρίαν πρὸς τὸν ὑιὸν εἰρήκασιν, καὶ ταφῆναι λαμπρῶς.* SIG. Quae de cadavere Marcelli ab Hannibale sepulto Plut. l. l. scribit, pluribus examinat Periz. in Animadv. Hist. c. 9. p. 368. eumque scriptores, quos memorat, male laudasse evincit.

§. 2. *Quos proximos nactus est montes*] Pal. 2. *quosquos prox. n. e. m.* GEBH. Put. Reg. Pall. Voss. *quosquos proxumos nanctus.* Plautus Poenulo [3, 2, 11.] *Quiqui tamen Et bene et benigne facitis.* Cicero 16. ad Att. 11. *Veteranos, quiqui Casilini et Calatiae sunt, perduxit ad suam sententiam.* J. FR. GRON. *quosque* Hearnii L. 1. *quosquos* Flor. et Lov. 3. ac 4. cum tribus codd. Crevierii. Ita in optimo cod. infra erat 29, 19, 9. *Milites, quiqui Locris essent, omnes in Siciliam transportari.* et in alio supra 3, 47, 2. *Si, incolumi urbe, quaequae capta, ultima timeantur.* V. ad 2, 2, 1. *proxumos* autem, ut *optumus, maxumus*, et similia; de quibus v. ad 3, 17, 5. *nanctus* etiam Flor. V. ad 24, 31, 14. Mox §. seq. voces *alter ad cavendam* perperam omittuntur in Flor. Voss. et Lov. 1. 2. 4. quod de Put. optimo etiam infra testatur Crevier. ad §. 5.

§. 4. *Annulo Marcelli simul*] Put. Voss. Men. *Anulis Marcelli.* Id etiam in Gud. tam hic, quam mox inferius, video: et verum esse puto. *Annulos* dicebant etiam de uno annulo, ut *liberos* de filio vel filia, *hortos* de uno horto, et similia. J. FR. GRON. *Anulis* vel *Annulis* Flor. Cant. Lov. 1. 4. Hafn. Hav. Regius apud Doujatium, et plures Crevierio inspecti; quorum plerique etiam mox *annulisque* vel *annulisque.* Verum *anul'* hic, et mox *annulisque* Hearnii L. 1.

Ne cui dolus necteretur a Poeno] Legendum *ne qui dolus.* sic enim in lib. vet. legitur. Porro Livius usurpat *qui* pro *quis.* Id quod et Cic. saepe facit. ut pro Caecin. [30.] *Si qui familiam meam de fundo meo dejecerit. Si qui mihi*

Digitized by Google

a Poeno, metuens Crispinus, circa civitates proximas miserat nuncios: occisum collegam esse, annuloque ejus hostem potitum: ne quibus literis cre-
5 derent nomine Marcelli compositis. Paullo ante hic nuncius consulis Salapiam venerat, quum literae ab Hannibale adlatae sunt, Marcelli nomine com-

praesto fuerit cum armatis. Idem peculiare est Septimio Tertulliano, quemadmodum indicavimus in nostris annotationibus, quas in illum scripsimus. Porro res haec non animadversa corrumpendis auctorum locis infinitis ansam dedit. Venit nunc in mentem unius loci, qui depravate apud Cic. legitur in libello, cui titulus est de Senect. sive Cato major, [c. 7.] Habent enim sic exemplaria typis excusa: *Omnia, quae curant, meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, quibus ipsi debeant.* Quum indubie Cic. scripserit, *qui sibi, cui ipsi debeant*, pro quis sibi. Nam eam germanam lectionem continet exemplar Ciceronis Mstum, quod nos Sletstadii invenimus apud D. Joannem. Sed de his alias. RHEN. Pall. duo, et vet. ed. *ne cui.* tert. *ne quis.* GEBH. Omnes *ne cui*, quod mutavit Rhenanus. Virgil. [6. Aen. 609.] *cui fraus innexa clienti.* J. FR. GRON. *ne quis dolus* Lov. 3. et Reg. apud Doujatium. *ne cui Dolus* reliqui mei, Colb. Doujatii, Hearnii Oxonn. et omnes Crevierii. *qui* pro *quis* saepissime apud Livium obvium esse, praesertim praemissa particula *si*, vel, ut hic, *ne*, supra vidimus ad 3, 10, 7. et 6, 32, 5. Verum hoc loco *ne cui* verius esse, tot codd. consensus indicat. Supra 1, 5, 7. *Ita undique regi dolus nectitur.* Librarium autem codicis Rhenani in sollemnem errorem incidisse, et passim *cui* ac *qui* in Mstis confundi, constat ex illis, quae supra notantur ad 9, 34, 14.

§. 5. *Quum literae ab Hannibale adlatae sunt*] Vet. lib. *quam literae.* SIG. Sigonius reponit *quam.* non recte. Pall. 1. 2. et vet. ed. stant a vulgato *cum.* Tert. *Paullatim hic nuntius* (pr. *Pauco ante.*) GEBH. Sigonio concinit Hearnii D. Sed omnes mei vulgatum recte servant, nisi quod *cui* pro *cum* perperam legat Lov. 1. Saepe *quum* et *quam* commutantur. V. ad 7, 6, 2. c. 34, 4. 39, 46, 4. aliisque locis. Mox voces *compositae: se nocte, quae diem illum secutura esset* desunt in Hearnii D.

Parati milites essent, qui in praesidio erant] Non temere est, Put. Pet. meliore, Regio, Men. Voss. abesse vocem *parati.* Fortassis fuit *venturum: vigiles essent, qui in praesidio erant.* J. FR. GRON. *parati* exsulat etiam a Flor. Cant. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Eadem voce etiam suos carere, Crevier. testatur: sed neglegentia scribarum intercidisse existimat, cui omnino consentio. *milites exirent* insuper Hav.

Si qua opera eorum opus esset] Emendavimus *si quo opera eorum opus esset.* id est, ad aliquem locum. RHEN. *si qua* Lov. 2. 3. 4. 5. et Ber. Plerique reliqui emendationem Rhenani probant.

Digitized by Google

compositae: *se nocte, quae diem illum secutura esset, Salapiam venturum. parati milites essent, qui in praesidio erant, si quo opera eorum opus esset.* Sensere 6
Salapitani fraudem: et ab ira, non defectionis modo, sed etiam equitum interfectorum, rati occasionem supplicii peti, remisso retro nuncio, (per- 7
fuga autem Romanus erat) ut sine arbitro milites,

§. 6. *Sensere Salapiani fraudem*] Put. et Voss. *Salapitani*. Sic a Massilia *Massalitanum vinum* apud Martial. e Lilybaeo *Lilybaetanum*, a Tauromenio *Tauromenitani*. J. FR. GRON. Similiter Flor. Cant. Lov. 1. 4. Harl. Hav. Hearnii L. 1. D. et Doujatii Reg. ac Colbert. quomodo etiam mox §. 12. iidem mei praeferunt, nisi quod *Salapini* sit in Voss. et Lov. 1. quod et ipsum in usu fuisse, ex Cic. et Vitruv. probat Cellar. 2. Geogr. ant. 9. p. 565. Mox *ob iram* Ber. et Branc. Latinii. Male. V. ad 26, 1, 3.

Rati occasionem supplicii petere, misso retro nuncio] Vitiatum locum sic restituimus: *rati occasionem supplicii peti, remisso retro nuncio*. Participium *misso* mutilatum erat, et auctum inepte praecedens verbum. Fortasse movit castigatorem, quod dicit *remisso retro*: cui alterum visum sufficere, puta aut *remisso*, aut *misso retro*. Verum sic et infra loquitur Livius [c. 42, 16.] *Venusiam*, inquit, *retro, quibus venerat itineribus, repetit*. RHEN. Libb. omnes Pall. *petere, misso retro nuncio*. At vet. ed. *rati occasionem supplicii patere, misso retro nuncio*. GEBH. *patere, misso* Ber. et primae edd. Postea Aldus dedit *petere, misso*, quod servant Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. At lectionem Rhenani veriorem puto. *retro redire* supra est 23, 28, 4. et Epit. Liv. 130.

§. 7. *Perfuga autem Romanus erat*] Ignorant Put. et caeteri τὸ *erat*. Men. et Voss. etiam *perfugam*. Licet conjicere: *remisso retro nuncio, (perfugam norant Romanum) ut sine*. J. FR. GRON. *perfugam autem Romanos*, omisso τῷ *erat*, Flor. Cant. Voss. *perfugam ante Romanos* Lov. 1. 4. et Hav. V. infra ad c. 35, 7. *perfugam autem Romanus* Gaertn. et Hearnii L. 1. *perfuga autem Romanus* Hearnii N. Sed nihil muto.

Ut sine arbitro milites, quae vellent, agerent] Prima vocula deest in Flor. Cant. Voss. Lov. 4. Hav. Brancal. Latinii, et Hearnii D. Deinde *suo arbitrio* duo posteriores codd. *suo arbitro* Lov. 4. et Gaertn. *sine arbitrio* Hav. quomodo et Sigonii ed. anni 1572. praefert, quod deinde servarunt reliqui usque ad Gruter. qui in ultima ed. *sine arbitro* restituit: quod recte in reliquis superest. Iustin. 21, 4. *Epulas senatui in domo sua parat, ut, poculis veneno infectis, secretius senatum et sine arbitris interficeret*. V. viros doctos ad Plauti Aulul. 4, 1, 21.

§. 8. *Qua venturum hostem rebantur*] Put. Men. Voss. *hostem quaerebantur*. Forte *verebantur*. J. FR. GRON. *qua venturum hostem querebantur* Cant. et Lov. 1. *qua venturum hostem verebantur*

Digitized by Google

quae vellent, agerent, oppidanos per muros ur-
8 bisque opportuna loca in ſtationibus disponunt: cu-
ſtodias vigiliasque in eam noctem intentius inſtruunt.
circa portam, qua venturum hoſtem rebantur, quod
9 roboris in praesidio erat, obponunt. Hannibal
quarta vigilia ferme ad urbem acceſſit. Primi agmi-
nis erant perfugae Romanorum, et arma Romana
habebant. ii, ubi ad portam eſt ventum, Latine om-
nes loquentes excitant vigiles, aperirique portam
10 jubent: consulem adeſſe. Vigiles, velut ad vocem
eorum excitati, tumultuari, trepidare, moliri por-
tam. cataracta dejecta clausa erat. eam partim ve-
ctibus levant: partim funibus subducunt in tantum
11 altitudinis, ut subire recti poſſent. Vixdum satis
patebat iter, quum perfugae certatim ruunt per por-
tam: et quum sexcenti ferme intrassent, remiſſo
fune, quo suspensa erat, cataracta magno sonitu
12 cecidit. Salapitani, alii perfugas neglegenter ex

Lov. 4. Verum hoc et aliis modis verbum *rebantur* saepe corruperunt librarii. V. ad 22, 57, 7. *qua venturum hoſtem credebant* Lov. 2. et Hav. *qua venturum hoſtem putabant* Hearnii L. 1. quae utraque lectio ex glossa interpretis originem ducit. Verbo hoc inprimis Livium delectatum fuiſſe, vidimus ad c. 25, 11.

§. 10. *Moliri. porta cataracta dejecta clausa erat*] Scribe cum Put. Reg. et Andrea, *tumultuari, trepidare, moliri portam. cataracta dejecta clausa erat.* De brevitate sermonis saepius jam monitum. J. FR. GRON. Ita legunt etiam Flor. omnesque editi ante Aldum. De locutione *moliri portam* v. ad 24, 46, 5. Deinde *dejecta* non adparet in Ber. et edd. ante Aldum. Paullo ante *ad voces eorum* Lov. 5. et Hearnii L. 1.

§. 11. *Et quum sexcenti ferme intrassent*] *et quum quingenti ferme* Hav. *et quum deferme* Flor. Sed notae *DC* etiam alibi in *de* abierunt errore et ignorantia scribarum. V. ad 23, 46, 4. *et quum CC ferme* Hearnii L. 1. V. ad 38, 37, 6.

§. 12. *Negligenter ex itinere suspensa humeris* etc.] Scuta, puto, non detractis tegminibus, ut solebant in itinere, quum nullus ab hoſte metus erat. V. Lipsii Analect. ad Milit. Rom. 3, 2. et Suet. Tib. 37. Vitell. 11. DUK.

Digitized by Google

itinere suspensa humeris, ut inter pacatos, gerentes arma, invadunt: alii e turri ejus portae murisque saxis, sudibus, pilis, absterrent hostem. Ita inde Han- 13
nibal suamet ipse fraude captus abiit: profectusque ad Locrorum solvendam obsidionem, quam Cincius summa vi, operibus tormentorumque omni genere ex Sicilia advecto, obpugnabat. Magoni, jam haud 14
ferme fidenti retenturum defensurumque se urbem, prima spes, morte nunciata Marcelli, adfulsit. Secutus inde nuncius, Hannibalem, Numidarum 15
equitatu praemisso, ipsum, quantum adcelerare posset, cum peditum agmine sequi. Itaque ubi pri- 16
mum Numidas edito e speculis signo adventare sensit, et ipse, patefacta repente porta, ferox in hostes erumpit. Et primo, magis quia inproviso id fecerat, quam quod par viribus esset, anceps certamen erat. deinde, ut supervenere Numidae, tan- 17
tus pavor Romanis est injectus, ut passim ad mare

neglegenter Flor. V. ad 2, 11, 4. Mox *gerentes invadunt arma* idem codex.

Alii e turri ejus portae murisque] Pro duabus dictionibus *turri ejus* substituimus ex scripto cod. *turribus*. Opinor scriptum fuisse *turri bus* relicto spatiolo medio inter priores duas syllabas et ultimam. id *bus* castigator mutavit in *ejus*. Nam praecedit, *circa portam, qua venturum hostem rebantur*. RHEN. *e turribus portae* solus Pal. 3. Reliqui *e turri ejus portae*. GEBH. *e turribus portae* est a Rhenano: sed optimos non habet affectas, qui retinent *e turri ejus portae*. J. FR. GRON. Ex omnibus meis unus Rec. ex Hearnii autem Oxonn. unus D. Rhenano favent.

§. 13. *Quam Cincius summa vi*] Vet. lib. *quam L. Cincius*. SIG. *quam Ancinus* Flor. *qua Mancinus* Harl. *quo Mancinus* Lov. 1. 2. 3. et Voss. *quam L. Cinctius* Hav.

§. 16. *Itaque ubi primum Numidas edito e speculis signo*] In Spirensi cod. tantum est *speculis*, non *e speculis*. RHEN. Pall. tres *edito speculis signo*. Praepositionem tamen recte prisca ed. retentat. GEBH. Non comparet etiam praepositio in Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Praeterea *τὸ primum* exsulat ab Harl. Mox *par vis rebus*,

Digitized by Google

ac naves fugerent; relictis operibus machinisque, quibus muros quatiebant. Ita adventu Hannibalis soluta Locrorum obsidio est.

1 XXIX. Crispinus, postquam in Bruttios profectum Hannibalem sensit, exercitum, cui collega praefuerat, M. Marcellum tribunum militum Venusiam ab-
2 ducere jussit. ipse, cum legionibus suis Capuam profectus, vix lecticae agitationem prae gravitate vulnerum patiens, Romam literas de morte collegae scripsit, quantoque ipse in discrimine esset.
3 *Se comitiorum caussa non posse Romam venire: quia nec*

pro *par viribus*, legunt Voss. Hafn. et Hav.

§. 17. *Ut supervenere Numidae, tantus pavor Romanis est injectus*] Tres priores voces desunt in Lov. 1. Deinde *pavor Romanis est invectus* Lov. 5. V. supra hoc cap. ad §. 1.

§. 1. *M. Marcellum tribunum militum Venusiam adducere jussit*] Scripsimus *abducere*. RHEN. M. Marcelli consulis interfecti filium. Plutarchus. SIG. Pal. 2. *Venusiam abducere*. reliqui duo *adducere*. Paullo ante Pal. 2. *profectum Annibalem audivit*. GEBH. Put. et meliores *abducere*, ut recte Rhenanus. Sic Plautus *abducere domum*. Noster 1, 26, 1. *Ita exercitus inde domos abducti*. Ubi male supposuerunt *adducti*. Et hoc lib. infra c. 46, 5. *Ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria abducti:* Rhenani liber, Put. Reg. Vulgo etiam *adducti*. Sed haec duo verba in se invicem saepe corrupta, quid hoc in usu differant, alias dicemus, J. FR. GRONOV. *adducere* perperam servant Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Reliqui cum Hearnii N. et D. recte *abducere;* quod Gronov. etiam probavit ad 39, 49, 12. In hac locutione mire sibi placuit Liv. Ita 1, 39, 3. *Abducto in secretum viro*. 9, 5, 12. *In custodiam abducti*. 22, 22, 10. *Eum in secretum abductum monet*. 27, 20, 10. *Quia media aestate Venusiam in tecta milites abduxisset*. 29, 36, 9. *Crotonem exercitum abduxit*. 30, 14, 4. *Abductum in secretum Masinissam sic adloquitur*. 32, 29, 6. *Genuamque exercitu abducto, ab Liguribus orsus est bellum*. 39, 12, 3. *In interiorem partem aedium abductam*. ubi alia exempla vide. *abducere ad coenam* Ter. Heaut. 1, 2, 10. Ejusdem generis sunt *avolare Romam, ablatus domum*, et similia, de quibus v. ad 1, 57, 8. *avertere in*, vel *ad se*, de quo v. ad 6, 23, 8. Solent autem passim *abducere* et *adducere* in Mstis commutari. V. ad 2, 22, 2. c. 48, 6. c. 49, 10. 3, 10, 1. 4, 10, 1. 5, 1, 5. c. 28, 4. c. 30, 6. c. 33, 4. c. 48, 7. 6, 25, 1. 9, 4, 4. c. 18, 3. c. 44, 1. c. 33, 2. c. 44, 8. 10, 19, 3. et pluribus aliis locis. Adde Gruter. ad Suet. Cal. 45. N. Heins. ad Val. Flacc. 5, 160. et quae notavi ad Silii 10, 18. Mox §. seq. *lecti exagitationem* edd. principes. Tum *gravi-*

Digitized by Google

viae laborem passurus videretur, et de Tarento sollicitus esset, ne ex Bruttiis Hannibal eo converteret agmen. Legatos opus esse ad se mitti, viros prudentes: cum quibus, quae vellet, de republica loqueretur. Hae li- 4
terae recitatae magnum et luctum morte alterius consulis, et metum de altero fecerunt. Itaque et Q. Fabium filium ad exercitum Venusiam miserunt: et ad consulem tres legati missi, Sext. Julius Caesar, L. Licinius Pollio, L. Cincius Alimentus, quum paucis ante diebus ex Sicilia redisset. Hi nunciare 5
consuli jussi, ut, si ad comitia ipse Romam venire non

tate vulneris Hav. Male. V. ad cap. praec. §. 1.

§. 4. *Et magnum luctum morte alterius*] Scripsimus *magnum et luctum*, ut videlicet *magnum* accusativus etiam ad *metum* referatur. RHEN. Pall. tres *magnum et luctum morte alterius consulis, et metum de altero fecerunt.* c. 40, 7. *Terrebat et proximus annus lugubris duorum consulum funeribus.* GEBH. Rectius uberiusque Put. Reg. Pall. tres: *Hae literae recitatae magnum et luctum morte alterius consulis, et metum de altero fecerunt.* J. FR. GRON. *magnum et luctum* Flor. Voss. Lov. quinque. Harl. Gaertn. Hav. et alii. Perperam autem Modius Francofurti anno 1588. omisit vocem *morte*, quam omnes non modo edd. sed et Msti servant. Eam restituit Gronov. quo respiciens, uberius in suis esse dicit. Eodem respicit etiam Gebh.

Q. Fabium filium] Virum consularem, de quo ante dictum est. SIG. *Q. Fabii filium* est in Voss. a m. 1.

Ad exercitum Venusiam miserunt] Reposuimus *exercitum Venusianum miserunt.* RHEN. Meliores *Venusiam.* Quod non debuit tollere Rhenanus. J. FR. GRON. Ita quoque omnes mei, et Oxonn. Hearnii.

L. Cincius Alimentius] *Alimentus*, ut ante. Idem, de quo paullo ante. SIG. *L. Quintius* Hearnii L. 1. Tum *Halmentus* Lov. 5. *Halimetus* Flor. Voss. Hav. et edd. vett. *Halimentus* Lov. 4. et Gaertner. *Akalimentus* Lov. 1. Sed recte *Alimentus* Sigonius; quem etiam v. ad 21, 38, 3. Paullo ante Caesaris praenomen *Sext.* deerat in Hearnii L. 1.

§. 5. *Dictatorem in agro Romano diceret comitiorum caussa*] Hic nodum invenio, fortassis in scirpo, sed tamen invenio. *Agrum Romanum Italia terminari*, nec extra eum dictatorem dici posse, dicebant Patres, quum Laevinus cos. dictatorem in Sicilia dicere vellet. Crispinum autem Tarenti vel Capuae a legatis inventum iri, putabat senatus. Quae ergo ratio erat hoc addendi in senatusconsulto, ut dictatorem *in agro Romano* diceret, quum Capua et Tarentum *in agro Romano* essent? Dictatores ex SCto a con-

Digitized by Google

poſſet, dictatorem in agro Romano diceret comitiorum
6 cauſſa. Si conſul Tarentum profectus eſſet, Q. Claudium praetorem placere in eam regionem inde abducere legiones, in qua plurimas ſociorum urbes tueri
7 poſſet. Eadem aeſtate M. Valerius cum claſſe centum navium ex Sicilia in Africam transmisit: et, ad Clupeam urbem exscensione facta, agrum late, nullo ferme obvio armato, vaſtabat. inde ad naves raptim praedatores recepti, quia repente fama accidit, classem Punicam adventare. octoginta erant
8 et tres naves. Cum iis haud procul Clupea prospere

sulibus in caſtris dictos, saepe narrat Livius. Ita 8, 23. in Samnio. 9, 38. in Etruria. 25, 2. in Lucanis. 27, 2. et 5. in Apulia. 29, 10. in Bruttiis. Nec tamen usquam hoc in SCto expreſſum scribit, ut dictator *in agro Romano* diceretur. Suspicor hoc ex c. 5. huc translatum eſſe. DUK. De sensu verborum dubitat Doujatius, et rogat, utrum his verbis Patres indicarint, ut Quinctius, ex vulnere aeger, in agrum Romanum veniret; an vero, ut dictatoris poteſtas agro Romano finiretur? hoc valde novum, illud vix *poſſibile* eſſe putat. Sed non intelligit, quis Romanis dicebatur *ager Romanus*, quum tamen id discere potuiſſet ex hoc ipso lib. c. 5. unde vidisset, Quinctium in Italia degentem fuiſſe in agro Romano. Forte eo nomine indicari putavit agrum Romae suburbanum, vel qui erat intra centesimum ab urbe milliare, quo spatio sub imperatoribus poteſtas praefecti urbis finiebatur. Paullo ante *si ad comitia venire Romam* Flor. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hav. *si ad comitia Romam venire* Lov. 5.

§. 7. *Ex Sicilia in Africam transmisit*] Put. *tramisit*. J. FR. GRON. V. ad 24, 21, 7. Paullo ante Valerii praenomen *M.* non adparet in Voſſ. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et primis edd. quod demum Froben. anno 1535. adjecit.

Ad Clupeam urbem exscensione facta] *ad Clipeam*, et mox *Clipea* Flor. et Hav. *ad Clippeam* Hearnii N. Tum *τὸ urbem* deeſt in Hearnii D. Deinde *exsentione* Flor. a m. 1. *ascensione* a m. 2. Voſſ. Lov. 1. 2. et Harl. *assensione* Lov. 4. *descensione* Lov. 5. et Hav. *defensione* Gaertn. *excessione* Lov. 3. *excursione* Ber. Rec. Hearnii D. et primae edd. pro quo *exscrusione* recte Froben. anno 1535. subſtituit. V. ad 8, 17, 9. Mox *armato* deerat in Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. Insuper *vaſtavit* Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et eaedem edd.

§. 9. *Quos et Machanidas tyrannus Lacedaemoniorum finitimo bello urebat*] Perperam Pal. 1. *urgebat*. c. 39, 9. *Fama deinde Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur, satis edocuerat*. 28, 43, 21. *Quum diu Sicilia Punico bello u-*

Digitized by Google

pugnat Romanus. decem et octo navibus captis, fugatis aliis, cum magna terrestri navalique praeda, Lilybaeum rediit. Eadem aestate et Philippus in- 9
plorantibus Achaeis auxilium tulit. quos et Machanidas tyrannus Lacedaemoniorum finitimo bello urebat; et Aetoli, navibus per fretum, quod Naupactum et Patras interfluit, (Rhion incolae vocant) exercitu trajecto, depopulati erant. Attalum quo- 10
que regem Asiae, quia Aetoli summum gentis suae magistratum ad eum proximo concilio detulerant, fama erat in Europam trajecturum.

veretur. 32, 21, 27. *Tamquam non intestino et haerente in ipsis visceribus uramur bello.* GEBH. *quos Machanidas* Hearnii L. 1. *quos et Machinaidas* Flor. Voss. Harl. Lov. 3. 4. et Hearnii N. *quos et Mach.naidas* Lov. 1. *quos et Machinaydas* Branc. Latinii. V. ad 28, 5, 5. Tum *urgebat* Flor. a m. 2. Hearnii L. 1. et Branc. Latinii. Male. 10, 17, 1. *Eos bellum domi Romanum urebat.* Solent hae voces a librariis commutari. V. ad 36, 23, 5. N. Heins. ad Ovid. 1. Am. 2, 17. Bentl. ad Hor. 1. od. 4, 8. et 1. Ep. 13, 6.

Rhion incolae vocant] Livius fretum Rhion vocatum perhibere videtur, cum Strabo l. 8, [335.] ac Ptolemaeus [3, 16.] promontorii id nomen tradant in modum falcis producti longius, unde et Drepanon vocatur. Ipse Livius paulo post [c. 30, 9.] ab ipso ludicro regem Philippum profectum ait Rhium ad indictum concilium, ubi urbem fatetur. Nisi quis pro *Rhio Aegium* eo in loco legendum putet, quemadmodum lib. seq. [c. 7, 17.] *Aegium* concilium Achaeorum indictum dicitur. Quamquam eodem lib. [c. 7, 18.] *Rhion fauces sinus Corinthiaci* interpretatur. GLAR. *Rhion* Voss. Lov. 3. et Gaertn. *Chion* Hav. et Brancal. Latinii. *Thion* Hearnii D. *Trion* ejusdem L. 1. *Hiron*, transpositis literis, Lov. 4. *non* Lov. 1. coalescentibus *ri* in *n*. V. ad 3, 30, 3. Mela 2, 3. *Rhion deinde (maris id nomen est) angusta et velut freto latus orae sequentis incidens inter Aetolos et Peloponnesiacos usque ad Isthmum inrumpit.* Paullo ante *Patra* Lov. 5. *Parthas* Hearnii L. 1. *Pathras* ejusdem D.

§. 10. *Proximo concilio detulerant*] Put. et Voss. *magistratum ad eum proximo anno concilio detulerunt.* J. FR. GRON. *proximo anno concilio detulerunt* Flor. Cant. Lov. 2. 3. et Hav. *proximo anno concilio* etiam Harl. Lov. 1. 4. Hearnii L. 1. N. et Brancal. Latinii. Sed *anno* tamquam vocis sequentis interpretamentum primo margini adscriptum, mox in contextum male receptum fuisse, recte conjicit Crevier.

§. 1. *In Graeciam descendenti ad Lamiam urbem*] Pal. 1. *ad Lamiam jam urbem.* tert. *transcendenti ad Lamiam urbem.* GEBH. *transcen-*

Digitized by Google

1 XXX. Ob haec Philippo in Graeciam descendenti ad Lamiam urbem Aetoli, duce Pyrrhia, qui praetor in eum annum cum absente Attalo creatus erat, obcurre-
2 runt. Habebant et ab Attalo auxilia secum: et mille ferme ex Romana classe, a P. Sulpicio missos. Adversus hunc ducem atque has copias Philippus bis prospero eventu pugnavit: mille admodum ho-
3 stium utraque pugna occidit. Inde quum Aetoli metu compulsi Lamiae urbis moenibus tenerent sese, Philippus ad Phalara exercitum reduxit. in Maliaco

denti Hafn. Tum *ad Lanniam urbem* Lov. 1. *ad Lanniam jam urbem* Lov. 2. *ad Lamiam jam urbem* Voss. am. 1. et Hav. *ad Labiam jam urbem* Flor. *ad Lamiam in urbem* Lov. 4. *ad Laviniam urbem*, et mox §. 3. *Laviniae urbis* Hearnii L. 1. noto nomine ignotiori subposito.

Aetoli duce Physia] Sic sola vet. ed. sed Pal. 1. *Phirria*. sec. *Firria*. tert. *Pirhria*. GEBH. Sane *Physsiae* meminit Polyb. l. 5, [94.] eumque sive Eleum sive Aetolum in illorum quadam clade (erant autem Aetoli permixti) captum ab Lyco Pharaeensi Achaeorum duce scribit. Sed Put. et Reg. *duce Pyrrhia*: eoque alludunt omnes alii, quorum varietates operae non est exponere. Hujus autem Pyrrhiae non una est apud Polyb. mentio. J. FR. GRON. *duce Phyrria* Flor. *duce Phirria* Voss. alii plerique haud multum dissentiunt. Gronovii emendationem suos probare, Hearnius auctor est.

§. 2. *Et mille ferme ex Romana classe, a P. Sulpicio missos*] Pal. 1. *a pr. Sulpicio*. Reliqui omnes *a praefecto Sulpicio*. ut et paullo inferius. GEBH. Vox *mille* exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Nota numeri millenarii ∞, qua vox perscripta fuit, librariis erat incognita, quam ideo saepe omiserunt. V. ad 39, 42, 3. Deinde *a praefecto Sulpicio* Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. Hearnii D. et edd. ante Aldum. *a praefecto P. Sulpicio* Lov. 5.

Multos admodum hostium utraque pugna occidit] Plusculi libri non habent *multos*. Put. autem ∞ *admodum*, quod est *mille admodum*. Et sane τὸ *admodum*, pro *fere* scilicet positum, certum numerum designari requirebat. J. FR. GRON. Prima vox deest etiam in Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hav. Pro ea autem quum, *mille* legendum esse, ex Put. Gronovius docuerit, jam ex illis, quae ad verba proxima dicta sunt, patet, cur vox omissa fuerit. Quum vero in aliis per notam *M.* scripta foret, hinc pro ea multi dederunt *multos*, quae scriptura etiam superest in Lov. 5. Ber. et Gaertn. *ad multum hostium* extat in Lov. 3. *admodum paucos hostium* in Hafn. Tum *cecidit*, pro *occidit*, Hearnii D. V. ad 36, 36, 6.

§. 3. *Philippus ad Phaleram exercitum reduxit*] Vet. lib. *Phalaram*. Sic Stephanus: Φαλάρα πόλις Θετταλίας, πλησίον Λα-

Digitized by Google

sinu is locus est, quondam frequenter habitatus propter egregium portum, tutasque circa stationes, et aliam opportunitatem maritimam terrestremque. Eo legati ab rege Aegypti Ptolemaeo, Rhodiisque, 4 et Atheniensibus, et Chiis venerunt, ad dirimendum inter Philippum atque Aetolos bellum. Adhibitus ab Aetolis et ex finitimis pacificator Amynander, rex Athamanum. Omnium autem non tanta 5 pro Aetolis cura erat, ferocioribus quam pro ingeniis Graecorum gentis: quam ne Philippus regnum-

μίας, τὸ ἐθνικὸν Φαλαρεύς. SIG. Pal. 1. *Phalera.* sec. et tert. *Falaram.* ant. ed. *Phalaram.* Est autem Phalara oppidum Thessaliae, vicinum Lamiae. GEBH. *Phaleram* servat Harl. *Phaleream* Hafn. *Phalalkam* Hearnii D. *Phalaram* ed. Rom. Aler. apud Hearnium, *Phalera* Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hav. Sed recte Gronov. infra ad §. 12. *ad Phalara* legendum monuit. V. viros doctos infra ad 32, 15, 1. et 36, 29, 4. Tum *duxit* Flor. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Paullo ante *moenibus continerent sese* Lov. 5. quae lectio ex glossatoris interpretatione nata est. *Tenere* hoc sensu supra inlustravimus ad 3, 2, 1.

Tutasque circa stationes] *circa* non est in exemplari scripto. RHEN. Est in omnibus nostris. Et solet ita Livius usurpare *τὸ circa.* V. ad 9, 2, 7.

§. 4. *Rhodiisque, et Atheniensibus, et Chiis*] *et Atheniensibus Hordiisque et Chiis* Voss. et Lov. 2. *et Atheniensibus Herodiisque et Chiis* Hav. Omissa voce prima *et Atheniensibus Hordiisque et Chiis* Lov. 1. *Rhodiisque et Atheniensibus Rhodiisque Rehiis* Gaertn. Mox *ad redimendum*, pro *dirimendum*, Harl.

Adhibitus ab Aetolis ex finitimis] Put. Reg. Men. Pall. Voss. *Adhibitus ab Aetolis et ex finitimis.* J. FR. GRON. Nec aliter est in Flor. Gaertn. Hav. Voss. aliisque meis, ut et Hearnii L. 1.

§. 5. *Ferocioris quam pro ingeniis Graecorum gentis*] Servant quidem fere libri: recte tamen puto substitutum *ferocioribus*, idque unus habuit Pal. quum praesertim hoc genere mendi frequenter laboret antiquissimus codex. Pro Aetolis, inquit, qui ferociores erant, quam pro ingeniis gentis alicujus Graecorum, atque ob id aliis parum amati. Posses alioqui *ferociori gente.* Quae sequuntur, sic habentur in omnibus libris, et haud scio, an ista sit Livius gratificatus Romanis. Caeterum si legeris orationem Lycisci Acarnanis et legatorum Ptolemaei apud Polybium l. 9. et 11. scies, majorem metum fuisse de Romanis, quam de Philippo. Et dicit hoc ipse Livius paullo post: *ne caussa aut Romanis aut Attalo intrandi Graeciam esset.* J. FR. GRON. Ascensius est, qui primus *ferocioribus* edidit anno 1513. *ferocioris* enim, quod antea edebatur, ferri non posse videbat. Ita tamen praeferunt omnes scripti, nisi quod

Digitized by Google

que ejus, grave libertati futurum, rebus Graeciae
6 inmisceretur. De pace dilata consultatio est in concilium Achaeorum; concilioque ei et locus et dies certa indicta. interim triginta dierum induciae im-
7 petratae. Profectus inde rex per Thessaliam Boeotiamque, Chalcidem Euboeae venit, ut Attalum, quem classe Euboeam petiturum audierat, portu-
8 bus et litorum adpulsu arceret. Inde, praesidio relicto adversus Attalum, si forte interim trajecisset, profectus ipse cum paucis equitum levisque arma-

Gronov. ex uno Pal. *ferocioribus* laudet, et ego in Ber. a m. 2. atque Hav. *ferocior*, in Hafn. *ferocior iis* invenerim. Quod autem librarii *ferocioris*, pro *ferocioribus*, scripserint, error est in codd. admodum frequens. V. ad 21, 60, 7. At lectionem hanc Ascensii, a Gronov. servatam, inlepidam et inelegantem vocat Crevier. et alteram Gronovii conjecturam *ferociori gente* praefert. Verum haec mihi longius a codicum vestigiis recedit. Quid autem viro Clariss. obstare potuerit, nondum adsequor. Non enim credo, displicuisse duplicem genitivum, alterum ex altero pendentem, *ingeniis Graecorum gentis*; nam id Livio frequens est. V. ad 25, 15, 11. Mox voces *rebus Graeciae* desunt in Cant. et, teste Hearnio, in ed. Rom. Aler. principe. At, iis transpositis, *regnumque ejus rebus Graeciae, grave libertati futurum, immisceretur* praeferunt Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett.

§. 6. *Concilioque ei et locus et dies certa indicta*] *concilio et locus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Mox *induciae imperatae*, pro *impetratae*, Harl. V. ad 9, 30, 10.

§. 7. *Portubus et litorum adpulsu arceret*] Pal. pr. *portubus et ad litorum appulsu arceret*. GEBH. Ita etiam Flor. et Hav. *portubus et a litorum appulsu* Lov. 2. Paullo ante *classi*, pro *classe*, Voss. Lov. 2. et Hav. V. ad 23, 41, 8.

§. 8. *Cum paucis equitum levisque armaturae*] In exemplari scripto legitur, *profectus ipse cum paucis equitum levis armaturae*. RHEN. Pall. 2. 3. et ant. ed. *levis armaturae*, absque copula *que*. GEBH. *equitum levis armaturae* etiam Lov. 4. Ber. Gaertn. omnesque edd. ante Aldum. Verum *equites levis armaturae* apud Livium me legere non memini, qui semper *equitatum* et *levem armaturam* distinguere solet. Supra 22, 3, 9. *Equitatu auxiliisque levium armorum hostem cohibendum*. 23, 16, 8. *Duabus circa portis novos milites, levemque armaturam, ac sociorum equites statuit*. 28, 14, 8. *Equitatum omnem cum levi armatura in stationes Punicas inmisit*. Ibid. *Equitatum omnem levemque armaturam post cornua locat*. et iterum. *Equites levisque armatura, velites, in latera incurrebant*. Idem apud Caesarem passim obvium.

§. 9. *Curatione Horsaeorum Ne-*

Digitized by Google

turae, Argos venit. Ibi curatione Heraeorum Ne- 9
meorumque suffragiis populi ad eum delata, quia
se Macedonum reges ex ea civitate oriundos refe-
runt, Heraeis peractis, ab ipso ludicro extemplo
Rhium profectus est, ad indictum multo ante socio-
rum concilium. Ibi de Aetolico finiendo bello a- 10
ctum, ne caussa aut Romanis, aut Attalo intrandi
Graeciam esset. Sed ea omnia, vixdum induciarum 11
tempore circumacto, Aetoli turbavere, postquam
et Attalum Aeginam venisse, et Romanam classem stare

meorumque] Eruditissimus Dodwell. in Annal. Stat. p. 227. et diss. 7. de Cycl. sect. 1. scribit, Nemea et Olympia tum *in eundem annum convenisse*, id est, utraque A. V. ıɔxlvı. Varroniano (ıɔxlv. numerant Pighius et Sigonius) quo Marcellus v. et Crispinus consules fuerunt, celebrata fuisse. Credebam primum, eum parum recte rationes subduxisse, quum Livius paullo post c. 35, 3. scribat, *Olympiae ludicrum aestate* anni sequentis Livio ıı. et Nerone consulibus fuisse. Deinde vidi, eum Diss. 10. de Cyclis sect. 48. contendere, Livium celebrationem Olympiorum perperam in hunc annum conferre, quae anno priore Marcello v. et Crispino consulibus acta fuerint. Nec alienum ab hac sententia fuisse Petavium, apparet ex l. 9. de Doctr. temp. 53. Hic tamen dubitanter scribit *fortassis hallucinatum* fuisse Livium. DUKER.

Se Macedonum reges ex ea civitate oriundos referunt] Hoc etiam Argivi credebant. Liv. 32, 22, 11. Nimirum reges Macedonum genus ducebant a Carano Argivo, regni Macedonici conditore. Euseb. Chron. Graec. p. 45. Vellej. 1, 6. Juliani Orat. 3. p. 106. ed. Lips. et Epist. 35. DUK. Ant. Perizon. ad marginem Livii legendum conjecit *ferunt*. Nihil muto. Justin. 38, 7. *Se autem clariorem illa conluvie convenarum esse, qui paternos majores suos a Cyro Darioque, conditoribus Persici regni, maternos a Magno Alexandro ac Seleuco Nicatore, conditoribus imperii Macedonici, referat.*

Heraeis peractis] Pall. 1. et 2. *coactis*. GEBH. Ita etiam Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Rec. Gaertn. et Hav.

Rhion profectus est] Stephanus: *Ῥῖον πόλις Μεσσήνης, ἢ Ἀχαΐας, καὶ ἄλλη Αἰτωλίας.* Achaïcum oppidum intelligit, ubi concilium agebatur Achaeorum. SIG. Sermo est de concilio Achaeorum, ad quod acturi de pace socii utrorumque occursuros se condixerant. Jam vero ne semel quidem Achaeos Rhium coactos apud Polyb. lego, quum tanto in honore is locus non videatur fuisse. Praeterea scripti plane omnes habent *regium*. Itaque quid caussae est, ut malimus Sigonium de Rhio oppido accipientem sequi, quam Glareanum suspicantem *Aegium*, quod est maxime opportunum? JAC. GRON. *regium*

Digitized by Google

12 ad Naupactum audivere. Vocati enim in concilium Achaeorum, in quo eaedem legationes erant, quae ad Phalara egerant de pace, primum questi sunt

etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Hafn. et Hav. pro quo *Aegium* conjecit Glar. ad cap. praec. §. 9. quod etiam probavit Crevier. addens apud Polyb. saepe Achaeorum concilia indicta legi *Aegium*, non *Rhium*. Etiam apud Livium *Aegium* indicta leguntur 28, 7, 17. et 35, 48, 1. (* 36, 35, 7.)

§. 11. *Classem stare ad Naupactum audivere. Vocati enim*] Pal. 1. *stare ad Naupactum audius revocati enim*. GEBH. Ita et Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *ad Naupactum nunciatum est. Revocati enim* Hav.

§. 12. *In quo eaedem legationes erant, quae ad Phaleram*] Put. et omnes Gall. *in quo et eaedem legationes erant, quae ad Phalera egerant de pace*. Solus Put. etiam *Phalara*. Sic et superius *Philippus a Phalera exercitum reduxit*. Ubi igitur lege *ad Phalara*. Nam Polyb. etiam [legat. 13.] καταπλεύσαντας ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὰ Φάλαρα τοῦ κολπου τοῦ Μηλιέως. Sic Strabo l. 9. [p. 435.] Ἔνθεν δ' εἰς Φάλαρα εἰκοσι. Φαλάρων δ' ἀπὸ θαλάσσης ὑπέρκειται etc. J. FR. GRON. *in quo et eaedem* soli ex meis Ber. a m. 2. et Gaertn. *in quo et hae*, vel *heae*, Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav. Quid autem in Flor. scriptum fuerit, haereo. Duplicia enim ejus excerpta habeo; in alteris ex eo profertur *in quo et eaeterae*, in alteris *in quo et eteter*[e]. Deinde *Phaleram* servant Lov. 3. 5. Ber. et Gaertn. *Phalacra* Lov. 4. *Phalera* Hav. *Phalara* Flor. Lov. 3. et Harl. *Phaleara*, utraque posteriori lectione juncta, Voss. et Lov. 1. V. supra ad §. 3.

Questi sunt quaedam contra fidem] Vet. lib. *parva quaedam*. SIG. Edidit nihilominus Sigonius *quaedam parva contra fidem*. quod etiam superest in omnibus meis, nisi quod Harl. praeferat *quaedam parva et contra fidem*. quem tamen non audio.

§. 13. *Romanis restitueretur Athamanis*] Quidam hunc locum ita emendarunt: *Sationis restitueretur Athamanis. Scerdileto et Pleurato Parthini*. Sed ego hoc puto absque exemplarium fide factum. De deditionibus hic agitur, non solum de pace. Locus haud dubie est mutilus. GLAR. Suspectum habeo locum, ut Glareanus. SIG. Depositus locus, quem in sua editione tamquam mutilum notavit Andreas hoc modo; *nisi Messeniis Archaei Pisum redderent, Romanis restitueretur..... Athamanis. Cordileo et Pleurato Archide*. Pal. 1. *Philum redderent, Romanis restitueretur at in tantas cordi. Iedo et Pleurato Archide*. sec. *Romanis restitueretur Athamanis Cerdileo et Pleurato arbide*. tert. *Romanis restitueretur Athamanis Cerdileo et Pleurato arridens*. Mox libri omnes *Enimvero indignum*. GEBH. *Sationis restitueretur Athamanis, Scerdileto et Pleurato Parthini* emendasse quosdam, ait Glareanus: idque primus, ni fallor, in contextum immisit Caelius Secundus Curio: Andreas et Aldina *redderent, Romanis restitueretur Athamanis, Cordileo et Pleurato Archide*. Utrum sit corruptius, rationem non facile ineo. Scripti fere omnes memoratu digni pro *Sationis* habent *Romanis*, pro *Parthini* reddunt *Archide*. Sed Puteanei codicis lectio meretur integra repraesentari. *nisi Messeniis Achaei Pylum redderent, Ro-*

Digitized by Google

quaedam parva contra fidem conventionis tempore induciarum facta: postremo negarunt dirimi bellum posse, nisi Messeniis Achaei Pylum redderent, Romanis restitueretur at in tanta Scerdiledo et Pleurato Archidei enim vero indignum. Etiam Flor. optimus, et Men. *atintantas*. Scribendum haud dubie: *nisi Messeniis Achaei Pylum redderent, Romanis restitueretur Atintania, Scerdilaedo et Pleurato Ardyaei*. Controversiam Achaeorum et Messeniorum de Pylo Polybius quoque notat in Excerptis [legat. num. 7.] *διὰ τὸ κατὰ πρόσωπον Ἠλείους μὲν ἀμφισβητεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς ὑπὲρ τῆς Τριφυλίας, Μεσσηνίους δ' ὑπὲρ τῆς [Ἀσίνης] καὶ Πύλου, συμμάχους τότε Ρωμαίων ὑπάρχοντας*. De Atintania vero et Ardyaeis idem l. 2, [11.] *Ρωμαῖοι δὲ καὶ τοὺς Ἐπιδαμνίους παραλαβόντες εἰς τὴν πίστιν, προήγον εἰς τοὺς ἔσω τόπους τῆς Ἰλλυρίδος, ἅμα καταστρεφόμενοι τοὺς Ἀρδυαίους· συμμιξάντων δὲ πρεσβευτῶν αὐτοῖς καὶ πλειόνων, οἱ παρὰ τῶν Παρθινῶν ἧκον ἐπιτρέποντες τὰ κατ' αὐτούς, δεξάμενοι τούτους εἰς τὴν φιλίαν· παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς παρὰ τῶν Ἀτιντάνων προσεληλυθότας*. Ex his igitur Romani Atintanas quidem obtinuerunt ipsi, Scerdilaidae vero aut Scerdilaedo ac Pleurato regulis attribuerunt Ardyaeos. Quum interim bello Punico diffinerentur, Philippus, bellam occasionem ratus, praetextu cessionis ab Demetrio Phario sibi factae, Illyricum invasit, et hos populos subegit. Et ab illo nunc reposcuntur. Caeterum, quos Polybius et Livius *Ardyaeos* vocant, posterior aetas *Ὀυαρδαίους*, *Βαρδαίους*, *Vardaeos* et *Bardaeos*, vocavit. Suntque ex hac natione servi illi Mariani apud Plutarchum [in Mario p. 431.] *οὓς Βαρδαίους καλοῦσιν*. Ubi vir eruditus [Freinsh.] ad Flor. [3, 21, 16.] *Μαριαίους* reponendum suspicatur. Non enim meminerat eorum, quae habentur in Glossis Latinograecis: *Bardaei*, *Ἰλλυριοὶ δοῦλοι, οἱ καὶ ἀγωνισάμενοι ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας κατὰ Κίνου καὶ Μαρίου στρατευσάμενοι· καὶ ἐκ τούτου τυραννησάμενοι* (ita legendum, non *τυραννῆσαι*) *κατὰ τῶν δεσποτῶν· τούτους Σερτώριος δόλῳ περικυκλεύσας ἀναιρεῖ*. Quod confirmat in Sertorio Plutarchus [p. 570.] Caeterum, ne cuiquam laudem suam invideamus, prior Plutarchum vindicavit Scriverius ad Martialis 4. ep. 4.

Lassi bardaïcus quod evocasti. Non est autem corrupte apud Strab. [7, 315. 316.] et App. [Illyr. p. 758.] *Ἀρδυαῖοι ἀντὶ τοῦ Ὀυαρδαῖοι*, ut putavit vir doctus. Strabo l. 7. clare, *εἶθ' ὁ Νάρων ποταμὸς καὶ οἱ περὶ αὐτὸν Δαάριζοι καὶ Ἀρδυαῖοι, καὶ Πληραῖοι* etc. *Ὀυαρδαίους δ' ὕστερον ἐκάλεσαν τοὺς Ἀρδυαίους*. Haec vera lectio est, non *Ὀυαραλίους*, quod etiam Casaubonum ambiguum reddidit. Ita et apud Zonaram [8, 20.] forte legendum, ubi Demetrium Pharium vocat *Σαρδιαίων ἄρχοντα*, ubi Pighius *Σκαρδοναίων* ad ann. ꙮꙮꙮ

manis restitueretur Atintania, Scerdilaedo et Pleu-
14 rato Ardyaei. Enimvero indignum ratus Philippus, victos victori sibi ultro conditiones ferre: *ne antea quidem se aut de pace audisse, aut inducias pepigisse*, dixit, *spem ullam habentem quieturos Aetolos; sed ut omnes socios testes haberet, se pacis, illos belli caussam*
15 *quaesisse.* ita infecta pace concilium dimisit, quatuor millibus armatorum relictis ad praesidium Achaeorum, et quinque longis navibus acceptis.
16 quas si adjecisset missae nuper ad se classi Karthaginiensium, et ex Bithynia ab rege Prusia venientibus navibus, statuerat navali proelio lacessere Ro-

metrium jussit. J. FR. GRON. Froben. anno 1531. priorum edd. lectionem mutans, substituit *reddèrent, pax Romanis restitueretur, Athamanis, Scerdileto, Pleurato, et Archidi.* (ex quibus *pax Romanis* jam exstiterat in Ven. ed. anni 1495.) At quadriennio post recepit id, quod Gronovius Curionem primum in contextum inmisisse credidit: idque deinde ad Gronov. usque editores retinuerunt. Verum *Sationis* in nullo cod. obcurrit, sed pro eo recte *Romanis* in antiquioribus edd. exstitisse, uno ore adfirmant omnes Msti. Pro *Athamanis* deinde *in tanta* Voss. *at in tantas Cerdilaedo* Lov. 1. Hafn. et Hav. *ad in tantas Crediledo* Lov. 3. *Achitaneas Cerdiledo* Lov. 2. *atintantas*, ut in optimis Gronov. invenit, etiam Hearnii N. *Parthini* deinde in nullo etiam codd. qui hic variant, et pro ea voce *Arrhidae, Arhride, Archidae, Archritae, Archidiae, Achridae* exhibent. Hinc adsentiri nequeo Doujatio, qui ex juncta Msstorum et edd. lectione legebat *Scerdilaedo et Pleurato Ardyaei et Parthini.* De vero prioris reguli nomine ejusque orthographia v. ad 26, 24, 9. Tandem *Enimvero*, praeter omnes codd. quibus utor, exhibent etiam vett. edd. usque ad Froben. qui demum anno 1535. *Id vero* ejus loco dedit. Sed *Enimvero* indignantium vocem, ac dolori exprimendo aptissimam esse, Sigonius docuit ad 10, 35, 13. Saepe eo Livius in initio orationis utitur, et cum voce *indignum* jungit. 25, 41, 1. *Enimvero indignum ratus Marcellus, se his terra marique victis ab se hostibus cedere.* 33, 46, 5. *Enimvero indignum id ratus Hannibal, viatorem ad prehendendum quaestorem misit.* 34, 58, 4. *Enimvero id auditu etiam dicere indignum esse Hegesianax.*

§. 14. *Sed ut omnes socios testes haberet*] Pal. 3. *et uti omnes socios.* GEBH. *sed uti omnes socios* Lov. 4. Paullo ante *spem nullam* Lov. 4. Harl. Ber. et Gaertn. contra sensum.

§. 16. *Quas si adjecisset missae nuper ad se classi*] Pal. pr. *quasi accepisset Missenum per ad se classi.*

Digitized by Google

manos, jam diu in ea regione potentes maris. ipse 17
ab eo concilio Argos regressus: jam enim Nemeorum adpetebat tempus, quae celebrari volebat praesentia sua.

XXXI. Occupato rege adparatu ludorum, et per 1
dies festos licentius, quam inter belli tempora, remittente animum, P. Sulpicius, ab Naupacto profectus, classem adpulit inter Sicyonem et Corinthum, agrumque nobilissimae fertilitatis effuse vastavit. Fama ejus rei Philippum ab ludis excivit: raptimque 2
cum equitatu profectus, jussis subsequi peditibus, palatos passim per agros gravesque praeda (ut qui

sec. *quasi adjecisset.* tert. *quas adjecisset.* GEBH. *quasi adcepisset Misenum per ad se classi.* Flor. *quasi accepisset missenum parasse classem* Hav. *quas si accepisset missenum parata classe* Ber. a m. 2.

§. 17. *Ipse ab eo concilio Argos regressus*] Vet. *ipse habito concilio.* SIG. Consentiunt Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. a m. 2. Hafn. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et Branc. Latinii. *ipse abito concilio* Flor. Sed nihil muto. *ab eo concilio* est, post dimissum id concilium. Supra hoc cap. *Ab ipso ludicro extemplo Rhium profectus est.* 30, 36, 1. *Confestim a proelio expugnatis hostium castris.* 31, 8, 1. *Ab hac oratione in suffragium missi.* 33, 36, 6. *Castra quum hostes a prospera pugna nequidquam obpugnassent.* 40, 49, 1. *Ab hoc proelio Gracchus duxit ad populandam Celtiberiam legiones.* c. 56, 7. *Ab hoc sermone omni genere honoris producere eum non destitit.* et saepe alibi. V. etiam supra ad 23, 6, 1.

§. 1. *Sulpicius, ab Naupacto profectus*] Addidimus literam pronominis *P. Sulpicius.* RHEN. Pal. 1. *animum*, *Sulpitius Naupacto profectus classem abstulit in per Silicionem.* sec. *praefectus Sulpicius a Naupacto classem appulit.* tert. *praefectus Sulpicius ab Naupacto classem appulit.* GEBH. *Sulpicius Naupacto profectus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. praenomen deest etiam in Lov. 3. *praefectus Sulpicius* legunt Lov. 5. et Gaertn. Praepositionem omittunt etiam Cant. Harl. et Hearnii L. 1. Tum *classem abstulit* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Hav.

§. 2. *Jussis se subsequi peditibus*] *jussis subsequi peditibus* scripsimus, *se* pronomine deleto. RHEN. Vet. lib. *jussis se subsequi.* SIGONIUS. Pal. pr. omisso *jussis*, habet *se subsequi*, quod immerito a Rhenano jugulatum est. Vet. ed. *jussis se subsequi peditibus.* tert. *se subsequi peditibus jussit:* qui paulo ante habebat *partim cum equitatu profectus.* GEBH. Pal. primo consentiunt Flor. et Lov. 2. *jussis se subsequi* Ber. et Gaertn. *se subsequi peditibus jussis* Voss. Lov. 1. 5. Hav. Hearnii L. 1. et ed. Sigonii, qui ta-

Digitized by Google

nihil tale metuerent) adortus Romanos, compulit
3 in naves. Classis Romana, haudquaquam laeta praeda, Naupactum rediit. Philippo quoque ludorum, qui reliqui erant, celebritatem quantaecumque, de Romanis tamen, victoriae partae fama auxerat:

men aliud ex vet. lib. profert. *jussis subsequi peditibus* Lov. 3. 4. et Harl. Neque etiam, si optimi codd. id ignorant, pronomen necesse est. Supra c. 19, 12. *Jussisque prosequi, quoad vellet, equitibus dimisit.* et saepe alibi.

Ut qui nihil tale metuerant, adortus Romanos, compulit in naves] *nihil tale metuerent* scripsimus, pro *metuerant*, et *ad naves*, pro *in naves*. RHEN. Omnes Gall. et Voss. *in naves*, ut erat ante Rhenanum. J. FR. GRON. Rhenano *metuerent* emendanti, praeter antiquissimos typis descriptos, adstipulantur omnes codd: excepto uno Voss. qui *metuerant* retinet. Contra *ad naves* unus Hearnii D. unusque meorum Rec. legunt: omnes vero reliqui *in naves* servant, nisi quod mendose *inanes* sit in Lov. 5.

§. 3. *Philippus quoque ludorum, qui reliqui erant, celebritate quantaecumque de Romanis tum victoriae partae famam auxerat*] Pro *tum* reposuimus *tamen*. Sensus est, quantaecumque victoriae, quae tamen non de quibuslibet, sed de Romanis, erat. RHEN. Pal. 1. *Philippum ludorum quoque, qui reliquerant, celebritatem quantaecumque, de Romanis tamen, victoriae partae famam auxerat.* sec. tertiusque: *Philippo ludorum quoque, reliquerant, celebritatem quantaecumque, Romanis tamen, victoriae partae fama auxerat.* At Rhenanus pro *tum* reposuit *tanquam*, quod factum sine libb. auctoritate. GEBH. Rhenanus pro *tum* reponit *tamquam*, quod sensu caret: sed operarum esse peccatum suspicor ex interpretatione, et voluisse eum *tamen*, ut habent omnes Gall. Pall. et Voss. Necdum tamen sanus est locus, quem talem reliquerat Livius: *Philippo quoque ludorum, qui reliqui erant, celebritatem quantaecumque, de Romanis tamen, victoriae partae fama auxerat.* Ex his *tà Philippo* et *fama* sic plane exstant in Put. Petav. et Pal. melioribus. *celebritatem* in Men. duobus Pall. et Voss. in quo *Philippum*. Sensus hic est: fama victoriae, non quidem magnae, tamen, quod de Romanis parta erat, satis clarae, celebritatem dierum, qui ludis supererant, auxerat Philippo, tamquam praesidenti illis, in illius honorem. Vel potius, fama quoque partae Philippo victoriae quantaecumque, de Romanis tamen, celebritatem ludorum, qui reliqui erant, auxerat. J. FR. GRON. Rhenanus *tamen*, pro *tum*, emendabat; ut patet ex prima adnotationum ejus ed. quae apud Froben. anno 1535. prodiit, et ex aliquot seqq. Postea Francofurtenses anno 1578. in iisdem adnotationibus *tanquam*, pro *tamen*, ediderunt operarum errore, quod non tantum ex ejus expositione deprehendi potuit, verum inde etiam, quod idem Froben. pluresque alii ex ejus emendatione *tamen* in contextum receperint; pro quo demum Lugd. ed. anni 1553. hinc Paris. anno

Digitized by Google

rat: laetitiaque ingenti celebrati festi dies: eo ma- 4
gis etiam, quod, populariter demto capitis insigni,
purpuraque, atque alio regio habitu, aequaverat
ceteris se in speciem: quo nihil gratius est civita-
tibus liberis. Praebuissetque haud dubiam eo fa- 5
cto spem libertatis, nisi omnia intoleranda libidine

2573. tum reliqui usque ad Gronov. editores perperam iterum *eum* dederunt. Certe unus Ber. *eum*, reliqui codd. *iunxe* exhibent. Eo sensu *tamen* est supra 2, 24, 4. *Deliberationi de maxima quidem illa, sed tamen parte civitatis, metum pro universa reipublica intervenisse.* V. Cort. ad Plinii 3. ep. 4, 5. et 4, 17, 2. Adde infra ad 37, 25, 11. Solent autem *eum* et *tamen* in Mstis commutari. V. ad 22, 17, 5. Ceterum varii codd. pro *Philippus*, *Philippum*, pro *celebritate*, *celebritatem*, pro *famam*, *fama*; verum plane, ut Gronovius emendandum censuit, exhibet Harl.

§. 4. *Demto capitis insigni, purpuraque, atque alio regio habitu*] *purpura*, particula *que* erasa, reposuimus. RHEN. Pal. 1. et ant. ed. *purpuraque, atque alio*. GEBH. *purpuraque* servant Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. et Hav. Et haec locutionis compositio Liviana est. V. ad 2, 31, 1. Mox *aequaverat civis se in speciem* Colbert. melior apud Doujat. Male. τὸ *ceteris* enim defenditur ex Polyb. qui πᾶλλοις dixit, quod Livius hic *ceteris* vertit, in Fragm. l. 10. p. 1390. *Καὶ τὸ μὲν διάδημα καὶ τὴν πορφύραν ἀπέθετο, βουλόμενος αὐτὸν ἴσον τοῖς πᾶλλοις, καὶ πρᾶόν τινα καὶ δημοτικὸν ὑπογράφειν.*

§. 5. *Per maritas domos*] Insigne erratum hic est. Non enim, quemadmodum *ulmos maritas* dicimus, quibus conjunctae sunt vites, sic et *domos maritas* vocamus, in quibus degant matrimonio copulati. Spirense exemplar habet per *maritum asdomos*. Legendum est *per maritimas domos*, hoc est, domos ad mare sitas: et intelligit domicilia tenuiorum. Captabat autem loca minus celebria, ac parum frequentia. Nam sequitur, *quo minus conspectus, eo solutior*. Porro sunt et hodie principes, qui Philippi licentiam imitentur, non pro domos semper maritimas, sed maritatarum discursantes cum uno aut altero comite, adeo submittendo se in privatum fastigium, ut moribunum cultus non pudeat. RHEN. Pal. 2. *vagabatur autem cum uno aut altero comite per maritimas domos diesque noctesque*. Quod arripiens Rhenanus *maritimas domos* interpretetur ad mare sitas, quasi Livius intelligat domicilia tenuiorum, quoniam Philippus loca minus celebria ac parum frequentia captabat. Nugae. Si penetrabat domos tenuiorum tantum, quomodo Aneto abducta uxor? Dein damnat *maritas domos* recte dici, in quibus degant matrimonio juncti: quam tamen lectionem edstruit sibimet ipse Titius: *periculosumque et viris et parentibus erat*. GEBH. Voss. *per maritas domos*, quomodo legendum censebat ad Gemor. c. 3. Henr. Lindenbrogius. J. FR. GRONOV. *per maritas domos* etiam Flor. Lov. 1. et Harl. neque aliter in duobus Colbert. et margine Reg. invenit Doujat. in Put.

Digitized by Google

foeda ac deformia effecisset. vagabatur enim cum uno aut altero comite per maritas domos dies no-
6 ctesque: et, submittendo in privatum fastigium, quo minus conspectus, eo solutior erat: et libertatem quum aliis vanam ostendisset, totam in suam
7 licentiam verterat. Neque enim omnia emebat aut eblandiebatur, sed vim etiam flagitiis adhibebat: periculosumque et viris et parentibus erat, moram
8 incommoda severitate libidini regiae fecisse. uni etiam principi Achaeorum Arato ademta uxor nomi-

autem et aliis suis Crevier. qui locutionem adversus Rhenan. id doceis ex Plauto, Ovid. et Hor. exemplis vindicarunt. Ita *torus maritus* est apud Ovid. 2. Her. 41. *sacra maritis* 12. Her. 87. *rogi mariti* ex emendatione N. Heinsii apud Claud. in B. Gild. 407. ubi plura notavit. Lectio haec etiam placuit Cl. Jac. Perizon. qui ad marginem Livii observavit, Livium hic iterum vertisse Polyb. in Fragm. l. 30. p. 1390. Οὐ γὰρ ἔτι τὰς Χήρας ἐπείρα γυναῖκας, οὐδὲ τὰς ὑπάνδρους ἠρώτητο κοινεύειν. quem locum etiam Crevier. laudavit. Forte excipi posset, locutionem nimis poëticam esse, quam ut Livius ea usus esse censeatur. Verum, nonnumquam Livium haec loquendi genera adhibuisse, supra vidimus ad c. 24, 8. Ceterum ex laudato loco Polybii constat, scelera haec a Philippo Argis perpetrata esse. Ea autem urbs non ad litus maris sita erat, quomodo ergo Rhenan. probare poterit *maritimas domos*? Perperam autem emendationem hanc firmare conatur verbis sequentibus *quo minus conspectus, eo solutior*. Haec enim referenda sunt ad id, quod dixerat, eum *demisso capitis insigne, purpuramque, atque alium regium habitum*, et *fastigium* suum *in privatum submisisse*, ut constat ex Polyb. l. l. ὅσῳ δὲ τὴν ἐσθῆτα δημοτικωτέραν περιετίθετο, τοσούτῳ τὴν ἐξουσίαν ἐλάμβανε μείζω καὶ μοναρχικωτέραν.

§. 6. *Submittendo se in privatum fastigium*] Censeo deleas pronomen. Hoc enim dicit, *submittendo fastigium* suum vel regium *in privatum*. J. FR. GRON. Doujatius vulgatum servari posse existimat: dici enim posse, Philippum, quum rex esset, ita se submisisse, ut fastigium retineret, non regium, sed quale servant nobiliores et potentiores inter privatos. Contra Crevier. *privatum fastigium*, et *submittere se in fastigium* ferri non posse agnoscit. Quamvis autem, admissa emendatione Gronovii, loquendi formam duram, nec satis Livianam putet, notat tamen, eam stabiliri auctoritate cod. Victor. cui ex meis accedit nunc Hav.

Quo minus suspectus, eo solutior erat] Et hoc ab novitiis corruptoribus: nam libri omnes scripti et editi veteres, *quo minus conspectus*: nec legit Rhenan. aliter. Sic alibi [31, 5, 13.] *conspectum maxime tumulum*. et [30, 29, 10.] *locus conspectus undique*. Illud est

ne Polycratia, ac spe regiarum nuptiarum in Macedoniam asportata fuerat. Per haec flagitia sol- 9
lemni Nemeorum peracto, paucisque additis diebus, Dymas est profectus, ad praesidium Aetolorum, quod ab Eleis adcitum acceptumque in urbem erat, ejiciendum. Cycliadas (penes eum summa imperii 10
erat) Achaeique ad Dymas regi obcurrere: et Eleorum accensi odio, quod a ceteris Achaeis dissentirent: et infensi Aetolis, quos Romanum quoque adversus se movisse bellum credebant. Pro- 11

igitur: quo minus oculis denotabatur, quum privato habitu graffaretur multis ignotus, invisus. J. FR. GRON. *suspectus* primum mihi obvium fuit in ed. Paris. anni 1573. quod perperam exhibent ex scriptis etiam Lov. 2. et Voss. in cujus tamen posterioris margine pro varia lectione recte adscriptum est *conspectus*. De vi vocis *conspectus* v. ad 4, 13, 3.

§. 7. *Sed vim etiam flagitiis adhibebat*] Particula *etiam* exsulat a Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antt. quam demum inseruit Frohen. anno 1535. Praeterea *adhaerebat* Cantabr. legit. *addebat* Rec. Mox autem *erat* non est in Flor. Insuper *moram incommodam severitate* Voss. sed vulgatum praestat.

§. 8. *Uni etiam principi Achaeorum Arato ademta uxor nomine Polycratia*] Hunc Aratum miris laudibus ornat Strabo l. 8, [382. et 385.] tradens, illum civitatem ad libertatem revocasse, et adeptum regnum ab ultro offerentibus, quod longe lateque postea ampliarit. RHEN. Recte Crevier. ex Plut. in Arato p. 1050. et 1051. docuit, juniorem indicari Aratum, filium nempe ejus, quem tantopere Strabo laudavit. Ceterum *Erato* perperam Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. et Harlej. *Herato* Hav. *Cratho* Hearnii L. 1. Deinde *Polychartia* Voss. *Polycharcia* Lov. 1. *Pollichartia* Hearnii N. *Pollichartea* Lov. 3. *Pollicratia* Lov. 5. *Policrathea* Hearnii L. 1. *Policratea* Gaertn. Mox *transportata* Lov. 5.

§. 9. *Sollemni Nemeorum peracto*] *sollemni Nemeorum ludo peracto* Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Male. 1, 5, 2. *Euandrum sollemne adlatum ex Arcadia instituisse, ut nudi juvenes currerent.* Mox iterum. *Huic deditis ludicro, quum sollemne notum esset, insidiatos latrones. Sollemne Nemeorum* autem, ut *sollemne Latinarum* 44, 21, 3. Mox *Climas* Voss. et Lov. 3. ac 4. V. ad 10, 24, 2. *Climias* Lov. 2. *Dyamas* Hearnii L. 1.

§. 11. *Transeunt Lariffum amnem, qui Eleum agrum ab Dymeo dirimit*] Polyb. et Steph. Δυμαῖον scribunt. Itaque *Dymaeo* scribe. SIG. *Lacrisum* Gaertn. *Lariseum* Hearnii L. 1. *Larisum* Flor. Voss. et Lov. 2. 3. 4. *Ἀάρισος* unico σ vocatur Paus. 2. Eliac. in fin. et in Achaïc. c. 17. aliisque locis. Similiter apud Strab. 8, 387.

Digitized by Google

fecti ab Dymis, conjuncto exercitu transeunt Larisum amnem, qui Eleum agrum ab Dymaeo dirimit.

1 XXXII. Primum diem, quo fines hostium ingressi sunt, populando absumserunt. Postero die acie instructa ad urbem accesserunt, praemissis equitibus; qui, obequitando portis, promtum ad excur-
2 siones genus lacesserent Aetolorum. Ignorabant, Sulpicium cum quindecim navibus ab Naupacto Cyllenen trajecisse, et, expositis in terram quatuor millibus armatorum, silentio noctis, ne conspici
3 agmen posset, intrasse Elim. Itaque inprovisa res ingentem injecit terrorem, postquam inter Aetolos
4 Eleosque Romana signa atque arma cognovere. Et

et Steph. Byz. voce *Δύμη*. Semel *Λάρισσος* apud eumdem Strab. 9, 440. *ὁ τὴν Ἠλείαν ἀπὸ Δύμης διορίζων Λάρισσος ποταμός*. Et ita Paus. l. posteriori memorat in ripa hujus fluminis constructum templum *Ἀθηνᾶς Λαρισσαίας*. Hinc alii nomen hoc utroque modo scriptum fuisse putant, alii emendanda putant loca, in quibus duplex σ adhibetur. V. viros doctos ad hunc loc. Paus. et ad Steph. Byz. Praeterea *qui amnis*, pro *amnem qui*, Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Recte autem *Dymaeo* Sigon. et ita fuit in Voss. et Gaertn. nisi quod duabus vocibus *Dyma eo* scribatur.

§. 1. *Qui, obequitando portis*] *Τὸ portis* defit in Pal. 1. GEBH. Non adparet etiam in Flor. Lov. 2. 3. et Hav. Paullo ante *populando agrum*, addita voce, Lov. 1.

§. 2. *Intrasse Elim. Itaque inprovisa res*] Pal. 1. *intrasse limita quae improvisa res.* sec. *intrasse Helim. quae impr. res.* tert. *intrasse. Elimitasque improvisa res.* GEBH. *intrasset limita quae impr. res* Flor. a m. 1. et Lov. 1. *intrasse limita, quae impr. res* Flor. a m. 2. et Lov. 2. *intrasse Elim. quae impr. res* Lov. 3. et Ber. a manu 2. *intrasse, quae impr. res* Voss. Paullo ante *Cylenen* Hearnii L. 1. *Cylenem* Flor. Lov. 2. et Ber. *Cillennē* Hav. In sequentibus *injecit pavorem* Lov. 2.

§. 4. *Triballos, Illyriorum id est genus*] Vet. lib. *Trallos*. Recte. *Tralli* enim sunt populi Illyrii, auctore Stephano, de quibus Livius etiam lib. 37. SIG. *Trallis* Flor. Voss. Lov. 2. 4. Ber. Harl. et Hav. *Tralis* Lov. 1. *alios* Gaertner. *Thrallis* edd. principes. Postea in margine edit. Ven. anni 1495. aliarumque vir doctus videndum monuit, ne legendum sit *Triballos*, quod dein Mog. ed. aliaeque receperunt. Id Sigon. mutavit in *Trallos*. Potest tamen

Digitized by Google

primo recipere suos voluerat rex: dein, contracto jam inter Aetolos et Trallos (Illyriorum id est genus) certamine, quum urgueri videret suos, et ipse rex cum equitatu in cohortem Romanam incurrit. Ibi equus pilo trajectus quum prolapsum 5
per caput regem effudisset, atrox pugna utrimque accensa est, et ab Romanis inpetu in regem facto, et protegentibus regiis. Insignis et ipsius pugna 6
fuit, quum pedes inter equites coactus esset proelium inire. dein, quum jam inpar certamen esset, caderentque circa eum multi, et vulnerarentur, raptus ab suis, atque alteri equo injectus, fugit. Eo die castra quinque millia passuum ab urbe Eleo- 7
rum posuit. postero ad castellum (Pyrgum vocant)

non male codd. lectio *Trallis*, vel *Tralles* servari. V. ad 31, 35, 1. Deinde *id genus* Lov. 3. *idem genus* Lov. 1. 2. Rec. et Gaertn. De quo errore v. ad 5, 4, 5. Mox *urbe geri*, pro *urgeri*, Flor. Cant. Voss. et Lov. 1.

Et ipse rex] Etsi Livius saepe repetit voces praecedentes, tamen hic et ipse mihi videtur repudiare *Rex*. DUKER.

§. 5. *Prolapsum in caput regem effudisset*] Juxta scripturam veterem pro *in* reposuimus *per*. RHENAN. Pal. 2. et ant. impressio *prolapsum in caput*. GEBH. *in caput* servant Lov. 5. Ber. et Gaertner. Ovid. 1. Art. Am. 547.

In caput aurito cecidit delapsus asello.

Reliqui *per caput* probant. *super caput* dixit 22, 3, 11. *Equus repente conruit, consulemque lapsum super caput effudit.*

§. 6. *Caderentque circum eum multi, et vulnerarentur*] Liber scriptus tantum habet *multi vulnerarentur*, absque particula connectente *et*. Suspicor Livium scripsisse: *caderentque circa eum multi, multi vulnerarentur*. RHEN. Miror hic et indignor, occasione omissae in Spirensi exemplari copulae *et* Rhenanum totum locum interpolatum iviſſe. Vulgata sustinetur lectio consensu codd. Pall. Antiqua vero recensio Andreae *caderentque prope eum multi et vulnerarentur*. GEBH. Omnes mei constanter *et vulnerarentur*. Praeterea *prope eum* Ber. et edd. ante Ald. quod ex alterius glossa natum videtur. Paullo ante *dein, quum jam inpar certamen esset*, pro *deinde*, Flor. Lov. 4. Harl. et Hav. V. ad 3, 3, 6.

Alteri equo injectus, fugit] Non est in libro scripto *fugit*, sed *fuit*. et sensus est integer. RHENAN. Stant libri nostri contra Rhenanum contaminatorem, perden-

Digitized by Google

copias omnes eduxit: quo agreſtium multitudinem cum pecoribus metu populationum compulsam au-
8 dierat. eam inconditam inermemque multitudinem primo ſtatim terrore adveniens cepit: compensaveratque ea praeda, quod ignominiae ad Elim acce-
9 ptum fuerat. Dividenti praedam captivosque (fue-

tem *fugit*. GEBH. Omnes iterum mei *fugit*. *fuit* autem, quod Rhenanus in Spirensi invenit, errore librarii natum eſt. Solent autem voces *fuit* et *fugit* commutari. V. ad 2, 22, 5. 5, 39, 8. 9, 44, 4. 10, 15, 12. 22, 50, 3. et 35, 26, 9. (* 38, 27, 2.) Vide N. Heins. ad Nas. 7. Her. 192. Bentl. ad Horat. 1. sat. 6, 13. et Cel. Burm. ad Phaedri 1, 11, 15.

§. 7. *Poſtero die omnes copias ad propinquum Eleorum caſtellum, quod Pyrgum vocant, duxit*] Erasimus *quod*, fidem secuti manuscripti cod. ut reliquam clausulam per parenthesim legas (*Pyrgum vocant*) *duxit*. RHEN. Put. Reg. et fere duo Pall. Menardique: *Poſtero die caſtellum Phyrcum vocant copias omnes eduxit*. Nonnulli *ad caſtellum*. Duo alia verba non conspiciuntur. Et certe insiticia sunt. nam scripserat Livius. *Eo die caſtra quinque millia paſſuum ab urbe Eleorum* (Put. *Eliorum*) *posuit*. *poſtero ad caſtellum* (*Pyrgum vocant*) *copias omnes eduxit*. Vide plenam neceſſariis omnibus partibus orationem. J. FR. GRON. Edd. lectionem defendunt Ber. et Hearnii D. *poſtero die ad propinquum Eleorum caſtellum* (*quod Pyrgum vocant*) *omnes copias eduxit* Lov. 5. et Harl. *poſtero die ad caſtellum, quod Phyrcum vocant, omnes copias eduxit* Lov. 2. 3. Gaertn. et Hav. *poſtero ad caſtellum, quod Phyrcum vocant, copias omnes eduxit* Voſſ. Et ita Lov. 1. et 4. nisi quod prior *Phyrcum*, poſterior *Phireum* caſtellum vocent. *poſtero die caſtellum* (*Pyrcum vocant*) *copias omnes eduxit* Flor. et Cant. quibus codd. Gronovii lectio ſtabilitur, nisi quod pro *die* legendum sit *ad*, ut in suis ille invenit, et *Pyrgum*, pro *Pyrcum*, continua literarum *c* et *g* commutatione. V. ad 6, 25, 6. De parenthesi, simili modo sine connexione interjecta, v. ad 40, 57, 3. Paullo ante *ab urbe Eliorum* etiam Flor. Voſſ. Lov. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1.

§. 9. *Fuerunt autem quatuor millia hominum, pecorumque omnis generis ad viginti millia*) Antiqua lectio *quatuor millia peditum hominum*. Suspicor legendum *deditorum hominum*. Nam praecedit: *primo ſtatim terrore adveniens cepit*. Igitur, ut verisimile eſt, dediderunt se. RHEN. Pal. 3. *fuere autem quatuor millia peditum hominum, pecorumque*. unde Rhenanus confidenter affirmat vere emendari *deditorum hominum*. Pal. 1. *fuerunt autem hominum pecoris omnis generis*. Antiqua ed. *fuerant autem quatuor millia boum: pecorum omnis generis*. GEBH. Quia Rhenanus invenerat in suo *peditum hominum*, suspicabatur *deditorum hominum*. Nihil tale in noſtris, sed Put. et Voſſ. *fuerant autem* ∞ ∞ ∞ ∞ *hominum, pecoris omnis generis ad millia viginti*. Et habent pariter *pecoris* omnes Gall. unusque Pal. J. FR. GRON. Illud *peditum* in nullo meo obcur-

Digitized by Google

rant autem quatuor millia hominum, pecoris omnis generis ad millia viginti) nuncius ex Macedonia venit, Eropum quemdam, corrupto arcis praesidiique praefecto, Lychnidum cepisse: tenere et Dassaretiorum quosdam vicos, et Dardanos etiam concire. Omisso igitur Achaïco bello, relictis tamen 10

rit; at in Hearnii D. *peditumque*, pro *pecorumque*, scriptum exstat. *fuerunt autem hominum* in Flor. Voss. Lov. 1. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. ubi voces *quatuor millia* per notas exaratae fuisse videntur, ut Gronov. in Put. invenit; quibus quid indicaretur, quum librarii non intelligerent, casu omiserunt, ut saepe facere soliti sunt. V. ad 39, 42, 3. *fuerunt autem ad quatuor millia boum* Ber. et Gaertn. *fuerant autem* omnes, quas vidi, edd. usque ad Aldum, cum Ber. Reliqui scripti *fuerunt*, ut Aldus substituit, nisi quod *fuere* sit in Lov. 4. Deinde *pecorisque omnis generis ad millia viginti* Lov. 5. et Hearnii L. 1. ac N. *et pecoris omnis generis ad millia viginti* Lov. 2. *pecorum omnis generis ad millia viginti* Voss. Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *pecoris omnis generis ad millia viginti* omnes reliqui Msti.

Eropum quemdam] *Eroptum* Lov. 2. *Erumpum* Hearnii D. *Meropum* ejusdem L. 1. Ad legendum *Αἴropum?* V. ad 29, 12, 11.

Corrupto arcis praesidiique praefecto Bachindum cepisse] Ptolemaeus et alii, *Lichnidum* legi oportere, clare demonstrant. SABELL. Graeci *Λύχνιδον*. Ergo *Lychnidum*. SIG. Addit nomen praefecti Pal. 3. *arcis praesidiique praefecto Bacchide Lenchidum cepisse*. Pal. 1. istam arcem vocat *Luchnidum*. sec. *Luchyndum*. GEBH. *Luchnidum* Flor. *Lychradum* Lov. 1. *Luchindum* Lov. 3. 4. 5. *Lunchidum* Hav. *Linchidum* Ber. a m. 1. prioris lectionis vestigiis erasis. *Bachindum* Gaertn. et edd. ante Mogunt. ex quo et altera lectione junctis ea forte exstitit scriptura, quam Gaertn. [l. Gebh.] in Pal. 3. invenit. *Lycnidum*, quod in *Lychnidum* mutandum Sigonius monuit, in nulla nisi in ipsius ed. inveni. De Lychnido v. ad 33, 34, 11.

Tenere et Darsetiorum quosdam vicos] Plinius et Ptolemaeus *Dassaretiorum* habent. SABELL. *Dassaritiorum* ex Stephano. *Δασσαρῖται ἔθνος Ἰλλυρίας λέγεται καὶ Δασσαρίτιοι*. SIG. *Elansenorum* Gaertn. *Clansetiorum* Lov. 3. *Elanseciorum* Lov. 5. *Darseciorum*, vel *Darsetiorum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. et Hav. *Darsetiorum*, vel *Dasseretiorum* edd. vett. pro quo *Dassaretiorum* ex emendatione Sabellici Ascens. anno 1510. substituit. Similes ferme varietates lectionum obcurrunt infra 31, 33, 4. 86, 10, 10. et c. 13, 1. quorum priori et ultimo loco Sigon. similiter, ut hic, scribendum conjicit. Ea tamen conjectura non necesse est. *Δασσαρήτιοι* enim vocantur Ptolem. 3, 13. *Δασαρήτιοι* Strab. 7, 316. et 318. *Dassaretae* in optimis edd. Plinii 3, 23. Eorum regio *Δασσαρῆτις* Polyb. 5, 108. Licet tamen secundum Steph. Byz. populus *Δασσαρῆται* Polybio vocentur. Verum, *Δασσαρῆται* apud eum legendum, existimavit Palmer. in Graec. ant. 1, 35. ubi

Digitized by Google

duobus millibus et quingentis omnis generis armatorum cum Menippo et Polyphanta ducibus ad prae-
11 sidium sociorum, profectus ab Dymis, per Achajam Boeotiamque et Euboeam, decimis castris Demetriadem in Thessaliam pervenit.

de hoc populo plura videnda. Mox *Danaos*, pro *Dardanos*, male Hearnii L. 1.

§. 10. *Omisso igitur Actico atque Aetolico bello*] *Attico bello* legi non potest, quod utique tunc nullum fuit. *Achaico* proinde melius, cui emendationi vetusti cod. lectio adstipulatur. SABELL. Put. Regius, Voss. resecant *atque Aetolico*. J. FR. GRON. Easdem voces resecant quoque Lov. 1. 2. 4. 5. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. Mox *relictis tamen XX et quingentis conseris armorum* Flor. *relictis tamen XX et quingentis cum seris armorum* Voss. *relictis tamen viginti cum sexis*, ultima voce omissa, Lov. 1. *viginti*, vel *XX*, *et quingentis* etiam Harl. Hav. et Hearnii N. *relictis tamen equitibus et quingentis* Gaertn.

Cum Menippo et Polyphanta ducibus] Men. *Polyphanio*. Put. Voss. Pall. *Polyphania*. Scribe *Polyphanta*. Sic enim appellatur Polybio. Alius Pal. *Polyfanta*. J. FR. GRON. *Polliphania* Lov. 2. et Gaertn. *Philophania* Hearnii N. *Polyphania* Flor. Lov. 3. 5. et Hav. *Polyphanea* Lov. 4. *Polyphonta* Ber. *Polyfanta* Hearnii L. 1. *Polyphonte*, teste Hearnio, ed. Rom. Aler. princeps. *Polyphonte* proximae. *Polyppanta* Ven. anni 1498. *Polyphanta*, ut Gronov. emendat, Mog. et aliae, pro quo Frobenius *Polyphante* anno 1531. non recte substituit. V. ad 28, 5, 11.

§. 11. *Per Ach. jam Boeotiamque et Euboeam, decimis castris Demetriadem* etc.] Quo pacto per *Euboeam*, quam utique post se habebat, et quae insula est, ex Achaia venerit in Thessaliam, nullo modo intelligi potest, quia scilicet fieri non potuit. Ergo *Boebam* legendum: fuit enim una ex urbibus Thessaliae. Strabo [9, 436.] Boebeïdem vero lacum prope esse oportet, quandoquidem Boeba ex circumjacentibus Demetriadi urbibus una fuit. SABELL. *Boebeïdem* recte meo judicio emendavit Sabellicus. *Boeoba* nihil est. *Euboea* autem, quod Aldinus codex restituit, et quidam eum secuti, huc non quadrat, quod facile videbit Geographiae non imperitus. GLAR. Libri omnes *et Euboeam*. GEBH. Locus mire depravatus. Nam primo cur in plurimis retro editis expresserunt *Beboeidem*, quum Sabellicus, auctor ejus vocis, teste Glareano, dederit *Boebeïdem*? quomodo ea scribenda est. Deinde Boebeïs, sive palus, seu regiuncula, jacet sub Penei Ostio, longe ultra Demetriadem. Cur, tanto spatio jam progressus, huc revertit Philippus? Equidem, nisi Sabellicus certam caussam hujus ambagis potuit novisse, melius erit, lectionem ab omnibus plane scriptis antiquis retinere *et Euboeam*; inprimis quum ea commode explicari possit, quod non attendit Glareanus. Quippe ob certas caussas potuit Philippus coactus fuisse ex Boeotia deflectere versus dextram in Euboeam, ut res insulae inspiceret ac constitueret; maxime quum ejus insulae cultores in metu ab Aetolis essent, ut testatur Livius 28, 5, 5. JAC. GRON. *et Euboea*-

Digitized by Google

XXXIII. Ibi alii, majorem adferentes tumultum, 1 nuncii obcurrunt: Dardanos, in Macedoniam effusos, Oreſtidem jam tenere, ac descendisse in Argeſtaeum campum: famamque inter barbaros celebrem esse, Philippum occisum. Expeditione ea, 2

cam Hearnii L. 1. *et Euboiam* Rec. *et Euboeam* Flor. Voſſ. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. ambo Colbert. Reg. Hearnii D. et edd. principes. Quum autem *Boebam* scribendum Sabell. conjeciſſet, hinc mox ad marginem ed. Ven. anni 1495. aliarumque adscriptum eſt, „ Vide ne *Boebeïda* et *Boebam* sit legendum. Ascensius deinde anno 1513. et 1516. in contextum recepit *Boeobam*. Neminem tamen invenit, qui sequeretur, usque dum Curio daret *Beboeidem*. Quae lectio licet etiam in *Boebeïdem* mutetur, quum ex non intellecto Sabellico perperam invecta sit, et *Boebam*, ut Sabellicus scribebat, incerta nitatur conjectura, Mſtorum lectionem *Euboeam* revocandam censui; quam tamen a menda inmunem praeſtare non audeo. Praeterea *decumis caſtris* Flor. Voſſ. et Harl. V. ad 2, 59, 11.

§. 1. *Majorem adferentes tumultum, nuncii obcurrunt*] Pal. sec. *inferentes*. tert. *occurrerunt*. GEBHARD. *occurrerunt* Cant. Lov. 2. Ber. et Hav. Mox *Dardanios* Hav. Eos etiam *Δαρδανεῖς* et *Δαρδανίους* Polyb. vocat 2, 6. et 4, 66. *Δαρδανιάτους* etiam Strabo 7, 315. et 316. At *Dardani* paſſim apud Plin. dicuntur, 3, 26. et 4, 1. ac 10. Et ita supra cap. praec. et paſſim apud Liv. adpellantur.

Oreſtidem jam tenere, et descendiſſe in Argeſtaeum] Oreſtidis situm fortaſſis Ptolemaeus magis auſtralem ponit, quam ut huic profectioni conveniat, cum sit magis ad boream. Ceterum *Argeſtaeum* nomen nondum inveni. Vide, ne *Aeſtraeum* ex eodem Ptolemaeo legendum. GLAR. Suspicor *Aegeſtaeum* campum eſſe Thesprotium, qui affinis eſt Oreſtidi. Nam Stephanus: *Αἰγεσαῖοι οἱ Θεσπρωτοί, ἀπό τινος Αἰγέσου στρατηγοῦ*. Nam qui sit *Argeſtaeus* campus, quaerit merito Glareanus. SIG. Connexio *ac* rejicitur in binis Pall. 1. et 3. Antiqua ed. *in Argeſtaeum campum*. sec. *in Agreſtinum campum*. Alii legunt *Aegeſtaeum*. GEBH. *Argeſtaeum* Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hafn. Hav. et Hearnii N. *Agreſtinum* Gaertn. et Hearnii L. 1. *Agreſtaeum* Lov. 4. *Agreſtinum* Lov. 5. et Hearnii D. Neque Glareani, neque Sigonii conjecturae placent. Quae enim reponunt, remotiora sunt, quam ut convenire commode queant; ut alia, quibus refelli poſſent, praeteream. Potuit autem *Argeſtaeus campus* ignotior eſſe, quare lectionem illam dubiae aliorum conjecturae praeferendam duxi.

§. 2. *Ad eminentem ramum cornu alterum galeae perfregit*] Pal. 2. *in arborem impetu illatus, qui ad imminentem ramum cornu galeae perfregit*. GEBH. Put. *praeflegit*. Scribe *praefregit*. 32, [17, 14.] *Si quam haſtam incidiſſent aut praefregiſſent*. J. FR. GRON. *praeflegit* etiam Flor. *praefregit* Voſſ. Lov. 1. 2. Hav. et alii. 8, 10, 3, *Quum et haſtas aut praefregiſſent, aut hebetaſſent*. Silius 5, 242.

— — — — — *praefracta gerebat*

qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnavit, in arborem inlatus inpetu equi, ad eminentem ra-
3 mum cornu alterum galeae praefregit. id inventum ab Aetolo quodam, perlatumque in Aetoliam ad Scerdilaedum, cui notum erat insigne galeae, fa-
4 mam interfecti regis vulgavit. Post profectionem ex Achaja regis, Sulpicius, Aeginam classe profe-
5 ctus, cum Attalo sese conjunxit. Achaci cum Aetolis Eleisque haud procul Messene prosperam pugnam fecerunt. Attalus rex et P. Sulpicius Aegi-

Syrticus excelso decurrens robora monte.

ubi vide, quae notavi. Justin. 6, 8. *Telo si primam aciem praefregeris.* Frontin. 2, 3, 20. *Ipso inpetu praefringerent hostium spicula.* Colum. 2, 2. in fine. *Praefractas stirpes omnes refodiat ac persequatur.* 3, 18. *Quum enim per exemtionem imae partes eorum praefractae sunt, apertae medullae deponuntur.* 4, 24. circa fin. *Quo plerumque fit, ut, quod praecidi debeat, praefringatur.* Ita duobus posterioribus locis optimus legit Sangerm. 6, 16. *Praefractis cornibus linteola, sale atque aceto et oleo imbuta, superponuntur.* Hanc vocem Livio reddidit etiam Gelen. 38, 5, 4. Originem erroris v. ad 9, 10, 7. Ceterum cornua inter insignia successorum Alexandri Magni inlustravit Spanhem. de praest. et us. num. Diss. 7. p. 387. galeas autem cornutas p. 399.

§. 3. *In Aetoliam ad Scerdilaedum*] *Scerdileum* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et edd. principes. *Scerdielum* Hearnii L. 1. Sed v. Gronov. ad 26, 24, 9.

§. 4. *Post profectionem ex Achaja regis*] Reposuimus *Philippi*, loco *regis*. Nam sic est in scripto libro. Et mox praecedit *famam interfecti regis vulgavit.* RHEN. Voss. et omnes Pall. *post profectionem ex Achaja regis.* J. FR. GRONOV. Ita et omnes Hearnii Oxonn. et nostri, praeter Lov. 4. qui, juncta utraque voce, *regis Philippi* legit. At illud *Philippi* ex interpretis expositione natum videtur.

§. 6. *T. Quintius consul*] Vet. lib. *Quinctius Crispinus consul.* SIG. Cognomen *Crispinus* non adparet in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Sequentem vocem *consul* Hearnii D. omisit.

L. Manlio Torquato] *T. Manlio Torquato*, non *L. Manlio*, reponendum, ut sequentia satis luculenter ostendent. GLAR. *T. Manlio.* est enim is, cujus saepius ante meminit. SIG. Pall. 2. ac 3. *T. Manlio.* Mox c. 34, 10. *Eandem caussam in T. Manlio esse, quod recusasset delatum consulatum, recusaturusque esset.* Quibus verbis alludit ad ea, quae narravit l. 26, 22. GEBH. Recte, ut puto, viri docti. *L. Manlio* tamen Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Alii Tarenti, alii in Campania

Digitized by Google

nae hibernarunt. Exitu hujus anni T. Quinctius 6
Crispinus consul, dictatore comitiorum ludorumque faciendorum caussa dicto T. Manlio Torquato, ex vulnere moritur. alii Tarenti, alii in Campania mortuum tradunt. Id quod nullo ante bello acciderat, 7
duo consules, sine memorando proelio interfecti, velut orbam rempublicam reliquerant. Dictator Manlius magistrum equitum C. Servilium (tum aedilis curulis erat) dixit. Senatus, quo die primum est 8
habitus, ludos magnos facere dictatorem jussit, quos

mortuum tradunt] Duo prima verba in omnibus Gall. et Voss. desiderantur. J. FR. GRON. Desiderantur similiter in Flor. Lov. 1. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Contra voces *in Campania* omittit Lov. 5.

§. 7. *C. Servilium, qui tum aedilis curulis erat*] Legendum juxta auctoritatem exemplaris vetusti (*tum aedilis curulis erat.*) Nam solet hujusmodi clausulis per parenthesim interjectis uti Livius, sicut modo monuimus [cap. praec.] *Pyrgum vocant.* RHEN. Vet. lib. *C. Servilium, qui tum aedilis curulis erat, dixit.* SIG. Ut Rhenanus, nostri quoque meliores: *magistrum equitum Cn. Servilium (tum aedilis curulis erat) dixit.* J. FR. GRON. Praenomen omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hearnii N. *C. Servilium* legunt Flor. Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. quod rectum est. Infra enim c. 36, 8. memorat Livius *Q. Metellum et C. Servilium aediles curules* hujus anni: qui ambo aediles plebis proximo anno fuerant c. 21, 9. ubi patrem ejus adhuc vivere captivum apud Bojos refert; in consulatu autem patrem ex servitute recepisse l. 30, 19. Perperam igitur ultima Gruteri editio praefert *Cn. Servilium;* quod recentiores omnes servarunt. Recte etiam Rhenanus et Gronov. pronomen *qui* delerunt, consentientibus Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. ac D. Deerat etiam a m. 1. in Flor. sed postea recentiori manu inter versus adscriptum est. Hanc emendationem repetit Gronov. ad 34, 56, 1. V. plura ad 40, 57, 3. *C. Servilium tum aedilem curulem dixit* Hav.

§. 8. *M. Aemilius praetor urbis, C. Flaminio*] M. Aemilium Regillum, qui post fuit flamen Quirinalis, fuisse puto. SIG. Hic eos fecit A. V. IDXXXVI. l. 22, 9. 10. Quoniam autem Livius illum eosdem in quinquennium voviſſe scribit, quaerit Pighius, quis eos sequenti quinquennio A. V. IDXLI. fecerit, et miratur, hoc a Livio, alioqui in talibus adnotandis diligentissimo, non proditum esse. Verosimile est, eos anno illo, etsi in quinquennium voti erant, ob caussam nobis incognitam non fuisse factos. Nam hoc satis aperte eo ostendit Livius, quod dictatorem ludos illos fecisse scribit, quos M. Aemilius voverat. Nam hi si A. V. IDXLI. facti fuissent, haud dubie dixisset, a dictatore illos factos fuisse, qui

Digitized by Google

M. Aemilius praetor urbis, C. Flaminio, Cn. Servilio consulibus, fecerat, et in quinquennium voverat. Tum dictator et ludos fecit, et in insequens lu-
9 ſtrum vovit. Ceterum, quum duo consulares exercitus tam prope hoſtem sine ducibus eſſent, omnibus aliis omissis, una praecipua cura Patres populumque incessit, consules primo quoque tempore creandi; et ut eos potiſſimum crearent, quorum
10 virtus satis tuta a fraude Punica esset; *quum toto eo bello damnosa praepropera ac fervida ingenia imperatorum fuissent, tum eo ipso anno consules, nimia cu-*

eo anno in quinquennium voti fuerant. Et quum omnia de votivis Apollinaribus diligenter retulerit 25, 12. 26, 23. 27, 11. et 23. non eſt, cur eum in his negligentiorem fuiſſe credamus. DUK. *praefectus urbis* Lov. 4. et Harl. in contextu; quod in Pall. etiam eſſe, supra teſtatur Gebh. ad Liv. 25, 12, 3. Deinde *Marcellus Aemilius* Lov. 4. *quos Memmius praetor* Lov. 2. 3. *quos Memmius praetor* Voſſ. *quos Menenius praetor* Hav. et Hearnii L. 1. Mox *C. Servilio* idem L. 1. *cum Servilio* Lov. 3. et Gaertn.

Tum dictator et ludos fecit] Recte quidem; sed cur hic *ludos* repetat, et *τὸ magnos* omittat, parum cauſſae apparet, eo magis, quod a Cantabr. libro *τὸ ludos* etiam absit: quod sane amplector. Sunt enim media velut parenthesis intelligenda. JAC. GRONOV. Vocem illam *ludos* Crevier. etiam ejecit, teſtatus se id feciſſe duorum optimae fidei scriptorum auctoritate. Id tamen facere ausus non sum, quum eam in omnibus meis conſtanter repererim. Flor. ordine mutato legit *et fecit ludos*. Neque adtinebat hic repeti *magnos*. Quum enim ſtatim praeceſſerit, dictatorem juſſum eſſe ludos magnos facere, ac nunc subjungatur, cum ludos feciſſe; non alios, quam illos magnos, intelligi, sponte patet.

Et in sequens luſtrum] Scripti *et in insequens luſtrum vovit*. J. FR. GRON. Ita Flor. pluresque alii, cum Hearnii Oxonn. V. ad 4, 30, 12.

§. 9. *Et ut potiſſimum crearent*] Voſſ. et Men. *creandi, ut eos potiſſimum crearent*. Put. et Reg. *creandi, ut eos crearent potiſſimum*. Scribe, *consules creandi, et eos potiſſimum, quorum virtus*, deleto *τῷ crearent*. J. FR. GRON. Eleganter quidem, sed, quantum ex iis, quae hic scribuntur, intelligo, repugnantibus libris scriptis. Nec debemus offendi mutata forma orationis. 36, 37, 4. *Decemviri renunciarunt, jejunium instituendum Cereri eſſe, et in quinto quoque anno servandum, et ut novendiale sacrum fieret, et unum diem supplicatio esset*. 26, 32, 2. *Cum tyrannis bellum gerendum fuiſſe, et urbem recipi, non capi*. 27, 5, 14. *Ut non exspe-*

Digitized by Google

pilitate conserendi cum hoste manum, in vccopinatam fraudem lapsos esse. ceterum Deos immortales, miseritos 11
nominis Romani, pepercisse innoxiis exercitibus: temeritatem consulum ipsorum capitibus damnasse.

XXXIV. Quum circumspicerent Patres, quosnam 1
consules facerent, longe ante alios eminebat C.
Claudius Nero. Ei collega quaerebatur, et virum 2
quidem eum egregium ducebant, sed promtiorem
acrioremque, quam tempora belli postularent, aut
hostis Hannibal: temperandum acre ejus ingenium 3
moderato et prudenti viro adjuncto collega cense-

c e a n d a comitia consuli censerent, sed dictatorem comitiorum habendorum caussa d i c i, e t extemplo in Siciliam r e d e u n d u m. Ter. Andr. 3, 2, 34. *Missa est ancilla illico obstetricem a r c e s s i t u m ad eam, e t puerum u t a d f e r a t simul.* Ejusdem generis sunt, quae ὁ πάνυ habet ad 35, 33, 8. DUK. V. ad 39, 14, 9. *creandi, ut eos potissimum crearent* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. cum edd. vetustissimis. *creandi, ut eos crearent potissimum* Flor. et Harl. Quod nunc circumfertur in editis, primum inveni in Frob. anni 1535. Gronovii conjecturam probavit Crevier. Paullo ante, una voce minus, *omnibus omissis* Lov. 5. Tum *una praecipue cura* Lov. 2.

§. 10. *Ac fervida ingenia imperatorum fuissent*] Reposuimus *fuisse*. RHEN. Omnes mei vulgatum defendunt. Mox *sine copia natam fraudem*, pro *in necopinatam*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Hafn. *manum..... natam fraudem lapsos*, relicta lacuna, Harl. *manum fraude lapsos* Hav.

§. 11. *Misertos nominis Romani*] Put. *Deos immortales miseritos nominis Romani.* Ut et inferius [c. 34, 12.] *Sordidati rei non miseritos, candidam togam invito offerre.* Et 22, 55, 5. *Si quid Dii immortales miseriti imperii reliquum Romano nomini fecerint.* J. FR. GRONOV. Ita et Flor. V. ad 5, 45, 4. Id autem in contextum recepi. Mox *ipsorum consulum* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertner. Hav. et edd. principes.

§. 2. *Ei collega quaerebatur*] Put. Voss. *et collega.* Gud. *collega et quaer.* Cantabr. *sed collega.* idque rectius videtur. JAC. GRON. *et collega quaerebatur* Flor. Lov. 1. 2. 3. Hav. et Hearnii L. 1. Reliqui vulgatum servant, quod etiam probandum videtur. Solent autem saepe voculae *et* atque *et* confundi. V. ad 41, 15, 6.

Et virum quidem eum egregium ducebant] Pal. 1. *cum egregium educebant.* A prisca ed. provocabulum *eum* deminutum est. Pal. 3. *et quidem virum egregium ducebant.* GEBH. Τὸ *eum* deest etiam in Lov. 2. Ber. a m. 1. Gaertn. et edd. ante Aldum.

§. 3. *M. Livius erat, multis ante annis*] Rursus Silius de eodem Livio [15, 597.]

Digitized by Google

bant. M. Livius erat, multis ante annis ex consu-
4 latu populi judicio damnatus. quam ignominiam
adeo aegre tulerat, ut et rus migraret, et per mul-
tos annos et urbe et omni coetu careret hominum.
5 octavo ferme post damnationem anno M. Claudius

Belliger is quondam, scitusque accendere Martem etc.

MOD. *Marcus Junius erat* pessime Hearnii L. 1. *M. Linius erat* Harl. *M. Levius erat* Lov. 4. Tum *multis annis ante* Flor. Lov. quinque, Ber. et Gaertn.

Ex consulatu populi judicio damnatus] Quod praedam Illyricam maligne divisisset, ut ante dixi [ad 22, 35, 3.] SIGON.

§. 4. *Ut et rus migraret, et per multos annos et urbe et omni coetu careret hominum*] Liber vetustus habet *caruerit*. RHEN. Si haec vera sunt, qui fieri potuit, ut Tarentinae praefuerit arci? Ideoque lubens crediderim, ejus arcis praefectum fuisse M. Livium Macatum, qui paulo ante [c. 25.] ob amissum Tarentum in senatu ab inimicis accusatus, caeterum ab hoc Livio Salinatore stante defensus. Et in Cic. Catone [c. 4.] mendum esse vel librariorum, vel memoriae, vel denique historiae apud authores variatae, ut saepe fieri solet. Hujus rei l. 24, [20, 12.] etiam lectorem admonuimus. GLAR. Pal. 1. *ut rus migraret*. Reliqui quoque *migraret*. Et post *et omni coetu careret hominum*. GEBH. Omnes nostri *migraret*; item *careret*, nolente Rhenano. J. FR. GRON. Non tantum Rhenani emendationem *caruerit*, sed etiam *migrarit*, pro *migraret*, recepit Froben. anno 1535. et retinuerunt recentiores usque ad Gronov. Verum *migraret* et *careret* servant cum Hearnii Oxonn. omnes mei, nisi quod *migrarit* in solo sit Lov. 4. Praeterea *ut rus*, omissa vocula media, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Sed v. ad 2, 44, 3.

§. 5. *Anno M. Claudius Marcellus et M. Valerius Laevinus consules reduxerant eum*] *anno M. Valerius Laevinus reduxerat eum*, reliquis omissis, Hearnii L. 1. *reduxerunt* legunt Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. ante Aldum. Paullo ante *decimo*, pro *octavo*, Lov. 2.

Capilloque et barba promissa] Quia non tondebatur: nam sequitur *censores eum tonderi, et squalorem deponere, et in senatum venire, fungique aliis publicis muneribus coëgerunt*. Quare perperam Pal. 3. *et barba dimissa*. et ant. ed. *prolixa*. Livius supra 5, 41, 9. *M. Papirius unus ex his dicitur Gallo barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti scipione eburneo in caput incusso iram movisse*. Propius Justin. 4, 4. *Denuo legatos Athenas mittunt, qui sordida veste, capillo barbaque promissis, et omni squaloris habitu, ad misericordiam commovendam acquisito, concionem deformes adeunt*. Liv. 28, 35, 6. *Adornabat promissa caesaries, habitusque corporis non cultus mundiciis, sed virilis ac vere militaris*. GEBH. *dimissa* Harl. et Rec. *propensa* Hearnii L. 1. *prolixa* Voss. Lov. 3. 5. Hafn. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. V. ad 5, 41, 9.

Prae se ferens in vultu habituque] Liber vetustus habet non *prae se ferens*, sed tantum *praeferens in vultu habituque*, quemad-

Digitized by Google

Marcellus et M. Valerius Laevinus consules reduxerant eum in urbem: sed erat veste obsoleta, capilloque et barba promissa, praeferens in vultu habituque insignem memoriam ignominiae acceptae. L. 6 Veturius et P. Licinius censores eum tonderi, et

modum et nos castigavimus. RHENAN. Pal. 1. et vet. ed. *prae se referens*. sec. *prae se ferens in vultu adituque*. tert. *praeferens in vultu*. Mihi placet Pal. 2. scriptura *prae se ferens*. Liv. 5, 41, 8. *Majestate etiam, quam vultus gravitasque oris prae se ferebat, similissimos Diis*. Quamquam et ibidem Pal. 1. *praeferebat*. GEBH. *prae se referens* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *prae se ferens* Lov. 5. et Branc. Latinii. *praeferens* Lov. 4. Utrumque *prae se ferre* et *praeferre* apud Livium obcurrit. Et quidem prius 7, 5, 6. *Prae se deinde tulit, ea vi subactum se incepto desistisse*. ubi vide, quae notantur. similiter *prae me ferre* 30, 28, 7. *Hostem ei me esse, prae me tuli*. Alterum 8, 12, 9. *Atroci responso judicium suum praeferebant*. 37, 37, 3. *Litensibus in omni verum verborumque honore ab se oriundos Romanos praeferentibus*. Et hanc locutionem Gronov. ex conjectura restituit Liv. 42, 52, 15. Ex aliis auctoribus exempla v. apud Ovid. 17. Her. 36. Val. Max. 2, 6, 14. Flor. 2, 2, 35. aliosque. Solent autem *praeferre* et *prae se ferre* in Mssis confundi. V. Gron. ad 33, 28, 7. et Cortium ad Porcii Latron. declam. contra Catil. 17. et ad Plin. 1. ep. 22, 6. Optionem itaque, utrum malit, lectori permitto.

§. 6. *Censores eum tondere, et squalorem deponere*] Sic et, si vera est vulgata, Quintil. [1. Instit. 6. in fine.] *At lavamus, et tondemus, et convivimus*. Tamen antiquissimus omnium, et alii Gallici, Vossianusque *tonderi*. J. FR. GRON. *tonderi* etiam cum Hearnii Oxonn. omnes mei, praeter solum Ber. Apud Quinctil. etiam scriptura in codd. ambigua est, ut Cel. Burm. docuit; quem etiam v. ad Virg. 3. Georg. 312.

Et in senatum venire] Non legerant eum in senatum, sed auctores ei fuerant, ut in senatum veniret, non tamquam senator, sed tamquam pedarius. nam sequitur: *Sed tum quoque aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat*. Ex iis enim erat, quibus jus erat in senatu sententiam dicere, non tamen senatores erant. Gellius [3, 18.] SIG. Sic quoque Sigonius ad 22, 49, 17. et 2. de Ant. jur. Civ. Rom. 2. Non est probabile, certe ex his verbis ostendi non potest, virum, summis honoribus functum, nondum in senatum lectum fuisse. Nec Livius dicit, censores ei *auctores fuisse* in senatum veniendi, sed eum *coegisse* in senatum venire; inter quae multum interest. Sententia verborum Livii est, eum, a censoribus in senatum venire coactum, ut animo quomodocumque morem gereret, sententiam rogatum numquam stantem, ut solebant, qui longis orationibus in senatu utebantur, eam dixisse, sed nihil aliud, quam aut verbo aliis adsensum fuisse, aut, discessione facta, pedibus in aliorum sententiam ivisse. DUK. Cum Cl. Dukero verum esse puto, Livium jam antea senatorem a censoribus lectum fuisse, adeoque non tantum verbo adsentien-

Digitized by Google

squalorem deponere, et in senatum venire, fungi-
7 que aliis publicis muneribus coëgerunt. sed tum quoque aut verbo adsentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat, donec cognati hominis eum caussa M. Livii Macati, quum fama ejus ageretur, stantem
8 coëgit in senatu sententiam dicere. Tum ex tanto intervallo auditus convertit ora hominum in se, caussamque sermonibus praebuit, *indigno injuriam a populo factam, magnoque id damno fuisse, quod tam gravi bello nec opera, nec consilio talis viri usa respu-*
9 *blica esset. C. Neroni neque Q. Fabium, neque M. Valerium Laevinum dari collegas posse, quia duos patricios*

di, aut pedibus in sententiam eundi, sed etiam stantem sententiam dicendi potestatem habuisse; quo jure etiam usum fuisse in caussa cognati hominis M. Livii Macati in sequentibus Livius narrat. Doujatius minus recte Sigonio adsensus est.

§. 7. *Quum de fama ejus ageretur*] Optimi ignorant praepositionem *de*. Utique multo Latinius. 45, [38, 5.] *Militum magis in hoc universique populi Romani fama agitur*. Cic. 1. in Verr. [29.] *Cumque Dolabella cum suis praefectis pugnaret in consilio, Verres fortunas agi suas diceret*. J. FR. GRONOV. Priscam lectionem servant Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac D. *quum in famam ejus ageretur* Hafn. et Hav. *quum infamia ejus ageretur* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Hearnii N. *quum fama ejus ageretur* Flor. et Harl. quod recte Gronov. probavit. Supra 1, 25, 2. *Imperium agebatur, in tam paucorum virtute atque fortuna positum*. 3, 12, 1. *Adparebatque, vulgo homines in damnatione Kaesonis libertatem agi credere*. 28, 32, 7. *Velusti si omnium communis agatur honos*. c. 19, 14. *Non libertas solum agebatur*. ubi iterum v. Gronov. 41, 23, 5. *Parva aut mediocris res, Achaei, quibusdam videtur agi. Ego maxime gravissimam omnium non agi tantum arbitror, sed quodammodo actam esse*. Aliorum, praesertim Ciceronis, qui ita saepissime loquitur, exempla non addam. Vulgo viri docti differre credunt *agitur fama*, et *agitur de fama*. V. Lambin. ad Cic. de Amic. 17. et ad Hor. 1. ep. 18, 84. Verum, differentiam illam non ubique observari, Cortius docuit ad Sall. Catil. 52, 10.

Stantem coëgit in senatu sententiam dicere] Pal. 1. *statim coëgit*, cujus interpretamentum censeo vulgatum *stantem*. Ergo *statim sententiam dicere*, est stantem sententiam dicere, et opponitur *pedibus in sententiam ire*. Sic Plautus dixit in Amphitr. 1, 1.

Nec recedit loco, quin statim rem gerat.

Digitized by Google

cios creari non liceret. eamdem caussam in T. Manlio 10
esse, praeterquam quod recusasset delatum consulatum, recusaturusque esset. Egregium par consulum fore, si 11
M. Livium C. Claudio collegam adjunxissent. Nec populus mentionem ejus rei ortam a Patribus est adspernatus. Unus eam rem in civitate is, cui defe- 12
rebatur honos, abnuebat, levitatem civitatis accusans. *Sordidati rei non miseritos, candidam togam invito obferre: eodem honores poenasque congeri. Si bo-* 13
num virum ducerent, quid ita pro malo ac noxio damnassent? si noxium comperissent, quid ita, male credito priore consulatu, alterum crederent? Haec talia- 14
que arguentem et querentem castigabant Patres, *et*

ubi *statim rem gerere* est stando pugnare, et non in fugam converti. Ibid. vers. 120.

Ita statim stant signa; nec mox
quoquam concedit die.

GEBH. Veram esse lectionem, quam Gebh. ex uno cod. eruit, tum credam, ubi Livium vel alios ejusdem aetatis scriptores ita loqui solitos fuisse probabitur. Puto primitus scriptum fuisse *flatem*; evanescente deinde vel omissa a properante librario suprascripta virgula, factum esse *statim*; quod in nullo ex meis obvium fuit.

§. 8. *Convertit ora hominum in se*] Convertit ora tantum senatorum, sive illorum, qui senatui interesse poterant, et dicentem audiebant: quare *ora omnium* scribendum foret secundum ea, quae notat Gronov. ad 9, 8, 11. et ita unus legit Hav. Sed v. supra h. lib. c. 9, 14. Mox *dedit*, pro *praebuit*, idem Hav. Verbum id deest in Flor. Voss. Lov. 1. ac 2.

§. 9. *Quin duos patricios* etc.] Per haec tempora numquam duo patricii consules comparati, duo vero plebeji in collegio Gracchi et Marcelli comparati sunt. SIG.

§. 12. *Sordidati rei non miseritos*] Ita ex Put. emendabat Gronov. supra ad cap. praec. §. 11. Ei consentit Flor. Antea edebatur *miseritos*.

§. 13. *Quid ita, male credito priore consulatu*] Hanc clausulam haec verba praecedere debent, in excusis exemplaribus hactenus desiderata: *si noxium comperissent, quid ita, male credito priore consulatu, alterum crederent.* RHEN. Videtur necessario legendum ob ea, quae sequuntur, *sin noxium comperissent*, etc. aliter si legatur, sententia non constabit. URSIN. Libri omnes verba ista *si noxium comperissent* (ut et plura Pal. 1.) non agnoscunt. GEBH. Quum Rhenan. verba *si noxium comperissent*, quae etiam desunt in Ber. et Gaertn. inserenda monuisset, perperam librarius Froben. qui anno 1535. ei monenti obsequi

Digitized by Google

M. Furium, memorantes, *revocatum de exsilio*, *patriam pulsam sede sua restituisse. Ut parentum saevitiam, sic patriae, patiendo ac ferendo leniendam esse.* 15 adnisi omnes, cum C. Claudio M. Livium consulem fecerunt.

1 XXXV. Post diem tertium ejus diei praetorum comitia habita. Praetores creati L. Porcius Licinus, C. Mamilius, A. et C. Hostilii Catones. Comitiis per-

voluit, pro *noxium* dedit *innoxium*; idque per plures postea edd. obtinuit, licet interim Vascos. et Gryph. *si noxium* subtituissent. Postea Ursinus, eique adsensus Latinius, vitiosum videntes, pro *si innoxium*, substituerunt *sin noxium*: verum jam ante eos *si noxium* reposuerunt Paris. anni 1573. aliique. Pluribus omissis, *si bonum ducerent, quid ita pro noxio comperissent, quid ita, male credito* praeferunt Flor. Voss. Lov. 2. et Hav. *virum* etiam deest in Cant. et Lov. 5. *malo ac* in Lov. 1. *damnassent* in Harl. Reliqui *si noxio*, non *sin*, legendum docent.

§. 14. *Et M. Furium, memorantes*] Camillum, de quo l. 5. SIG. *etiam M. Furium* Ber. a m. 2. V. ad 22, 47, 9.

Patriam pulsum sede sua restituisse] Vulgo legunt omnes *pulsum*, et ad Furium Camillum referunt. At cod. scriptus habet *patriam pulsam*. RHEN. Cum cogitarent, occupata a Gallis urbe, Quirites Vejos migrare. Ceterum libri omnes *patria pulsum*. GEBH. Bene Rhenanus, si editores nasum habuissent, *patriam pulsam sede sua restituisse*. Sic solus Put. optimus ille et antiquissimus. Suet. Octav. 28. *Ita mihi salvam ac sospitem rempublicam sistere in sede sua liceat*. J. FR. GRON. Puteaneo consentiunt Hearnii N. D. et Flor. a m. 1. sed a m. 2. mutatum in *patria pulsum*, quod praeferunt etiam Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. idem etiam perperam Gruter. in ed. ultimam recepit, quum priores Rhenani lectionem secuti essent. Liv. 5, 51, 2. *Quippe, ut in sede sua maneret patria, id agebatur.*

§. 1. *L. Portius Licinius*] *L. Porcius Licinus* ex Capit. Lapid. SIG. V. ad 26, 6, 1.

C. Manlius] *C. Mamilius*. Sic enim vet. lib. plerique. *Cajus* certe non est praenomen Manliorum. Hunc puto esse *C. Mamilium Vitulum*, de quo supra [ad c. 8, 2.] SIG. Pal. 1. *L. Portius Licinius*, *Manlius Torquatus et A. Hostilius Catones*. sec. *L. Portius Maurulius*, *T. et A. Hostilius Catones*. tert. *L. Portius*, *L. Manlius Regulus et Hostilius Catones*. Sigonius legendum putat *C. Mamilius*, ut ejus habent libri veteres, quia *Cajus* non est praenomen Manliorum. Cujus opinionem adjuvat Pal. 2. in quo paullo post [c. seq.] *Plebejis ludis biduum instauratum a M. Manilio*. GEBH. *Manilius*, omisso praenomine, Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. *Manlius* Hearnii D. *Mamilius* Voss. *C. Manlius* Lov. 1. *T. Manlius* Hearnii L. 1. Sigonio consentit Pighius in Ann. ad ann. IOXLVI. p. 203. *Manlius*,

Digitized by Google

fectis, ludisque factis, dictator et magister equitum magistratu abierunt. C. Terentius Varro in Etruriam 2
propraetor missus, ut ex ea provincia C. Hostilius Tarentum ad eum exercitum iret, quem T. Quinctius consul habuerat. et L. Manlius trans mare lega- 3
tus iret, viseretque, quae res ibi gererentur: simul, quod Olympiae ludicrum ea aestate futurum erat, quod maximo coetu Graeciae celebraretur,

Mamilius, et *Manilius* saepe in Mstis confunduntur. V. ad 3, 18, 2. cap. seq. §. 9. et c. 38, 12.

A. et C. Hostilii Catones] *T. et A. Hostiliis Catones* Flor. et Lov. 5. *T. et A. Hostilius Catones* Lov. 4. Harl. Hav. et Hearnii D. *et A.* vel *Aulus*, *Hostilius Catones*, priori cognomine omisso, Lov. 2. 3. *et C. Hostilius Catones* Ber. *et Aulius Hostius Catones* Gaertn. *et Hostilius Catones*, utroque praenomine neglecto, Lov. 1. *et Hostilii Catones* Voss. *et H. Catones* Hearnii L. 1. Ad ed. Ven. anni 1495. et quarumdam aliarum marginem haec nota adjicitur, „quia „nondum *Catones* erant, viden„dum, ne *Centones* legendum sit. Verum infra etiam 31, 4, 3. sexto vel septimo anno post, *L. et A. Hostilii Catones* inter decemviros agro Samniti Appuloque metiendo dividendoque memorantur. Ubi eadem ad illarum edd. marginem admonemur.

§. 2. *In Etruriam propraetor missus*] *pro praetore missus* Voss. in margine, Lov. 1. Harl. Ber. a m. 1. Hearnii L. 1. et edd. principes; pro quo jam Tarvis. prior *propraetor* substituit.

Quinctius consul habuerat, et L.] Haec verba nullo in scripto mihi obvia fuerunt. An brevius dixit Livius: *ut ex ea provincia C. Hostilius Tarentum ad eum exercitum, T. Manlius ad mare legatus iret.* Certe *eum exercitum* facile intelligo, qui illic erat. J. FR. GRON. Eadem verba desunt in Flor. Voss. Lov. 1. Hav. et Hearnii L. 1. quae librariorum neglegentia excidisse, verisimile est; utique si cum Crevierio *T. Manlius*, pro *L. Manlius*, ex omnibus ejus codd. legendum sit, quibus concinit ex meis Lov. 2. Ita enim repetitum praenomen *T.* caussa esse potuit, cur media omnia librarii omiserint. Doujatius auctor est, in Colb. utroque legi *ad eum exercitum*, *L. Manlius trans mare legatus iret.* Verum quum toties ejus neglegentiam deprehenderimus, nullusque ex tot codd. quos viri docti excusserunt, hanc lectionem praefert, ei neque hic fidem habere audeo.

§. 3. *Quae ibi gererentur*] Inseruimus vocem *res*, *quae res ibi gererentur*, scriptum secuti volumen. RHEN. Vox a Rhenano inserta exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. et Hav. Mox *Graeciae* etiam a Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Ceterum, Dodwellum in ea fuisse sententia, Livium male Olympiae ludicrum ad hunc annum retulisse quum ad praecedentem pertineat, neque ab ea sententia Petavium alienum fuisse, Cl. Duker. supra notavit ad c. 80, 9.

Digitized by Google

ut, si tuto per hostem posset, adiret id concilium:
4 ut, qui Siculi bello ibi profugi, aut Tarentini cives relegati ab Hannibale essent, domos redirent, scirentque, sua omnia, quae ante bellum habuis-
5 sent, reddere populum Romanum. Quia periculosissimus annus inminere videbatur, neque consules in republica erant, in consules designatos omnes versi, quam primum eos sortiri provincias, et praesciscere, quam quisque eorum provinciam, quem hostem haberet, volebant.
6 De reconciliatione etiam gratiae eorum in senatu
7 actum est, principio facto a Q. Fabio Maximo. Inimicitiae autem nobiles inter eos erant, et acerbio-

§. 4. *Sua omnia iis, quae ante bellum habuissent*] Expunximus *iis*, scriptum secuti volumen. RHEN. *iis* servat Ber. Ejus loco *hiis*, vel *his*, inveni in Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 5. *Et praesciscere, quam quis eorum provinciam*] Ex veteri reposuimus *quisque eorum*. RHEN. Vet. lib. *et praescire*. SIG. *praescire* etiam Lov. 5. Hav. et Hearnii L. 1. Reliqui tamen *praesciscere* servant, quod pro *praescire* antiquis in usu fuit. Ita Virgilium 4. Georg. 70. imitatus Colum. 9, 9. *Poterit exploratam fugam praesciscere, vespertinis temporibus aurem singulis alveis admovendo.* — Similiter ipse Livius 29, 14, 1. *Occultantibus id, credo, ne praesciscerent Karthaginienses.* — Deinde *quam quis eorum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. a m. 2. Gaertn. et Hav. Recte tamen Rhenanum emendasse puto, et illud *que* excidisse ob similitudinem vocis praecedentis. V. infra ad 39, 16, 13.

§. 6. *De reconciliatione et gratia eorum in senatu actum est*] Quidam emendarunt *de reconciliatione etiam gratiae eorum*. Quod quare fecerint, non equidem intelligo. GLAR. His verbis Glareanus reprehendere voluit Moguntinos, Aldum, aliosque, qui *de reconciliatione etiam gratiae* ediderunt, quum Ascens. vulgasset *de reconciliatione et gratia*. Intellexisset autem, quare id fecerint, si antiquiores edd. consuluisset. Ita enim vidisset, omnes illas non aliter, atque Mogunt. et Ald. reposuerunt, exhibere, usque dum Ven. anno 1495. per errorem, ut videtur, operarum, darent *de reconciliatione et gratiae*. quod mox Asc. anno 1510. in *gratia* primus mutavit. in posterioribus vero edd. Ascensius eamdem quidem scripturam servavit, alteram tamen *etiam gratiae* pro varia lectione in margine adscripsit. Primis edd. adsentiuntur plerique et optimi codd. Verum, una voce omissa, *de reconciliatione etiam eorum* est in Lovel. 1.

Digitized by Google

res eas indignioresque Livio sua calamitas fecerat, quod spretum se in ea fortuna credebat. itaque is 8 magis inplacabilis erat: et, *nihil opus esse reconciliatione*, ajebat. *acrius et intentius omnia gesturos, timentes ne crescendi ex se inimico collegae potestas fieret.* Vi- 9 cit tamen auctoritas senatus, ut, positis simultatibus, communi animo consilioque administrarent rempublicam. Provinciae iis non permixtae regioni- 10 bus, sicut superioribus annis, sed diversae extremis Italiae finibus, alteri adversus Hannibalem Bruttii, Lucani; alteri Gallia adversus Hasdrubalem (quem jam Alpibus adpropinquare fama erat) decreta. Exercitum ex duobus, qui in Gallia, qui- 11

et Hav. *de reconciliatione etiam gratiae consulum* in Lov. 2. *de reconciliatione etiam consulum* in Gaertner. Nihil mutandum. Infra 40, 46, 7. *Quos conjunxit suffragiis suis populus Romanus, hac etiam reconciliatione gratiae conjungi a nobis sinatis.* Et ita *reconciliare gratiam* dixit 41, 22, 8. et auctor Epit. Liv. 119. *reconciliare in gratiam* Liv. 1, 50, 8. ubi vide.

§. 7. *Inimicitiae autem nobiles inter eos erant*] Vet. lib. *Inimicitiae ante nobiles inter eos.* De his inimicitiis et reditu in gratiam etiam Valerius [4,2,2. et 7,2,6.] SIG. Pall. tres, et vet. ed. *inimicitiae autem nobiles.* Sic legendum infra 39, 4, 8. ex Pall. et vet. ed. *Verum enim vero quum sint nobilissimae sibi cum consule inimicitiae.* Vulgo *notissimae* excuditur. GEBH. Sigonio unus consentit Hav. quod inter errores librariorum referendum est. Omnes enim mei reliqui alterum tuentur. Solent autem voces *ante* et *autē*, sive *autem*, ob ductuum adfinitatem innumeris locis in codd. vetustis permutari. V. ad 2, 32, 6. c. 61, 3. 3, 66, 3. 5, 4, 10. c. 50, 7. 6, 1, 19. c. 10, 8. 8, 16, 12. 9, 46, 3. 10, 40, 10. 21, 19, 1. c. 63, 7. 22, 10, 6. 27, 28, 7. 28, 33, 2. c. 35, 10. et alibi.

§. 8. *Ne crescendi ex se inimico collegae potestas fieret*] *minima collegae potestas fieret* Ber. a m. 2. *minime collegae potestas fieret* Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *minime inimico collegae*, utraque lectione juncta, Lov. 4.

§. 9. *Communi animo consilioque administrarent rempublicam*] Vox *animo* non est in Flor. *communi consilio administrarent* Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *communi consilio animoque* Lov. 5.

§. 10. *Alteri adversus Hannibalem Bruttii, Lucani*] Et quare non *Brutii Lucanique*, aut *Brutii et Lucani?* Sed hoc pusillum. ἀσύνδετον est, quo gaudet Livius. GLAR. Solus Ber. *Bruttii et Lucani.* Reliqui copulativam ignorant.

Digitized by Google

ne in Etruria essent, addito urbano, eligeret, quem allet, qui Galliam esset sortitus. Cui Bruttii pro-ncia evenisset, novis legionibus urbanis scriptis, rius mallet consulum prioris anni, exercitum sume-t. Relictum a consule exercitum Q. Fulvius proconsul ciperet; eique in annum imperium esset. et C. Hosti-), cui pro Etruria Tarentum mutaverant provinciam, o Tarento Capuam mutaverunt. legio una data, ii Fulvius proximo anno praefuerat.

XXXVI. De Hasdrubalis adventu in Italiam cura dies crescebat. Massiliensium primum legati nun-averant, eum in Galliam transgressum: erectos-ne adventu ejus, quia magnum pondus auri ad-lisse diceretur ad mercede auxilia conducenda, Gal-rum animos. missi deinde cum iis legati ab Roma

Quem Alpibus adpropinquare] t. lib. *quem jam Alpibus*. SIG. *jam* deest in Lov. 3. 4. et Ber. ejus loco praefert Gaertn. Re-ui faciunt cum Sigonio. Dein-*propinquare* Lov. 5.

§. 11. *Qui in Gallia, quique in ruria essent*] *esset* Voss. Lov. 4. et Hav. Ita etiam Crevier. Put. et Victor. legi auctor :.

§. 12. *Utrius mallet consulum ioris anni, exercitum*] Immo geret, quem mallet ex tribus ercitibus, ex duobus nempe nsulum prioris anni et ex eo, Q. Claudius Tarenti praefue-; quemadmodum ex Liv. c. 8. observat Perizon. Anim. ſt. c. 4. p. 168.

§. 13. *Relictum a consule exer-um*] Ita primus edidit Froben. no 1535. Priores legunt *Reli-m autem a consule*, quod ser-vant plerique Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *Relictum ante a consule* Hearnii L. 1. Verum Frobenio concinit Flor. Utrumque igitur, et *autem*, et *ante*, pro glossemate habendum. Saepius *to autem* invito Livio a librariis obtrusum esse, vidimus ad 21, 40, 11.

§. 14. *Pro Tarento Capuam, legio una data est, cui*] Reposuimus *pro Tarento Capuam mutaverunt: legio una data, cui Fulv.* RHEN. Lectionem, quae ante Rhenanum exstitit, servant Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Contra *mutaverunt*, quod addidit Rhenanus, probant, sed simul etiam *data est* legunt Flor. Lov. 4. et Harl.

§. 1. *Nunciaverant, eum in Galliam transgressum*] *nunciaverunt* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. et Gaertn. *annunciaverunt* Hav. Tum *eum in Italiam* Lov. 4. Mox §. seq.

Digitized by Google

Sex. Antiftius et M. Raecius ad rem inspiciendam retulerant, misiffe se cum Massiliensibus ducibus, qui per hospites eorum, principes Gallorum, omnia explorata referrent. Pro comperto habere, Hasdrubalem ingenti jam coacto exercitu proximo vere Alpes trajecturum: nec tum eum quidquam aliud morari, nisi quod clausae hieme Alpes essent. In locum M. Marcelli P. Aelius Paetus augur creatus inauguratusque: et Cn. Cornelius Dolabella rex sacrorum inauguratus est in locum M. Marcii, qui biennio ante mortuus erat. Hoc eodem anno et luftrum conditum est a censoribus P. Sempronio Tuditano et M. Cornelio Cethego. Censa civium capita centum triginta septem millia, centum et octo. minor aliquanto numerus, quam qui ante

4 5 6 7

quod magnum pondus Ber. id autem a nasuto scriba datum forte est, quoniam *τὸ quia* cum subjunctivo displicebat. Sed v. ad 2, 8, 5.

§. 3. *M. Retius ad rem inspiciendam retulerant*] Pal. 2. *Sextius Antiftius et M. Rectius.* tert. *M. Rectus.* Mox *qui retulerunt.* GEBH. *M. Rectius* Lov. 4. 5. et Harl. *M. Raecius* Flor. Recte. V. ad 43, 11, 4. Deinde *qui retulerunt* Voff. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldo priores. *qui retulerant* Lov. 5. Mox *τὸ se* deeft in Flor. Lov. 1. et Harl. quod a proximae vocis ultima syllaba est interceptum. V. ad 34, 11, 7. Hinc *Massiliensium ducibus* Lov. 4. et Ber.

§. 4. *Nec tum eum quidquam aliud morari, nisi quod clausae hieme Alpes essent*] Pal. sec. *nec tamen eum quidquam.* Tum pr. et vet. ed. *ni quod clausae.* GEBH. *nec tum quidquam* Lov. 4. Tum *ni*, pro *nisi*, Voff. Lov. 2. 3. 5. Gaertn. Hav. et edd. ante Moguntinos. Sed ea vocula deeft in Ber. *clausae hieme Alpes* sunt tanta nivis copia obsessae, ut transiri non possint. Sil. 3, 90.

Nos clausae nivibus rupes, subpostaque coelo
Saxa manent.

Ita simpliciter *clausae Alpes*, per quas non patet transitus, Sil. 1, 546.

— — *clausae starent mortalibus Alpes.*

Liv. 5, 13, 1. *Insignis annus hieme gelida ac nivosa fuit; adeo ut viae clausae, Tiberis innavigabilis fuerit.*

§. 5. *L. Aquilius Paetus augur creatus*] Vet. lib. *praefectus Aquilius Paetus*, mendose certe, sed ita, ut ex observatione diuturna ejusmodi mendorum ve-

Digitized by Google

8 bellum fuerat. Eo anno primum, ex quo Hannibal in Italiam venisset, comitium tectum esse, memoriae proditum est, et ludos Romanos semel instauratos ab aedilibus curulibus Q. Metello et C. Ser-
9 vilio. et plebejis ludis biduum instauratum ab Q.

stigia veritatis elicias. Saepe enim est *praefectus*, pro *Publio*, in manuscriptis. Itaque legendum puto *P. Aelius Paetus*. Primum enim cognomen *Paeti* non erat *Aquilliorum*, sed *Aeliorum*: deinde hic est *P. Aelius Paetus*, qui nunc fit augur, et anno IOLXXIX. augur apud eundem Livium moritur 41, [21, 8.] SIG. *L. Aquilius* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Gaertn. *praefectus Aquilius Paetus* Hearnii D. *P. Aquilius Paetus* Voss. Ber. et Hav. Paullo ante *M. Metelli*, pro *M. Marcelli*, Harl. Verba *M. Marcelli P. Aelius* etc. *inauguratus est in locum* desunt in uno Oxoniensium Hearnii.

§. 7. *Minor aliquanto numerus, quam qui ante bellum fuerat*] In Floro [l. 20.] est propemodum duplus. Vide igitur, uter locus ex altero emendari debeat. GLAR. Si error sit, videtur esse debere in verbis Livii: qui enim numerus datur in Epit. 20. verum esse, neque minui debere, intelligitur ex numero praecedentium lustrorum, qui in prioribus epitomis deperditorum librorum Livii exhibetur. Qui hoc loco datur, immensum differt ab eo, qui editur lustro sequenti l. 29, 37, 6. Et tamen in numero hujus lustri nihil variant scripti, nisi quod legant *triginta sex millia*, pro *triginta septem*, Hearnii N. et *centum et novem*, pro *centum et octo* Voss. Neque a numero, qui hic legitur, discrepat ille, qui exstat in Epit. hujus libri. Posses ceteroquin existimare, excidisse notam numeralem *L.* atque emendandum esse *centum octoginta septem millia centum et octo*. Sed manum abstineo.

§. 8. *Eo anno primum, ex quo Hannibal in Italiam venisset, comitium tectum esse*] Non intelligo, quis sit sensus horum verborum, *ex quo Annibal in Italiam venisset*. Si Livius nihil aliud dicere voluit, quam eo anno, id est A. V. IOXLV. Marcello v. et Crispino consulibus, comitium tectum fuisse, verba haec non minus otiosa sunt, quam si dixisset, *post cladem ad Cannas*, *post cladem Scipionum in Hispania*, vel post aliam quamcumque rem. Sed Marlian. 3. Topogr. Urb. Rom. 1. Nardin. 5. Rom. Vet. 3. et, qui eum in epitomen contraxit, Borrich. in ant. urb. Romae facie c. 10. ex hoc loco scribunt, *comitium eo anno*, *quo Annibal in Italiam venit*, *tectum fuisse*. Verum non liquet, quomodo hoc ex verbis Livii exsculpi possit. Nam nec quemquam in designando tempore ita loquutum, nec ullam rationem dici posse puto, cur, si jam A. V. IOXXXV. quo Annibal in Italiam venit, tectum fuit comitium, Livius id demum hoc anno, quem c. 22. undecimum belli Punici fuisse scribit, memorare voluerit. Plane mihi persuadeo, verba Livii interpretationem illam non pati, et suspicor locum mutilum esse, Liviumque hic non solum de anno, quo tectum comitii perfectum, verum etiam, quo inchoatum est, nempe eo, quo Annibal in Italiam venit, egisse. Nam non cre-

Digitized by Google

Mamilio et M. Caecilio Metello aedilibus plebis. et tria signa ad Cereris iidem dederunt: et Jovis epulum fuit ludorum caussa. Consulatum inde ineunt 10 C. Clandius Nero et M. Livius iterum. qui, quia jam designati provincias sortiti erant, praetores

dibile est, illud tam exigui operis fuisse, ut uno alterove anno, praesertim illis angustiis aerarii, absolvi potuerit; quod sine columnarum arcuumque sustentantium ope non potuisse fieri, censet Nardinus. DUK. Vidit etiam Cl. Crevier. difficultatem a Cl. Dukero animadversam, cui alio modo subcurrere conatur, transponendo priora hujus et praecedentis periodi verba hoc modo: *Eo anno primum, ex quo Hannibal in Italiam venisset, lustrum conditum est a censoribus* etc. *quam qui ante bellum fuerat. Hoc eodem anno et comitium tectum esse, memoriae proditum est, et ludos Romanos* etc. Eam autem trajectionem vocum ex eo firmat, quod, licet ter censores creati sint, ex quo Hannibal in Italiam venerit, hi tamen, de quibus nunc Livius loquitur, soli fuerint, qui lustrum condiderunt: deinde quod particula *et*, quae sequitur voces *Hoc eodem anno*, in eum locum, quem vult, revocata, habeat aliam comparem, quae ei respondeat, *et ludos Romanos*. Codices nihil mutant, nisi quod Lov. 1. legat *Eo anno, quo Hannibal primum in Italiam venisset*. Lov. 2. *Eo anno, ex quo Hannibal primum in Italiam venisset*. Ampliss. Roëllius conjicit *in Italiam venisset coeptum, comitium t. e.*

§. 9. *Ab Q. Manlio et M. Caecilio*] Lege *ab Q. Mamilio*, ut infra probabitur. SIG. *ab Q. Manlio* Lov. 4. et Ber. *a C. Manlio* Hearnii L. 1. *a C. Manilio* Harl. *a M. Manilio* Pal. 2. apud Gebhardum ad cap. praec. §. 1. *a Manilio* Lov. 2. et Hav. *a Manlio* Flor. Voss. et Lov. 1. ac 5. *a Mamilio* Lov. 3. V. ad c. 35, 1. Sigonio consentit Pighius in Ann. ad ann. DXLV. p. 198.

Tria signa ad Cereris aedem dederunt] Vet. *ad Cereris fidem*. Legendum *ad Cereris, eidem dederunt*. LIPS. 2. Ep. Quaest. 25. Pall. 1. 3. et vet. ed. *ad Cereris fidem*. GEBH. *ad Cereris, eidem* emendavit Lipsius. Sed quum praecedat *ad Cereris*, nihil opus erat addi *eidem*, sine quo satis intelligi poterat, signa illa non alii, quam Cereri, fuisse data: nisi quis *eidem* pro nominativo plurali accipiat. *Aedem*, quod alii habent, non opus erat addi. 10, 23, 13. *Ludi facti, paterae que ad Cereris positae*. 27, 6, 19. *Ex multaticio argento signa aerea ad Cereris dedere*. 21, 62, 8. *Donum ex auri pondo quadraginta Lanuvium ad Junonis portatum est*. DUK. *ad Cereris aedem* Lov. 2. 3. 5. Harl. Hafn. Hav. Rec. et duo codd. Crevier. *ad Cereris fidem* Put. Flor. Voss. Lov. 1. 4. Ber. Gaertn. et edd. vett. Gronovius Lipsii conjecturam in contextum recepit. Crevier. *eidem* accipit pro iidem aediles plebis. Vocem *aedem* saepe a librariis additam fuisse, ubi Livius per ellipsin subintelligi voluerat, constat ex illis, quae notantur ad 10, 23, 12. Hic tamen, quum in omnibus locis supersit vel ipsa, vel alia ejus loco, pro emblemate scribarum vix habere

Digitized by Google

11 sortiri jusserunt. C. Hostilio urbana evenit: addita et peregrina, ut tres in provincias exire possent. A. Hostilio Sardinia, C. Mamilio Sicilia, L. Porcio 12 Gallia evenit. Summa legionum trium et viginti ita per provincias divisa, ut binae consulum essent; quatuor Hispania haberet; tres praetores binas, 13 in Sicilia, in Sardinia, et Gallia; duas C. Terentius in Etruria; duas Q. Fulvius in Bruttiis; duas Q. Claudius circa Tarentum et Sallentinos; unam C. Hostilius Tubulus Capuae: duae urbanae ut scribe-

audeo; sed vel *aedem* praeferò, vel *eidem*, aut *iidem*. Certe *fidem*, quod est in optimis, et *eidem* vel *idem* saepe commutantur. V. Gruter. ad Plin. 4. ep. 10, 1. et infra ad c. 50, 7.

§. 10. *Qui, quia jam designati*] *Tò jam* deest in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. et Hav. Sed vocula *jā* intercepta fuisse videtur ab ultimis syllabis vocis proximae. V. ad 5, 21, 15.

§. 11. *C. Hostilio urbana jurisdictio evenit*] Put. Reg. Men. Voss. carent voce *jurisdictio*. Bene. intelligitur enim *sors*, vel *provincia*. 28, [10, 9.] *Praetores exinde sortiti sunt: M. Caecilius Metellus urbanam, Q. Mamilius peregrinam, C. Servilius Siciliam, Ti. Claudius Sardiniam*. 29, [13, 2.] *Praetoribus M. Marcio urbana, L. Scribonio peregrina, et eidem Gallia*. 33, [43, 5.] *Praetores deinde provincias sortiti, C. Fabricius urbanam, C. Atinius peregrinam, C. Manlius Vulso Siciliam*. 39, [8, 2.] *Praetores provincias sortiti sunt, T. Maenius urbanam, M. Licinius Lucullus inter cives et peregrinos, C. Aurelius Scaurus Sardiniam*. J. FR. GRON. *urbana jurisdictio* obferunt Lov. 5. Ber. et Gaertn. *jurisdictio urbana* Rec. et Harl. Vocem illam reliqui non agnoscunt. Eam etiam perperam additam esse, numquam tamen *provinciam*, sed *sortem* vel *jurisdictionem*, subaudiendum esse, docet Cl. Jac. Gronovius ad 24, 9, 5. Sed vide, quae ibidem notat Cl. Dukerus. Mox *ut tres praetores*, addita ultima voce, Lov. 5. et Gaertn. *ut praetores* Hav. et Hafn. Deinde *Licinio*, pro *A. Hostilio*, Lov. 1. Ber. et edd. ante Aldum. *A. Licinio* Voss. in margine. *Attilio* Lov. 2. 3. *Hostilio*, praenomine omisso, Lov. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

C. Manlio Sicilia] *C. Mamilio*, ut ante. SIG. Sigonio hic plane consentiunt Flor. Harl. aliique. in aliis est *Manlio*, *C. Manlio*, vel *C. Manilio*. V. ad c. 35, 1. Mox *Gallia venit* Hav. *Gallia obvenit* Ber. et primae edd. pro quo *evenit* Aldus, concinentibus reliquis scriptis. V. ad 9, 31, 1.

§. 12. *Ita per provincias divisa, ut binae consulum*] Castigavimus *divisa*. *Binae consulum, ut* expuncto. RHEN. Vet. lib. *ut binae*. SIG. *ut* abest a Pal. 3. Statim Pall. tres *binas tres praetores*, *in Sicilia*. GEBH. Pigh. [in Ann. ad ann. IDXLVI. p. 202.] contra omnes libros, *ut binae cuique*

Digitized by Google

rentur. primis quatuor legionibus populus tribunos 14
creavit: in ceteras consules miserunt.

XXXVII. Priusquam consules proficiscerentur, 1
novemdiale sacrum fuit, quia Vejis de coelo lapidaverat. Sub unius prodigii (ut fit) mentionem 2
alia quoque nunciata; Minturnis aedem Jovis et lucum Maricae; item Atellae murum et portam de caelo tacta. Minturnenses, terribilius quod esset, 3
adjiciebant, sanguinis rivum in porta fluxisse. et Capuae lupus, nocte portam ingressus, vigilem la-

consulum essent, et *tres praetores quisque binas*. nam, ut vulgatum sonat, cuilibet, inquit, consulum una tantum legio fuisset, et praetoribus simul binae tantum, quod absurdum et adversus summam legionum Livio expressam. Mirum, non intellexisse vim numerabilium ἐξαμεριζομένων, sive dispertitivorum, ut vocant Grammatici. 28, [26, 5.] *Tribunis septem quina nomina principum seditionis edita sunt*. Hoc est singulis, vel cuique quinque: nam universa erant triginta quinque. 30, [17, 14.] *Et vestimenta bina legatis, singula comitibus Numidisque*. 31, [8, 5.] *Consules binas legiones scribere jussi*. id est, quisque duas. At postea [cap. eod.] *Consules duas urbanas legiones scribere jussi*: notabili differentia, perinde ut hoc loco. J. FR. GRON. *ita provinciae divisae* Lov. 2. 3. 4. Ber. et Hav. Erroris origo fuit, quod praepositio *per* elisa sit a prima syllaba vocis sequentis, quod tanto facilius fieri potuit, quia *per* et *pro* parum diversis notis scribuntur. *ita provinciae dimissae* Voss. Lov. 1. et Harl. *ita per provincias dimissa* Flor. Sed solent hae voces in Mstis commutari. V. ad 37, 45, 19. *ita per provincias dispositae* Gaertn. Voculam autem *ut* agnoscunt omnes mei. Deinde *unae*, pro *binae*, perperam Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. Mox *binas tres praetores* Flor. et Cant. Deinde §. seq. voces *in Bruttiis; duas Q. Claudius* perperam omittuntur a Flor. Voss. et Lov. 1. 3. ac 5. Insuper *Tribulus* Lov. 2. et Gaertn. *Tibulus* Hav. *Tobulus* Lov. 5.

§. 14. *In ceteras consules miserunt*] Pal. 1. *ut in caeteras*. GEBH. Similiter Flor. Voss. Lov. 2. 5. et Hav. An legendum *at in ceteras?* Solent hae voculae commutari in Mstis. V. ad 1, 18, 9. 3, 56, 12. 5, 4, 8. et alibi.

§. 2. *Murum et portam de coelo tactam*] Pal. 1. *murum et portae* (lege *portam*) *de coelo tacta*. Paullo ante Pall. duo *uti fit*. GEBH. Put. Reg. Men. *tacta*. J. FR. GRON. Similiter Flor. Voss. et alii, cum Hearnii D. Ita quidam codd. supra legebant c. 23, 3. *Ostiae murum portamque de coelo tacta*. V. ad 1, 31, 7. et ad 4, 57, 6.

§. 3. *Lupus, nocte portam ingressus, vigilem laniaverat*] *nocte* non est in cod. Spirensi, nec est hic necessarium, quum sequatur, *vigilem laniaverat*. RHEN. *nocte* mordicus retinent contra

Digitized by Google

4 niaverat. Haec procurata hostiis majoribus prodigia, et supplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum. Inde iterum novemdiale instauratum, quod
5 in Armilustro lapidibus visum pluere. Liberatas religione mentes turbavit rursus nunciatum, Frusinone infantem natum esse quadrimo parem: nec magnitudine tam mirandum, quam quod is quoque, ut Sinuessae biennio ante, incertus, mas an femi-
6 na esset, natus erat. Id vero aruspices, ex Etruria adciti, foedum ac turpe prodigium dicere. extorrem agro Romano, procul terrae contactu, alto mergendum. Vivum in arcam condidere, prove-
7 ctumque in mare projecerunt. Decrevere item pon-

exactorem Rhenanum libri omnes. GEBH. Servant itidem omnes mei. Verum an portae nocte Capuae non claudebantur, ut eas lupus intrare potuerit?

§. 4. *Et ex decreto pontificum iterum novemdiale sacrum*] Quemadmodum superabundat prima particula *et*, ita ante *novendiale* deest adverbium *inde*, novam auspicans sententiam, ut sic deinceps legamus: *et supplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum. Inde novendiale sacrum.* RHEN. *et ex decreto* solus Ber. *ut ex decreto* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. *et ut ex decreto* Hav. Sed particulam recte a Rhenano ejectam puto. *To inde* autem, quod ab eo insertum est, servant omnes mei, uno Ber. excepto, qui, ut solet, adhaeret primis edd. Ceterum Rhenanus in notis nullam rationem vocis *iterum* habuit: id tamen potius neglegentia factum esse, quam quod illam inductam voluerit, inde colligo, quia Froben. anno 1535. ad mentem ejus editionem suam emendans, *inde iterum novendiale* dederit. Et sane eam servant similiter omnes mei. Recte etiam Rhenan. distinctionem mutavit, et voces *ex decreto pontificum* ad verba praecedentia retulit. Non enim ad sequentia et novemdiale instauratum pertinent. Ad suscipiendum enim novemdiale sacrum non opus erat decreto pontificum; verum ex eo tempore, quo sub rege Tullo Hostilio in monte Albano lapidibus pluit, *sollemne mansit, ut, quandoque idem prodigium nunciaretur, feriae per novem dies agerentur*, teste Liv. 1, 31, 4. Hinc pluribus, et inter alia etiam hoc prodigio nunciato, *ob cetera prodigia libros adire decemviri jussi; quod autem lapidibus pluisset, novemdiale sacrum indictum*; teste Liv. 21, 62, 6. V. etiam infra ad 34, 45, 8.

§. 5. *Liberias religione mentes turbavit*] *Liberas* sine dubio legendum: ut sit sensus, id quod rursus nunciatum est, puerum

Digitized by Google

tifices, ut virgines ter novenae, per urbem euntes, carmen canerent. Id quum in Jovis Statoris aede discerent, conditum ab Livio poëta, carmen, taeta de coelo aedes in Aventino Junonis Reginae. prodigiumque id ad matronas pertinere, aruspices 8 quum respondissent, donoque Divam placandam esse; aedilium curulium edicto in Capitolium con- 9 vocatae, quibus in urbe Romana, intraque decimum lapidem ab urbe, domicilia essent, ipsae inter se quinque et viginti delegerunt, ad quas ex dotibus stipem conferrent. Inde donum pelvis aurea 10 facta, lataque in Aventinum, pureque et caste a matronis sacrificatum. Confestim ad aliud sacrifi- 11

natum etc. turbavit mentes, sc. civium, jam liberas, id est, pristina religione solutas. SABELL. *Libertas* perperam etiam Harl. et Ber. Sabellici emendationem, quam nullius cod. auctoritas firmat, receperunt Mogunt. Sed rectius ejus loco mox Aldus *Liberatas* substituit, quod superest in reliquis codd. Mox *Frusinone* et *natum* deest in Flor. Voss. et Lov. 3. *Frusinone* in Cant. et Lov. 1. 2. et 5. *natum esse* in Lov. 2. 4. et 5. *natum* in Gaertn.

Ut Sinuessae biennio ante] Supra hoc eodem libro [c. 11, 4.] SIGON.

Incertus, mas an femina esset, natus erat] Pal. 1. *masculus*. sec. *incertus, mas an femina, natus erat*. GERH. *incertus an mas* edd. principes. *incertus masculus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Ita infra 31, 12, 6. *In Sabinis incertus infans natus, masculus an femina esset*. Flor. autem et reliqui vulgatum servant. Eorum aut proprie primi cod. auctoritate id etiam praeferam. Ita enim supra c. 11, 4. *Sinuessae natum ambiguo inter marem ac feminam sexu infantem*. 28, 11, 3. *Caere porcus biceps, et agnus mas idemque femina natus erat*. Ubi eadem est lectionum in codd. varietas, ut et apud Gell. 3, 10. ubi videndus est Jac. Gronov. Mox §. seq. *immergerent*, pro *mergerent*, Ber. Gaertn. et edd. ante Froben. anni 1535.

§. 7. *Conditum ab Livio poëta carmen*] Livius Andronicus, *Livius* a Livio Salinatore, ut ait Eusebius, appellatus. SIG. De hoc carmine Livii Andronici v. Festum in *Scribae*. H. VALES. Livius 31, 12, 10. *Carmen, sicut patrum memoria Livius, ita tum condidit P. Licinius Tegula*. DUKER.

Taeta de coelo aedes] *aedis* Flor. Voss. Lov. 3. 4. Harl. et Gaertn. V. ad 4, 25, 3.

§. 10. *Pure castique a matronis sacrificatum*] *pureque et caste*. nam sic habet liber vetus. RHEN.

Digitized by Google

cium eidem Divae ab decemviris edicta dies, cujus ordo talis fuit: ab aede Apollinis boves feminae
12 albae duae porta Carmentali in urbem ductae. post eas duo signa cupressea Junonis Reginae portabantur. tum septem et viginti virgines, longam indutae vestem, carmen in Junonem Reginam canentes ibant;
13 illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingeniis, nunc abhorrens et inconditum, si referatur. Virginum ordinem sequebantur decemviri coronati

pure casteque a matronis Pal. pr. *pure castaeque* sec. *pureque et caste matronis sacrificatum* tert. GEBH. *pure casteque*, ut ante Rhenanum edebatur, Flor. Voss. Lov. quinque, Gaertn. et Hav. Et ita primus edidit Aldus, quum priores *pureque et caste* praeferrent. Paullo ante *Inde demum Junonis ara facta*, pro *Inde donum pelvis aurea facta*, Hearnii L. 1. In §. autem praec. *in urbe Romana* edidit primus Gronov. Omnes etiam mei *Romana*, vel *Ro.* nullus *Roma*, ut antea exstitit, habent. V. ad Epit. Liv. 49.

§. 12. *Carmen in Junonem Reginam canentes ibant*] Pal. 3. *in Junonem Reginam cantantes*. GEBHARDUS.

§. 14. *In foro pompa constitit, per manus reste data*] Scripsimus *et per manus reste data*. RHEN. Pall. 1. et 3. *in foro pompa consistens per manus reste data*. Vet. quoque ed. eliminat copulam *et*. GEBHARD. Graevius in Prolegom. tom. 4. Ant. Rom. cum hoc loco confert illud Ter. in Ad. 4, 7, 34. *Tu inter eas restim ductans saltabis*. quod etiam Jac. Gronov. in Proleg. tom. 8. Antiq. Graec. ex marmore Arundelliano XLIV. illustrat. Anna Fabri adl. d. Terentii praefata, se non videre, cur in saltationibus adhibita fuerit restis, hanc vocem utroque loco interpretatur *nexum manuum*. Sed nemo umquam manus nexas saltantium, ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἐχόντων, ut Hom. Il. Σ. vers. 594. *restem* vocavit, et verba ipsa Livii interpretationem illam repudiant. Nam *per manus dari* ac *tradi* dicuntur, quae alius alii in manum dat, porro alii tradenda. Caesar 7. B. G. 25. *Per manus sevi ac picis traditas glebas in ignem proiciebat*. Item 8. B. G. 15. Liv. 29, 14, 13. et Suet. Calig. 51. Quamquam hic *restem per manus datam* ita accipio, ut omnes eam manu tenerent, quum prima caput restis secundae, haec tertiae, atque ita porro aliae aliis, usque ad ultimam tradidissent. Restem autem in saltationibus adhibitam fuisse, docent interpretes Horatii ad 1. Ep. 10, 48. et Gronov. l. d. Adde Nannium 4. Misc. 22. et Brodaeum 1. Misc. 29. DUK. *pompa consistens per manus*. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *pompa constitit, per manus* Flor. Lov. 3. 4. Ber. et Gaertn. Deinde *recte data* Gaertn. et Hav. *recte datae* Lov. 4. *rete data* Voss. *rete date* Lov. 3.

Sonum vocis pulsu pedum modulantes] Id est, λόγῳ καὶ ῥυθμῷ, ut ait Aristoteles in Poëtica. SIG. Mox *intercesserunt* per-

Digitized by Google

láurea, praetextatique. A porta Jugario vico in 14
forum venere. in foro pompa constitit; et, per manus reste data, virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt. inde vico Tusco Velabro- 15
que, per Boarium forum, in clivum Publicium atque aedem Junonis Reginae perrectum. ibi duae hostiae ab decemviris inmolatae, et simulacra cupressea in aedem inlata.

XXXVIII. Diis rite placatis, delectum consules 1

peram Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. et Hav. Sed, praepositiones *in* et *inter* ac verba cum utraque composita passim commutari, docebimus infra ad 38, 57, 6.

§. 15. *Per Boarium forum*] *per Bovarium* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Rec. et Hav. V. ad 35, 40, 8.

In clivum publicum] Scripsimus *in clivum Publicium*. RHEN. Vet. lib. *clivum publicum*, ut 30, [26, 5.] *Annus insignis incendio ingenti, quo clivus publicus ad solum exustus est*. Et 26, [10, 6.] *Quos cum ex arce Capitolioque clivo publico in equis decurrentes quidam vidissent*. SIG. Non alii modo codd. sed praecipue Put. *in clivum Publicium*. Quod, quum a Rhenano correctum esset, mutavit Sigonius. Varro 4. de L. L. [p. 38.] *Clivus Publicius ab aedilibus plebei Publicieis, qui eum publice aedificaverunt. Simili de caussa Publicius vicus et Cosconius vicus, quod ab heis viocureis dicuntur aedificati*. Festus: *Publicius clivus appellatur, quem duo fratres L. et M. Publicii Malleoli aediles curules, pecuariis condemnatis, ex pecunia, quam ceperant, munierunt, ut in Aventinum vehiculis Velia veniri posset*. Ita enim scribendum, aut certe *vehicula Velia venire possent*. Eorumdem Publiciorum fratrum aedilium meminit Tacit. Ann. 2, [49.] *Aedem Floraе L. et M. Publiciis aedilibus constitutam*. Sic 30, 26, 5. optimus cod. una cum Regio: *Incendio ingenti, quo clivus Publicius ad solum exustus est*. Neque aliter legi velim lib. 26, 10, 6. *Quos quum ex arce Capitolioque clivo publico in equis decurrentes quidam vidissent. clivo*, inquam, *Publicio*, etsi omnes illic libri corrupti. J. FR. GRON. *Publicium* etiam probat Graevius in Proleg. tom. 4. Antiq. Rom. *in clivum publicum* Lov. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii D. *in clivum Publicium* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Cant. Gaertn. et Hearnii L. 1. atque N. quod recte Gronov. verum esse docuit. Clivi Publicii et aedilium Publiciorum, unde clivus dictus est meminit, etiam Ovid. 5. Fast. 285. et seqq. Simili ratione Sueton. et Oros. corruptos esse, olim me monuit Vir. Doct. Gulielm. Dundas, qui nuper orbem eruditum nova Oribasii editione demeritus est. Locus Suet. est in Galb. 19. *Quum per publicum, dimota paganorum turba, equos adegissent*. Ubi *per Publicium* scribendum conjicit. Locus Orosii est 5, 12. *D. Brutus vir consularis a clivo publico cum ingenti certamine irruit*. ubi similiter *a clivo Publicio* emendabat: quemadmodum nuper Cl. Haverk.

Digitized by Google

habebant acrius intentiusque, quam prioribus annis
2 quisquam meminerat habitum. nam et belli terror duplicatus novi hostis in Italiam adventu: et minus
3 juventutis erat, unde scriberent milites. Itaque colonos etiam maritimos, qui sacrosanctam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant. quibus recusantibus, edixere in diem certam, ut, quo quisque jure vacationem haberet, ad senatum deferret.

ex Mstis etiam edi jussit. Ceterum Doujatius et clivum publicum et clivum Publicium Romae, sed diversa urbis parte, exstitisse credidit, aliisque persuadere conatus est. Sed vide, quae supra notavi ad 26, 10, 6. in quem locum conjectura Gronov. hic proposita, quam omnium codd. auctoritate destitutam putabat, trium optimorum Mstorum consensu firmari videmus.

§. 2. *Et minus juventutis erat, unde scriberent*] Respondent superioribus c. 36,7. *Minor aliquanto numerus, quam qui ante bellum erat.* Pal. 2. *et minus inventum erat, unde scriberent milites.* GEBHARD.

§. 3. *Qui sacrosanctam vacationem dicebantur habere*] *Sacrosanctum*, auctore Festo l. 17. *dicitur illud, quod jurejurando interposito institutum est, ut, si quis violasset, morte poenas penderet;* vel quod sine expiabili scelere violare nemini prorsus liceret. Sic Cato ait, aediles sacrosanctos esse, sic tribunos sacrosanctos dixere auctoritate Dionys. Halic. l. 6. [p. 410.] quod affirmarunt et Livius l. 3, [55.] et 9, [8. et 9.] et Plinius l. 7, [44.] et *sacrosancta potestas* Livio 29, [20, 11.] tribunicia appellata. Ita quoque jura sacrosancta appellavit Aristoph. in Nebul. et Cic. l. 3. Offic. urbis muri et ipsi sacrosancti dicti in l. fin. D. de Rer. divis. ita ut, qui eos violasset, morte muletaretur. In hunc sensum Cic. in Catil. [2, 8.] illius possessiones *sacrosanctas* vocavit, hoc est inviolabiles, in haec verba: *In vastitate omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas?* et *foedus sacrosanctum* legimus apud Tacit. 12. Ann. Ita *sacrosanctam ecclesiam*, quae asylum praebet, scribit Justinianus C. de Sacros. eccles. Et Cic. pro Domo [41.] *sacrosanctam domum* appellavit, in qua tutum refugium esset omnibus, ut inde abripi non possent. *Nihil* vero *sacrosanctum esse posse, nisi quod per populum plebemve sanctum esset*, idem Cic. pro Corn. [Balbo 14.] docet. Itaque coloniarum maritimarum *sacrosanctas* dixit Livius *vacationes*, hoc est, quas, uti auctoritate populi Romani et juramento firmatas, nemini violare liceret, ob idque nec inviti dare milites cogi possent. MARC. DONAT. Id est, jurejurando senatus ac populi confirmatam. V. Festum in *Sacrosanctum*. et Cic. pro Corn. Balbo [14. et 15.] De coloniis maritimis Higinus de Limitibus. V. Livium [36, 3, 4.] et omnino

Digitized by Google

ferret. Ea die hi populi ad senatum venerunt: Oſtiensis, Alsiensis, Antias, Anxuras, Minturnensis, Sinueſſanus, et ab supero mari Senensis. Quum 4 5 vacationes suas quisque populus recitaret; nullius, quum in Italia hoſtis eſſet, praeter Antiatem Oſtiensemque, vacatio observata est: et earum coloniarum juniores jurejurando adacti, supra dies triginta non pernoctaturos se eſſe extra moenia coloniae suae, donec hoſtis in Italia eſſet. Quum omnes 6

Servium Fuldensem in 1. Aen. initio. H. VALES. *vagationem* Flor. *vocationem* Voſſ. et Lov. 1. V. ad 5, 8, 2.

§. 4. *Alsiensis*, *Antias*, *Anxuras*] Taracinas. SIG. Pal. 2. *Aliensis*. tert. *Alsensis*. Deinde pr. *Sanxias*, pro *Antias*. Poſtea *Anfurnas*, pro *Anxuras*, Pal. 2. *Ansurnas* tert. GEBH. Put. *Anxurnas*. Palatinorum alter *Anfurnas*. alter *Ausurnas*. Forte *Anxurnus*. Ut apud Statium Tiburtino Manlii a Tibure *Tiburnus*. J. FR. GRON. *Ausuras* Voſſ. Lov. 1. 2. 4. et Harl. *Auxutas* Lov. 3. *Ausurnas* Hearnii L. 1. *Anxurnas*, ut hic praefert Put. apud Gronovium, scribendum conjicit Cluver. 3. Ital. ant. 7, 1011. et 1012. laudans lapidem antiquum, in quo legitur *COLON. ANXVRN.* Forte is exſtat apud Gruter. in corpore inscript. 105, 7. verum ibi editur *AVXVRN.* et in nupera editione additur, Ligorium, omiſſo τῷ *N*, habere *COLON. ANXVR.* Minus recte autem Gronov. ut adſtruat conjecturam *Anxurnus*, huc advocat ex Statii 1. Silv. 3, 74. *Tiburnus*. Ea enim voce non indicatur incola urbis Tiburis, sed nomen est heroïs ac conditoris ejus urbis. V. Cluver. 3. Ital. ant. 4, 959. et 964.

Ab supero mari Senensis] *Senensis* a Sena colonia, urbe ad Adriam, est, non a Senis Etruriae. SIG.

§. 5. *Supra dies triginta non pernoctaturos se extra moenia coloniae suae*] Scripsimus *pernoctaturos se esse extra moenia*; et paullo ante *et earum coloniarum*, pro *earumque coloniarum*. RHENAN. Quid sibi haec verba velint, fateor ingenue me non intelligere. Nam si pro colonia loquitur, quid addit, *donec hoſtis in Italia esset*? Quamquam sunt, qui putent, illis vacationem dari, ut non toto tempore adeſſe cogantur, sed triginta duntaxat diebus, quando hoſtis sit in Italia. At mihi hac declaratione non fit satis. judicet lector. GLAR. Vet. lib. non habent vocem *dies*, et pro *triginta* habent *quadraginta*, sensu multo praeſtantiore: juniores cujusque coloniae ultra quadraginta non pernoctaturos extra moenia coloniae suae, Eadem sententia est 36, [3, 3.] *Neve uno tempore quinque senatores ab urbe Roma abessent*. SIG. Vulgata lectio suſtinetur a Pal. 2. in pr. vero tantum τὸ *esse* remotum est. Tertius denique *supra dies triginta non pernoctaturos se esse, nisi extra moenia coloniae suae*. Paullo ante libri omnes *earumque coloniarum*. GEBH. Verba haec referenda sunt ad Oſtienses et An-

Digitized by Google

censerent, primo quoque tempore consulibus eundum ad bellum, (nam et Hasdrubali obcurrendum esse descendenti ab Alpibus, ne Gallos Cisalpinos, neve Etruriam, erectam in spem rerum novarum,
7 sollicitaret: et Hannibalem suo proprio occupandum bello, ne emergere ex Bruttiis atque obviam fratri ire posset) Livius cunctabatur, parum fidens
8 suarum provinciarum exercitibus: collegam ex duobus consularibus egregiis exercitibus, et tertio, cui Q. Claudius Tarenti praeesset, electionem habere. intuleratque mentionem de volonibus revocandis ad

tiates, qui soli vacationem habere judicati sunt, verum hac lege, ne ultra triginta dies a patria abnoctarent, donec hostis in Italia foret; ut frequentia efficerent, ne facile urbs intercipi posset. Et ita etiam locum accipiendum vidit Cl. Crevierius. Ceterum Rhenano emendanti *et earum coloniarum* favet Flor. Plerique reliqui priscarum edd. lectionem defendunt. Omnes deinde servant *supra triginta dies*, omnes etiam expellunt *τὸ esse* a Rhenano additum.

Donec hostis in Italia esset] Pal. 1. *donec hostes in Italia essent*. GEBHARD. Similiter Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. V. ad 5, 50, 2.

§. 7. *Ne emergeret ex Bruttiis*] Vet. lib. *emergere*. SIG. Pal. 2. 3. et vet. ed. *emergeret*. GEBH. Optimi et plerique meorum codd. faciunt cum Sigonio. Alteram enim lectionem tantum notavi in Ber. a m. 1. Rec. et Gaertn. Mox *atque obviam ire fratri* Flor. et Lov. 5.

§. 8. *Et tertio, cui Q. Claudius Tarenti praeesset*] Tertii hujus exercitus Livium supra c. 35: non meminisse, ex Perizon. ad eum loc. §. 12. dictum est. Ceterum *tertioque, cui Claudius* Lov. 5.

§. 10. *Ea omnia cum summa concordia consulum acta*] Truncat τὸ *Ea* Pall. 1. At 3. *Ea etiam cum summa concordia* legit. GEBH. Τὸ *Ea* exsulat etiam a Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav.

§. 11. *A P. Scipione Livio missa*] Put. Men. *auxilia ex Hispania quoque a P. Scipione M. Livio missa*. J. FR. GRON. *a P. Cornelio Scipione* Rec. et Hearnii D. Tum *M. Livio* ejusdem Hearnii L. 1.

Et duo millia de legionibus militum, equitum mille octingentos] Sic restituimus: *ad duo millia de legione militum, equitum mille octingentos*. RHEN. Vet. lib. *ad duo millia*. SIG. Rhenanus *ad duo millia de legione militum, equitum mille octingentos*. Nusquam in nostris illud *octingentos*. Sed Put. *et duo millia de legione militum, equitum mille mixtos*. Nec Pall. tres aliter, nisi quod unus et Voss. *equitum decem*. quae varietas ex notis numeri orta est, dum ꝏ in *X* migrat. Scribe *et duo millia de legione militum, equitum mille, mixtos Numidas Hispa-*

Digitized by Google

signa. Senatus liberam potestatem consulibus fe- 9
cit, et supplendi unde vellent, et eligendi de omnibus exercitibus, quos vellent, permutandique, et ex provinciis, quos e republica censerent esse, traducendi. Ea omnia cum summa concordia consu- 10
lum acta. Volones in undevicesimam et vicesimam legiones scripti. Magni roboris auxilia ex Hispa- 11
nia quoque a P. Scipione M. Livio missa quidam ad id bellum auctores sunt: octo millia Hispanorum Gallorumque, et duo millia de legione militum, equitum mille, mixtos Numidas Hispanosque. M. 12

nesque. Habebat sane plus una legione Scipio: sed et uni legioni detracta ea duo millia potest intelligi, et legio in genere potest explicari de civibus Romanis delectu scriptis. Nam *legionem* pro exercitu, delectu civium conscripto, dicit Plautus Epidico 1, 1, 55. *Quia cotidie ipse ad me ab legione epistolas mittebat.* Ibidemque vers. 83. *Is sibi nunc alteram ab legione abduxit animi caussa.* Et 2, 2, 22. *A legione omnes remissi sunt domum Thebis.* Mostell. 1, 2, 48. *Ad legionem quom iisant, adminiculum iis dannnt.* Liv. 41, [28, 8.] *Ti. Sempronii Gracchi consulis imperio legio exercitusque populi Romani Sardiniam subegit.* J. FR. GRON. *et duo millia de legione militum* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quod recte Gronov. recepit; Crevier. vero *duo millia militum de legione* exponit, duo millia militum legionariorum. Deinde *equitumque mille octingentos* edd. principes, et codex Ber. qui solus meorum illud *octingentos* servat. Eam vocem neque in D. suo reperiri Hearne testatur. *equitum X mixtos Numidas* Flor. Sed, notas ∞ et *X* a librariis confundi, infra videbimus ad 33, 14, 5. V. etiam mox ad §. seq. *equitum decem mixtos Numidas* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii L. 1. *equitum d. mixtos Numidas* Hav. *equitum mille mixtos Numidas* Hearnii N. Neque aliter Lov. 3. nisi quod vocem *equitum* omittat. *equitum mille decem mixtos Numidas*, duplici lectione juncta, Gaertner. Et ita fere Lov. 5. *equitumque m. et x. mixtos Numidas* exhibens. Ceterum quum Rhenanus ita emendasset, ut adnotatio ejus hic praefert, Froben. tamen anno 1535. ejus emendationem in contextum recepturus, et ipse erravit, et secutos editores ad unum omnes in errorem pellexit; nam, τὸ *et*, cui Rhenanus *ad* substituebat, servans, et praepositionem illam loco alio contra mentem Rhenani inserens, vulgavit *et duo millia de legione militum, equitum ad mille octingentos*, ex qua lectione duas voces *ad* et *octingentos*, optimos codices secutus, recidi.

§. 12. *M. Lucretium has copias navibus adduxisse*] Scripsimus *advexisse*. RHEN. Omnes *M. Lucretium has copias navibus addu-*

Digitized by Google

Lucretium has copias navibus adduxisse: et sagittariorum funditorumque ad quatuor millia ex Sicilia C. Mamilium misisse.

1 XXXIX. Auxerunt Romae tumultum literae ex
2 Gallia adlatae ab L. Porcio praetore: *Hasdrubalem movisse ex hibernis, et jam Alpes transire: octo millia Ligurum conscripta armataque, conjunctura se transgresso in Italiam esse, nisi mitteretur in Ligures, qui eos bello occuparet. se cum invalido exercitu, quoad tutum*
3 *putaret, progressurum.* Hae literae consules, raptim confecto delectu, maturius, quam constituerant,

xisse; non *advexisse*, ut Rhenanus: quamquam scio, haec duo verba calamis librariorum saepe confundi. J. FR. GRONOVIUS. Lucretii praenomen *M.* deest in Flor. ejus loco *inde* praeferunt Voss. et Lov. 1. V. ad 4, 52, 4. Deinde *advexisse* Lov. 5. Reliqui omnes *adduxisse*. Solent autem haec verba passim commutari. V. ad 2, 47, 3. 4, 12, 9. 8, 22, 6. 9, 32, 2. 10, 42, 13. 28, 36, 3. 32, 2, 1. 37, 29, 2. (*39, 6, 7.) Adde viros Cel. J. Fr. Gronov. ad Liv. 44, 26, 10. Broekh. ad Prop. 4, 1, 40. Burm. ad Suet. Inlustr. Gramm. 20. et Cort. ad Sall. Jug. 86, 4.

Ad quatuor millia ex Sicilia C. Mamilium] Optimi, *funditorumque ad* ∞ ∞ ∞ *ex Sicilia C. Mamilium misisse.* J. FR. GRON. Eodem plures meorum, et Hearnii adludunt. Nam *ad XXX millia ex Sicilia* Hearnii L. 1. *ad XXX ex Sicilia* Flor. Voss. Lov. 1. 5. Harl. Hav. et Hearnii N. ac D. ut iterum ∞ et *X* a librariis commutata fuerint, de quo ad §. praec. monitum est. Insuper *C. Mamilium* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. V. ad c. 35, 1.

§. 1. *Literae ex Gallia missae ab L. Porcio praetore*] Omnes Gall. *literae ex Gallia allatae a L.* Cur mutarunt? veriti nempe, ne ipse praetor attulisse eas crederetur. J. FR. GRON. Ita etiam cum Hearnii L. 1. et N. ex meis Flor. omnesque alii, praeter Ber. Rec. et Gaertn. qui *missae* servant. *Literae a L. Porcio* sunt literae L. Porcii. Supra 2, 3, 7. *His literis ab Tarquiniis reddunt.* Cic. 7. ad fam. 5. *Literae mihi dantur a te.* 7. ad Att. 24. *Ecce postridie Cassio literae Capua a Lucretio familiari ejus.*

§. 2. *Conjunctura que se transgresso*] Reciditur in libris omnibus *τὸ que.* GEBH. Omnes iidem cum Pall. *octo millia Ligurum conscripta armataque conjunctura se transgresso in Italiam esse*, recisa altera copulativa. J. FR. GRON. Copulativam illam ex meis soli agnoscunt Ber. et Gaertn. Eamdem etiam repudiant omnes Hearnii Oxonn.

§. 3. *Ut uterque hostem in sua provincia contineret, neque conjungi, aut conferre*] Pal. 1. *utrique hostem in suam provinciam continerent, ut neque conjungi.* sec. ms

exire in provincias coëgerunt, ea mente, ut uterque hostem in sua provincia contineret, neque conjungi, aut conferre in unum vires pateretur. Plurimum in eam rem adjuvit opinio Hannibalis: quod, 4
etsi ea aestate transiturum in Italiam fratrem crediderat, recordando quae ipse in transitu nunc Rhodani, nunc Alpium, cum hominibus locisque pugnando per quinque menses exhausisset, haud- 5
quaquam tam facilem maturumque transitum exspectabat. ea tardius movendi ex hibernis caussa fuit. Ceterum Hasdrubali et sua et aliorum spe omnia 6

uterque consul cons. hostem in sua provincia continerent: neque conjungi, aut conferri in unum vires paterentur. GEBH. *eaque mente utrique consules hostem in suam provinciam continuerunt, ut neque conjungi, neque conferri in unum, vires paterentur* Voss. Lov. 1. et Hav. a quibus parum differunt edd. vett. *eaque mente, utrique ut hostem in suam provinciam continerent, ut neque conjungi, neque conferre in unum, vires paterentur* Lov. 2. Reliqui alterutri lectioni accedunt, in paucis apicibus dissentientes. Solus Flor. vulgatum, cujus Aldus auctor est, tuetur, nisi quod dederit *ea mente utrique hostem.* ubi *τὸ ut* interceptum est a vocis sequentis initio. Paullo ante *in provincias* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav.

§. 5. *Tam facilem maturumque transitum*] *facilem citumque* Hafn. Hav. et Hearnii L. 1. quod ex alterius glossa receptum est. *facilem artumque* Voss. et Lov. 1. *facilem ratumque* Lov. 2. *facilem in atrumque* Lov. 5.

§. 6. *Deinceps que aliae Gallicae atque Alpinae gentes*] Vocabulum *aliae* non est in volumine scripto, nec est necessarium. RHEN. Ita Pal. 1. et vet. ed. Sec. vero *deinceps que Gallici atque Cisalpinae gentes.* tertius quoque spernit *τὸ aliae.* GEBH. Rhenanus, auctore libro suo, delet *τὸ aliae*; neque est illud in quibusdam nostris. Si virtutem particulae noris, superfluum potius, quam necessarium, videbitur. Cic. [2. ad fam. 18.] *Quos video deinceps tribunos plebis per triennium fore.* Caesar 3. de Gall. [29.] *Reliquis deinceps diebus Caesar silvas caedere instituit.* Nostr 45, [14, 2.] *Trium regum bellis deinceps omnibus functum officiis.* J. FR. GRON. Etsi hic abesse posset *aliae*, tamen haec recte conjungi possunt. Caesar 7. B. G. 3. *Hunc alii deinceps excipiunt, et proximis tradunt.* DUKER. *Τὸ aliae* ex meis expellunt Lov. 2. et 4. quibus potius ut fidem habeamus, quam tot aliis primi ordinis codd. qui vocem constanter retinent, aequum non videtur: praesertim quum *deinceps* et *alii* interdum apud optimos scriptores jungantur. Supra 5, 37, 6. *Accedente fama nunciisque Clusinorum, deinceps inde aliorum populorum.* Caes. 1. B. Civ. 25. *His perfectis conlocatisque, a-*

Digitized by Google

celeriora atque expeditiora fuere. non enim receperunt modo Arverni eum, deincepsque aliae Gallicae atque Alpinae gentes; sed etiam secutae sunt
7 ad bellum. et quum per munita pleraque transitu fratris, quae antea invia fuerant, ducebat; tum etiam, duodecim annorum adsuetudine perviis Alpibus factis, inter mitiora jam hominum transibat
8 ingenia. Invisitati namque antea alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra adsueti, omni generi humano insociabiles erant, et primo ignari, quo Poenus pergeret, suas rupes suaque castella,

lias deinceps pari magnitudine rates jungebat. Neque video, quid obstet, cur, cognita virtute particulae *deinceps*, sequens vox *aliae* servari non posset. Ea notat ordine, serie, ut vidimus ad 2, 47, 11. Puto recte dici posse Arverni, qui erant Galliae populus, et postea ordine aliae gentes Gallorum eum receperunt: immo potius vox illa videtur necessaria. *deinceps aliae*, copula omissa, Harl. et Ber. Voces *Gallicae atque Alpinae* ignorat Hearnii L. 1. *Gallicae Alpinaeque* legit Ber.

§. 7. *Et quum per munita pleraque transitu fratris, quae antea invia fuerant, ducebat*] *munita* intelligo pervia facta. Caeterum mirum, quo pacto Livio in mentem venerit, ut itinera per Alpes ante Hannibalis transitum invia scribat, cum tamen l. 5, [34. et 35.] Gallos saepe transisse Alpes fateatur. etiamsi eos, qui adversus Clusinos arma moverunt, ac Romam postea delevere, neget primos fuisse, qui in Italiam Gallorum profecti sint. De Gallorum antiquiore in Italiam transitu, multi ante et post Livium eximii meminere authores. Plinius 12, 1. C. Caesar l. 6. ubi de Volcis Tectosagibus. Strabo quoque l. 4. ut non fuerit opus, unum in hac re sequi Polybium. GLAR. *et tum per munita pleraque* Voss. V. ad 6, 23, 3. Praeterea *ducebant*, et mox *transibant*, Voss. Lov. 2. 5. Gaertn. et Hav. *ducebant* etiam Lov. 1. 3. 4. *transibant* Flor. Harl. Ber. Hearnii L. 1. et edd. antt. quasi nempe referendum foret ad Arvernos aliasque gentes, quae, Hasdrubalem secutae, ei viae duces exstiterunt, ac deduxerunt per loca, quae Hannibal olim transierat. Verum scribis fraudi fuisse videtur, quod non intelligerent, *ducere* hic simpliciter ac sine casu poni, pro ducere exercitum, copias. V. ad 1, 23, 5. Insuper, trajectis vocibus, *jam transibant hominum ingenia* Flor. vocula *jam* deest in Lov. 3.

§. 8. *Inusitati namque antea alienigenis*] Dico Livium scripsisse, *Invisitati namque antea*. Restituendum id verbi in Plauti Pseudolo [2, 4, 37.] *Atque eum, qui non hic visitatus saepe sit*. Utitur et alias Plautus, ut in Curcul. [2, 3, 63.]

Digitized by Google

et pecorum hominumque praedam peti crediderant: fama deinde Punici belli, quo duodecimum annum 9
Italia urebatur, satis edocuerat, viam tantum Alpes esse: duas praevalidas urbes, magno inter se maris terrarumque spatio discretas, de imperio et opibus certare. hae caussae aperuerant Alpes Has- 10
drubali. Ceterum quod celeritate itineris profectum 11
erat, id mora ad Placentiam, dum frustra obsidet magis, quam obpugnat, corrupit. Crediderat cam- 12
pestris oppidi facilem expugnationem esse: et nobilitas coloniae induxerat eum, magnum se excidio

Quid lenonem Cappadocem? annuo visitasse. Livius iterum 4, (33, 1.) *Nova erupit acies inaudita ante id tempus, invisitataque.* Et 5, (17, 8.) *Gentem invisitatam, accolas Gallos esse.* ita enim utrobique meus codex contra vulgatos. LIPSIUS. 2. Ep. Quaest. 26. Quod monuit Lipsius, *Invisitati namque antea alienigenis*, claro habet Put. et optimi. J. FR. GRON. Omnes mei hic vulgatum servant: sed, *Invisitati* se in Regio invenisse, auctor est Doujat. de qua voce plura v. ad 5, 35, 4. Mox *insociales* Lov. 1. 2. 3. Ber. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antt. pro quo Froben. anno 1535. edidit *insociabiles*, reliquis probantibus. Infra 37, 1, 4. *Non ut hostibus modo, sed tamquam indomitae et insociabili genti, succensebant.*

§. 9. *Quo duodecimum annum Italia urebatur*] Penultima vox non est in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Hav. Tum *utebatur* legit Lov. 2. *versabatur* Hav. scribarum errore. V. ad c. 29, 9. Mox *duas tantum praevalidas urbes* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et Hav. *duas tantum pervalidas urbes* Harl. Male. Infra 40, 47, 2. *Ad praevalidam aliam urbem pervenit.* Et ita *praevalidas* de homine 3, 43, 4. *Quum se praevalidus, pari viribus animo, circumventus tutaretur. praevalidus juvenis* 7, 5, 6. *praevalens populus* de Romanis in praef. Deinde *de imperio et de opibus* Lov. 3. quod si plures codd. probarent, Livianum esse putarem. V. ad 6, 28, 6. Postea §. seq. *aperuerunt* Lov. 5. Ber. Gaertner. et edd. principes.

§. 12. *Et nobilitas coloniae induxerunt eum*] Libb. omnes *induxerat.* GEBH. Illud *induxerunt* σφάλμα est operarum in edd. Modii, ac prioribus Gruteri, quod in ultima emendatur.

Terrorem ceteris injecturum] Put. et omnes Gall. Vossianusque *magnum se excidio ejus urbis terrorem caeteris ratum injecturum.* J. FR. GRON. Vocem *ratum* omnes etiam edd. servarunt usque ad Froben. anni 1535. quae prima eam omisit, et ex codd. meis tantum adseclas habet Lov. 3. Ber. a m. 2. et Hav. Ceterum hic iterum *exscidio* contra omnium codd. fidem Clericus recepit. V. ad 5, 15, 9.

Digitized by Google

13 ejus urbis terrorem ceteris ratum injecturum. Non ipsum solum ea obpugnatio inpediit; sed Hannibalem post famam transitus ejus, tanto spe sua celeriorem, jam moventem ex hibernis, continuerat.
14 quippe reputantem, non solum quam lenta urbium obpugnatio esset, sed etiam quam ipse frustra eamdem illam coloniam, ab Trebia victor regressus, tentasset.

1 XL. Consules, diversis itineribus profecti ab urbe, velut in duo pariter bella distenderant curas

§. 13. *Non ipsum solum ea obpugnatio inpediit*] Hunc locum sic restituimus, *Non ipse se solum ea oppugnatione impediit*. RHEN. Libri omnes *Non ipsum solum ea oppugnatio impedit*, vel *impediit*. GEBH. *Non ipse se solum ea oppugnatione impediit* in edit. Rom. principe Aler. Hearnius invenit, eique adsentiri fatetur L. 1. nisi quod *Nec*, pro *Non* legat. *Nec se ipsum solum ea oppugnatione impedit* Lov. 4. Reliqui fere servant lectionem a Rhenano rejectam, nisi quod *Non eum solum illa oppugnatio* habeat Lov. 5. Rhenani lectio servata est a reliquis editoribus usque ad Gronov. qui priorem repetiit. Et ea etiam verior videtur ob codicum auctoritatem.

§. 1. *Velut in duo pariter bella*] Pall. 2. ac 3. *velut in duo pariter descenderent bella*. GEBH. Vox *bella* deest in Voss. Lov. 1. 2. Ber. a m. 2. et Hav.

§. 2. *Simul quum illa angeret cura*] *angeret* facili lapsu Voss. Harl. Hafn. Gaertn. et Hav. V. ad 10, 14, 9. *attingeret* Lov. 5.

Ut eodem tempore utrobique respublica prospere geereretur] Pal. 3. *utrum ubique respublica gereretur*. GEBH. Vocula initialis abest a Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hav. Deinde *utrobique* probum est. V. Gronov. ad 33, 15, 13. Praeterea trajectis literis *rogeretur* Voss. Lov. 3. Gaertn. et Hav. Saepius has voces commutarunt librarii. V. ad 3, 11, 4. 6, 41, 4. 7, 6, 2. c. 33, 3. 9, 29, 8. 32, 7, 2. 35, 11, 10. 36, 7, 10. 37, 49, 5. 39, 1, 1. Adde Fabric. et Manut. ad Cic. 2. de Off. 1. Nic. Heins. ad Claud. 1. de Laud. Stil. 82. Burm. ad Val. Flacc. 2, 396. ad Suet. Tib. 21. ad Virg. 1. Aen. 340. Cort. ad Sall. Jug. 58. et quae notavi ad Silii 5, 242. De locutione *gerere rempublicam* v. ad 2, 64, 5.

Adversa secundis pensando] Pal. 1. *adhuc adversa secundis pensando* (ad marginem *Poenorum*) *ad id tempus extractam esse*. Supra 26, 37, 5. *Transmarinae quoque res quadam vice pensatae*. GEBH. Auctiores una voce optimi *adhuc adversa secundis pensando*. J. FR. GRON. Similiter legunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Hafn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

§. 3. *Ad Trasymenum et Cannas praecipitasset Romana respublica*] Vet. lib. *praecipitasset respublica*. SIG. Put. Reg. Men. unus Pal. *ad Trasymenum et Cannas praeci-*

Digitized by Google

hominum, simul recordantium, quas primus adventus Hannibalis intulisset Italiae clades; simul, quum 2
illa angeret cura, *quos tam propitios urbi atque imperio fore Deos, ut eodem tempore utrobique respublica prospere gereretur? adhuc adversa secundis pensando rem ad id tempus extractam esse. quum in Italia ad* 3
Trasimenum et Cannas praecipitasset Romana res, prospera bella in Hispania prolapsam eam erexisse. postea, 4
quum in Hispania alia super aliam clades, duobus egregiis ducibus amissis, duos exercitus ex parte delesset

pitasset Romana res. Alii duo Pall. Voss. *Romanas res.* J. FR. GRON. *et ad Cannas* Voss. repetita praepositione, quod Livio sollemne est. Infra c. 41, 1. *Contracto exercitu, quem in hibernis aut in praesidiis agri Bruttii habuerat.* V. ad 6, 28, 6. Unius tamen fide ita Livium etiam hic dedisse, adfirmare non audeo. Tum *Romanas res* Lov. 1. 2. Harl. et Hav. cum Hearnii N. *Romana res* Flor. Cant. Lov. 3. 5. et Hearnii L. 1. ac D. Locutionem *Romana res* inlustravimus ad 2, 9, 5. Solent autem *res* et *respublica* commutari. V. ad 3, 51, 2. et 8, 31, 2. Etiam *Romana res* et *respublica.* Talia exempla habebimus ad 30, 2, 7. Mox *prolapsam* deest in Lov. 5. *prolapsam ante erexisse* Ber. et antiquissimae edd. *prolapsam eam exisse* Lov. 1. *prolapsam eam exiisse* Gaertn. *prolapsam eam egisse* Lov. 2.

§. 4. *Delesset, secunda in Italia Siciliaque gesta quassatam rempublicam excepisse*] Vet. lib. *multa secunda in Italia.* SIG. Omnes Gall. Voss. duoque Pall. cum Sigoniano *delesset multa secunda.* Omnes immo et editiones priscae, quas commemorare soleo, usque ad Gryphium, qui primus omittit. Sed quis credat, Livium scripsisse *multa secunda gesta?* Tu vero lege, *duos exercitus ex parte delesset multa, secundas in Italia Siciliaque res conquassatam rempublicam excepisse.* Quaesitae videtur elegantiae *ex parte multa.* Sic et 31, 1. Cicero in Vatin. 8. *Neque labefactatam rempublicam, neque conquassatam civitatem.* 4. Fam. ep. 5. *Omnes provinciae conquassatae sunt.* J. FR. GRON. *multa secunda in Italia gesta* non magis inelegans esse videtur, quam si dicas *multas res secundas gestas*, quod non temere quemquam fastiditurum puto. *conquassatam* omnino probari debet, si ex MSS. est, alioqui etiam *quassatam rempublicam* dicit Cic. pro Sextio 34. et pro Marc. 8. *Conculcari miseram Italiam videbis et quati.* Idem 8. ad Att. 2. DUK. *multa* primum omisit Froben. anno 1535. et hinc reliqui plures ante Gryph. quae vox etiam deest in Hearnii D. At omnes mei una cum Hearnii L. 1. et N. eam agnoscunt. In reliquis verbis *quas p̄ satarem*, pro *quassatam remp.* Flor. Ceteri codd. nihil mutant. Gronov. in pr. ed. not. conjecit *multa secunde in Italia Siciliaque gesta.* cui conjecturae aliam nuno in sec. ed. subposuit. Verum si

Digitized by Google

multa, secunda in Italia Siciliaque gesta quassatam rem-
5 *publicam excepisse: et ipsum intervallum loci, quod in ultimis terrarum oris alterum bellum gereretur, spa-*
6 *tium dedisse ad respirandum. Nunc duo bella in Italiam accepta, duo celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romanam; et unum in locum totam periculi molem, omne onus incubuisse. qui eorum prior vicisset, intra paucos dies castra cum altero juncturum.*
7 Terrebat et proximus annus lugubris duorum consulum funeribus. His anxii curis homines digre-
8 dientes in provincias consules prosecuti sunt. Memoriae proditum est, plenum adhuc irae in cives

tria illa *multa secunda gesta* Gronov. juncta displicent, minori innovatione legere potuisset, mutata tantum distinctione, *ex parte delesset multa, secunda* etc. vel etiam *ex parte delesset, multa secunda, in Italia Siciliaque gesta, quassatam* etc. Invitis libris Livio obtrudi *res quassatam rempublicam*, probare nequeo. Doujatius malebat *delesset, multas secundas in Italia Siciliaque res conquassatam* etc.

§. 6. *Duos celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romanam*] Gebhardus ad 7, 40, 9. ex Pall. legit *duo celeberrimi nominis duces*. Et ita Jac. Gronov. edidit. Verum Clericus, qui se ad J. Fr. Gronovii mentem quam adcuratissime Livium editurum promisit, hic fidem praestitit, et *duos* reduxit, quem etiam secutus est Cl. Crevier. At *duo* ex meis firmant Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. quare id iterum revocavi. V. etiam ad 35, 21, 5. Praeterea idem Jac. Gronov. *urbem Romanam*, pro *Romam*, primus vulgavit, consentientibus omnibus meis. V. ad Epit. Liv. 49. Verum hic Clericus eum, deserto nunc patre Gronovio, secutus est. Adeo sibi non constabat!

§. 8. *Plenum adhuc irae in cives*] Vetustus liber habet *irae*; nec refert. RHEN. Omnes Gall. et Pall. *plenum adhuc irae in cives*, vel *ire*. J. FR. GRON. Ita cum Hearnii N. et L. legunt quoque Flor. et Cant. Reliqui vulgatum *ira* servant. Observat autem Quinctil. 9. Instit. Orat. 3. in princ. omnes veteres, et Cic. praecipue, *plenum vini*, non *vino*, dixisse: ad quem tamen locum Celeberr. Burm. notat, Rivium ad Sall. Jug. 38. docere, non semper Cic. hoc observasse. Livius etiam utroque modo locutus est. Cum genitivo junxit, praeterquam locis ad 3, 25, 6. laudatis, etiam 21, 44. 22, 41. et 50. 24, 41. 25, 33. 26, 21. et 46. 28, 14. 29, 6. 32, 7. 35, 2. 38, 21. 39, 27. 40, 14. 41, 16. 45, 10. aliisque. Altera constructione utitur 1, 25, 1. *Pleni adhortantium vocibus*. 5, 21, 10. *Cuniculus militibus plenus*.

Digitized by Google

M. Livium, ad bellum proficiscentem, monenti Q. Fabio, *ne, priusquam genus hostium cognosset, temere manum consereret*, respondisse: *Ubi primum hostium agmen conspexisset, pugnaturum.* Quum quaereretur, 9
quae caussa festinandi esset? *Aut ex hoste egregiam gloriam*, inquit, *aut ex civibus victis gaudium, meritum certe, etsi non honestum, capiam.* Priusquam 10
Claudius consul in provinciam perveniret, per extremum finem agri Larinatis ducentem in Sallentinos exercitum Hannibalem cum expeditis cohortibus adortus, C. Hostilius Tubulus incomposito agmini terribilem tumultum intulit. ad quatuor millia 11

7, 28, 7. *Plena religione civitas.* 26, 7, 7. *Litorae adhortatione plenae.* c. 42, 3. *Urbem bellico adparatu plenam.* 38, 15, 8. *Urbem plenam rerum omnium copia.* c. 58, 3. *Orationem plenam veris decoribus.* 41, 28, 9. *Exercitum plenissimum praeda domum reportavit.* Utrumque casum simul junxit 5, 11, 14. *Plenum vulnerum ac pavore exercitum.* ubi vide. Hic vero potius meliores, quam plures, codd. sequor.

Priusquam genus hostium nosset] Hoc ad rem magis pertinet, quod habet vetustus liber *cognosset.* RHEN. *nosset* servant Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *noscet* Hav. et Lov. 3. a m. 1. *nosceret* a m. 2. cum Hearnii L. 1. *cognosceret* Lov. 4. *cognovisset* Flor. Rhenani lectionem probandam puto. V. ad 22, 3, 2. Mox *ut primum* Hearnii L. 1. Voculam *ubi* non agnoscit Lov. 1.

§. 9. *Aut ex civibus victis gaudium, meritum certe, etsi non honestum, capiam*] Pall. 2. et 3. *aut ex civibus victis gaudium certe, etsi non honestum, capiam.* Propert. 2, 8. [l. 2, 7, 87. seqq.]

Sed non effugies; mecum moriaris, oportet:
Hoc eodem ferro stillet uterque cruor.
Quamvis ista mihi mors est inhonesta futura,
Mors inhonesta quidem; tu moriere tamen.

GEBH.

§. 10. *In provinciam veniret*] Vetustus liber *in provinciam perveniret.* quam lectionem et nos recepimus. RHEN. Pal. 1. 2. et ant. ed. *veniret.* GEBH. *veniret* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Mox *agri Laritanis*, transpositis literis, Flor. *Laritani* Hav. *Saritani* Lov. 2. Voss. *Saritani* Lov. 1.

Hannibalem cum expeditis cohortibus adortus] Pall. 2. ac 3. *Annibalem expeditis cohortibus adortus.* GEBH. Praepositio etiam deest in Flor. Idem de Put. notavit Cl. Crevier. V. ad 3, 14, 4. Codicum auctoritas fere persuadet, ut eam lectionem veram existimem.

Digitized by Google

hominum occidit, novem signa militaria cepit. Moverat ex hibernis ad famam hostis Q. Claudius, qui per urbes agri Sallentini castra disposita habe-
12 bat. Itaque, ne cum duobus exercitibus simul confligeret, Hannibal nocte castra ex agro Tarentino movit, atque in Bruttios concessit. Claudius
13 in Sallentinos agmen convertit. Hostilius, Capuam petens, obvius ad Venusiam fit consuli Claudio. Ibi ex
14 utroque exercitu electa peditum quadraginta millia, duo millia et quingenti equites, quibus consul adver-

§. 11. *Ad quatuor millia hominum occidit*] *ad triginta millia* Flor. Voss. Lov. 4. et Hearnii L. 1. In quam lectionem si et Put. consentiret, errorem ex notis ortum, et *ad* ∞ ∞ ∞ *hominum* scriptum fuisse crederem. V. ad 33, 14, 5. *ad duo millia et triginta* Hav. *ad XIIII millia* Lov. 2. Tum *cecidit* Hav. V. ad 36, 36, 6. Mox Q. *Cl. Nero* Ber. a m. 2. *Q. Fabius* Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum.

§. 13. *Obvius ad Venusiam fit consuli Claudio*] Pal. 1. *fuit.* sec. ac tert. *obviam ad Venusiam fit consuli.* GEBH. *obviam* Rec. et Lov. 4. a m. 1. V. ad 26, 25, 15. Deinde *fuit* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. At solent hae voces a librariis commutari. V. ad 40, 15, 2.

§. 14. *Ex utroque exercitu electa peditum quadraginta millia, duo millia et quingenti equites*] Pall. 2. et 3. *lecta.* Iterum Pal. 2. *quibus consul adversus Annibalem gereret bellum.* GEBH. *lecta* Lov. 4. Rec. et Harl. *exercitu electo* Flor. De quo errore v. ad 6, 3. 8. *electi* Lov. 1. 2. Voss. et Hav. quod probari posset, si alii codd. confirmarent. V. ad 37, 39, 12. Tum *peditum quadraginta millia et equites, quibus*, reliquis omissis, Voss. Lov. 1. et Hearnii D. Similiter et Harl. nisi quod insuper desit *τὸ et*, et omnium, quae omittuntur, loco lacuna vacua relinquatur. *peditum undecim millia et equites, quibus* Hearnii L. 1. Verum, quum per notas *XL millia* scriptum fuisset, ejus loco perperam scriba dedit *XI millia.* Etiam aliis locis hi numeri commutantur. V. ad 39, 20, 7. *peditum IIII millia, duo et D equites, quibus* Gaertn. et Hearnii N. Contrario errore *quinquaginta*, pro *quinque*, datum censet Cl. Jac. Gronov. ad 36, 43, 13. *peditum quadraginta millia, equites duo et quingenti, quibus* Lov. 3. *peditum quadraginta duo millia, mille et quingenti equites* Lov. 5. Mox *τὸ res* deest in Flor. Voss. et Lov. 1. 2. *bellum gereret* legit Hav. quod est ex glossa. *rem gereret* Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et edd. omnes usque ad ultimam Gruteri, quae dedit *res gereret.* Ea tamen lectio, quam recentiores omnes servarunt, quum in nullo mihi cod. obvia fuerit, priorem revocandam censui.

§. 2. *Et mille fere et quingentos passus castra ab hoste locat*] Hoc versu *mille et quingentos* ait

Digitized by Google

sus Hannibalem rem gereret: reliquas copias Hostilius Capuam ducere jussus, ut Q. Fulvio proconsuli traderet.

XLI. Hannibal, undique contracto exercitu, quem 1
in hibernis, aut in praesidiis agri Bruttii habuerat,
in Lucanos ad Grumentum venit, spe recipiendi
oppida, quae per metum ad Romanos defecissent.
eodem a Venusia consul Romanus exploratis itine- 2
ribus contendit, et mille fere et quingentos passus
castra ab hoste locat. Grumenti moenibus prope 3

passus: proximo autem statimque sequente *quingentos* ait *passus* fuisse *inter castra Punica ac Romana*, cum interim tamen non meminerit, propius accessisse quenquam. Suspicor codicum esse errorem. GLAR. Pal. pr. *et decem fere et quingentos passus locat ab hoste.* Nam sequitur *quingenti passus erant inter castra Punica et Romana.* Ubi tamen Pall. tres *IO passus intererant castra Punica.* GEBH. *et X fere et quingentos* Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. confusis iterum notis *X* et ∞. V. ad 33, 14, 5. Deinde *locat ab hoste* Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Voces *ab hoste* desunt in Lov. 1. Recte autem vidit Glarean. inter haec et §. sequentis verba non convenire, ac codicum errorem esse suspicatur. Verum error non in his, sed in verbis sequentibus, latet, ut viri docti monuerunt.

§. 3. *Grumenti moenibus prope junctum*] Put. Reg. Men. *injunctum*, ut praecepimus monere ad 4, [9, 14.] J. FR. GRON. Similiter omnes mei, uno Lov. 3. excepto, qui facit cum vulgatis. *injunctum* etiam ex optimo Pal. legit Gebh. ad 22, 20, 5. *Agrigenti*, et §. 1. *Agrigentum* legit Hearnii L. 1. *Adrumentum*, pro *ad Grumentum*, eodem loco Lov. 4.

Quingenti passus erant inter castra Punica et Romana. Interjacebat campus] Omnis Gallicorum et Palatinorum manus cum Vossiano *quingenti passus intererant castra Punica ac Romana.* Sic etiam Andreas et omnes usque ad Ascensium: hujus a margine acceptum Magontiaci primum, tum Aldus, reliqui expresserunt alterum. Aliquid latet. Neque satis consentiunt castra Romana mille quingentos passus ab hoste locata, et quingentos tantum passus interfuisse inter castra Punica ac Romana. Scribe *Grumenti moenibus prope injunctum videbatur Poenorum vallum. Quingenti passus intererant.* Prius accipe ex opinione Romanorum, hostia castra contemplantium: posterius id quod revera erat. Sequitur *castra Punica ac Romana inter jacebat campus.* J. FR. GRON. *quingenti passus intererant* etiam omnes mei, ut et Hearnii Oxonn. Emendationem Gronovii recte recepit Crevier. Ita satisfactum jam est difficultati, ad quam Glareanus §. 2. obhaeserat.

§. 4. *Quod nihil silvae neque ad insidias latebrarum habebant*] Pal.

Digitized by Google

injunctum videbatur Poenorum vallum. quingenti
4 passus intererant. Castra Punica ac Romana inter
jacebat campus, colles inminebant nudi sinistro la-
teri Karthaginiensium, dextro Romanorum, neutris
suspecti, quod nihil silvae neque ad insidias late-
5 brarum habebant. In medio campo ab stationibus
procursantes certamina, haud satis digna dictu,
serebant. Id modo Romanum quaerere adparebat,

2. *latebrorum*. GEBH. Cogitabam *quod nihil neque silvae neque ad insidias latebrarum habebant*. Muretus, *quod nihil silvae, nihil ad insidias latebrarum habebant*. J. FR. GRON. Mihi non apparet ratio, cur recepta scriptura viris doctissimis suspecta fuerit. Sallust. Cat. 12. *Nihil pensi neque moderati habere*. ubi plura ex eodem Jug. 41. et 53. observavit Rivius. Adde Jugurth. 68. et 88. Cic. 1. Parad. 4. *Quo* (animo) *nihil est praestantius, neque divinius*. DUK. Si codd. addicerent, Gronovii conjectura non displiceret. V. supra ad 4, 7, 5. Nunc tamen recte viri docti, et cum his Doujatius, vulgatum tuentur. Scripti enim nihil mutant, nisi quod *neque ad insidias atque latebrarum* sit in Lov. 5. *neque ad insidias latebrorum* in Gaertn. et Rec. Saepe autem *nec, neque* similesque particulae post praecedentem negationem pro simplici particula vel copulante vel disjungente ponuntur. Supra 2, 30, 5. *Nihil ex ea familia triste nec superbum metuebant*. 4, 60, 3. *Tribuni plebis negare, tam id laetum Patribus universis, nec prosperum fore, quam ipsi crederent*. Paullo ante *neutri suspecti*, pro *neutris*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535. Videri potest in his libris sibilans litera in fine vocis intercidisse ob primam sequentis. V. ad 37, 29, 5. potest tamen et in aliis perperam addita esse. V. ad 28, 25, 2. Utraque enim lectio commode ferri potest.

§. 5. *Certamina haud satis digna dictu serebant*] Pal. 3. *digna serebant*, excluso *dictu*. GEBH. Ita et Ber. Praeterea mox *appetebat*, pro *apparebat*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Gaertn. V. ad 37, 32, 14.

Hannibal, inde evadere cupiens] Non est in Put. Reg. Men. Voss. τὸ *evadere*, quod sensus tamen necessarium reddere videtur. Put. *Annibale inde cupiens*. Alii tres *Annibalem inde cupiens*. An simpliciter *Annibal evadere cupiens?* vel *eludere?* J. FR. GRON. Illud *evadere* etiam deest in Flor. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. Cum ea voce etiam vox *Hannibal* exsulat ab Hearnii L. 1. *pateretur Annibale inde cupiens* Flor. a m. 1. *ne abire hostem pateretur Hannibalem. id cupiens* Lov. 2. *ne abire hostem pateretur Hannibalem. ille id cupiens* Hav. *ne abire hostem pateretur Hannibalem, inde cupiens* etc. Colbert. quod Doujatius, vulgatum menti auctoris repugnare existimans, exponit: ea de caussa, ne abire seu evadere Hannibal posset, Nero cupiens etc. Verum quid notabit *cupiens?* Immo sequentia et praecedentia docent, non consulem,

Digitized by Google

ne abire hostem pateretur. Hannibal, inde evadere cupiens, totis viribus in aciem descendebat. Tum consul, ingenio hostis usus, quo minus in tam 6
apertis collibus timeri insidiae poterant, quinque cohortes, additis quinque manipulis, nocte jugum superare, et in aversis vallibus considere jubet. tem- 7
pus exsurgendi ex insidiis, et adgrediendi hostem, Ti. Claudium Asellum tribunum militum et

sed potius Hannibalem, totis viribus in aciem descendisse. Optimos itaque codd. hic suos manes passos esse, ac vulgatum servandum, existimo.

§. 6. *Quinque cohortes, additis quinque manipulis*] Pall. omnes *quinque cohortibus additis quinque manipulis*. GEBH. Omnes rursum et Gallicani et Palatini cum Vossiano *cohortibus*. Scribe *quinque cohortibus additos quinque manipulos*. J. FR. GRON. *cohortibus* etiam Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. ante Froben. anni 1535. quam lectionem Cl. Jac. Perizon. in differt. de duobus maxime insignibus Flori locis §. 11. ex errore librariorum ortam putat, qui pro *cohortis*, id est *cohortes*, scripserunt *cohortibus* more solito. De hoc eorum lapsu v. ad 22, 8, 7. Id verum puto, vel etiam librarios ita dedisse, quod verbum *jubere* hunc casum exigere arbitrarentur. V. ad c. 24, 3.

In aversis vallibus considere] *adversis vallibus* Lov. 4. Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. *adversis collibus* Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. *aversis collibus* Flor. Voss. et Branc. Latinii. *Aversus* et *Adversus* passim in Mstis confundi, supra dictum est ad 2, 31, 6. Sed nihil mutandum. *aversae valles* respectu jugi seu collium, id est, quae post colles jacebant. Supra 2, 31, 6. *Relictis castris, quae munitissimis tenuerant locis, in aversas valles desiluere.* ubi v. Gronov.

§. 7. *T. Claudium Asellum*] Vet. lib. *Ti. Claudium Asellum*. SIG. *C. Claudium* Hav. et Hearnii L. 1. *Ti. Claudium* Flor. aliique meorum. V. iterum Sigon. ad 29, 11, 13. Paullo ante *exsurgendi tempus* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535. Deinde *adgredi* Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et editiones ante Mogunt. quae prima adoptavit *adgrediendi*. Verum *tempus adgredi* probari potest. Id inlustravi supra ad 3, 4, 9. Neque constructionis mutatio *tempus exsurgendi et adgredi* displicere debet. Ita enim supra fere 6, 24, 8. *Non castigando, sed ab imperio totus ad preces versus orare singulos universosque.* (* Ter. Phorm. 5, 6, 46.) Omni ratione id ubique egisse Livium, ut orationem quavis varietate distinguat, saepius antea dictum est. Si quis tamen vulgatum praestare contendat, non adversabor. Mox verbis seqq. *A. Claudium propraetorem edocet* Hearnii L. 1. Sed *praefectum sociorum*, pro *socium*, Lov. 5. Male. V. ad 21, 17, 2.

Digitized by Google

P. Claudium praefectum sociùm edocet, quos cum
8 iis mittebat. Ipse luce prima copias omnes peditum equitumque in aciem eduxit. Paullo post et ab Hannibale signum pugnae propositum est, clamorque in castris ad arma discurrentium est sublatus. inde eques pedesque certatim portis ruere,
9 ac palati per campum properare ad hostes. Quos ubi effusos consul videt, tribuno militum tertiae legionis C. Aurunculejo imperat, ut equites legionis, quan-

§. 8. *Ipse luce prima copias omnes peditum equitumque in aciem eduxit*] Pall. 2. et 3. *in aciem duxit*. ut c. 42, 8. Pall. *Romanis in aciem copiis ductis*. GEBH. Putean. integre *ipsis luce prima*. Vide, an potuerit Livius dicere *ipsus luce prima*. J. FR. GRON. Non credo, Livium dixisse *ipsus luce prima*. Sed *ipsis*, quod habet cod. Put. errori librarii adscribo, qui distinxit ac legit *cum iis mittebat ipsis*. *Luce prima*. Refero itaque ad illam mendae speciem, de qua v. ad 6, 3, 8. Praeterea *in aciem duxit* Lov. 4. Sed quum *aciē* forte scriptum foret, ultima ejus vocis litera primam sequentis elisit. Ita *certamē dedit*, pro *edidit*, supra habuimus 21, 43, 11. Quin etiam alibi saepe *ducere* et *educere* commutantur. V. ad 40, 25, 10. De locutione *educere in aciem* v. ad 3, 62, 5.

§. 10. *Incompositos toto passim campo se fudisse*] Pal. 3. *incompositos totos passim campo effulsisse*. pr. et sec. *toto passim se campo fudisse*. GEBH. *se campo fudisse* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum omnibus edd. ante Froben. anni 1535. Paullo ante §. praec. *vidit*, pro *videt*, Lov. 4. et Rec. Tum *posset*, pro *possit*, Ber. et edd. Aldina priores.

Ut sterni obterique, prinsquam instruantur, possint] Vetus scriptura sic habet, *ut sterni operique*. Pro hoc posteriori castigator supposuit *obterique*. Non est alienum verbum. Ego tamen non dubito, Livium scripsisse *ut sterni opprimique, prinsquam instruantur, possint*; quod verbum huic loco magis convenit. RHEN. Levissima conjectura ductus Rhenanus, quum invenisset in Spirensi archetypo *operique*, legendum hic proposuit *opprimique*. quum tamen proxime antegressum verbum et consensus codd. Mstorum lectionem, quam post liminio reduco, reflagitet. quippe Pall. 1. 2. et vet. ed. *ut sterni obterique* etc. Praeterea illud *opprimi* suppositum isti correctori vim sententiae atque ipsi veritati infert. quippe quomodo *sterni* primum, dein demum *opprimi* potuere? Tum multi *oppriminuntur*, qui tamen non *sternuntur*. *Stratis* autem proximum *obtori*. Pal. 3. *ut sterni obruique, prinsquam instituantur, possint*. Confirmat meam sententiam infra c. 46, 9. ipse Livius. *Antequam se moveat, dolore exercitum*

Digitized by Google

quanto maximo inpetu possit, in hostem emittat. ita pecorum modo incompositos toto passim campo 10 se fudisse, ut sterni obterique, priusquam instruantur, possint.

XLII. Nondum Hannibal e castris exierat, quum 1 pugnantium clamorem audivit. itaque, excitus tumultu, raptim ad hostem copias agit. Jam primos 2 occupaverat equester terror. peditum etiam prima legio et dextra ala proelium inibant. incompositi hostes, ut quemque aut pediti, aut equiti casus ob-

Asdrubalis posse, redireque in Apuliam. 28, 9, 14. *Adventu Neronis obrutum atque vxstinctum esse.* GEBH. Vetus scriptura apud Rhenanum *sterni operique.* ergo non dubitat *opprimique* scribendum. Et passi sunt editores? Nostri immo omnes, ut olim editum. Put. *sterni opterique*, (ut *opsoleta*, *opsidio*, *opstitisse* idem codex) caeterique et Gall. et Pall. et Voss. *sterni obterique.* Quod usitatissimum Livio est. 7, [23, 10.] *Adeo praecipiti turba obtriti plures, quam ferro necati.* 9, [38, 7.] *Armis virisque ad obterendum C. Marcium consulem concurrunt.* 10, [28, 11.] *Impetu equorum ac vehiculorum raptorum per agmen obtriti antesignani.* Auctor ultimi de B. Gall. [48.] *Complures hostium magno nostrorum impetu vulneruntur, et partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur.* J. FR. GRON. *obterique* omnes mei, et Oxonn. Hearnii, nisi quod unus et alter omittat copulam *que.* Infra 31, 21, 10. *Galli obruere atque obterere sese dextram alam, quae prima erat, speraruntposse. Opprimere* et *obterere* interdum a librariis confundi, verum est. V. ad 9, 38, 7. Hic tamen tanto magis vulgatum servandum erat, quod equites sint, quos consul in hostem emitti jubet, et equorum pedibus strati *obterantur.* Infra 28, 33, 6. *Nisi equites supervenissent. neque ex adverso tantum inlati obvios obtrivere.* Suet. Ner. 5. *In viae Appiae vico repente puerum citatis jumentis haud ignarus obtrivit.* Valer. Max. 1, 6, 11. *Tantum Romanae militiae decus barbarorum obtritum equitatu.* Usurpatur similiter de elephantis, infra 37, 43, 9. *Quum, solutis ordinibus, incursu belluarum obterentur.* 44, 42, 6. *Elephanti enim, ab vectoribus ad litus acti, exeuntes obterebant elidebantque.* Metaphorice *sternere*, sive *prosternere*, et *obterere* jungit Cic. 5. ad fam. 9. *Malevolorum obtrectationes et invidias non prosternat atque obterat.*

§. 1. *Nondum Hannibale castris exierat*] Pal. pr. *castris exierat.* Statim pr. et sec. *itaque*, *exercitus tumultu.* GEBH. *castris exierat*, sine praepositione, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Tum *exercitus tumultu* Flor. Lov. 5. et Harl. Sed v. ad 10, 33, 1.

§. 2. *Jam primos occupaverat equestris terror*] Primos Poenorum intelligimus a Romano equitatu tertiae legionis territos, deinde etiam legionem successis-

Digitized by Google

3 tulit, ita conserunt manus. crescit pugna subsidiis, et procurrentium ad certamen numero augetur: pugnantesque (quod nisi in vetere exercitu, et duci veteri haud facile est) inter tumultum ac terrorem
4 instruxisset Hannibal, ni cohortium ac manipulorum decurrentium per colles clamor, ab tergo auditus, metum, ne intercluderentur a castris, injecisset.
5 Inde pavor incussus, et fuga passim fieri coepta est. minorque caedes fuit, quia propinquitas castrorum

se, quae plus terroris attulerit. Ergo vel *equestris*, vel *equitis* legendum, non autem *primos equites*. neque enim Romani equites territi erant. Vetustiores codices bene habebant; sed quidam mutarunt, haec absque judicio legentes. GLAR. Put. Cantabrig. et alii *eques terror*, quod recte Salmasius decurtatum putavit pro *equester terror*. Habes ita 26, 36, 12. *equester ordo*. 5, 7, 5. *Quibus census equester erat*. 25, 12, 15. *Celeberque dies omni caerimoniarum genere fuit*. JAC. GRON. *equites terror* Voss. Lov. 2. 5. Harl. Hafn. Ber. Gaertn. et primae edd. pro quo jam Ven. anno 1495. dederunt *equitis terror*. Mediol. anno 1505. *equestris terror*. quod in reliquis codd. superest, nisi quod *eques terror* sit in Flor. Idem in Oxon. L. 1. sibi obvium fuisse, Hearnius testatur; licet paullo ante haec et novem sequentia vocabula in eo cod. deesse notasset. Recte autem Cl. Jac. Gronov. ex ea lectione *equester terror* scribendum vidit. Plin. 33, 2. *In unitatem venit equester ordo*. Suet. Aug. 40. *Quibus ipsis parentibusve equester census umquam fuisset*. Ex Cic. etiam hac forma vocem illam laudarunt Lexica. Tres ultimae literae ejus vocis in codd. illis a totidem initialibus sequentis erant elisae. Ita *si multitudo*, pro *simul multitudo*, datum erat supra 6, 19, 7. *unavis* in Put. pro *una navis* 24, 34, 6. unde postea, altera voce omissa, factum est *naves*. In literis singularibus id frequentissimum esse, saepius notavi. Mox *proelium inibat*, pro *inibant*, Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav.

§. 3. *Quod nisi in veteri exercitu et duce vetere haud facile est*] Pal. 1. *quod nisi in vetere exercitu, et duci veteri haud facile est*. quae ad apicem quoque in vet. ed. sunt expressa. GEBH. Put. Reg. Men. *in vetere exercitu et duci veteri*. Nempe τὰ *duci veteri* non reguntur a praepositione, sed a verbo atque adjectivo *facile*. J. FR. GRON. Ita et Flor. ac tantum non omnes mei, cum Colb. Doujatii, et Oxonn. Hearnii. Paullo ante *numerus augetur* Branc. Latinii. *minae augentur* Hearnii L. 1. Cl. Crevierius verborum *et procurrentium ad certamen numerus augetur* eumdem plane sensum, sed minus eleganter expressum, esse putat, ac membri praecedentis *crescit pugna subsidiis*; itaque pro glossemate haberi posse existimat, quod ex ora libri in contextum temere inrepserit.

§. 4. *Ni cohortium ac manipulorum decurrentium*] Put. Voss. et alii *decursum*. Scribe *ni ad co-*

Digitized by Google

breviorem fugam perculsis fecit. Equites enim ter- 6
go inhaerebant: in transversa latera invaserant co-
hortes, secundis collibus via nuda ac facili decur-
rentes. tamen supra octo millia hominum occisa: 7
supra septingentos capti: signa militaria novem
ademta: elephanti etiam, quorum nullus usus in
repentina ac tumultuaria pugna fuerat, quatuor
occisi, duo capti. Circa quingentos Romanorum 8
sociorumque victores ceciderunt. postero die Poe-

hortium ac manipulorum decursum per collem clamor ab tergo auditus metum, ne intercluderentur castris, fecisset. Nam sic illi, non *a castris.* J. FR. GRON. *decursum*, et mox *intercluderentur castris* similiter Flor. et Lov. 1. 5. et Hearnii Oxonn. Quid si legamus *ni cohortium et manipulorum decursu?* ut est in Lov. 2. et Hav. *castris* sine praepositione etiam Lov. 2. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Justin. 4, 4, 5. *Hostes etiam marinis commeatibus in urbe clausos intercludunt.* Flor. 3, 19, 11. *Interclusum hostem commeatibus ad extrema compulit.* Non nego, alibi etiam Livium ita locutum esse; me tamen observare non memini. Contra saepe addidit praepositionem. V. ad 3, 70, 5. et 34, 39, 12.

§. 6. *Equites enim in tergo inhaerebant*] Pal. pr. *Equites enim tergo inhaerebant.* tert. *in tergo haerebant.* GEBH. Omnes *equites enim tergo inhaerebant.* J. FR. GRON. Heinsius apud Elzevir. edidit *in tergo haerebant*, quod omnes recentiores servarunt. Ita quidam codd. supra 1, 14, 11. *Haerens in tergo Romanus velut uno agmine inrumpit.* ubi tamen nunc editur *in terga.* At hoc loco *a tergo inhaerebant* Ber. *tergo inhaerebant* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. quod recepi. Mox *in transversa latera evaserant*, pro *invaserant*, Voss. et Lov. 1. Male. V. ad 2, 47, 6.

§. 7 *Supra octo millia hominum occisa: supra septingentos capti*] *caesa* Ber. a manu 2. Rec. et Hav. Hae voces et supra confundebantur 23, 15, 8. et infra 34, 47, 7. (* Epit. 67.) *caesi* legit Gaertn. Ita Livium saepe loqui, vidimus ad 37, 39, 12. Uni tamen huic testi credere temerarium foret. Deinde *supra septingenti* Flor. Harl. Ber. et Hav. quod Crevier. etiam in Put. invenit, et, si verum ac probum foret, dictum esse putat, quemadmodum *ad* jungitur cum numerorum nominibus recto casu. V. eumdem ad 28, 34, 2. Sed malo errantibus librariis adscribere, qui notas numerales ita reddiderunt. Vel refero ad errores notatos 6, 3, 8. Aliud enim exemplum, ubi *supra* nomen, numerum denotans, casu recto adsciscit, non notavi. *supra ducentos* Lov. 4. Sed v. ad 37, 40, 11.

§. 8. *Et circa Romanorum sociorumque ductores ceciderunt*) Omnia exemplaria id habent, in qua lectione ego omnino aliquid desidero. SABELL. Asteriscum hic habet editio Asulanica. Et certe

Digitized by Google

nus quievit. Romanus, in aciem copiis eductis, postquam neminem signa contra efferre vidit, spolia legi caesorum hostium, et suorum corpora con-
9 lata in unum sepeliri jussit. inde insequentibus continuis diebus aliquot ita institit portis, ut prope in-
10 ferre signa videretur: donec Hannibal tertia vigilia, crebris ignibus tabernaculisque, quae pars castrorum ad hostes vergebat, et Numidis paucis, qui in vallo portisque se ostenderent, relictis, pro-
11 fectus Apuliam petere intendit. Ubi inluxit, successit vallo Romana acies. et Numidae ex composito

locus sincerus non est. Nec quicquam praesidii ab exemplari scripto. Quod si quis conjecturam sequi volet, pro *circa* leget *tres* hoc modo: *Et tres Romanorum sociorumque ductores ceciderunt.* Hanc lectionem depravatae dictionis vestigia mihi suggesserunt. RHEN. Locus depravatus; quem tamen turpi prolapsum menda erexit sospitator ille, si Musis placet, Livii Rhenanus, *Et tres Romanorum sociorumque ductores ceciderunt.* Quid hac correctione ineptius? Vestigia, a quibus sibi talia suggesta affirmat, depravatae lectionis adnotare non gravabor. Pal. 1. *Circa Romanorum sociorumque victores ceciderunt.* sec. *duo capti. Et CCCC Romanorum sociorumque victores ceciderunt.* tert. et vet. ed. *Et circa Romanorum sociorumque ductores ceciderunt.* Quae vero Rhenano Pythia suggessit, tres cecidisse? GEBH. Apud primum reperio Frobenium *Romanorum sociorumque ducenti ceciderunt.* Nam olim ab Andrea ad Aldum, *Et circa Romanorum sociorumque ductores ceciderunt.* Juntas Aldo proximus dedit, *Et trecenti circa Romanorum sociorumque.* Rhenanus *Et tres Romanorum sociorumque ductores ceciderunt.* Conjectura, ne quid secius dicam, perspicue inepta. MSS. magna pars *duo capti. Circa Romanorum sociorumque victores ceciderunt.* Solus Put. sincere. *Circa D. Romanorum sociorumque victores ceciderunt.* hoc est, quingenti. Hic est, credo, locus, quem quoto ex libro esset, non recordari se confessus tentat Muretus 16, 8. Var. lect. Scribit autem pro *victores*, quod suspicabatur olim fuisse *victi, sexcenti.* J. FR. GRON. Cum primis edd. faciunt Hearnii D. et Ber. a m. 1. qui *E circa septingentos Romanorum* a m. 2. ostentat. *Circa* (Harlej. *Cura*) *Romanorum sociorumque victores ceciderunt* Flor. Voss. Harl. Gaertn. Lov. 5. et Hav. *Circa CC Romanorum sociorumque victores ceciderunt* Lov. 4. et Hearnii L. 1. *Circa Romanorum sociorumque CCC. victores ceciderunt* Lov. 2 *Circa Romanorum sociorumque ceciderunt* Hearnii N. *Circa Romanorum sociorumque ducentos ceciderunt* Lov. 3. Crevierius *victores* otiosum putat, et olim expeditius multo legi *Romanorum sociorumque ducenti cecidere.* Nondum tamen locum persanatum puto. Displicet enim

Digitized by Google

paullisper in portis se valloque ostentavere: frustratique aliquamdiu hostes, citatis equis agmen suorum adsequuntur. Consul, ubi silentium in castris, 12
et ne paucos quidem, qui prima luce obambulaverant, parte ulla cernebat, duobus equitibus speculatum in castra praemissis, postquam satis tuta omnia esse exploratum est, inferri signa jussit. tantumque ibi moratus, dum milites ad praedam 13
discurrunt, receptui deinde cecinit, multoque ante noctem copias reduxit. Postero die prima luce pro- 14
fectus, magnis itineribus famam et vestigia agminis

vox *circa*. Puto etiam plures Romanorum cecidisse. Sed codd. integriores exspectandi sunt.

In aciem copiis ductis] Scripsimus *eductis*. RHEN. *ductis* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Pall. teste Gebh. ad c. 41, 8. *adductis* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Sed recte *eductis*, ut Rhenanus emendat, Flor. et alii. V. ad d. l. Livii. Mox *videt*, pro *vidit*, Lov. 4. et 5.

§. 10. *Qua pars castrorum ad hostes vergebat*] Scripsimus *quae pars castrorum*. RHEN. *qua pars* Rec. et Lov. 3. Reliqui, ut et edd. ante Mog. cum Rhenano faciunt. Et recte *quae pars castrorum*, pro ea parte castrorum, quae. Ita 24, 1, 9. *L. Attilio praesidii, quique cum eo milites Romani erant, clam in portum deductis*. pro iisque militibus Romanis, qui cum eo erant. V. ad 40, 20, 3.

Profectus Apuliam petere intendit] *profectus intendit*, reliquis omissis, Lov. 1. *profectus Apuliam intendit* Lov. 3. *profectus in Apuliam intendit* Hearnii L. 1. *profectus in Apuliam contendit* Lov. 5. Hav. et Brancal. Latinii. *profectus Apuliam contendit* Hafn.

§. 11. *Frustratique aliquamdiu hostem*] Put. *hostis*, caeteri *hostes*. J. FR. GRON. *hostes* etiam omnes mei, cum edd. Frobeniana anni 1535. antiquioribus. Paullo ante *Et ubi inluxit* Flor.

§. 12. *Et ne paucos quidem, qui prima luce*] In scripto codice legitur *et ne passus quidem*. Id *passus* quidam mutavit in *paucos*, quae lectio vulgo recepta est. Ego tamen malim *ipsos. et ne ipsos quidem, qui prima luce obamb.* RHEN. Exercet hic iterum acumen suum nimis patris sui arte pinquefactus censor, interpolans, *et ne ipsos quidem, qui*. Vulgatum tutantur lectionem Pall. 1. 2. et vet. ed. Contra tert. *et ne passus quidem, qui*. GEBH. Omnes mei vulgatum defendunt.

§. 13. *Dum milites ad praedam discurrerent*] Reposuimus *discurrunt*. RHEN. Priorem lectionem servant Lov. 3. 5. Ber. et Gaertn. Reliqui Rhenani emendationem.

§. 14. *Haud procul Venusia hostem adsequitur*] *haud procul Ve-*

Digitized by Google

sequens, haud procul Venusia hostem adsequitur.
15 Ibi quoque tumultuaria pugna fuit. supra duo millia Poenorum caesa. Inde nocturnis montanisque itineribus Poenus, ne locum pugnandi daret, Me-
16 tapontum petiit. Hanno inde (is enim praesidio ejus loci praefuerat) in Bruttios cum paucis ad exercitum novum comparandum missus. Hannibal, copiis ejus ad suas additis, Venusiam retro, quibus venerat itineribus, repetit, atque inde Canu-
17 sium procedit. Numquam Nero vestigiis hostis abstiterat: et Q. Fulvium, quum Metapontum ipse proficisceretur, in Lucanos, ne regio ea sine praesidio esset, arcessierat.

1 XLIII. Inter haec ab Hasdrubale, postquam a Placentiae obsidione abscessit, quatuor Galli equi-

nusiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Neque aliter se in Pal. 1. invenisse, monuit Gebh. ad 24, 28, 1. V. ad 21, 61, 8.

§. 15. *Supra duo millia Poenorum caesa*] *supra XX Poenorum caesa* Flor. Sed iterum notas ∞ et *X* librarius confudit. V. ad 33, 14, 5. *supra XX millia* Lov. 2. Harl. Ber. et Hafn. *supra viginti millia* Gaertn. Hav. et edd. antt. *supra XX millia peditum Poenorum* Voss. Sed vocem *peditum* subjectis notis delendam esse librarius indicavit. *supra tria millia* Lov. 3. 5. Rec. et Hearnii L. 1. quod etiam praeferunt edd. Mediol. anni 1505. et in margine Ascens. anni 1513. *supra XXX millia* Lov. 4. Vulgatum prima exhibuit ed. Aldina. Paullo ante *vò fuit* non adparebat in Hearnii L. 1.

§. 16. *Quibus venerat itineribus, repetit*] *repetiit* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 37, 45, 2. *petit* est in edd. reliquis usque ad Aldum, qui demum *repetit* admisit.

§. 17. *Sine praesidio esset, arcessierat*] *arcessiebat* Flor. Voss. et Lov. 1. 2. *accersebat* Hav.

§. 1. *Postquam a Placentiae obsidione abscessit*] Volumen manuscriptum habet *postquam ad Placentiae obsidionem accessit*. Quam lectionem miror, cur quisquam ausus fuerit mutare, quasi non potuerit Asdrubal, ad obsidionem Placentiae accedens, quam non putabat longi negotii futuram, praemittere equites cum literis ad fratrem. RHEN. Pall. 2. et 3. *ad Placentiae obsidionem accessit*. GEBH. Omnes mei vulgatum vindicant. Iis autem, quam paucis mutantibus, fidem ha-

Digitized by Google

tes, duo Numidae, cum literis ad Hannibalem
missi, quum per medios hostes totam ferme longi-
tudinem Italiae emensi essent, dum Metapontum 2
cedentem Hannibalem sequuntur, incertis itineri-
bus Tarentum delati, a vagis per agros pabulatori-
bus Romanis ad Q. Claudium propraetorem dedu-
cuntur. Eum primo incertis inplicantes responsis, 3
ut metus tormentorum admotus fateri vera coëgit,
edocuerunt, literas se ab Hasdrubale ad Hannibalem
ferre. Cum iis literis, sicut erant, signatis, 4
L. Virginio tribuno militum ducendi ad Claudium
consulem traduntur. duae simul turmae Samnitium 5
praesidii caussa missae. qui ubi ad consulem per-
venerunt, literaeque lectae per interpretem sunt,
et ex captivis percunctatio facta; tum Claudius, non 6

bere malui. Mox *ad Hannibalem cum literis missi* Gaertn. *cum literis missi ad Hannibalem* Flor. Lov. quinque, Harl. et Hav. Deinde *per medium hostem* Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Hav. et edd. vett. usque ad Frob. anni 1535.

§. 2. *Ad Q. Claudium propraetorem deducuntur*] *ad Q. Fulvium* Lov. 5. Deinde *proconsulem* Harl. in contextu, Rec. et Hearnii L. 1. ac D. *proconsulem Romanum* Lov. 3. Paullo ante *populatoribus*, pro *pabulatoribus*, Lov. 4. et Harl. cum una vel altera veterum edd. V. ad 10, 3, 6. At §. seq. *literas ab Hasdrubale*, omisso pronomine *se*, edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 6. *Tum Claudius, non id tempus esse reipublicae ratus*] Hic eleganter inducit Silius Italiam sic alloquentem Neronem [15, 550.]

Clausorum decus, atque erepto
maxima Romae etc.

MODIUS. Pal. 3. *non id tempus esse e republica ratus*. GEBHARDUS.

Provinciae suae quisque finibus] Nam non licebat injussu senatus de provincia exire, et exercitum educere. Postumio consuli a quibusdam negatum fuisse triumphum, *quod injussu senatus ex Samnio*, (provincia sua,) *in Etruriam transisset*, refert Liv. 10, 37. Idem intelligitur ex 28, 42. 29, 7. et 19. 30, 24. 31, 48. et 41, 7. Neque tamen, tum legibus prohibitum fuisse, apparet. Nam nullas de ea re, neque illis locis, neque hic, neque 23, 41, ubi Ap. Claudium ex Sicilia, quae ei provincia erat, in Italiam ad obsidendos Locros trajecisse narrat, memorat Livius. Postea legibus cautum fuisse, ne liceret, docet Cic. in Pison. 21. *Mitto exire de provincia, educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum in-*

Digitized by Google

id tempus esse reipublicae ratus, quo consiliis ordinariis provinciae suae quisque finibus per exercitus suos cum hoste destinato ab senatu bellum ge-
7 reret, audendum aliquid inprovisum, inopinatum, quod coeptum non minorem apud cives, quam hostes, terrorem faceret, perpetratum in magnam
8 laetitiam ex magno metu verteret; literis Hasdrubalis Romam ad senatum missis, simul et ipse Patres

jussu populi aut senatus accedere, quae cum plurimae leges veteres, tum lex Cornelia majestatis, Julia de pecuniis repetundis planissime vetant. Et Dio 39. p. 116. quo loco de Ptolemaeo rege Aegypti a Gabinio praeside Syriae in regnum reducto agit. Quando autem et a quibus latae fuerint veteres illae leges, quas dicit Cicero, non constat: sed verosimile est, jam pluribus factis provinciis, quae suum quaeque praesidem habebant, latas fuisse. Nam senatus, provincias decernens, simul suos cuique fines designabat. Sed quum nihilominus multi, spreta senatus auctoritate, finibus provinciae suae egredi auderent, eorum sive gloriae, sive praedae cupiditas legibus coërcita fuisse videtur. DÜK. Nondum hoc tempore lege cautum fuisse, ne quis sponte de provincia, quam sortitus erat, in alienam transiret, clarissime etiam patet ex Livii 36, 39. ubi tribunus plebis P. Scipioni, qui Bojis devictis triumphum petebat, honorem hunc differendum censet, quia, hostibus in sua provincia subactis, *neque ipse cum victore exercitu in agrum Ligurum transierat, neque partem copiarum Q. Minucio miserat, qui ibi dubio detinebatur bello.* cui cap. seq. respondens Scipio itidem nullam legis, qua id facere prohibebatur, mentionem facit.

§. 7. *Audendum ac novandum aliquid*] Pal. 1. *audendum aliquid improvisum.* tert. *audendum ac innovandum aliquid improvisum.* GEBH. Media duo verba nullis in Gallic. non in uno Pal. non in Voss. conspicua sunt. J. FR. GRON. Vulgatum in solis est Lov. 4. Ber. et Gaertn. *audendum aliquid ac novandum* legit Lov. 5. Sed vocabula *ac novandum* ejiciunt Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. Harl. aliique meorum cum Hearnii N. Eadem etiam suos codd. ignorare, fatetur Crevier. Quum tamen aliquid ad sententiae vim adjicere, et ad rem praesentem accommodatissima esse putet, non nimium scriptis, etiam numero et bonitate non contemnendis, credendum monet. At, pace viri doctissimi, dixisse liceat, me nondum videre, quid ad sententiae vim adjiciant, quamvis verum sit, sensui non repugnare. Pro glossemate igitur habenda censeo. Mox *inopinatumque* edd. principes ante Frob. anni 1535. quae copulam recepit. Ejus autem vel additae, vel elisae caussa esse potest sequens *quod.*

§. 8. *Simul et ipsos Patres conscriptos, quid pararet, edoceret*] Scripsimus exemplaris scripti fidem sequendo *simul et ipse Patres conscriptos, quid paret, edocet.* Demiror, quid hic castiganti in mentem venerit, ut, quae Latinis-

Digitized by Google

conscriptos, quid pararet, edocet, ut, quum in Umbria se obcursurum Hasdrubal fratri scribat, legionem a Capua Romam arcessant; delectum Ro- 9
mae habeant; exercitum urbanum ad Narniam hosti obponant. Haec senatui scripta. Praemissi item 10
per agrum Larinatem, Marrucinum, Frentanum, Praetutianum, qua exercitum ducturus erat, ut omnes ex agris urbibusque commeatus paratos militi

sime dicta sunt, melius dicere voluerit. RHEN. Omnes libri, *quid pararet, edocet*. GEBH. Omnes *simul et ipse Patres conscriptos, quid pararet, edocet*. quod mutaverat Rhenanus. J.FR.GRONOV. Non bene procedit haec oratio: *simul et ipse, quid pararet, edocet, ut* etc. *arcessant* etc. *habeant* etc. *opponant*. Familiare quidem Livio est ἀσύνδετον, sed hic durissimum, praesertim praecedente *simul*. Fortassis legendum est, *edocet, et ut, quum in Umbria* etc. vel *edocet, et, quum in Umbria* etc. *arcessant* etc. in quo suppleri potest *monet*, vel aliud sententiae conveniens verbum, quae non insolens ellipsis est. 9, 2, 2. *Pecora haud procul Romanis pascere, jubet praesidiis; ubi inciderint in praedatores, ut idem omnibus sermo constet*. 21, 49, 7. *Missi, qui suos ad curam custodiae intenderent: ante omnia Lilybaeum teneri ad apparatum belli*. In uno scripto Hearnii est *edocet: monet, ut* etc. ubi *monet* pro glossa habeo. DUK. *ipsos*, pro quo Rhenanus *ipse* recte reponit, retinent Ber. et Gaertn. Reliqui emendationem ejus probant. Contra vero *pararet*, cujus loco *paret* idem Rhen. substituit, omnes mei tuentur: ex omnibus autem Hearnii Oxonn. unus tantum N. cum ipso facere notatur. Deinde *edocet, monetque, ut, quum* etc. Ber. a m. 1. *edocet, monet, ut, quum* a m. 2. cum Lov. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. quod recte Cel. Dukero displicuit. Nihil mutandum puto. Hanc ob caussam Patres conscriptos edocet, quid ipse pararet, ut etc. arcessant, etc. habeant, etc. opponant. Livium saepius verba sine copula junxisse, vidimus ad 9, 22, 6.

§. 9. *Delectum Romae habeant*] Tutandae urbis caussa, cui una legio Hostilii Tubuli non sufficere videbatur. nam plerumque duae legiones ad praesidium urbis scribebantur. DUK. *dilectum* Flor. Lov. 1. 3. a m. 1. et Gaertn. V. ad 37, 51, 7.

§. 10. *Praemissi inde per agrum Larinatem*] Reposuimus *Praemissi item per agrum Larinatem*. RHEN. Pall. 1. et 2. *Praemissi inde nuntii per agrum Larinatem*. tert. *Praemissi inde per agrum*. GEBH. *Praemissi per agrum* Hearnii L. 1. *Praemissi inde per agr.* Ber. et Gaertn. *Praemissi item per agr.* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Hav. quod reduxi. Non aliud enim Put. velle videtur, in quo errore librarii *Praemissi item* legi, auctor est Cl. Sallier. αὐτόπτης. J. Fr. Gronov. anno 1665. edidit *Praemissi autem*, incertum qua auctoritate, quum in notis mutatae lectionis rationem non reddiderit. Certe eam scripturam in meis non reperi: eam-

Digitized by Google

ad vescendum in viam deferrent, equos jumentaque alia producerent, ut vehiculorum fessis copia
11 esset. Ipse de toto exercitu civium sociorumque, quod roboris erat, delegit, sex millia peditum, mille equites: pronunciat, occupare se in Lucanis proximam urbem Punicumque in ea praesidium vel-
12 le; ut ad iter parati omnes essent. Profectus nocte flexit in Picenum. Et consul quidem, quantis

dem tamen Doujatius, Hearnius, et Crevierius servarunt. In edd. Jac. Gronovii operarum errore, ut credibile est, excuditur *Praemissa autem*. Verum, quum hujus lapsus in erratis mentio facta non sit, Joh. Clericus, qui se diligentissime ed. J. Fr. Gronovii secuturum lectori pollicitus erat, aberrationem typographicam, in editione Jac. Gronovii commissam, religiose servavit.

Per agrum Larinatem, Marrucinum, Ferentanum, Praeputianum] Quidam *Ferentinum* emendarunt. sed male, si Plinio credimus, qui l. 3, 11. *Frentanos* hos vocat populos. Ita etiam Ptolemaeus, qui Larinum oppidum iis adscribit. Idem Plinius c. 13. ejusdem libri *Praetutianum agrum* prope Picenum ponit. Ptolemaeus *Praegutios* eos populos vocasse videtur. *Praetutianum* igitur legendum, non *Praeputianum*. l. 22, [9.] etiam hujus itineris facta est mentio. GLAR. Vet. lib. *Ferentanum*. Supra [9, 16, 1.] ostendi, legendum esse *Frentanum*. SIG. Pal. pr. *Praetutilianum*. sec. *Praeturianum*. tert. et prisca ed. *Ferentinum*, *Praeputianum*. GEBH. Hearnius auctor est, se *Maruncinum* in L. 1. *Manruncinum* in D. invenisse. Tum *Ferentanum* Flor. Voss. Lov. 2. 4. et Gaertn. *Ferrentanum* Lov. 1. et 3. *Ferentinum* Lov. 5. Ber. Hav. et edd. antt. Sed recte Glar. et Sigon. *Frentanum*. V. supra ad l. laud. Deinde *Praeturanum* Lov. 4. *Praeturianum* Gaertn. *Petulianum* Hav. *Praetulianum* Lov. 2. et Harl. *Praetucilanum* Lov. 5. *Praetutilianum* Flor. Voss. et Lov. 1. ac 3. *Praeputianum* Ber. cum priscis edd. pro quo Moguntini jam *Praetutianum* diu ante Glarcanum substituerunt. Mox *deducturus exercitum* ed. Parm. *ducturus exercitum* reliquae edd. ante Aldum.

§. 11. *Delegit, sex millia peditum et mille equites*] Expunximus *et*. RHEN. Soli eam voculam servant Ber. et Gaertn. Reliqui expungenti Rhenano consentiunt. Deinde *X equites* Flor. et Voss. *X equitum* Lov. 5. et Hearnii D. Sed v. ad 33, 14, 5. *mille equitum* Lov. 2. Livium saepe ita loqui, certum est. V. ad 21, 61, 1. Verum, hic aliter locutum esse, tot ostendunt codd. et inter eos optimi, *equites* servantes. *octingentos equites* Hav.

§. 12. *Flexit in Picenum*] *Picenum* regio ad Umbros, Anconam usque tensa, in hanc tandem ventum. At Picentes, vicini Lucanis ac Hirpinis, ab alteris originem duxere, ut refert Strabo l. 5. ad finem. Hic vero Livius vel *Picenum* accipit pro Picentibus, si fortassis vetus nomen his mansit, vel potius *flexit in Pi-*

Digitized by Google

maximis itineribus poterat, ad collegam ducebat, relicto Q. Catio legato, qui castris praeesset.

XLIV. Romae haud minus terroris ac tumultus 1
erat, quam fuerat biennio ante, quum castra Punica objecta Romanis moenibus portisque fuerant. neque satis constabat animis, tam audax iter consulis laudarent vituperarentne. Adparebat (quo 2
nihil iniquius est) ex eventu famam habiturum. *Ca-*

cenum, hoc est, iter arripuit, quod non in Lucanos, ut exclamari jussit, sed in Picenum ducebat, etiamsi id adhuc longe distabat. Verum paulo ante populi, per quos eundum erat, enumerati sunt: ergo in Picenum tandem, ut dixi, ventum est. GLAR. Id est, ut in Picenum tenderet. SIGON.

Q. Tatio legato] Vet. lib. *Q. Catio*, quod probo. Supra enim [c. 6.] *Q. Catium* quoque aedilem curulem nominavit. SIG. Fuerat aedilis plebis, non curulis, supra c. 6, 19. DUKERUS. Priscam lectionem *Q. Tatio* servant Lov. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Q. Tacio* Lov. 2. *Q. Cassio* Hav. *Q. Cautio* Harl. *Q. Catio* Flor. et reliqui mei. Similiter Pighius legit in Ann. ad ann. IOXXXIII. p. 138. V. etiam Sigon. ad 28, 45, 12. Paullo ante *quantis maximis itineribus poterat*, pro *poterat itineribus*, Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Gaertn. Hav. Ber. et edd. ante Froben. anni 1535. *quantum maximis itineribus poterat* Lov. 2. *quantum maxime itineribus poterat* Harl. Sed *quantis maximis*, auctoribus plerisque et optimis codd. servandum. Vide ad 7, 9, 8. et 9, 10, 10.

§. 1. *Romae non minus terroris ac tumultus erat, quam fuerat biennio ante*] Pro *non*, quidam *haud* reposuerunt. At id pusillum. Caeterum cum Hannibal ante urbem fuerit anno octavo hujus belli, atque hic sit annus duodecimus, quis non vidit legendum *quadriennio*, pro *biennio?* GLAR. *quadriennio* legendum esset, nisi extremos annos omissos esse intelligeremus. Id enim factum est anno DXXXIX. SIG. Iterum Silius [15, 580.]

At Roma adversi tantum mala gliscere belli etc.

MOD. Vera est Glareani censura. Nam, secundum ipsius Sigonii chronologiam, Hannibal ad urbem Romam accessit anno V. IOXXXIX. nunc autem agebatur annus IOXLIII. Jam vero omitte extremos annos, et non *biennium*, sed *triennium*, remanet. Inprovide igitur Doujatius Sigonio adsentitus est. Contra recte Crevierius sententiam Glareani adoptavit, licet eum non nominet, et vitium potius librariorum esse credidit, quam Livii in re tam clara tamque recenti incuriam. Mox *neque satis constabat, animum tam audacis consulis laudarent* Lov. 2. *neque satis constabat animis, tam audacem consulem laudarent* Hafn.

§. 2. *Quod floris fuerat*] Antiqua lectio *quod floris fuerit:* quae quum melior sit, et nos eam secuti sumus. RHEN. Nisi fallor, *fuerit* est in Flor. Cant. et Lov.

Digitized by Google

stra prope Hannibalem hostem relicta sine duce cum exercitu, cui detractum foret omne, quod roboris, quod floris fuerit; et consulem in Lucanos ostendisse iter,
3 *quum Picenum et Galliam peteret, castra relinquentem nulla alia re tutiora, quam errore hostis, qui ducem*
4 *inde atque exercitus partem abesse ignoraret. Quid futurum, si id palam fiat? et aut insequi Neronem, cum sex millibus armatorum profectum, Hannibal toto exercitu velit, aut castra invadere, praedae relicta, sine*
5 *viribus, sine imperio, sine auspicio?* Veteres ejus belli clades, duo consules proximo anno interfecti terrebant. *Et ea omnia accidisse, quum unus imperator,*

4. Reliqui *fuerat* praeferunt. Sed alterum probo.

§. 3. *Qui ducem inde atque exercitus partem abesse ignoraret*] Scripsimus *abisse*. RHEN. *abiisse* Lov. 3. *abesse* servant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Saepe *esse* et *isse*, *abesse* et *abisse* in Mstis confunduntur. V. ad 2, 31, 11. c. 41, 4. 3, 38, 11. c. 49, 6. c. 61, 4. 10, 38, 10. 25, 14, 11. Adde viros doctos ad Ovid. 1. Am. 7, 2. N. Heins. ad Ovid. 2. Met. 78. Barth. ad Statii 1. Theb. 474. Cel. Burm. ad Calpurn. Ecl. 2, 99. et quae notavi ad Silii 15, 151. Hoc loco et *abesse*, et *abisse* commodum sensum praebent; verius itaque est, ut tot codd. fide nisam lectionem revocemus.

§. 4. *Sine imperio, sine auspicio*] Quia imperium auspiciumque consulis erat, qui discesserat. SIGON.

§. 5. *Et eo omnia accidisse*] Repone ex optimis *Et ea omnia*. J. FR. GRON. Error est ex ultima Gruteri ed. per quasdam recentiores propagatus. Quemadmodum autem Gronov. emendat, non modo optimi, verum etiam omnes codd. omnesque priores edd. exhibent. Mox *Punica bella*, trajectis dictionibus, Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. et Gaertn. cum edd. ante Aldum.

§. 6. *Per tot in Hispania annos Romano exercitum bello*] Pal. 2. *per tot annos in Hispania Romano exercitum bello, duobus exercitibus*. Pro *exercitum* Pal. 1. et vet. ed. exhibent *exercitatum*. GEBH. Cantabr. *exercitatum*. Quod ego, licet invitis forte aliis membranis, esse auctoris censeo potius, quam vulgatum. 29, 30, 9. *Prudentia inter Romana et Punica arma exercitati ducis*. 36, 17, 6. *Rex ille bellicosissimus, exercitatus jam inde ab juventa finitimis Thracum bellis*. 39, 1, 4. *Asperius paulo iter in Thracia et exercitatior hostis*. JAC. GRON. *exercitatum bello* etiam Flor. Voss. Lov. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Brancal. Latinii, Doujatii Colbert. Hearnii L. 1. omnesque edd. ante Froben. anni 1535. quin et, Put. eamdem

Digitized by Google

unus exercitus hostium in Italia esset: nunc duo bella Punica facta, duos ingentes exercitus, duos prope Hannibales in Italia esse. quippe et Hasdrubalem, patre eodem Hamilcare genitum, aeque inpigrum ducem, per tot in Hispania annos Romano exercitatum bello, gemina victoria insignem, duobus exercitibus cum clarissimis ducibus deletis. Nam itineris quidem celeritate ex Hispania et concitatis ad arma Gallicis gentibus multo magis, quam Hannibalem ipsum, gloriari posse. quippe in iis locis hunc coëgisse exercitum, quibus ille majorem partem militum fame ac frigore, quae miserrima mortis genera sunt, amisisset. Adjiciebant etiam

6 7 8 9

lectionem firmare, de ejus scriptura consulenti respondit Cl. Sallier. Cum Crevierio itaque, quia ita quoque in omnibus suis invenit, *exercitatum* recepi. Cic. pro Font. 14. *Usu bellorum gerendorum, inprimis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitatus.* Ita nunc ex Mstis editum; olim vulgatum fuerat *exercitus*. Solent autem hae voces saepe in Mstis commutari. V. ad 1, 56, 3. 5, 3, 1. Casaub. ad Sueton. Tib. 6. Cortium ad Sall. Jug. 71. et Cel. Dukerum ad Flori 1, 3, 2. Plures similes hujusmodi errores v. ad 10, 37, 2. Insuper vox *annos* deest in Flor. Voss. et Lov. 1. Deest etiam in Lov. 2. verum hic simul legit *per totam Hispania Romano*. Eadem voce trajecta, *per tot annos in Hispania* exhibent Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. Paullo ante *to ducem* exsulat ab Lov. 3.

Gemina victoria insignem] P. et Cn. Corneliis interfectis in Hispania. SIG. Haec verba, quae in Pal. 2. deesse Gebh. ad verba praesedentia notavit, in omnibus nostris exstant.

Duobus exercitibus cum clarissimis ducibus deletis] Pal. sec. *cum duobus ducibus deletis*. tert. *cum duobus clarissimis ducibus deletis*. GEBH. *duobus ducibus cum clarissimis exercitibus deletis* Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum.

§. 7. *Concitatis ad arma Gallicis gentibus*] Vet. lib. *et concitatis ad arma*. SIG. Voculam additam ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Ber. a m. 1. cum Hearnii L. 1. Contra Flor. aliique eam adoptarunt. Praeterea *excitatis* Gaertn. reliquis invitis. In verbis praecedentibus vir doctus ad marginem ed. Curionis scribendum conjecit *jam itineris quidem celeritate*, pro *nam*. Sed vulgatum in omnibus libris superest.

§. 9. *Haud cum ignoto duce C. Nerone congressurum*] Hac de re scripsit lib. priore [c. 17.] SIG. Put. *haud cum ignoto cum duce C. Nerone*. Dele prius *cum*, aut scribe *haud jam ignoto cum duce*. J. FR. GRON. Lectio haec primum apud Ald. apparuit. Omnes priores ediderunt *haud cum ignoto eo*

Digitized by Google

periti rerum Hispaniae, *haud cum ignoto duce C. Nerone congressurum: sed quem in saltu inpedito deprehensus forte, haud secus quam puerum, conscribendis*
10 *fallacibus conditionibus pacis frustratus elusisset.* Omnia majora etiam vero praesidia hostium, minora sua, metu interprete, semper in deteriora inclinato, ducebant.

1 XLV. Nero, postquam jam tantum intervalli ab hoste fecerat, ut detegi consilium satis tutum esset, pau-
2 cis milites adloquitur. Negat *ullius consilium imperatoris in speciem audacius, re ipsa tutius fuisse, quam suum.*
3 *Ad certam eos se victoriam ducere. quippe ad quod bel-*

duce C. Neronem: quod in uno Gaertn. inveni. *Neronem* etiam servant Brancal. Latinii, Lov. 2. 4. et Ber. a m. 1. Aldo proximi *haud cum ignoto duce Claudium Neronem* vulgarunt. *Claudio Nerone* est in Lov. 5. *haud cum ignoto eorum duce C. Nerone* in Hearnii L. 1. Forte ex hujus, sed inprimis Put. vestigiis scribendum *haud cum ignoto eum duce C. Nerone congressurum.* Quod etiam Cl. Crevierio in mentem venit. Solent autem voculae *cum* et *eum* passim in Mstis confundi. V. ad 4, 19, 2. et 10, 7, 3.

In saltu inpedito deprehensus] *in alio inpedito* Flor. Voss. et Lov. 2. *in loco in quo deprehensus* Hafn. *in loco inpedito* Voss. in marg. Lov. 1. et Hav. Male. Supra 26, 17, 4. *Hujus saltus fauces Nero occupavit. Hasdrubal, ne in arte res esset*, etc. V. etiam Front. 1, 5, 19.

§. 10. *Metu interprete, semper in deteriora inclinato*] *Tò inclinato* citra sententiae damnum abesse poterat. Statius haec respexit 3. Theb. 5. *tunc omnia versat Pessimus in dubiis augur timor.* Infra 29, 3, 9. *Omnia in majus metu augente accipiebant.* GEBH. *in deteriora inclinante* Brancal. Latinii.

§. 1. *Nero, postquam jam tantum intervalli*] *Tò jam* rejicit Pal. 1. Sed tert. *Nero jam postquam tantum intervalli.* GEBH. Particula *jam* abest etiam a Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. et Hav. Sed intercepta est ab ultimis literis vocis praecedentis. V. ad 38, 4, 7. Mox §. seq. *ad speciem audacius* edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 3. *Ad certam eos se victoriam ducere. quippe ad quod bellum*] Pal. 2. *Ad certamen eos se, ad victoriam ducere. ad quod bellum* etc. GEBHARDUS.

§. 4. *Nam, ne ante audiretur, daturum operam*] Scribe *audiatur.* RHEN. Sic [*audiatur*] jubet Rhenanus. At Put. omnesque Gall. et Voss. *audiretur.* J. FR. GRON. Cum Rhenano facit Hearnii D. cujus reliqui codd. ut et omnes mei alteram scripturam tuentur.

Alterum consulem et alterum ex-

Digitized by Google

lum collega non ante, quam ad satietatem ipsius peditum atque equitum datae ab senatu copiae fuissent majores instructioresque, quam si adversus ipsum Hannibalem iret, profectus sit, eo ipsos, quantumcumque virium momentum addiderint, rem omnem inclinaturos. Auditum modo in acie (nam, ne ante audiretur, daturum operam) alterum consulem et alterum exercitum advenisse, haud dubiam victoriam facturum. Famam bellum conficere, et parva momenta in spem metumque inpellere animos. Gloriae quidem ex re bene gesta partae fructum prope omnem ipsos laturos. Semper, quod postremum adjectum sit, id rem totam videri traxisse.

4 5 6

ercitum advenisse] Priora tria vocabula praecisa sunt in prisca ed. Pal. 3. *et alterum consulem advenisse*. GEBH. Eadem priora tria vocabula desunt quoque in Ber. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. cui errori vocis *alterum* repetitio occasionem dedit. V. ad 9, 11, 11. *alterum consulem, alterum exercitum*, omissa copulativa, Hav.

§. 5. *Famam bellum conficere*] Senec. epist. 13. *Plerumque enim suspicionibus laboramus, et inludit nobis illa, quae conficere bellum solet, fama.*

Gloriae quidem ex re bene gesta partae fructum prope omnem ipsos laturos] Vet. ed. et Pall. 2. 3. *Gloriae quidem ex re bene gesta partem*: recte amplius secundus *fructumque omnem ipsos laturos*. Pal. vero 1. *Gloriae quidem ex re bene gestae pares*. GEBH. Scripti *partes*, *pares*, *partem*: quod postremum editiones ab Andrea ad Moguntinos. Aldus primum *parte*, Juntas *partae*. Sed videtur legendum *speratae*. J. FR. GRON. Haud scio, an non necessaria sit emendatio: quia gloriae, quae adhuc speratur, vel nullus, vel certe non magnus, fructus est; sed, ut aliarum rerum jam partarum, ita etiam gloriae jam partae. Cic. pro Marc. 1. *Ille quidem fructum omnis ante actae aetatis hodierno die maximum cepit*. Et pro Archia c. 10. *Si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi, quam ex Latinis*. id est, ex facultate jam parta Graecorum versuum faciendorum. Nec obest, quod *gloria parta* dicitur, quae adhuc sperabatur: nam hic est frequens usus perfecti, quemadmodum etiam in eo, quod dicit *ex re bene gesta*, id est, si res bene gesta fuisset: de quo non dubitabat Nero, qui jam certam victoriam animo praesumserat. Sed et *partae* propius accedit ad scripturam MSS. quam *speratae*, et *parere gloriam*, *laudem* usitatissima sunt. Liv. 3, 70, 15. *Qui Sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant*. Phaedr. Prol. l. 5. *Mihi parta laus est*. DUK. Mei etiam *partem*, *parem*, *parles*, *pares* praeferunt. *partae* autem

Digitized by Google

Cernere ipsos, quo concursu, qua admiratione, quo favo-
7 *re hominum iter suum celebretur.* Et, Hercule, per instructa omnia ordinibus virorum mulierumque, undique ex agris effusorum, inter vota et preces et laudes ibant; illos praesidia reipublicae, vindices urbis Romae imperiique adpellabant: in illorum armis dextrisque suam liberûmque suorum salutem ac li-
8 bertatem repositam esse. Deos omnes Deasque precabantur, ut illis faustum iter, felixque pugna, matura

non ex Juntina natum est, sed Aldina, quae quidem in contextu edidit *parte*, sed in erratis *partae* emendavit. Recte autem Cl. Dukerus non unam ob caussam vulgatum adversus Gronov. tuetur, quod etiam Jac. Gronov. ad 31, 7, 1. servari, et *partae* exponi posse docet, quae pareretur, pariendae. Praeterea *fructum prope omnes ipsos laturos* Ber. et Branc. Latinii; quod pertinet ad illos scribarum errores, de quibus v. ad 6, 3, 8.

§. 7. *Inter vota et preces et laudes ibant*] Scribe *inter vota ac preces*. Item *liberorumque*, pro *et liberorum*. RHEN. Prisca lectio *inter vota et preces* est in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Deinde *vindices urbis Romanae* iidem codd. cum Lov. 1. et 4. V. ad Epit. Liv. 49. Insuper *suam liberorum suorum* Flor. *suam et liberorum suorum* Lov. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *suam et liberûm suorum* Lov. 2. 4. et Voss. V. ad 22, 22, 5.

§. 8. *Deos Deasque precabantur, ut illis faustum iter, felixque pugna*] Reposuimus *Deos omnes Deasque*. et *felix pugna*, pro *felixque pugna*. item *damnarenturque*, pro *et damnarentur*. RHEN. Sine copula Pal. 2. et 3. *faustum iter, felix pugna*. GEBH. *Deos Deasque precabantur* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. a m. 1. et Gaertn. *Deos omnes precabantur* Cant. *Deos omnes Deasque* reliqui codd. Tum *felixque pugna* apud me superest in omnibus Msstis. Verum vel cum Rhenano τὸ *que* expungendum est, vel legendum *faustum iter, felixque pugna, et matura ex hostibus victoria*. De hac compositione Livio familiari v. ad 2, 31, 1. et 5, 17, 9. Tandem *et damnarentur* servant Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Flor. a m. 2. quum a prima *et dampnarenturque* in eo exaratum fuisset.

§. 9. *Laeti ovantibus victoria obviam irent*] *laeti ovantibus victoriam* Flor. et Gaertn. *laeti victoriam* Voss. Lov. 1. Gaertn. et Hav. *laeti victoria* Lov. 2. 5. *laeti victoribus* Voss. in marg. Nihil muto. Supra 1, 11, 2. *Duplicique victoria ovantem Romulum Hersilia conjunx orat*. Illud *victoriam* ab indoctis librariis datum est, ut conveniret terminatione cum sequenti *obviam*. V. ad 6, 3, 8. *laeti victoria ovantibus* Lov. 3.

§. 10. *Offerre, et fatigare precibus*] Volumen scriptum habet *flagitare precibus*. nec displicet

Digitized by Google

tura ex hostibus victoria esset: damnarenturque ipsi votorum, quae pro iis suscepissent. Ut, quemad- 9
modum nunc solliciti prosequerentur eos, ita paucos post dies laeti ovantibus victoria obviam irent. Invitare inde pro se quisque, et obferre, et fati- 10
gare precibus, ut, quae ipsis jumentisque usui essent, ab se potissimum sumerent. benigne omnia cumulata dare. Modestia certare milites, ne quid 11
ultra usum necessarium sumerent: nihil morari, nec ab signis absistere cibum capientes: diem ac no-

ea lectio. *Fatigare* infra usurpat, quum inquit [c. 50, 5.] *Matronae, per omnia delubra vagae, supplicitis votisque fatigavere Deos.* RHENAN. Vet. lib. *fatigare precibus.* quod placet. Est enim genus dicendi Livio familiare. SIG. Solus Pal. 3. *flagitare.* At alterum rectius. Infra c. 50. GEBH. *flagitare precibus* etiam Lov. 3. et 4. Id autem dictum esse potest, ut *precibus exposcere, petere, orare.* V. supra ad 1, 16, 3. Verum reliqui omnes codd. servant *fatigare precibus*, idque, ut Sigonius monet, Livio frequens est. Supra 1, 11, 2. *Romulum Hersilia conjunx, precibus raptarum fatigata, orat.* 9, 20, 3. *Quum per aliquot dies fatigassent singulos precibus.* 23, 36, 7. *Inde fatigatus Campanorum precibus Cumas redit.* 35, 35, 3. *Fatigabat precibus, ut auxilia sibi mitterentur.* 42, 18, 6. *Fatigato saepe idem petendo senatu, tandem pervicerunt, ut supplementum sibi ad exercitum daretur.* Justinus etiam similiter loquitur est. Paritor Sallust. V. Cort. ad Jugurth. 66, 2. Jam vero quum tot codd. et inter eos etiam optimi, stent ab hac lectione, ab illa altera Rhenani tantam pauci, quia *fatigare* praeferendum sit, nullus dubitavi.

§. 11. *Nec ab signis absistere cibum capientes*] Pat. Reg. Men. Pal. optimi Florent. Barberin. Voss. *nec ab signis nec subsistere.* In aliis etiam *subsistere*, sed deest *nec.* An fuit? *nec ab signis absistere, nec subsistere cibum capientes, diem ac noctem ire.* Duo enim sunt diversa, excedere ex ordinibus, et subsistere; utramque autem de illis negatum mirificam diligentiam prodit. Caesar 5. de B. Gall. [17.] *Sic uti ab signis legionibusque non absisterent.* Plin. 2, 8. *Ab sole nunquam absistens.* J. FR. GRON. *nec ab signis subsistere* Lov. 3. Harl. Ber. et edd. ante Frobenium, qui anno 1535. id, quod vulgo exstat, substituit. *nec ab signis subsistere* Gaertn. *nec ab signis nec sustinere* Hearnii N. *nec ab signis nec subsistere* Lov. 1. 2. 5. et Hav. Nihil propius esse video, quam quod Gronov. reposuit, et Crevierio etiam placuit.

§. 12. *Nocte clam ingredi melius visum est*] *melius* non est in codice veteri. Nec est hic necessarium: sufficit enim, *Nocte clam ingredi visum est.* RHEN. Vet. lib. *melius visum est.* SIG. Cantabr. *clamitare.* Alii scripti *clamare, clamminare.* Videntur velle *clam*

ctem ire: vix, quod satis ad naturale desiderium
12 corporum esset, quieti dare. Et ad collegam praemissi erant, qui nunciarent adventum, percunctarenturque, clam an palam, interdiu an noctu, venire sese vellet, iisdem an aliis considere castris. Nocte clam ingredi melius visum est.

1 XLVI. Tessera per castra ab Livio consule data erat, ut tribunum tribunus, centurio centurionem,
2 eques equitem, pedes peditem acciperet. neque enim dilatari castra opus esse, ne hostis adventum alterius consulis sentiret: et coartatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat, quod Clau-

intrare, quod ad alterius marginem notatum fuit. 44, 12, 6. *Ipsi obscura nocte simplici ordine intrarunt urbem.* Nisi credamus, eas diversitates esse ludos scribarum, qui, repericntes in primo codice *inare*, (sic intelligo haberi in Puteaneo, infima parte literae *g* recisa vel evanida; an *τὸ di* extent, nescio, sed extare credo) eo usque aberrarunt. JAC. GRON. *Nocte clam movere* Lov. 2. in contextu, pro quo *ingredi* est in margine. *Nocte clamminare* Voss. et Lov. 1. *Nocte clam ingredi in mare* Harl. ubi *in mare* ex aliorum *minare* corruptum est, et ita librarius duplicem lectionem junxit. *Nocte clam inare* Flor. a m. 1. quomodo Gronov. etiam in Put. esse monuit. Verum quum *τὸ di* adscriptum non sit, id neque in Put. adscriptum fuisse verisimile videtur. Vellem, quibus cod. hunc consulendi facultas est, certiora docuissent. Ceterum in Flor. a manu altera inter versus adscriptae sunt literae *tr*, ut indicetur, legendum esse *Nocte clam intrare*, quod clare superest in Lov. 5. et Hav. Ita supra 22, 42, 5. *Cum duobus equitibus vallum intravit.* Huc etiam pertinent multa eorum exemplorum, quae supra laudavi ad 6, 34, 9. Deinde *melius visum est* omnes mei. Paullo ante *venire ad se vellet* Branc. Latinii, qui etiam *consistere castris*, pro *considere*, sollemni scribarum lapsu. V. ad Epit. Liv. 65.

§. 1. *Tessera per castra ab Livio consule data erat*] Sic 7, [35, 1.] *Vigiliis deinde dispositis, ceteris omnibus tesseram dari jubet, ubi secundae vigiliae buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se convenirent.* Polybius item de *tessera*, quam ξυλήφιον et σύνθημα vocat, l. 6, [32. et seq.] agit, id est, de signo nocturnis excubiis dando. Nam Livius his locis pro quocumque signo accipere *tesseram* videtur. SIG. V. Lipsium 5. de Mil. Rom. 9. DUK. Tesserae duplices erant. Alterae erant signa nocturnis excubiis data; alterae erant, quibus imperator militibus indicabat, quid fieri vellet. De utrisque vide, quae notavi ad Silii

Digitized by Google

dianus exercitus nihil ferme, praeter arma, secum in expeditionem tulerat. Ceterum in ipso itinere 3 auctum voluntariis agmen erat; obferentibus sese ultro et veteribus militibus perfunctis jam militia, et juvenibus, quos certatim nomina dantes, si quorum corporis species roburque virium aptum militiae videbatur, conscripserat. Ad Senam castra 4 alterius consulis erant: et quingentos inde ferme passus Hasdrubal aberat. Itaque quum jam adpropinquaret, tectus montibus substitit Nero, ne ante noctem castra ingrederetur. Silentio ingressi, ab 5 sui quisque ordinis hominibus in tentoria abducti,

7, 547. De posterioribus hic agitur.

Ut tribunus tribunum] Tu lege vice versa *ut tribunum tribunus, centurio centurionem.* Nam hujusmodi variationem amant auctores. RHEN. Pal. 1. et prisca ed. *ut tribunus tribunum*, contra atque emendavit Rhenanus. sec. et tert. *ut tribuni tribunos.* GEBH. *tribunus tribunum* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§. 2. *Neque enim dilatari castra opus esse*] Pal. 1. *neque dilatari castra cum opus esse.* sec. negligit τὸ *enim.* GEBH. Eamdem vocem negligunt quoque Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. et Hav.

Facilis futura erat] Scripsimus *facilior futura erat.* Et mox *nihil ferme.* RHEN. *facilis* Ber. a m. 1. *fecilis* Gaertn. Reliqui cum Rhenano facientes *facilior* legunt. Insuper *futura* deest in Harl. *sufficiuerat*, pro *futura erat*, legit Gaertn. Deinde *nihil ferre* Flor. *nihil fere* Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Frobeniana anni 1535. priores. V. ad 37, 38, 5. Mox §. seq. *offerentibus ultro sese et veteribus* Flor. *offerentibus sese ultro ex veteribus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. V. ad 26, 45, 1.

§. 4. *Ad Senam castra alterius consulis erant*] Coloniam, de qua supra [ad Epit. Liv. 11.] Unde in Bruto [c. 18.] *Salinatorem*, ait Cic. *Senensi proelio hostes vovisse.* SIGON.

Quingentos inde ferme passus] Scripsimus, *et quingentos inde ferme passus Asdrubal aberat.* RHEN. Pal. 1. *et quingentos ferme passus inde.* GEBH. Additum a Rhenano *et* ignorant Ber. et Gaertn. Reliqui voculam retinent. Insuper *et quinquentos ferme inde passus* Flor. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hav. *quingentos inde passus ferme* Ber.

§. 5. *Ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria abducti*] Antiqua lectio *abducti.* nec multum refert, de quo alias monuimus. RHEN. Pal. 3. *ab suis quisque ordinis hominibus in tentoria abductis.* GEBH. *ab suis quisque ordi-*

Digitized by Google

cum summa omnium laetitia hospitaliter excipiuntur. Postero die consilium habitum, cui et L. Por-
6 cius Licinus praetor adfuit. Castra juncta consulum castris habebat: et ante adventum eorum, per loca alta ducendo exercitum, quum modo insideret angustos saltus, ut transitum clauderet, modo ab latere aut ab tergo carperet agmen, ludificatus hostem omnibus artibus belli fuerat. is tum in con-
7 silio aderat. Multorum eo inclinant sententiae, ut, dum fessum via ac vigiliis reficeret militem Nero simul et ad noscendum hostem paucos sibi sume-

nis hominibus Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hav. et edd. antt. Vulgatum primum inveni in ed. Mediol. anni 1505. hinc in Ascens. anni 1513. et tum in reliquis. Ejus loco *ab sui quique ordinis hominibus* scribendum conjecit Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii. Sed, nullam mutandi caussam dari, patet ex illis, quae notantur ad 7, 19, 2. Deinde *adducti* fere omnes mei cum Hearnii L. 1. praestat tamen omnino *abducti*, quod J. Fr. Gronov. recepit, et se in Put. et Reg. invenisse monuit ad c. 29, 1. ubi vide. Mox *hospitaliter accipiuntur* Lov. 1. Sed unum hunc testem non audio. V. ad 29, 11, 6.

Consilium habitum, cui et L. Porcius Licinus praetor adfuit] Pall. tres *Licinius*. GEBH. Olim hic edebatur *concilium*, et mox §. 6. ac 12. *concilio*. quibus omnibus locis *consilium* et *consilio* legendum esse, recte Gronov. monuit ad 44, 2, 5. quam lectionem firmant omnes mei, cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Deinde *Licinius* plerique meorum, ut et Hearnii L. 1. et D. Male. V. ad 26, 6, 1.

§. 6. *Modo ab latere aut ab tergo carperet agmen*] *ab latere aut tergo* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. a m. 2. Hearnii L. 1. et edd. antt. pro quo Aldus substituit *aut ab tergo*, consentientibus reliquis. Et recte. Livium enim praepositiones repetiisse, vidimus ad 6, 28, 6.

§. 7. *Multorum eo inclinabant sententiae*] Pall. tres *inclinant*. GEBH. Omnes Gall. Pall. et Voss. *inclinant*. J. FR. GRON. Cum illis faciunt Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

Tempus pugnae differretur] Reposuimus *tempus pugnandi differretur*. RHEN. Gall. et Voss. *tempus pugnae differretur*. illud ab Rhenano. J. FR. GRON. A Gronov. stant omnes nostri, et Hearnii L. 1. ac N. Paullo ante *parvos sibi sumeret dies* Flor. Lov. 2. 3. Harl. et Hav. sollemni scribarum aberratione. V. ad 10, 24, 4.

§. 8. *Sed summa ope orare institit*] Pal. 1. *opera*. Forte verius *summo opere*. Ita 29, 31, 2. exhibet Pal. 3. *Fatti eum magno opere*

Digitized by Google

ret dies, tempus pugnae differretur. Nero non 8
suadere modo, sed summa ope orare institit, *ne consilium suum, quod tutum celeritas fecisset, temerarium morando facerent. Errore (qui non diuturnus futurus esset) velut torpentem Hannibalem, nec castra sua sine duce relicta adgredi, nec ad sequendum se iter* 9
intendisse. antequam se moveat, deleri exercitum Hasdrubalis posse, redireque in Apuliam. Qui prolatando 10
spatium hosti det, eum et illa castra prodere Hannibali, et aperire in Galliam iter, ut per otium, ubi velit, Hasdrubali conjungatur. Extemplo signum dandum, 11

atit. GEBH. *summa opera institit* Harl. et Gaertn. *summa opere institit* Lov. 5. et Ber. a m. 1. *summopere institit* a m. 2. *summa opera rem stetit* Voss. a m. 1. *summa opera restitit* a m. 2. et Lov. 1. Omnium, aut certe plerarumque, harum lectionum fontem indicat scriptura Flor. exhibentis *summa operare instetit* a m. 1. et *summa opera institit* a m. 2. quum potius unica litera adscripta *ope orare* emendandum foret. Nihil itaque muto. *summa ope* infra inlustrabimus ad 45, 13, 3. Verbum *institit* 28, 46, 11.

§. 9. *Nec ad sequendum se iter intendisse*] Delevimus *se*. RHEN. Pronomen id non agnoscunt etiam Ber. a m. 1. et edd. antt. Aldus demum addidit, cui favent ceteri, quos adhibui, codices.

Antequam se moveat, deleri exercitum Hasdrubalis posse, redireque in Apuliam] Vetus lectio *delere*, subaudi *se*. RHEN. Prius, ni fallor, fuit *deleri*, sed subjecit illud [*delere*] Rhenanus, jubetque subaudiri *se*. Atqui verba sunt indigna Nerone consule, ut, ubi alterius consulis, ubi praetoris tantum momentum futurum erat, ibi is sibi attribuat in consilio totam gloriam, et dicat *se posse delere*. Certe sanus hic locus non est. Put. Reg. Men. Voss. consensu *delerique in Apuliam*. Mediorum nulla vestigia. Mitius conciliaremus, *antequam se moveat, debellari posse redirique in Apuliam*. J. FR. GRON. *delere*, quod Rhenanus volebat, soli habent Lov. 2. et Hearnii D. *delerique in Apuliam*, mediis omissis, Flor. Lov. 1. Hav. Colbert. reliqui Hearnii Msti, et omnes Crevier. praeter solum Victor. Sed, illa librariorum culpa excidisse, recte idem Crevier. censet, qui tamen Gronovii *redirique* probat. Doujatius conjicit *deferrique*. Verum, ne quid gravius dicam, pessime. Quid enim erit, antequam Hannibal se moveat, exercitum Hasdrubalis posse deleri, deferrique in Apuliam? Lov. 5. legit *delerique exercitum Hasdrubalis posse, rediri in Apuliam*.

§. 10. *Qui prolatando spatium hosti det*] *protelando* Hav. quod Gebhardus ex conjectura hic restituendum censuit supra ad 7, 21, 2. Sed vide, quae ibi notantur.

§. 11. *Signum dandum, et ex-*

Digitized by Google

et exeundum in aciem: abutendumque errore hostium absentium praesentiumque; dum neque illi sciant cum paucioribus, nec hi cum pluribus et validioribus rem esse.
12 Consilio dimisso, signum pugnae proponitur, confestimque in aciem procedunt.

1 XLVII. Jam hostes ante castra instructi stabant. moram pugnae adtulit, quod Hasdrubal, provectus ante signa cum paucis equitibus, scuta vetera hostium notavit, quae ante non viderat, et strigosiores equos. multitudo quoque major solita visa est.
2 Suspicatus enim id, quod erat, receptui propere

eundum in aciem] *et eundum* Flor. Voss. et Lov. 1. 2. 3. 5. quorum Lov. 2. insuper *in aciem eundum* exhibet. Verum syllaba *ex* a praecedenti *et* elisa est; quod et alibi evenisse, vidimus ad 5, 32, 4. *et ineundum in aciem* Hav. Mox *hostium praesentiumque*, media voce omissa, Flor. Voss. et Lov. 1. 2. 5. quod, in Put. ac Victor. etiam repertum, recte iterum inertiae scribarum tribuit Cl. Crevier. ad cap. praec. Id etiam colligi potest ex Lov. 2. qui, quamvis eam vocem omiserit, tamen in seqq. praefert *dum neque illi, s. absentes, sciant cum paucioribus, hi, s. praesentes, cum pluribus* etc.

§. 1. *Hasdrubal, profectus ante signa*] Poëta [Silius 15, 604.]

At non Asdrubalem fraudes latuere recentum etc.

MOD. Melius Put. et Gall. *provectus*. J.FR.GRON. Unus Gaertn. *profectus*. Reliqui scripti mei, Hearnii Oxonn. et omnes edd. recte *provectus*, quod demum Francof. anni 1578. male in *profectus* mutavit. V. ad 21, 2, 4.

Scuta vetera hostium notavit] *vetera* qui dicere potuit, si jam advenerant? Sed vere vetera videbat scuta, quae antea non viderat; quae etiam *nova* non minus commode dixisset, opinor. GLAR. Frustra Glarcanus in re aperta ac clara difficultatem quaerit. Hasdrubal sagaciter conjecit, novas copias in castra M. Livii advenisse, quia videbat *scuta vetera*, quibus milites jam diu usi fuerant, quae tamen numquam antea viderat. Si autem *nova* fuissent, existimare potuisset, ea pro usu detritis data esse.

Strigosiores equos] Sic Frontin. 1, 2. SIG. V. Victor. 4. Var. lect. 24. Gronov. ad vitam Horatii. DUR. Charis. 1. Inst. Gramm. p. 85. *Strigosi dicuntur corpore macilento*. V. Tennul. ad Front. 1, 2, 9.

Multitudo quoque major solito visa est] Scripti *solita*. J. FR. GRON. *major solito* demum adparuit in Modii ed. Francof. idque apud me superest in Hav. et Flor. a m. 2. Qui a m. 1. ut et reliqui omnes cum Hearnii N. ac D. et edd. prioribus praeferunt *major solita*. Supplendum

Digitized by Google

cecinit, ac misit ad flumen, unde aquabantur: ubi et excipi aliqui possent, et notari oculis, si qui forte adustioris coloris, ut ex recenti via, essent; simul circumvehi procul castra jubet specularique, 3 num auctum aliqua parte sit vallum: et ut adtendant, semel bisne signum canat in castris. Ea 4 quum ordine omnia relata essent, castra nihil aucta errorem faciebant. Bina erant, sicut ante adventum consulis alterius fuerant: una M. Livii, altera L. Porcii: neutris quidquam, quo latius tenderetur, ad munimenta adjectum. Illud veterem ducem 5

autem major solita multitudine. Ita supra Gron. legebat 1, 3, 2. *Quis enim rem tam veterem pro certa adfirmet?* intellige pro re certa. ubi alia vide. Hac ratione olim apud Silium vulgatum defendi 7, 5. *Sed mens humana major*, id est, humana mente major. ubi Barthius ex vestigiis cod. Oxon. legebat, *Sed mente humano major*. V. etiam ad Liv. 8, 9, 10.

§. 2. *Suspicatus id, quod erat*] Pal. 1. *Suspicatus enim id, quod erat*. Mox tertius *et ubi exciti aliqui possent*. Iterum pr. *si quid forte adustioris coloris*. GEBH. Scripti *Suspicatus enim id, quod erat*. Praeterea *si quid forte adustioris coloris, ut ex recenti via, essent*. J. FR. GRON. Illud *enim* non adparet in Lov. 2. Ber. Hav. et Hearnii D. Ceteri nostri cum Hearnii L. 1. et N. eam vocem interponunt. Paullo post *unde adaquabantur* Hav. De quo verbo v. Voss. de Vit. Serm. l. 7. p. 371. Nihil tamen muto. Reliqui enim stant pro vulgato. Deinde *adaquari* vix hujus seculi videtur; certe, me alibi apud Livium legere, non memini, qui tamen simplex *aquari* non semel usurpavit. Supra 22, 44, 3. *Ex minoribus tamen castris liberius aquabantur Romani*. 31, 42, 2. *Turmatim equites aquatum ire et prandere jubet*. 44, 40, 4. *Ex quo* (flumine) *et Macedones et Romani aquabantur*. Tum *ubi excipi aliqui* Lov. 1. Sed vocula *et* excidit ob vocis sequentis syllabam initialem. V. ad 30, 6, 7. Insuper *si quid forte adustioris coloris* Flor. Harl. et Gaertner. Id si placet, *quid* hic iterum post *si* abundabit, de quo supra v. ad 3, 48, 4.

§. 3. *Et ut adtendant, semel bisne signum*] Correximus *et attendant*. Subauditur enim *ut*. RHENAN. Pall. 1. cum antiqua ed. *et ut adtendant*. GEBH. Omnes etiam, quibus utor, codd. τὸ *ut* retinent. Paullo ante *procul* aberat a Voss. Lov. 1. 2. 3. Gaertner. Ber. et edd. antt. quod Aldus primus addidit, cui consentiunt mei ceteri.

§. 4. *Ea quum ordine omnia relata essent*] Τὸ *omnia* deest in Harl. *relata* in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Hav. *omnia ordine relata* legit Ber. *ordine relata omnia* Lov. 2. *ordine omnia exsecuti* Hafn. et Branc. Latinii.

Digitized by Google

adsuetumque Romano hosti movit, quod semel in praetoriis castris signum, bis in consularibus referebant cecinisse. duos profecto consules esse, et, quonam modo alter ab Hannibale abscessisset, ca-
6 ra angebat. Minime id, quod erat, suspicari poterat, tantae rei frustratione Hannibalem elusam, ut, ubi dux, ubi exercitus esset, cum quo castra
7 conlata haberet, ignoraret. Profecto haud mediocri clade absterritum insequi non ausum. magnopere vereri, ne perditis rebus serum ipse auxilium venisset: Romanisque eadem jam fortuna in Italia, quae

Una Livii, altera L. Porcii: neutris quidquam] Correximus *una M. Livii*, addita litera praenominis. RHEN. Literam praenominis *M.* omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. quam tamen reliqui agnoscunt. Licet autem supra ad 4, 49, 1. docuerim, duobus pluribusve memoratis, unius interdum praenomen omitti, hic nihilominus melioribus id Livio addentibus ac Rhenano consentio. Insuper male *neutri* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§. 5. *Adsuetumque Romano hosti*] Libri omnes *assuetumque Romano hoste*. GEBH. In nullo ex meis ea lectio comparet: sed contra uno ore vulgatum tuentur. Nihil itaque innovandum puto. Quamvis enim *adsuetus* recte cum casu sexto jungi concedam, saepe tamen et tertium adsciscit. V. Cl. Duker. ad Livii 10, 17, 10. Mox *in praetoris castris*, pro *praetoriis*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. et Hav. V. ad 36, 19, 2. Mox voces *bis in consularibus referebant cecinisse. duos profecto consules esse* desunt in Lov. 1. sed quatuor tantum posteriores in Flor. Cant. Voss. et Hav.

§. 6. *Cum quo castra conlata habuerit*] Correximus, *cum quo castra collata haberet*. RHEN. Cum Rhenano faciunt edd. Aldina priores: at *habuerat* legit Lov. 5. *habuerit* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. quod etiam Clariss. Crevierius in Put. et Victor. invenit, et revocavit. Hoc enim tempore, quum Hasdrubal haec secum volutabat, non habuisse Hannibalem castra collata cum Nerone, aut cum eo exercitu, quem Nero secum abduxerat. Mox §. seq. *magno opere*, pro *magnopere*, Lov. 3. Ita saepe Livium locutum esse, saepe etiam librarios id in *magnopere* mutasse, infra videbimus ad 28, 18, 4. unum tamen cod. et quidem non primae notae, sequi, temerarium foret.

§. 8. *Signa efferri jussit*] Antiqua lectio *signa ferri jussit*. RHENAN. *efferri* servant Lovel. 2. 4. Ber. et Hav. Reliqui mei stant pro Rhenano, nisi quod *fieri*, eodem tamen adludens, dederit Voss. Solent autem *ferri* et *fieri* passim commutari. V. ad 5,

Digitized by Google

in Hispania, esset. interdum, literas suas ad eum 8
non pervenisse, credere: interceptisque iis, consulem ad sese obprimendum adceleraſſe. His anxius curis, exſtinctis ignibus, vigilia prima dato signo, ut taciti vasa conligerent, signa ferri jussit. In trepidatione et nocturno tumultu duces parum 9
intente adservati, alter in deſtinatis jam ante animo latebris subsedit, alter per vada nota Metaurum flumen tranavit. ita desertum a ducibus agmen primo per agros palatur; feſſique aliquot somno ac vigiliis ſternunt corpora paſſim, atque infrequentia

54, 6. *Ferri signa* autem, ut 2, 49, 3. *Acceptus in medium signa ferri jubet.* 9, 14, 5. *Signa inde ferri jussit, et copias eduxit.* 26, 13, 11. *Ad ipsam urbem Romam infesta signa ferri jussit.* 28, 16, 1. *Praemisso equitatu, signa ferri jubet.* (*41, 3, 8.)

§. 9. *Duces parum intenti iter adservare*] Vitiatus locus est. Legendum autem *duces parum intente adservati.* RHEN. *intente asservati* est ab Rhenano. Vulgo olim *parum intente iter asservare.* Put. *parum inte adservat.* Reg. Pet. Men. *parum iter adservant.* Pal. *parum iter adseverant*, et *asservati.* Valde tamen probabiliter Rhenanus. Bini duces itineris quum minus diligenter adservarentur, aufugere: alter abscondit se in deſtinatis olim latebris; alter Metaurum natatu transiit. ita deſitutum ab ducibus agmen in regione ignota. Veget. 3, 6. *Praeterea debet sub periculo eligendarum viarum duces idoneos scientesque percipere, eosque custodiae mancipare, addita poenae oſtentatione vel praemii. Erunt enim utiles, cum intelligent, nec fugiendi copiam sibi superesse, et fidei praemium, perfidiae parata supplicia.* Haec de sententia Alb. Rubenii. Legendum autem apud Vegetium ex MSS. *sub periculo eligentium, viarum duces.* id est, pro quorum fide caveant, qui eos elegerunt. J. FR. GRON. *parum iter adservant* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. Hafn. et Branc. Latinii. *parum iter aſſeverant* Lov. 5. *parum asseruerant* Hearnii L. 1. *parum intenti iter asservant* Ber. in quo tamen τὸ *intenti* manus altera expunxit. *parum intenti asservari* Gaertn. *parum intente asserva* Harl. *parum inte adservat* Flor. Gronov. in prima ed. not. emendationem Rhenani ferri non poſſe putabat: nam sequentia demonſtrare, non ab exercitu solum, duces non adservante, sed in ipsis quoque ducibus aliquid peccatum, quum alter deſtinatum tenuerit, alter errore vagatus sit: conjiciebat itaque *parum intente iter adservant*, vel *parum itinera servant.* Puto tamen rectius in repetita editione illa omisiſſe.

In deſtinatis jam inde ante animo latebris] Delevimus particulam *inde.* RHEN. Noſtri omnes

Digitized by Google

10 relinquunt signa. Hasdrubal, dum lux viam ostenderet, ripa fluminis signa ferri jubet: et per tortuosi amnis sinus flexusque errorem volvens haud multum processit, ubi prima lux transitum oppor-

respuunt τὸ inde, ut et Rhenanus. J.FR.GRON. In nullo etiam meorum superest, nisi in Ber. a m. 1. Ignorant id quoque Hearnii L. 1. et N. Insuper sequens *ante* similiter omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. et Hearnii L. 1. et N. sed male. Mox *transnatavit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. *transnavit* Gaertn. *tranatavit* Harl. V. ad 21, 27, 5.

Primo per agros palatur] Pall. 2. et 3. *primos per agros*. GEBH. Concinit Gaertn. Sed vox *primo* expungitur in Lov. 5.

§. 10. *Dum lux viam ostenderet, ripa fluminis signa ferri jubet*] Totum hoc ex hoc Silio etiam adscribam, ut multa foeda ex eo menda eluam eodem oleo et opera, qua luci hujus Liviani loci facem accensum eo. Sic igitur ille [15, 615.]

Nox somni genetrix mortalia pectora curis etc.

MOD. Put. Reg. Men. Voss. *lux jam ostendentis signa*. Nusquam *ripa fluminis*, et videtur ex sequentibus effictum. Nam junior Petav. *ostenderet in ipsa fluminis ripa signa*. Conjicio: *ostenderet, statim signa ferri jubet*. Hoc est, imperat, ut, quod teneant iter, id pergant exsequi. Nonius explicat *perseveranter et aequaliter*. Ut in illo Plauti [Amphitr. 1, 1, 84.]

Nec recedit loco, quin statim rem gerat.

Ennius Ajace: *qui rem cum Achivis gesserunt statim*. Vel *dum lux vadum ostenderet, signa ferri jubet*. J. FR. GRON. *dum lux jam ostendentis signa* Flor. Cant. Lov. 1. et Hearnii L. 1. *dum lux jam ostenderet, signa* Hav. *dum dux jam viam ostenderet, ripa fluminis signa* Lov. 2. *dum lux viam jam ostenderet, ripa fluminis signa* Ber. Gaertn. et edd. Aldo priores.

Cum errore volvens haud multum processisset, ubi prima lux transitum opportunum ostendisset, transiturus erat] Et hunc locum procul dubio mendosum hactenus omnes praeterierunt. Nec succurrit codex scriptus. Quis autem unquam absolute legit usurpatum verbum *volvere*, ut hic participium *volvens?* Ego puto legendum *obiens*, pro *volvens*. Deinde verbum *processisset* dividi debet in *processit et*. ut sic legamus: *et per tortuosi amnis sinus flexusque cum errore obiens haud multum processit. et ubi prima lux transitum opportunum ostendisset, transiturus erat*. Porro *obiens* mire huc quadrat, pro circumiens. Nec improbabunt meam conjecturam, qui Latine norunt. Taediosum vero sit narrare, quid scribam deceperit. nos ad caetera festinamus. RHEN. *cum errore volvens* obscure dictum, quomodocunque interpretemur. Suspicor locum corruptum. Multa hic egregie restituit Beatus Rhenanus, obscure etiam dicta, quae praecedunt aliquot versibus. GLAR. Pall. 1. 2. et ant. ed. *et per tortuosi amnis sinus flexusque cum errore volvens haud multum processisset, ubi prima lux transitum* etc. tert. *et per tortuosi sinus amnis flexusque cum errore volvens haud multum proces-*

Digitized by Google

tunum ostendisset, transiturus. sed quum, quantum 11
mare abscedebat, tanto altioribus coërcentibus amnem ripis, non inveniret vada, diem terendo spatium dedit ad insequendum sese hosti.

sisset, nisi prima lux transitum etc. GEBH. Hic primo nihili est illud *errore volvens*, ut recte advertit Rhenanus. Sed quod ille ariolatus *obiens*, pro *volvens*, incassum ei applaudit Glareanus. Legendum enim, unica litera adjecta, cum Put. *errorem volvens*. Id quid sit, ponit ante oculos Latinus Pacatus in Panegyrico Theodosio dicto [c. 38.] *Quin ipsos viae implicabat errores, et nunc dexter, nunc laevus, nunc vestigiis suis obvius, incertum iter uncipiti ambage tenebat.* Lucanus de Pompejo fugiente [8, 4.] *incerta fugae vestigia turbat Implicitasque errore vias.* Sic Sophocles Ajace Lorario βάσιν κυκλοῦν. Sed et recte de verbo *processisset* dubitat Rhenanus: nam in scriptis prorsus est *processit*. Denique in fine periodi τὸ *erat* nemo retinet Gallicanorum. Hinc fortassis haud vane divino, in illis *sinus flexusque quum errorem volvens*, τὸ *quum*, ex particula praecedente natum, Livii non esse, qui scripserat: *et per tortuosi amnis sinus flexusque errorem volvens haud multum processit, ubi prima lux transitum ostendisset, transiturus.* J. FR. GRONOV. *errorem volvens* etiam Flor. quo adludit Gaertn. *errore involvens* praeferens. Deinde *processit*, *sed ubi* Lov. 4. *processit*, *ubi* Flor. qui cum Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. a m. 2. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. ignorat τὸ *erat*. Gronovii itaque emendationem veram puto, in qua nihil conjecturae dedit, nisi quod *quum*, tamquam ex praecedenti *que* perperam repetitum, expunxerit.

§. 11. *Quantum a mari abscedebat, tanto altioribus coërcentibus amnem ripis*] Pal. 1. *quantum mare abscedebat*. sec. *tanto artioribus coërcentibus amnem ripis*. GEBH. *quantum mare abscedebat* omnes Gall. et Pall. Dictum, ut illud apud Valer. Flacc. l. 5. [51.]

— — *heu quantum Phasis, quantum Aea recessit.*

Ita namque legendum, non *Aeta*, vel inde licet colligere, quod iidem inferius eodem libro conjunguntur [vers. 426.]

Barbarus in patriis sectatur montibus Aeam
Phasis amore furens.

Et Strabo l. 1. [p. 21.] expeditionem Argonauticam vocat τὸν Ἰάσονος πλοῦν τὸν εἰς Αἶαν, de Homero: Τοὺς Κόλχους εἰδώς, καὶ τὸν Ἰάσονος πλοῦν τὸν εἰς Αἶαν. Quam vocem etiam restituendam l. 1. legendumque vers. 742.

— — *variis stupet Aea Deorum*
Prodigiis, quatiuntque truces oracula Colchos,

non *Acta*, non *Aeta*, ut olim volui, facile accedo accredoque Nic. Heinsio meo. Porro de verbo *recedere* v. ad Statium c. 40. ubi quem locum Silii de ingenio correximus, ut volueramus, in Oxoniensi codice manu exarato conceptum invenimus. J. FR. GRON. *a mari ascendebat* Lov. 2. *mari abscedebat* Hafn. et Gaertn. *in mare abscedebat* Hav. *mare abscedebat* Flor. Voss. Lov. 1. et Harl. Genus illud loquendi inlustravi ad Silii 3, 157. Vereor tamen, ne poëtica nimis locutio

Digitized by Google

1 XLVIII. Nero primum cum omni equitatu advenit. Porcius deinde adsecutus cum levi armatura.
2 Qui quum fessum agmen carperent ab omni parte incursarentque, et jam, omisso itinere, quod fugae simile erat, castra metari Poenus in tumulo su-
3 per fluminis ripam vellet; advenit Livius peditum omnibus copiis, non itineris modo, sed ad conserendum extemplo proelium instructis armatisque.
4 Sed ubi omnes copias conjunxerunt, directaque acies est, Claudius dextro in cornu, Livius ab sinistro pugnam instruit: media acies praetori tuenda
5 datur. Hasdrubal, omissa munitione castrorum, postquam pugnandum vidit, in prima acie ante signa elephantos conlocat. circa eos laevo in cornu

sit, quam ut Livio convenire possit. Vulgatum etiam simplicius ac clarius Grevierio videtur, qui id in Victor. superesse notat; cui adstipulantur reliqui mei. Omnes etiam codd. quibus utor, *altioribus* servant. *artioribus* itaque, quod in uno Gebhard. invenit, natum est ex errore librarii. Solent autem *altus* et *artus* in Mstis confundi. V. ad 9, 2,8. Mox *ad sequendum sese*, pro *ad insequendum*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2.3. 5. Harl. et Hav.

§. 1. *L. Porcius deinde adsecutus*] Litera praenominis non est in scripto volumine, nec Nero habet. RHEN. Soli Ber. et Gaertn. *Lucii* praenomen Porcio tribuunt. In Flor. tamen inter versus adscribitur. Reliqui ignorant. Rhenano itaque delenti non adversor. Probare tamen nequeo additam rationem; ideo praenomen Porcio non dandum esse, quia nec Nero habet. Certe infra hoc cap. Livius narrat, Hasdrubalem laevo in cornu *adversus Claudium* Gallos obposuisse, dextrum cornu *adversus M. Livium* sibi atque Hispanis sumsisse. V. ad 4, 49, 1.

§. 3. *Non itineri modo*] Hactenus hunc locum perperam intellexerunt omnes, veluti sensus esset, non ad iter solum, sed etiam ad conserendum extemplo proelium Livii consulis copias fuisse instructas. At *modo* nomen hic est, et legi debet *non itineris modo*, hoc est, proficiscentium ritu, qui plerumque arma sua gestant ab humeris suspensa. Vide, quam variat sensum unica litera omissa. Sic rursum Livius 28, [2, 15.] *Signis repente sublatis, fugae magis, quam itineris modo, penitus ad Oceanum et Gades ducit.* RHEN. Primarum edd. lectionem tuetur Hearnii D. At cum Rhenano faciunt omnes mei. V. ad 21, 33, 7.

§. 4. *Media acies praetori tuenda datur*] Pal. pr. *data*. sec. ac tert. *data est*. GEBH. Cantabr.

Digitized by Google

adversus Claudium Gallos obponit, haud tantum eis fidens, quantum ab hoste timeri eos credebat. ipse dextrum cornu adversus M. Livium sibi atque 6
Hispanis (et ibi maxime in vetere milite spem habebat) sumsit. Ligures in medio post elephantos positi; sed 7
longior, quam latior, acies erat. Gallos prominens collis tegebat. Ea frons, quam Hispani tenebant, 8
cum sinistro Romanorum cornu concurrit. dextra omnis acies extra proelium eminens cessabat. collis obpositus arcebat, ne aut a fronte, aut ab latere adgrederentur. Inter Livium Hasdrubalemque in- 9
gens contractum certamen erat, atroxque caedes utrimque edebatur. ibi duces ambo, ibi pars major peditum equitumque Romanorum: ibi Hispani,

data. Et sic solent mutare. Ipse noster statim: *Ligures in medio post elephantos positi*, quum posset *ponuntur*. Ita sequente lib. in distributione provinciarum, c. 10, 18. quum alio modo locutus esset ante, addit: *C. Servilio Siciliu tuenda data*. JAC. GRON. *tuenda data* etiam Flor. Lov. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. *data tuenda* Lov. 5.

§. 5. *Ante signa elephantos collocat*] Scripsimus *locat* ex fide vetusti codicis. RHEN. Ab Rhenano est. Put. *conlocat*. caeteri omnes, ut priores edd. *collocat*. J. FR. GRON. *collocat*, omnes mei, uno excepto Rec. Praeterea *elephantes* Lov. 5.

§. 6. *Et ubi maxime*] Castigavimus *et ibi*, sententia per parenthesin inclusa hoc modo: (*et ibi maxime in vetere milite spem habebat*). RHEN. Praeter Ber. *ubi* servantem, omnes codd. lectionem Rhenani firmant. Paullo ante τὸ *ipse* deerat in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Deinde *sinistrum cornu*, pro *dextrum*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. Ber. et edd. antt. At recte alii dissentiunt. Ex edd. vero prima *dextrum* dedit Mediol. anni 1505. tum Asc. anni 1513. et hinc reliquae.

§. 7. *Ligures in medio post elephantos positi*] In ed. Sigonii prima errore operarum literis trajectis datum est *posiit*. Id in altera, quae vivo adhuc Sigonio anno 1572. prodiit, sive ipse, sive alius emendaturus, non consultis prioribus excusis, substituit *posuit*: quod et illa, quae ipso defuncto anno 1592. publicata est, servavit. Verum omnes scripti et edd. reliquae tenent *positi*: V. Cl. Jac. Gronov. ad §. 4.

§. 8. *Dextra omnis acies extra proelium eminens cessabat*] Per *dextram aciem* intelligendum esse dextrum Romanorum cornu, Perizon. monuit in Animadv. Hist. c. 8. p. 339. Quid autem *eminens?*

Digitized by Google

10 vetus miles peritusque Romanae pugnae, et Ligures, durum in armis genus. eodem versi elephanti, qui primo inpetu turbaverant antesignanos, et jam
11 signa moverant loco: deinde crescente certamine et clamore, inpotentius jam regi, et inter duas acies versari, velut incerti quorum essent: haud dis-
12 similiter navibus sine gubernaculo vagis. Claudius, *Quid ergo praecipiti cursu tam longum iter emensi sumus?* clamitans militibus, quum in adversum col-
13 lem frustra signa erigere conatus esset, postquam ea regione penetrari ad hostem non videbat posse; cohortes aliquot subductas e dextro cornu, ubi sta-

Omnes codd. in hanc lectionem consentiunt, nisi quod *inminens* sit in Harl. Vellem, si Msti permitterent, *eminus cessabat.*

§. 10. *Et signa moverant loco*] Scripsimus *etiam signa.* Mox vero corruptum locum *impotentes jam regi inter duas acies versari*, sic castigavimus *impotentius jam regi, et inter duas acies versari.* id est, impotentius jam regebantur, et inter duas acies versabantur. Hic nobis egregie subvenit volumen scriptum. RHEN. *et signa* Voss. Lov. 1. Ber. et Gaertn. *etiam signa* Lov. 2. 3. 5. et Hav. Reliqui *et jam signa*, quomodo etiam Froben. anno 1535. edidit. V. ad 39, 10, 6. Deinde *inpotentes regi, inter duas acies versari* Voss. neque aliter Lov. 1. nisi quod *inpontes* dederit: τὸ *et* autem omittunt tantum, *inpotentius* servantes, Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertner. et Hav. At reliqui per omnia Rhenano adsentiuntur. Paullo ante *turbaverant ante signa Romanos* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *turbaverunt antesignanos Romanos* Lov. 5.

§. 13. *Subductas e dextro cornu*] *ab dextro* Pal. 3. GEBH. *a dextro cornu* Lov. 4.

§. 14. *In sinistrum hostium latus incurrit*] A Romanis Claudius in dextro, Livius in sinistro cornu, in media acie praetor pugnabat. A Poenis contra Claudium stabant Galli, contra praetorem Ligures ac elephanti, contra Livium Hasdrubal cum Hispanis. Inter Claudium ac Gallos collis oppositus arcebat, ne aut a fronte, aut ab latere aggrederentur, ut ipse tradit author: quae res effecit, ut Claudius post aciem cohortes circumduceret. Sed obscurum est, post quam aciem: non hostium, propter montem; ergo Romanam. Verum sic non *in sinistrum hostium latus* incurrit, sed potius *in dextrum*, atque adeo etiam eorum, qui in dextro cornu Hasdrubalis erant. GLAR. Aut memoriae vitio lapsus est Livius, aut leg. *in dextrum h.* Claudius oppositus erat sinistro hostium cornu, ubi erant Galli. Itaque cohortes post aciem suorum circumduxit, ut

Digitized by Google

tionem magis segnem, quam pugnam, futuram cernebat, post aciem circumducit. et, non hostibus 14
modo, sed etiam suis inopinantibus, in sinistrum hostium latus incurrit: tantaque celeritas fuit, ut, quum ostendissent se ab latere, mox in terga jam pugnarent. Ita ex omnibus partibus, ab fronte, 15
ab latere, ab tergo, trucidantur Hispani Liguresque: et ad Gallos jam caedes pervenerat. Ibi mi- 16
nimum certaminis fuit. nam et pars magna ab signis aberant, nocte dilapsi, stratique somno passim per agros: et, qui aderant, itinere ac vigiliis fessi, intolerantissima laboris corpora, vix arma hu-

invaderet Hispanos, qui in dextro hostium cornu pugnabant, atque ita caesis Hispanis pervenit ad Gallos in sinistrum cornu. Observasse hoc etiam Glareanum video, cujus rei nullam miror Sigonium, qui illius bona et mala alias semper adfert, habuisse rationem. JAC. PERIZ. V. eumdem in Animadv. Hist. c. 8. p. 339. Adde, quae notantur ad 7, 15, 6.

Quum ostendissent se ab latere, mox in terga jam pugnarent. etc.] Exemplar vetus habet, pro *ab latere*, *in latere*, et, pro *trucidantur*, *trucidarentur*. Hoc verbum facit, ut putem, totam periodum sic legendam: *ut*, *quum ostendissent se in latere*, *mox in terga depugnarent*, *ita ut omnibus partibus*, *ab fronte*, *ab latere*, *ab tergo*, *trucidarentur Hispani Liguresque. Et ad Gallos jam caed. p.* Habes nunc perfectam sententiam, quae ante mutila erat et lacera. Mire autem placet verbum *depugnaret*, quod ex vestigiis scripturae reponendum arbitror pro *jam pugnarent*. RHEN. Pal. 1. et 2. *ut*, *quum ostendissent se ab latere*, *mox in terga jam pugnarent*. Pal. 3. in hac periodo respuit *jam*. Proximis verbis Pal. 2. *Ita ex omnibus partibus*, *a fronte*, *a latere*, *a tergo trucidabantur Hispani Liguresque*. Et ita ferme prisca ed. nisi quod *trucidantur*. Reliqui duo Pall. *Ita ex omnibus partibus*. GEBH. Put. et alii *ab latere*. Deinde longe magis placet: *ita ex omnibus partibus*, *ab fronte*, *ab latere*, *ab tergo*, *trucidantur Hispani*, quod et libri servant scripti, prae ignavo illo *ita ut trucidarentur*, quod idem Rhenanus ingessit: praesertim quum proxime praecedat, *ut*, *quum ostendissent* etc. J. FR. GRON. Mfto Rhenani adsensus Recan. *in latere* praefert; idque Hearnius in D. invenit. Ceteri omnes cum Hearnii N. vulgatum tuentur, nisi quod in uno vel altero sit *a latere*. at voces illae neglegentia scribae omittuntur in L. 1. Deinde *in terga jam pugnarent* omnes, quibus usus sum, codd. cui conjectura tentando quid caussae habuerit Rhenanus, non video. *depugnare*, et *depu-*

Digitized by Google

17 meris geſtabant. Et jam diei medium erat, sitisque et calor hiantes caedendos capiendosque adfatim praebebat.

1 XLIX. Elephanti plures ab ipsis rectoribus, quam ab hoſte, interfecti. fabrile scalprum cum malleo habebant: id, ubi saevire belluae ac ruere in suos coeperant, magiſter inter aures positum, ipso in articulo, quo jungitur capiti cervix, quanto maxi-
2 mo poterat ictu, adigebat. Ea celerrima via mortis in tantae molis bellua inventa erat, ubi regendi spem vicissent. primusque id Hasdrubal inſtituerat, dux quum saepe alias memorabilis, tum illa praecipue

gnare cum aliquo apud Livium saepe obcurrunt. Etiam *depugnare adversus aliquem* 4, 49, 14. At, *depugnare in terga* apud Livium me observare, non memini; qui tamen saepe *pugnare in terga* dixit. Ita 10, 36, 6. *Jamque in terga fugientium Samnites pugnabant.* ubi vide. Hanc igitur lectionem praeferendam eſſe, verius puto. Denique *trucidabantur* Lov. 4. et Rec. Sed reliqui *trucidantur*, quod Gronov. praeſtare recte judicavit.

§. 16. *Vix arma humeris geſtabant*] Eſt in scripto *gerebant*. et quid fuit opus hoc mutare? RHENAN. Put. Reg. Men. Voſſ. *geſtabant;* solus Men. *portabant*. Rhenano reddam sua verba: et quid fuit opus illud mutare? J. FR. GRON. *gerebant* solus ex meis Rec. Recte igitur Gronov. id, quod Rhenanus ejecerat, revocavit. Paullo ante *pars magna ab signis aberat* Voſſ. Lov. quinque, Ber. et Hav. cum edd. antiquioribus. V. ad 5, 38, 5.

§. 1. *Ipsa in compage, qua jungitur capiti cervix, quanto maximo poterat ictu, adigebat*] Pal. 1. *ipso in articulo, quo jungitur capiti cervix.* sec. *ipso in articulo, quo jungitur capiti cervix, in compage poterat ictu adhibebat.* GEBH. Omnes Gall. et duo Pall. *ipso in articulo, quo jungitur capiti cervix.* Seneca de Provid. c. 6. *Et cum articulus ille, qui caput collumque committit, incisus est, tanta illa moles corruit.* J. FR. GRON. Ita etiam Flor. omnesque reliqui, exceptis Lov. 4. Rec. et Gaertn. qui alterum servant. *vertebram, quae caput a cervice diſterminat*, vocat Amm. Marc. 25, 1. Ubi Hasdrubali Hannibalis fratri idem inventum adscribit. V. ad eum locum Vales.

§. 2. *Ubi regendi spem vi vicisse*] Legendum *ubi regendi spem vicissent*, subaudi *elephanti*. Quia mox praecedit *bellua*, quidam in ed. Asulanica mutaverat id in *vicisset*. RHEN. *ubi regendi spem vi vicisset* editiones pleraeque.

Digitized by Google

cipue pugna. Ille pugnantes hortando, pariterque 3
obeundo pericula, sustinuit: ille fessos abnuentes-
que taedio et labore, nunc precando, nunc casti-
gando, accendit: ille fugientes revocavit, omissam-
que pugnam aliquot locis restituit. postremo, quum 4
haud dubie fortuna hostium esset, ne superesset
tanto exercitui suum nomen secuto, concitato equo
se in cohortem Romanam inmisit. Ibi, ut patre 5
Hamilcare et Hannibale fratre dignum erat, pugnans
cecidit. Numquam eo bello una acie tantum ho-
stium interfectum est, redditaque aequa Cannensi
clades, vel ducis, vel exercitus interitu, videbatur.
Quinquaginta sex millia hostium occisa: capta quin- 6

sed scripti abigunt τὸ *vi*. Put. *regendis per vicissent*. Men. et Pal. *regendis pervicissent*. Lege igitur cum Rhenano: *ubi regendi spem vicissent*, ut referatur ad *elephanti*. J. FR. GRON. *ubi rectoris pervicissent* Lov. 2. *regentes pervicissent* Ber. a m. 2. (prioris lectionis etiam vestigiis erasis) et Branc. Latinii. *ubi regendis pervicissent* Flor. Voss. Lov. 1. Hafn. Hav. et Hearnii N. *ubi regendi spe vicissent* Hearnii L. 1. Mox §. seq. *aliquot*, vel *aliquod in locis* Ber. Gaertn. et edd. vett. Sed recte Aldus praepositionem ejecit, quae etiam exsulat a reliquis Mstis.

§. 4. *Quum haud dubia fortuna hostium esset, ne superesset tanto exercitui suum nomen secuto*] Castigavimus *ne superstes tanto exercitui suum nomen secuto esset*. RHEN. Omnes *postremo, quum haud dubie fortuna hostium esset, ne superesset tanto exercitui*. Neque enim quisquam nostrorum obsequitur Rhenano, volenti *superstes esset*. J. FR. GRON. Unus tantum vel alter meorum cum Hearnii D. *haud dubia fortuna hostium*; reliqui cum edd. antiquissimis, ut Gronov. recte voluit, *haud dubie*. Supra 8, 10, 8. *Utrius partis T. Manlius dux fuisset, ejus futuram fuisse haud dubie victoriam*. quam ibi veram scripturam puto. Deinde Rhenano adsentiuntur Lov. 5. Rec. et Hearnii D. id etiam de Put. testatur Crevier. ut eum minus diligenter hoc loco consuluerit ὁ πάνυ. V. ad 26, 33, 3. Sed alii omnes cum Gronov. stant pro altera lectione. Innumeris autem locis *superesse* pro superstes esse apud Livium obcurrit. V. 1, 25. 34. 40. 2, 7. 12. et alibi.

§. 6. *Quinquaginta sex millia hostium occisa* etc.] Hic immane quantum a se invicem divortunt Livius et Polybius. Octo millia Romanorum, quinquaginta sex de exercitu Asdrubalis facit Livius. At Polybius [11, 3.] Ἀπέθανον δὲ τῶν μὲν Καρχηδονίων κατὰ τὴν μάχην σὺν τοῖς Κελτοῖς

Digitized by Google

que millia et quadringenti: praeda alia magna tum
7 omnis generis, tum auri etiam argentique. Civium etiam, Romanorum qui capti apud hostes erant, supra quatuor millia capitum recepta. id solatii fuit pro amissis eo proelio militibus. Nam haudquaquam incruenta victoria fuit: octo ferme millia Romanorum sociorum-
8 que occisa. Adeoque etiam victores sanguinis caedisque ceperat satietas, ut postero die, quum esset nunciatum Livio consuli, Gallos Cisalpinos Li-

ὀυκ ἐλάττους μυρίων. Τῶν δὲ Ῥωμαίων περὶ διαχιλίους. J. FR. GRON. *quinquaginta VII millia* Rec. et Hearnii D. Sed eumdem, qui vulgo legitur, numerum servant omnes alii codd. et cum illis Epit. Liv. Deinde *caesa* Ber. Gaertner. et edd. Aldo priores. Mox *quinque millia et CCC* Hearnii L. 1. sed invitis omnibus meis, et auctore Epit. Livianae secundum Mstos. captivorum enim numerus in edd. omittitur. Deinde *magna praeda alia cum omnis generis* Flor. et Lov. 4. *praeda magna alia* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. antt. *cum omnis generis* etiam Lovel. 5. Harl. et Gaertn. V. ad 6, 23, 3. Tandem vox *etiam* exsulat ab edd. antt. Eam primus recepit Aldus.

§. 7. *Supra quatuor millia capitum recepta*] Put. *supra* ∞ ∞ ∞ *capitum*. Petav. *tria millia*. Eundem numerum subindicant Men. et Voss. qui male intellectis notis habent XXX. J. FR. GRON. *supra XXX millia*, vel *supra XXX* Flor. Lov. 1. Hearnii L. 1. et N. V. ad 33, 14, 5. *supra tria millia* Hav. Mox *id solatio fuit* Hav. De qua locutione v. ad 3, 29, 2. Sed, aliis adversantibus, vulgatum non contemnam. Nam et id Livio frequens. V. ad 7, 26, 12.

§. 8. *Caedisque ceperat satietas*] Indicat codex Spirensis, Livium scripsisse non *satietas*, sed *satias*. Quo vocabulo veteres usos fuisse, docet Nonius Marc. Accium citans, et Varronem, Lucilium, et Lucretium. Sallustium quoque sic scribentem Histor. 2. *Tum externorum agros invasere, frumentique ex inopia gravi satias facta*. Et Terent. Eun. [5, 5, 3.] *Nam ubi me forte satias cepit, commuto locum*. Gaudet autem antiquis interdum uti vocabulis Livius, qualia fortassis sint *asperta*, et *internicialis*, quorum ante meminimus. RHEN. Rhenanus, quia voculam *satias* apud Terent. aliosque observarat, ne tantae eruditionis jacturam patiendum nobis esset, etiam hic inculcarat, monens vestigia ejus lectionis restare in MS. Spirensi, non ausus testem seu auctorem talis scripturae illum librum laudare. Nos, qui et Livium quam sanctissime tractare cupimus, ita ut nemini detractum ire cogitemus, consulimus accurate Pall. MSS. et vett. edd. in quibus omnibus neque voculam, neque vestigium illius antiqui vocabuli, quod Rhenano pretiosum margaritum tantopere visum, ut etiam hic insereret, invenimus. GEBHARD. Valde cupio adsentiri Rhenano, ubi in Spirensi ait esse, *caedis-*

Digitized by Google

guresque, qui aut proelio non adfuissent, aut inter caedem effugissent, uno agmine abire sine certo duce, sine signis, sine ordine ullo, aut imperio; posse, si una equitum ala mittatur, omnes deleri; *Su-* 9
persint, inquit, *aliqui nuncii, et hostium cladis, et nostrae virtutis.*

L. Nero ea nocte, quae secuta est pugnam, ci- 1
tatiore, quam inde venerat, agmine, die sexto ad stativa sua, atque ad hostem pervenit. Iter ejus frequen- 2

que ceperat satias, quum et alibi apud nostrum exstirpaverint eam vocem imperiti; sed nemo Gall. nemo Pall. non Voss. ei subservit. J. FR. GRON. Vocem *satias*, quae passim a librariis in *satietas* commutari solet, Livio restituere conatur Gronov. supra 25, 23, 16. alii 30, 3. 4. Silio etiam, perpetuo Livii imitatori, N. Heinsius, quem v. ad Silii 4, 110. ubi quaedam notavi. Verum omnes hic codd. mei priscam lectionem tuentur; quam revocavi.

Gallos Cisalpinos Liguresque] Pall. 2. et 3. *et Ligures*. Statim tertius *sine ordine, sine vallo, sine imperio, si una ala equitum mittatur, posse omnes deleri*. GEBH.

§. 9. *Omnes deleri; Supersint, inquit, aliqui nuncii*] Put. *omnes delerique supersint*. Voss. *deleri, qui supersint*. Scribe, *omnes deleri, Quin supersint, inquit*. ut supra [c. 26, 10.] *Quin imus, inquit, ipsi cum equitibus paucis exploratum*. J. FR. GRON. Longitudo periodi videtur fecisse, quo minus animadverteret praecedere *ut*, in his, *ut postero die*. nam hinc pendet *inquit*. DUK. Idem ad hunc locum observavit Crevier. notans similem locum obcurrere apud Cic. 2. de Orat. n. 23. [c. 6.] Ceterum *deleri, ait, sinamus, qui supersint, abire nuncii* Lov. 2. *deleri, sint, ait, qui supersint, aliqui nuncii* Hav. *deleriq; supersint*, omissa voce *inquit*, Flor. a m. 1. *deleri qui* a m. 2. *deleri qui supersint inquit* Lov. 1. et Hearnii L. 1. ac N. Non displicet Gronovii *deleri; Quin supersint*. Supra 2, 29, 8. *Quin, si alia aliorum sit conditio, accendi magis discordiam, quam sedari*.

§. 1. *Nero ea nocte*, etc.] Silius [15, 812.]

Jamque diem solisque vias nox abstulit atra, etc.

MODIUS.

Citatiore, quam inde venerat, agmine, die sexta adstativa sua, atque ad hostem] Scripsimus *die sexto*. RHEN. Pal. 3. *citatiore agmine*. Tum pr. ac tert. *die sexto ad stativa sua, atque hostem pervenit*. GEBH. Praeter Ber. qui *sexta* habet, alii omnes nostri *sexto*. V. ad 8, 11, 15. Deinde *ad stativa sua, atque hostem* Flor. Lov. 5. Ber. et Hav. Sed Livius amat praepositiones repetere. V. ad 6, 28, 6. Si quid igitur mutandum, mallem *ad stativa sua, adque hostem*. Sed vulgatum servo.

§. 2. *Quia nemo praecesserat nuncius*] Scripsimus *nemo enim*. Item

Digitized by Google

tia minore, quia nemo praecesserat nuncius, laetitia vero tanta, vix ut compotes mentium prae gau-
3 dio essent, celebratum est. Nam Romae neuter animi habitus satis dici enarrarique potest; nec quo incerta exspectatione eventus civitas fuerat,
4 nec quo victoriae famam accepit. Numquam per omnes dies, ex quo Claudium consulem profectum fama adtulit, ab orto sole ad occidentem, aut senator quisquam a curia atque ab magistratibus abs-
5 cessit, aut populus e foro. Matronae, quia nihil in ipsis opis erat, in preces obtestationesque versae, per omnia delubra vagae suppliciis votisque

narrarique, pro *enarrarique*. Et *civitatis fuerit*, pro *civitas fuerat*. Praeterea in antiquo volumine tantum est *gaudio*, hoc est, ob gaudium. Sic supra Livius [c. 19, 12.] *Effusis gaudio lacrimis*. RHEN. Nihil interest, sed sic Rhenanus, nolente Put. caeterisque omnibus. Tenent enim: *quia nemo praecesserat*. Sic et statim *vix ut compotes mentium prae gaudio essent*. Et, *satis dici enarrarique potest*. J. FR. GRON. *quia nemo* omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Deinde *gaudio*, omissa praepositione, Hearnii D. Supra c. 17, 16. *Conjuges liberique lacrimantibus gaudio redduntur*. Sed reliqui Oxonn. cum omnibus nostris *prae gaudio*. Supra 4, 40, 3. *In suos quaeque, simul corpore atque animo vix prae gaudio compotes effusae*. 9, 14, 5. *Suarum impotens rerum prae domesticis seditionibus discordiisque*. V. ad 6, 40, 1. Tum Rhenano *narrarique* legenti consentit Hearnii D. at Oxon. L. 1. et, quoscumque adhibui, codd. constanter *enarrarique*. Tandem *civitas fuerat* et *acceperit* primae editt. quibuscum nulli faciunt codd. nisi Ber. et Gaertner. Ejus loco Rhenanus substituit *civitas fuerit* et *acceperit*. Sed nullus meorum codd. ei consentit. Jac. Gronovius tandem edidit *civitas fuerat* et *accepit*, quod firmant codd. quos consului, et Hearnii L. 1.

§. 4. *Aut populus e foro*] Delevimus praepositionem *e*, quae elegantius subauditur. RHEN. Pal. 2. *in foro*. Caeteri libri consentiunt cum vulgatis: quare temerarie removet *e* Rhenanus. Paullo ante *oborto sole*, pro *ab orto*. GEBH. Adversantur Rhenano omnes nostri. Neque ei favet, quod modo praecesserit praepositio *ab*, et verbum *abscessit*. Nam saepe Livium praepositiones variasse, vidimus ad 6, 28, 3. *abscedere e foro* autem inlustramus ad 37, 27, 6. Paullo ante *oborto sole* male etiam Hav.

§. 5. *Suppliciis votisque fatigare Deos*] Scripsimus *fatigavere Deos*. RHEN. Et hoc [*fatigavere*] Rhenani. Sed omnes *suppliciis votisque fatigare Deos*. Revise ad 6, [27, 10.] J. FR. GRON. *fatigavere*

Digitized by Google

fatigare Deos. tam sollicitae ac suspensae civitati 6
fama incerta primo accidit, duos Narnienses equi-
tes in castra, quae in faucibus Umbriae obposita
erant, venisse ex proelio, nunciantes caesos hostes.
Et primo magis auribus, quam animis, id acce- 7
ptum erat, ut majus laetiusque, quam quod mente
capere, aut satis credere possent: et ipsa celeritas
fidem inpediebat, quod biduo ante pugnatum dice-
batur. Literae deinde ab L. Manlio Acidino missae 8
ex castris adferuntur de Narniensium equitum ad-
ventu. Eae literae, per forum ad tribunal praeto- 9
ris latae, senatum curia exciverunt: tantoque cer-

Lov. 5. et Rec. Reliqui autem mei cum omnibus Hearnii Oxonn. *fatigare*, quod recte Gronov. adversus Rhenanum probavit. Saepissime librarios orationem per infinitivum prolatam in finitam corrupisse, vidimus ad 1, 60, 5. Praeterea *supplices votisque* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Hafn. et Hav. *supplicesque votis* Lov. 4. Sed credo librariis displicuisse *suppliciis*, pro *supplicationibus*; quod tamen et Livio et aliis scriptoribus in usu esse. supra dictum est ad 22, 57, 5.

§. 6. *Fama incerta primo accidit, duos Narnienses equites*] *fama inclinata* Pal. 2. GEBH. *duo Narnienses* Pal. 1. apud Gebh. ad 7, 40, 9. Ita Livium saepe loqui, infra notamus ad 35, 21, 5. Hic tamen omnes mei in vulgatum conspirant.

§. 7. *Mente capere, aut satis credere possent*] *mente caperet* Flor. a m. 1. et Harl. *mente caperent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Ber. a m. 2. quae tamen duas postremas literas iterum delevit. In praecedentibus τὸ *Et* deest in Lov. 4. qui etiam cum Harl. omittit pronomen *id*. In sequentibus *celeritas idem inpediebat* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. et Hav. Sed primam literam vocis *fidem* intercepit ultima praecedentis. Similiter litera initialis vocis *factio* a proximae finali *s* absorpta est supra 9, 46, 10. vocis *fidem* a proximae finali *s* 6, 11, 8. (* v. ad 38, 7, 7.)

§. 9. *Eae literae, per forum ad tribunal perlatae*] Legendum *ad tribunal praetoris latae*, quemadmodum et nos castigavimus. RHEN. Omnium illorum loco *Hae perlatae* est in Lov. 1. *ad tribunal perlatae* legunt Flor. Voss. Lov. 3. Harl. Ber. et Hearnii L. 1. *ad tribunal prolatae* Hav. *ad tribunal praetoris perlatae* Lov. 5. Sed probo Rhenani emendationem. Quin et diu ante Rhenanum *ad tribunal pr. latae* Venetiis anno 1498. editum est. Insuper *Et literae* edidit Jac. Gronov. sed, ut videtur, librariorum aberratione; quod tamen, quum in erratorum syllabum receptum non sit, religiose Clericus servavit. Omnes mei *Hae* vel *Hec*. Antea

Digitized by Google

tamine ac tumultu populi ad fores curiae concursum est, ut adire nuncius non posset, traheretur-
que a percunctantibus vociferantibusque, ut in Rostris prius, quam in senatu, literae recitarentur.
10 tandem submoti et coërciti a magistratibus: dispen-

edebatur *Eae*, quod revocavi. Mox *in curiam exciverunt* Lov. 3. 4. Ber. Gaertn. et Brancal. Latinii. *in curiam exciverant* edd. antt. Male. Modo enim Livius narravit, omni hoc tempore nullum senatorem a curia abscessisse.

Traheretur que a percunctantibus vociferantibusque, ut in Rostris prius, quam in senatu, literae recitarentur. Tandem cum submoti et coërciti a magistratibus fuerunt, dispensarique laetitia inter impotentes ejus animos potuit] Hic multae dictiones additae sunt; una tantum aut altera mutatae. Codex scriptus sic habet: *sed cunctantibus vociferantibusque, ut in rostris, priusquam in senatu, literae recitarentur. Tandem summoti et coërciti a magistratibus dissertarique laetitia inter impotentes ejus animos potuit.* Ista verba sic legenda mihi videntur, ut cohaereant cum superioribus hoc modo: *tantoque certamine ac tumultu populi ad fores curiae concursum est, ut adire nuncius non posset prae cunctantibus vociferantibusque, ut in rostris, priusquam in senatu, literae recitarentur. Tandem summoti et coërciti a magistratibus*, subaudi *sunt. Vixque servari laetitia intra impotentes ejus animos potuit. In senatu primum, d.* Porro nunc vides, quantum aberrarint, qui ante nos sententiam istam instaurare sunt conati, dum *traheretur que* verbum assuunt, et pro *sed cunctantibus*, scribunt *percunctantibus*, quod id verbum postea sequatur, cum inquit, *quae acta sint, percunctarentur*, dum particulam *cum* et verbum *fuerunt* infulciunt, et pro *dissertarique* reponant *dispensarique*. Caeterum nostrae divinationes magno nobis labore constiterunt, non remittentibus animum, donec germanam, ut speramus, lectionem reperissemus. Sane hic proprie usus est participio *cunctantibus*, de multitudine loquens apud curiam manente. *Cunctantur* enim, quae sic manent, ut difficulter moveri possint. RHEN. Vet. lib. quos legi, omnes: *ut adire nuncius non posset, traheretur que a percunctantibus.* SIG. Corrupit hunc locum, fatendum enim est, ut et plurimos in tam eximio scriptore, Rhenanus codice recentioris notae, cui alias nostrum tertium saepius simillimum dixi, qui et minimum hoc loco ab eodem discrepat. Pal. 1. *ut adire nuncius non posset, traheretur que a percunctantibus.* sec. reciso *ut, adire nuncius non posset, traheretur que a praecontantibus.* Verbum ergo *traheretur* non est assutum a prioribus Rhenano castigatoribus, sed genuinum germanum Livii, cui reservavit sartum tectum vet. ed. GEBH. Hoc [*non posset prae cunctantibus*] eadem fortuna subjecit Beatus, quum legeretur: *ut adire nuncius non posset, traheretur que a percunctantibus vociferantibusque*: id quod mordicus tenent omnes scripti, quorum ratio haberi debet. Negari non potest, virum illum, cujus laudibus nihil detractum volo, (etenim plurima egregie restituit apud nostrum) saepe ni-

Digitized by Google

sarique laetitia inter inpotentes ejus animos potuit. In senatu primum, deinde in concione, literae recitatae sunt: et, pro cujusque ingenio, aliis jam certum gaudium, aliis nulla ante futura fides erat, quam legatos consulumve literas audissent. 11

hil pensi habuisse, quid quo mutaret, dum modo aliquid mutaret. J. FR. GRON. Omnes etiam mei servant *traheretur que a percunctantibus*, nisi quod copula *que* desit a Flor. et Harl. Praestare igitur omnino videtur, ut concinentibus tot codd. credamus, quam ut, unicum Rhenani secuti, vulgatum insuper conjecturis tentemus. Quod enim objiciat, *percunctari* postea sequi, nihil obficit. Satis multa enim interjecta sunt, ut commode repeti possit. Ceteroqui, Livium a voce repetenda non abhorrere, supra dictum est ad 1, 3, 9. Hic autem *percunctantur* tabellarios praetoris, cap. seq. legatos eorumve comites. Deinde *τὸ ut*, quod sequitur, etiam omittitur in Harl. In eo autem omnes Rhenano adsentiuntur scripti et priores excusi, voces *quum* et *fuerunt* ejiciendas esse, quae etiam ex editorum interpolatione ortae sunt. Principes, quas vidi, edd. dedere *commoti*, una etiam *commoniti*, pro *summoti*. Id deinde Ascens. anno 1513. in *cum summoti* mutavit, et vocem *fuerunt* adjecit. Pro illis itaque recte Rhenanus substituit, quod nunc circumfertur, et jam exstiterat in Ven. ed. anni 1498. ac Mediol. anni 1505.

§. 10. *Dispensarique laetitia inter inpotentes ejus animos potuit*] Putidissime Rhenanus *vixque servari laetitia intra impotentes e. a. p.* Laborem, quem tam frivolis conjectatiunculis maximo Livii detrimento absumsit, compendi-facere per doctiores potuisset. Pal. 3. quidem *dispertarique*. Sed lectio nostra se tuetur reliquorum codd. auctoritate. GEBH. Hic vero Beatus longe infelicissimus. quia ab calami errore in libro suo invenit *dissertarique*, nobis obtrudit *vixque servari*, quum illud sine ulla mendi suspicione habeant omnes alicujus fidei libri, et sit phrasis elegantissima pro modum accipere, ordine et sine tumultu atque effusione haberi. Plinius Panegyr. [35.] *Quae singula quantum tibi gratiae dispensata attulissent? at tu simul omnia profudisti.* Justinus 7, [6.] *Quoniam omnibus bellis par esse non poterat, dispensanda ratus.* Silius 9, [244.]

Dum Libys incenso dispensat milite vires.

Apud quem etiam [16, 342.] *indispensatus nisus* sine modo et temperamento vires effundentis. Tamen ille se effert, et imputat nobis ingratum laborem suum. J. FR. GRON. *dispensarique*, quod etiam in omnibus meis superest, (nisi quod unus Hav. legat *disparique*, Rec. *disservarique*) recte vindicarunt viri docti. De ea voce v. ad posteriorem loc. Silii.

§. 11. *Et, pro cujusque ingenio, aliis jam certum gaudium, aliis nul. an.*] Antiqua lectio *et pro cujusque ingenio certum gaudio, aliis.* Fortassis legendum *et pro cujusque ingenio certatum gaudio. Aliis nulla ante futura fid. erat.* RHEN. Iterum temerarie Rhe-

Digitized by Google

1 LI. Ipsos deinde adpropinquare legatos adlatum est. tum enimvero omnis aetas currere obvii, primus quisque oculis auribusque haurire tantum gau-
2 dium cupientes. ad Mulvium usque pontem conti-
3 nens agmen pervenit. Legati (erant L. Veturius Philo, P. Licinius Varus, Q. Caecilius Metellus) circumfusi omnis generis hominum frequentia in

nanus contra mentem et libros. Quomodo *certatum gaudio*, quum *aliis nulla futura fides erat*? Vult alios, pro cujusque ingenio, fidem nuntio tam laeto adhibuisse ex literis L. Manlii praetoris; alios fidem suspendisse, dum ipsius consulis literis confirmarentur, - vel legatorum narrationibus. GEBH. Omnes etiam mei stant pro vulgato.

Quam legatos consulum vel literas audissent] Repone cum optimis *legatos consulumve literas*. J. FR. GRON. Ita et Flor. Plerique reliqui alteram lectionem tuentur. Sed ea nata est ex prima litera vocis *literas* in fine prioris repetita; de quo errore v. ad 40, 7, 8.

§. 1. *Adlatum est. tum enimvero omnis aetas currere obvii*] Scripsimus *obviam*. RHEN. Libri omnes *allatum est*. Tum Pall. 1. ac 3. *currere obvii; tum primum quisque*. GEBH. Vera lectio optimorum codd. *allatum est. tum enimvero omnis aetas currere obvii*. Non *obviam*, quod suggerit Rhenanus. J. FR. GRON. *Τὸ est* omiserat ed. Modii Francof. quod Gebhardus et Gronov. revocarunt. Solus omittit id Hav. Reliqui tuentur. Deinde *currere obviam* Harl. et Hearnii D. Alii omnes quos consului, cum Hearnii L. 1. et N. *obvii*. Illis, qui *obviam* dederunt, displicuisse videtur genus loquendi *omnis aetas obvii*. Sed v. Gronov. 2. de Pec. vet. 4. p. 76. Locutiones similes passim apud Livium obcurrunt. Ita *ingens turba circumfusi fremebant*. V. ad 26, 35, 7. *pars in fugam effusi*. V. ad 37, 1, 12. *Levum armaturam opperiebantur: qui ubi venerunt* 35, 30, 8. V. Cel. Burm. ad Suet. Calig. 48. et Cortium ad Sall. Jug. 14, 6. Adde, quae notavi Silii 10, 307.

§. 2. *Ad Mulvium usque pontem*] Si verum est, quod Aur. Vict. de Vir. Ill. 72. et Amm. Marc. 27, 3. scribunt, pontem Mulvium ab Aemilio Scauro structum esse, hic non minus centum annorum prolepsis est. DUK. *Volumnium* Hearnii L. 1. *Molinum* Lov. 2. 3. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Molivum* Voss. *Molvium* Lov. 1. *Miluvium* Flor. a m. 1. *Milvium* a m. 2. cum Ber. Hav. ceterisque edd. usque ad Gron. qui anno 1665. consentientibus reliquis Msstis, *Mulvium* vulgavit, quemadmodum in optimis aliorum Msstis superesse docuere viri docti. V. Arntzen. ad Aur. Vict. de Vir. Ill. 72.

§. 3. *Legati erant L. Veturius Philo*] Forte *τὸ erant* delendum, et post scribendum *Metellus, circumfusi*. Vel potius lege: *Legati (erant L. Veturius Philo, P. Lic. Varus, Q. Caecilius Metellus) circumfusi*. J. FR. GRON. Distinctionem hanc recepi. Olim major erat interpunctio post vocem

Digitized by Google

forum pervenerunt; quum alii ipsos, alii comites 4
eorum, quae acta essent, percunctarentur, et ut quisque audierat, exercitum hostium imperatoremque occisum, legiones Romanas incolumes, salvos consules esse, extemplo aliis porro inpertiebant gaudium suum. Quum aegre in curiam perven- 5
tum esset, multo aegrius submota turba, ne Patri-

Metellus. Et ea lectio etiam servari potest. V. Gronov. ad 1, 1, 11. Ceterum *Philus*, *Filus*, vel *Philippus* male plerique codd. Mox *to' Caecilius* exsulat a Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac D.

§. 4. *Quae acta essent, percunctarentur, et ut quisque audierat*] Scripsimus *quae acta sint*. RHEN. Et hoc Rhenani. Sed scriptorum *alii comites eorum, quae acta essent, percunctarentur*. J. FR. GRON. Vocula *et* importuna est, et turbat structuram verborum. DUK. *quae acta essent* omnes mei.

§. 5. *Quum aegre in curiam perventum esset*] Scripsimus *pervenissent*. RHEN. Pal. sec. *pervenissent*. tert. *venissent*. Paullo ante sec. *aliis impertierant*. GEBH. *pervenissent* Lov. 4. et Rec. Reliqui *perventum esset*, nisi quod *ventum esset* sit in Harl. Deinde in praecedentibus *impertierant* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav.

Inde introducti in concionem] Legendum est *traducti*, quemadmodum nos castigavimus. *introducti* enim sunt legati primum in curiam et senatum, *traducti* postea in concionem, quae erat foris et in publico. RHEN. Vet. lib. *introducti in concionem*. Hinc ergo *inde producti*. Est enim haec consuetudo Latini sermonis, ut, cum non omnibus pateret aditus vel in senatum vel in concionem, a magistratibus tamen, quorum id jus erat, in curiam quidem *incroduci*, ad pópulum vero (sic enim loquebantur) *produci* possent. Sic 7, [30, 1.] *Legati introducti in senatum maxime in hanc sententiam locuti sunt*. Et 28, [39, 1.] *Tum Saguntinorum legatos in senatum introduxit*. Et paulo post [§. 20.] *Legationes inde caeterae in senatum introductae*. Et hoc lib. [c. 10, 6.] *Mandat consulibus, ut eos quoque ad populum producant*. Item [c. 7, 4.] *Productus in concionem Laelius eadem disseruit*. Et 41, [7, 5.] *Eum, quum in senatu fatigassent interrogationibus, in concionem quoque produxerunt*. Cic. post red. ad Quirit. [6.] *Deinde omnes, qui vestris maximis beneficiis honoribusque sunt ornati, producti ad vos ab eodem*. Et ad Att. 1, [14.] *Q. Fufius in concionem produxit Pompejum*. SIGON. Pal. 1. *introducti*, quod probo. Vet. ed. *inde in contionem introducti legati*. Sigonius *inde producti*. GEBH. Rhenanus *inde traducti*. Verius Sigonius *inde producti*. J. FR. GRON. *inde in concionem introducti* Ber. Gaertn. et editi ante Aldum. *intraducti* Flor. a m. 1. *hinc traducti* a m. 2. *introducti in concionem* Cantabr. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Hafn. et Hav. cum Hearnii L. 1. et N. Sed recte Sigonius *inde producti*; quod quum *in producti* scriberetur, una litera mutata facile in

Digitized by Google

bus misceretur, literae in senatu recitatae sunt. inde
6 producti in concionem legati. L. Veturius, literis recitatis, ipse planius omnia, quae acta erant, exposuit cum ingenti adsensu, postremo etiam clamore universae concionis, quum vix gaudium ani-
7 mis caperent. Discursum inde ab aliis circa templa Deûm, ut grates agerent; ab aliis domos, ut conjugibus liberisque tam laetum nuncium inperti-
8 rent. Senatus, quod M. Livius et C. Claudius consules, incolumi exercitu, ducem hostium legionesque occidissent, supplicationem in triduum decrevit. eam supplicationem C. Hostilius praetor pro con-

introducti corrumpi potuit. *Producere* in hac re proprium. Supra 6, 36, 10. *Primores Patrum productos interrogando de singulis fatigabant.* 10, 26, 1. *Et in senatu, et productus ad populum mediam orationem habuit.* V. Cort. ad Sall. Jug. 33.

§. 6. *Literis recitatis, ipse planius omnia, quae acta*] Duo vocabula *ipse planius*, nescio, quis hic infulsit: quasi vero Livii sententia quicquam tale exposcere videatur. O temeritatem! Quid autem huic orationi deest? *L. Veturius, literis recitatis, omnia, quae acta erant, exposuit.* RHEN. Vet. lib. *planius omnia.* egregie. SIG. Ejectis, quae Rhenanus ejici voluit, nihil quidem orationi deest. Attamen *recitatis, ipse planius ea, quae acta* Hearnii L. 1. *recitatis, ipse planius omnia, quae acta* omnes mei. In qua oratione quid est, cur antiquis membranis fides non haberetur?

§. 7. *Discursum inde ab aliis circa templa Deûm*, etc. *ab aliis domos*] Voces *ab aliis* priori loco omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. Si abessent ab integrioribus codd. non etiam requirerem. Foret enim simile loquendi genus, atque illud, de quo vidimus ad 3, 37, 8. Nunc retinendas censeo.

§. 8. *Eam supplicationem C. Hostilius praetor pro concione edixit*] Libri omnes *Aulus Hostilius.* GEBHARD. Put. Reg. Men. Voss. non habent *pro concione.* J. FR. GRON. *A. Hostilius* Flor. Voss. Lov. quinque, Rer. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. antt. pro quo recte Aldus *C. Hostilius* substituit. Supra enim c. 36, 11. A. Hostilio Sardiniam, C. Hostilio jurisdictionem urbanam et peregrinam evenisse, monuit. Deinde *pro concione* exsulant a Flor. Lov. quinque, Hav. et Hearnii L. 1.

Celebrataque a viris feminisque. Omniaque templa] Vet. lib. *celebrata a viris feminisque est. Omnia templa* etc. SIG. Pal. 1. et vet. ed. *celebrata a viris feminisque est.* GEBH. Lov. 4. priscam scripturam servat. Reliqui eam tuentur lectionem, quam in vet. lib. Sigonius invenit: cum iis

Digitized by Google

cione edixit, celebrataque a viris feminisque est. Omnia templa per totum triduum aequalem turbam 9
habuere: quum matronae amplissima veste cum liberis, perinde ac si debellatum foret, omni solutae metu, Deis inmortalibus grates agerent. Statum 10
quoque civitatis ea victoria movit: ut jam inde, haud secus quam in pace, res inter se contrahere, vendendo, emendo, mutuum dando, argentum creditum solvendo, auderent. C. Claudius consul quum 11
in castra redisset, caput Hasdrubalis, quod servatum cum cura adtulerat, projici ante hostium stationes, captivosque Afros vinctos, ut erant, osten-

autem faciunt etiam Hearnii L. 1. et omnes edd. usque ad Froben. anni 1535. Mox *omnes solutae metu* Lov. 5. et Hearnii L. 1. *To omni* non adparebat in Harl.

§. 10. *Vendendo, emendo, mutuum dando, argentum creditum solvendo*] Exemplar scriptum habet *argentum creditumque solvendo.* Quid si legas *signatum creditumque solvendo?* ut intelligas de rebus contestatis consignatisque. RHEN. Vet. lib. *mutuum dando argentum, creditumque solvendo.* SIG. Pall. *argentum creditumque.* GEBH. Tria verba *emendo, mutuum dando* in Put. Reg. Men. Voss. desiderantur. J. FR. GRON. Eadem verba desiderantur in Flor. Cant. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Deinde *argentum creditum persolvendo* Lov. 2. *argentum creditumque solvendo* Lov. 4. In quo, ut et Rhenani ac Sigonii codd. illud *que*, quod optimi constanter ignorant, natum puto errore scribarum, qui, praesertim in hac parte operis Liviani, copulativam *que* perperam vel addiderunt, vel abstulerunt: ut observat Jac. Gronov. in diss. Epist. ad Liv. loca quaed. Geogr. ep. 2. p. 15.

§. 11. *Caput Hasdrubalis, quod servatum* etc.] Silius ita insultantem consulem Romanum Annibali inducit [15, 816.]

Tum Nero procera sublimia cuspide portans etc.

MODIUS. Factum C. Claudii Neronis consulis facto Ajacis Oïlei apud Homerum inlustrat Victor. 27. Var. lect. 22. Claudii praenomen *C.* paullo ante dederat in Hearnii L. 1.

Captivosque Afros vinctos, ut erant, ostendi] Est in scripto *vincti ut erant.* utrumque stare potest. RHEN. Pal. 3. *captivosque Afros, vincti ut erant, ostendi: duos etiam de iis solutos ire.* GEBH. *vinctos, ut erant* omnes mei: idque praestare puto. Formulam *ut erat* inlustrat N. Heins. ad Nas. 10. Met. 7. Mox *solutos* deest in Lov. 1. *solutos ex his ire* legit Lov. 5.

Et expromere, quae acta essent, jussit] *promere* Lov. 5. *exprimere*

Digitized by Google

di, duos etiam ex iis solutos ire ad Hannibalem,
12 et expromere, quae acta essent, jussit. Hannibal, tanto simul publico familiarique ictus luctu, *agno-*
13 *scere se fortunam Karthaginis*, fertur dixisse: castrisque inde motis, ut omnia auxilia, quae diffusa latius tueri non poterat, in extremum Italiae angulum Bruttios contraheret, et Metapontinos, civitatem universam, excitos sedibus suis, et Lucanorum qui suae ditionis erant, in Bruttium agrum traduxit.

Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Male. V. quae notantur ad 39, 12, 4.

§. 13. *Castrisque inde motis, ut omnia auxilia*, etc. *contraheret*] Vet. lib. non habent *ut*, et, pro voce *contraheret*, habent *contrahit*, quod placet. SIG. *castrisque inde motis, omnia auxilia*, etc. *contrahit*. Et ita antiqua impressio, nisi quod *contraxit*. GEBH. Ita et Lov. 3. sed *castris inde motis, omnia auxilia*, etc. *contraxit* Gaertner. et edd. antt. *castris inde motis, omnia auxilia concessit* Ber. Reliqui, et inter eos optimi, vulgatum tuentur, quod in Aldi ed. primum obcurrit.

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI VIGESIMI OCTAVI.

Res in Hispania prospere gestae a Silano, Scipionis legato, et ab L. Scipione fratre adversus Poenos, a Sulpicio proconsule et ab Attalo rege Asiae adversus Philippum regem Macedonum, pro Aetolis, referuntur. Quum M. Livio et Claudio Neroni consulibus triumphus decretus esset, Livius, qui in provincia sua rem gesserat, quadrigis invectus est; Nero, qui in collegae provinciam, ut victoriam ejus adjuvaret, venerat, equo est secutus, et in hoc habitu plus gloriae reverentiaeque habuit: nam et plus in bello, quam collega, fecerat. Ignis in aede

A Silano, Scipionis legato, et ab L. Scipione fratre] Silanum a Scipione cum parte copiarum adversus hostes missum fuisse, plus semel scribit Livius; legatum Scipionis nusquam vocat. Adjutorem Scipioni ad res gerendas datum Silanum propraetorem, scribit 26, 19. Prorogatum ei et Scipioni imperium in Hispania, donec ab senatu revocati forent, 27, 7. P. Scipioni et M. Silano suas Hispanias suosque exercitus in annum decretos, ibid. c. 22. Et Scipio in oratione ad milites seditiosos eum eodem jure eodemque imperio secum in provinciam missum dicit, 28, 28. DUK. *et L. Scipionis fratre* Leid. *et ab L. Scipionis fratre* Voss. — Vera est una ex conjecturis Viri Ampl. Joh. Alex. Roëllii, quas infra proposui 28, 28, 14. L. Scipionem enim fratris Publii legatum fuisse, non tantum constat ex dicto loco Livii, sed et ex alio 38, 58, 8. *Ut quae in Hispania, quae in Africa* L. Scipio, *quum legatus fratris esset, gessisset, praetereantur.* — Mox *a L. Sulpicio proconsule, Attalo* Leid. *a Sulpicio proconsule, Attalo* Voss. *a Sulpicio pro cons. ab Attalo* Boend. *a Sulpicio proconsule, socio Attalo* Exc. Pithoei. Tum *referuntur* deest in Berg.

M. Livio et Claudio Neroni] *et Cl. Neroni* Berg. *et L. Neroni* Leid. *et Q. Neroni* Exc. Pithoei. Sigonius edidit *et C. Neroni*, ne scilicet ei praenomen deesset, quum

Digitized by Google

Vestae neglegentia virginis, quae non custodierat, extinctus est: virgo caesa est flagro. P. Scipio in Hispania cum Poenis debellavit quarto decimo anno ejus belli, quinto post anno, quam ierat: exclusisque in totum possessione ejus hostibus, Hispaniam recepit. et a Tarracone in Africam ad Syphacem regem Numidarum duobus navigiis transvectus, foedus junxit. Hasdrubal Gisgonis ibi cum eo in eodem lecto adcubuit. Munus gladiatorium in honorem patris paruique Karthagini nova edidit, non

suum etiam Livio tribuatur. At non necesse. Ita enim Epit. 27. junguntur *Claudius Marcellus*, *T. Quinctius Crispinus consules*. Mox ibid. *M. Livius*, *Claudius Nero*. Epit. 29. *Censores M. Livius et Claudius Nero*. (* Epit. 124.) Mox *quoniam in collegae provinciam venerat*, *ut ejus victoriam adjuvaret* Boend.

Et in hoc habitu plus gloriae reverentiaeque habuit] Vet. lib. *et in hoc actu*. SIG. Continetur in veteri libro *habitu*, pro *actu*. DELRIUS. *in hoc habitu* etiam omnes mei. Deinde *plus gloriae dignitatisque* Boend. Mox *Vestae* deest in Voss. *Virgo* in Leid. Voss. Berg. et Boend.

Cum Poenis debellavit decimo quinto anno ejus belli, *anno quinto postquam ierat*] *tertio decimo* post bellum initum scribit ipse Livius c. 16, 14. Nimirum A. V. 1DXLVII. L. Veturio, Q. Caecilio consulibus, quum initum fuisset A. V. 1DXXXV. *quartodecimo belli* consulatum gessit Scipio cum P. Licinio c. 38. et 39. DUK. *cum Poenis bellavit* Voss. Leid. Berg. Boend. Norv. et edd. pro quo Froben. anno 1531. recte reposuit *debellavit*. V. ad Epit. Liv. 37. Tum *XIIII*, vel *quarto decimo anno* iidem codd. et omnes edd. usque ad ultimam Gruteri. et ita olim edebatur apud Livium c. 16, 14. ubi nunc ex emendatione Glareani substitutum est *tertio decimo anno*. quomodo Crevier. etiam hic reposuit. Deinde *quinto post anno*, *quam ierat*, vel *iverat* Voss. Leid. Berg. et Boend. Mox *praeclusisque in totum* Leid. et Voss. *exclusis in totum* Berg. et Boend. *perclusisque in totum* Exc. Pithoei; ubi etiam, addita voce, *possessione provinciae ejus* exaratur.

A Tarracone in Africam ad Syphacem regem Numidarum duobus navigiis transvectus] Pro voce *Numidarum* in MS. legitur *Massiliorum*. unde fit, ut existimem scribendum *Masaesylorum*, quod Livio probatur. DELR. Praepositio *a* deest in Boend. et edd. vett. Dissentit autem Epitome a Livio, qui Scipionem non *a Tarracone*, sed *a Karthagine*, in Africam trajecisse refert c. 17, 12. Deinde *regem Massiliorum transvectus*, mediis omissis, Berg. et Boend. *regem Massiliorum trajecit* Leid. et Voss. Consentio igitur Delrio *Masaesylorum* emendanti. Ita enim etiam Liv. eum infra vocat c. 17, 4. Mox *cenavitque*, pro *accubuit*, Boend. *coenavit* Leid. Berg. Norv. Exc. Pithoei, et edd. antt. pro quo Ald. dedit *accubavit*, Curio *accubuit*.

Digitized by Google

ex gladiatoribus, sed ex iis, qui aut in honorem ducis, aut ex provocatione in certamen descendebant: in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt. Quum Astapa urbs ab Romanis oppugnaretur, oppidani liberos et conjuges rogo exstructo occiderunt, et se insuper praecipitaverunt. Ipse Scipio, dum gravi morbo inplicitus est, seditionem, in parte exercitus motam, confirmatus discussit, rebellantesque Hispaniae populos coëgit in deditionem venire; et, amicitia facta cum Masinissa rege Nu-

Utroque verbo *coenare* et *adcumbere* in hac re usus est Livius c. 18, 5. Ita tamen, ut posterius conjunxerit cum vocibus *eodem lecto*, quae etiam hic obcurrunt.

Munus gladiatorium in honorem patris patruique Karthagini novae dedit] *Carthagine nova* legendum. SIGON. *Carthagini novae* Leid. Voss. Berg. Boend. Norv. Exc. Pithoei, et omnes edd. praeter Sigonianas, ante Gronovium, qui anno 1665. Sigonii conjecturam recepit. Minori mutatione dedissent *Karthagini nova edidit*, siquidem *Karthagini* non est hic casus tertius, sed sextus. V. ad c. 26, 1. *Edere* autem in hac re proprium verbum est, quo etiam Livius in hac historia utitur c. 21, 1. Ipse etiam auctor in illa re adhibet Epit. 16. *D. Junius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus.* Ceterum *munus gladiatorum* Berg. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 10, 38, 3. Mox *aut in honorem ducis* desunt in Boend. errore librarii, ob repetitionem voculae *aut*. V. ad 9, 11, 11. Deinde *in certamen* exsulant a Leid. Voss. Boend. Berg. et Exc. Pithoei.

Occiderunt, se insuper praecipitaverunt] Vet. lib. *et se insuper*. SIG. Solus Norv. voculam *et* ignorat; quam, praeter reliquos Mstos, vindicant etiam edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Paullo ante in nomine urbis Astapae admodum variant codd. *Oisiana urbs* est in Leid. *Gigia urbs* in Voss. et Boend. *Gisia urbs* in Berg. et Exc. Pithoei. *Gythia urbs* in Norv. et ed. Rom. princ. *Gytthia urbs* in edd. proximis. Ascensius primo ad marginem monuit, urbem hanc a Livio [c. 22, 2.] *Astapam* vocari, id mox Mogunt. in contextum receperunt. Praeterea τὰ *ab Romanis* non adparent in Leid. Voss. Berg. et Exc. Pithoei.

Seditionem, in parte exercitus motam, confirmatus discussit] Membranae continent *repressit*. DELRIUS. Lectio illa in nullo apud me cod. obvia fuit, sed omnes vulgatum *discussit* tuentur. Alterum ex glossa natum videtur. Livius 4, 49, 6. *Tentatum* etc. *ut rogationem ferret*, etc. *per intercessionem collegarum discussum est*. V. ad Silii 7, 153. Paullo ante *dum gravi morbo inplicitus est*, pro *esset*, Leid. Voss. et Berg. quod recepi. V. ad 1, 40, 7.

Et amicitia facta est cum Masinissa] Tolle vocem *est*, ut uno ambitu orationis haec tota sententia comprehendatur. Sic vet. lib. SIGON. Eamdem vocem omittunt Leid. Voss. et Boend.

Digitized by Google

midarum, qui illi auxilium, si in Africam trajecisset, pollicebatur, cum Gaditanis quoque post discessum inde Magonis, cui ex Karthagine scriptum erat, ut in Italiam trajiceret, Romam reversus, consulque creatus. Africam provinciam petenti, contradicente Q. Fabio Maximo, Sicilia data est: permissumque, in Africam trajiceret, si ex republica esse censeret. Mago, Hamilcaris filius, a minore Baliari insula, ubi hiemarat, in Italiam trajecit.

T. LI-

Sigonii itaque lectionem admisi. Mox *qui illi quidem auxilium*, una voce auctiores, perperam Norv. et edd. vett. Recte eam Sigonius et deinde Grut. in ed. postrema ejecerunt.

Cum Gaditanis quoque post discessum inde Magonis, cui ex Karthagine scriptum erat] Praepositio *cum* deest in Voss. Berg. Boend. et Exc. Pithoei, quasi hic revocanda sit ex praecedenti *cum Masinissa*. Verum ipse Livius praepositiones plerumque repetere solitus est. V. ad 6, 28, 6. quem hic auctor Epit. imitatus esse videtur, ut sensus verborum tanto apertior foret. *Tò inde* deest in Norv. et quibusdam edd. antt. Praeterea *cum ex Carthagine* Exc. Pithoei. *cum Karthagine* Voss. et Berg.

Permissumque, in Africam trajiceret, si ex republica esse censeret] Vet. lib. *si e rep.* SIG. Ita Cl. Jac. Gronov. edidit, consentiente Berg. Priores dederant *permissumque, ut in Africam*; quod firmat Boend. *permissumque, ut Africam* Leid. Praeterea *si e republica* Boend. *si de republica* Voss. Berg. et Exc. Pithoei. *si id de republica* Leid. Mox *a minori Baleari* Boend. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Praeterea *hiemaverat* Leid. Voss. Berg. et Boend.

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

LIBER VIGESIMUS OCTAVUS.

I. Quum transitu Hasdrubalis, quantum in Italiam declinaverat belli, tantum levatae Hispaniae viderentur; renatum ibi subito par priori bellum est. 1

§. 1. *Cum transitu Hasdrubalis, quantum in Italia declinaverat belli*] Loquitur hic de Hasdrubale Amilcaris F. qui, ut praecedenti libro narratum est, Alpes transcendit, conjuncturus se fratri Hannibali, De hoc nimirum transitu Livius intelligit. At quid formidolosius accidit Italiae, quid magis extimescendum, quid unquam rebus Romanis certius exitium afferre visum est, quam quum in Italiam per Alpes transiret Hasdrubal? Per hujus enim adventum duo bella Punica facta, duo ingentes exercitus, duo prope Hannibales, ut Livii verbis utar. Quomodo ergo *declinasse* bellum in Italia transitu Hasdrubalis videri potest, quod tum est maxime auctum? Sic enim in omnibus exemplaribus excusis, quae nobis videre contigit, legitur: *Cum transitu Hasdrubalis quantum in Italia declinaverat belli* etc. Cupiam hic audire professores hunc locum exponentes. Mihi libet cogitare, in verbo *declinaverat* ingens esse mendum. Habet et vetus volumen depravatam lectionem, nempe *inclaverat*, sive *indaverat*, adeo sunt ambiguae literae. Ego vero scribendum arbitror *inundaverat*, quod verbum hic mire quadrat. Franciscus Petrarcha aut Victorinus Feltrensis pro illo *indaverat* fortassis primum substituit *declinaverat*. Id postea Laurentium quoque Vallam, virum in literis prorsus incomparabilem, fallere potuit. Nam ajunt, hunc in restituendo Livio multum operae sumpsisse. Porro libet hoc erratum propemodum alicui monacho tribuere, qui pro *indaverat* supposuerit hic *declinaverat*, quod *transitum* acciperet pro interitu. Nam Christiana pietas *transitum Divorum* vocat, mortem intelligens. Huic mendoso loco mederi conatus est doctus aliquis in ed. Eucharii Cervicorni, scribens *quantum in Italiam declinaverat belli*. RHEN. Quidam emendarunt *in Italia*; sed quam bene, ipsi viderint. *in Italiam* malim. GLAR. Rhenanus, levissima unius libri conjectura motus, legit *inundaverat*, pro *inclinaverat*, a quo ipse dissentio, non solum quia contra librorum omnium auctoritatem facit, sed etiam quia pulcherrimam sententiam depravat, quae ex vocibus *declinaverat* et *levatae* elicitur, quae

Digitized by Google

2 Hispanias ea tempestate sic habebant Romani Poenique. Hasdrubal, Gisgonis filius, ad oceanum pe-
3 nitus Gadesque concesserat. Nostri maris ora omnisque ferme Hispania, qua in orientem vergit,
4 Scipionis ac Romanae ditionis erat. Novus imperator Hanno, in locum Barcini Hasdrubalis novo cum exercitu ex Africa transgressus, Magonique junctus,

translatione a lance sumpta nituntur. Nam quo graviori pondere lanx altera premitur, eo magis contraria levari videtur. Quod idem de Italia quoque et Hispania intelligendum est. SIG. Corrupit hoc initium libri Rhenanus, frivola conjectura deformans elegantissimam sententiam. Ast ejus temeritatem recte retundebat Sigonius. Pal. 1. et vet. ed. *quantum in Italia declinaverat belli.* sec. *quantum in Italia inclinaverat belli.* GEBH. Andreas, Tarv. Venetae, Bechar. Ald. Junt. Frob. Savet. *quantum in Italia declinaverat.* Rhenanus inventum in scripto *inclinaverat*, vel *indaverat*, reddidit *inundaverat.* unde Gryphius et Curio *quantum in Italiam inundaverat.* Sigonius tuetur *inclinaverat*: quod nobis quoque in membranis obvium fuit. Sed veterem editionem propugnant Put. Reg. Men. Pal. Voss. cui una litera est addenda, ut sit: *quantum in Italiam declinaverat belli*: quemadmodum apud Ascensium, Moguntinos, Cervicornum jam pridem lectum est. 30, [21, 2.] *Quod solliciti erant, omni belli mole in unum belli ducem inclinata, quo evasura esset res.* J. FR. GRONOV. *quantum in Italia inclinaverat belli* Rec. *quantum in Italia declinaverat belli* Flor. Lov. quinque, Ber. Gaertn. et Hearnii D. qui *quantum in Italia declinaverat res belli* invenit L. 1. *quantum in Italiam declinaverat belli*, ut Gronov. recte scribendum conjecit, Harl. Hav. et Hearnii N. *declinat in Italiam*, nempe ab Hispaniis, eodem modo dictum est, quo *avolare Romam*, nempe a castris; de quo v. ad 1, 57, 8. *avertere in* vel *ad se*; de quo v. ad 6, 23, 8. *amovere in ultima Hispaniae* 27, 20, 5. *Declinare ad aliquid* dixit Liv. 21, 52, 6. *Ab auctoribus injuriae ad vindices futuros declinant.* 39, 27, 10. *Viam nusquam ad mare declinantem.* Quinct. 7. Instit. 2. *Ad illa declinandum est, non de hoc quaeri.* 12, 3. *Desperata facultate agendi, ad discendum jus declinaverunt.*

§. 2. *Et Hispanias ea tempestate sic habebant Romani*] Pal. 1. *Hispaniae ea tempestate signa habebant Romani.* GEBH. Dele ab initio copulativam, quae in nullo Gall. neque Voss. aut in optimo Pal. reperitur. J. FR. GRON. *Et Hispanias ea tempestate sic habebant Romani* Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii D. *In Hispania ea tempestate signa habebant Romani* Lov. 1. 2. et Hav. *Hispanias ea tempestate sic habebant Romani* ceteri mei, cum Hearnii L. 1. et N.

§. 4. *Brevi magnum hominum numerum armasset*] Exemtum est vocabulum *hominum* Pal. 1. GEBH. Non adparet etiam in Flor. Lov. 1. 2. 3. et Hav. *magnum numerum hominum* legit Gaertn.

§. 5. *M. Silanum cum decem millibus peditum, equitibus quingen-*

Digitized by Google

quum in Celtiberia, quae media inter duo maria est, brevi magnum hominum numerum armasset; Scipio 5 adversus eum M. Silanum cum decem haud plus millibus militum, equitibus quingentis, misit. Silanus, quantis maximis potuit itineribus, (in- 6 pediebant autem et asperitates viarum, et angustiae saltibus crebris, ut pleraque Hispaniae sunt, in-

tis misit] Pal. 1. *M. Sillanum cum decem milibus seu plus militum, equitibus quingentis misit.* tert. *M. Sillanum cum X. milibus militum, quingentis equitibus misit.* GEBHARD. Put. *cum decemilianoplus millibus militum, equitibus.* Reg. Voss. et Pall. unus *cum decem millibus seu plus militum.* Men. *cum X milia seu plus militum.* Etiam *seu plus* uterque Petavianus, sed *militum* melior. Pal. alter, *cum X milibus militum, quingentis equitibus.* Scribe resecta una litera paucisque apicibus mutatis ex optimo *M. Silanum cum decem haud plus millibus militum, equitibus quingentis misit.* Vides, quam nullo coactu ex *liano* fecerimus *haud.* Vel, *decem amplius*, ut cap. seq. *Duo haud amplius millia peditum.* Caeterum et hic novum visum est corruptoribus, equites non esse *milites*, atque hos ab illis separari. Caesar 5. de B. Gall. [7.] *Idoneam tempestatem nactus, milites, equites, conscendere naves jubet.* Ibidem [c. 10.] *Tripartito milites equitesque in expeditionem misit.* l. 6, [39.] *Hos subsecuti calones equitesque eodem impetu militum virtute servantur.* 7, [28.] *Parsque ibi, quum angusto exitu portarum se ipsi premerent, a militibus, pars jam egressa portis ab equitibus interfecta.* 2. de Civ. [42.] *Equites perpauci ex proelio se recipiunt, milites ad unum omnes interficiuntur.* 3, [47.] *Quum ipsi numero militum equitumque praestarent.* Noster lib. praec. c. 38, 11. *Octo millia Hispanorum Gallorumque et duo millia de legione militum, equitum mille.* Sic ὁπλίτας ἱππεῦσιν opponunt Graeci Plut. in Agesil. [p. 600.] *Καὶ συνέβαινε τῷ Ἀγεσιλάῳ ταχὺ πολλοὺς καὶ πολεμικοὺς ἔχειν ἱππεῖς ἀντὶ ψιλῶν ὁπλιτῶν.* Neque aliter exercitum equitatui opponunt. Caesar 2. [Gall. 11.] *Exercitum equitatumque castris continuit.* 7, [61.] *Exercitus equitatusque, equitibus Romanis administrantibus, quos ei negotio praefecerat, celeriter transmittitur.* Noster 30, [36, 8.] *Pars exercitus cum omni equitatu.* 40, [52, 6.] in tabula M. Aemilii Regilli, *Exercitu omni, equitatu, elephantisque.* J. FR. GRON. Vulgatum, quod ante Gronov. edebatur, superest in Lov. 2. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii D. Neque aliter ejus L. 1. nisi quod corruptius *peditibus*, pro *peditum*, legat. *cum decem millibus seu plus militum* Flor. Cant. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Hearnii N. *cum decem millibus militum* Lov. 5. et Hav. Sed veram scripturam ex Put. vestigiis Gronovium restituisse credo. *milites* pro peditibus poni, et equitibus obponi, supra etiam dictum est ad 26, 19, 10.

§. 6. *Impediebant autem et asperitates*] *praepediebant autem eum et asperitates* Brancal. Latinii. Si plures accederent codd. non dis.

Digitized by Google

clusae) tamen non solum nuncios, sed etiam famam adventus sui praegressus, ducibus indidem ex Celti-
7 beria transfugis, ad hostem pervenit. Eisdem auctoribus compertum est, quum decem circiter millia ab hoste abessent, bina castra circa viam, qua irent, esse: laeva Celtiberos, novum exercitum, supra novem millia hominum, dextra Punica tenere castra.
8 haec stationibus, vigiliis, omni justa militari custodia tuta et firma esse: illa altera soluta neglectaque, ut barbarorum et tironum, et minus timentium,
9 quod in sua terra essent. Ea prius adgredienda ratus Silanus, signa quam maxime ad laevam jubebat ferri, necunde ab stationibus Punicis conspiceretur.

pliceret illud *praepediebant*. Est enim Livio inprimis amatum verbum. Supra 7, 36, 3. *Pavore praepediti nec arma inpigre capere poterant*. 8, 38, 13. *Sine modo, inquit, se praeda praepediant*. 9, 6, 4. *Pudor praepediebat*. c. 14, 14. *Ni respectus equitum sexcentorum praepedisset animos*. 44, 45, 10. *Dicere incipientem quum lacrimae praepedissent*. De verbo *praepedire* v. Nic. Heins. ad Nason. 14. Her. 18. et 1. Trist. 3, 42. Adde Cortium ad Sall. Jug. 28, 5.

Angustiae saltibus crebris etc. *inclusae*] Fortassis *inclusum*, vel *inclusos*. nam *angustias saltibus inclusas* non facile vel apud Livium, vel apud alios repertum iri credo. Livius 9, 3, 6. *Ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos esse exercitus Romanos*. Curtius 6, 3, 16. *Non Ciliciae fauces et angustiae* (nos) *includunt*. Si *inclusae* abesset, *angustiae saltibus crebris* defendi posset noto usu ablativorum absolutorum. Sed omnes scripti eam vocem videntur habere. DUK.

§. 8. *Haec stationibus, vigiliis, omni justa militari custodia tuta et firma esse*] *ea stationibus, vigiliis, omni justa* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antt. *ea stationibus, vigiliisque, cum omni justa* Lov. 1. *ea stationibus, vigiliis, omnique justa* Ber. Mox §. seq. *adgredienda esse ratus* Ber. et edd. ante Frob. qui anno 1535. τὸ *esse* omisit, adstipulantibus reliquis meis.

§. 1. *Confragosa loca et obsita virgultis tenebant colles*] Non dubium est, quin *tenebant* de hostibus dicatur. Sed non minus confragosa est haec oratio, quam loca illa fuisse dicit Livius. Potest quidem quodammodo expediri ea ratione, quam Sanctius 4. Min. 4. in ellipsi v. *eus*, et ibi Perizon. ostendunt. Sed malo *obsitos virgultis* legere, quam eo decurrere. V. ad 1, 14, 7. DUK. *obsiti virgultis* Flor. et Cant. Eamdem lectionem Crevier. in Put. invenit, et probavit hoc sensu:

Digitized by Google

ipse, praemissis speculatoribus, citato agmine ad hostem pergit.

II. Tria millia ferme aberat, quum hauddum 1
quisquam hostium senserat. confragosa loca et obsita virgultis tenebant colles. Ibi in cava valle, at- 2
que ob id occulta, considere militem, et cibum capere jubet. interim speculatores, transfugarum dicta adfirmantes, venerunt. Tum, sarcinis in me- 3
dium conjectis, arma Romani capiunt, acieque justa in pugnam vadunt. Mille passuum aberant, quum ab hoste conspecti sunt, trepidarique repente coeptum. et Mago ex castris citato equo ad primum clamorem et tumultum advehitur. Erant autem in Cel- 4

obsiti virgultis colles tenebant, sc. regionem; hujus terrae faciem obtinebant. Eodem modo, quo supra cap. praec. dixit: *laevâ Celtiberos, dextrâ Punica tenere castra.* Si tamen codd. accederent, non displiceret Dukeri *obsitos virgultis tenebant colles*, nempe hostes, repetita voce ex praecedenti. *obsitis* est in Flor. a m. 2.

§. 2. *Ibi in cava valle, atque ob id occulta, considere militem*] Pal. 3. *ob id incultum.* Mox pr. omittit τὸ *interim.* GEBH. Malim *atque ob id occultum considere militem.* J. FR. GRON. *occultum militem*, ut 7, 34, 7. *Vadit occultus per saltum.* et 9, 31, 8. *Ingens hostium exercitus itinera occultus insederat.* Nec tamen in recepta scriptura quidquam vitii est. Vallis, quae cava est, ob id ipsum etiam *occulta* dici potest. Curtius 7, 11, 18. *Occultas subjectasque ipsis valles rimantes.* DUK. 10, 14, 6. *Non fefellere ad Tifernum hostes, in occulta valle instructi.* 21, 32, 8. *Adparuerunt imminentes tumulos insidentes montani: qui si valles occultiores insedissent.* Mox *interim* exsulat etiam a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav.

§. 3. *Mille passuum aberant, quum ab hoste conspecti sunt*] Pal. pr. *milleque passibus aberant.* Deinde sec. et tert. *cum ab hostibus conspecti sunt.* GEBH. *milleque passuum* Voss. Lov. quinque, et Hav. *mille passum* Flor. a m. 1. *mille passibus* a m. 2. Nihil muto. V. ad 5, 26, 5. Tum *ab hostibus* Lov. 5. Sed v. ad 5, 50, 2. Mox *et Mago* edidit primus Jac. Gronov. quum priores omisissent copulativam. Gronovio cum Hearnii L. 1. adsentiuntur omnes mei praeter Ber. a m. 1. et Gaertn. qui priscis edd. adhaerent.

§. 4. *Erant autem in Celtiberico exercitu quatuor millia scuta*] Tu vide, ne *scutatorum* sit legendum. nam paulo post *Celtiberorum*, inquit, *scutatis caesis.* SABELL. Quidam *scutata*, pro *scutatorum*, reposuerunt, quod et ipsum non placet. Notavit hoc etiam Sabel-

Digitized by Google

tibero exercitu quatuor millia scutatorum et ducenti equites; hanc justam legionem (et id ferme roboris erat) in prima acie locat: ceteros, levem arma-
5 turam, in subsidiis posuit. Quum ita instructos educeret castris, vixdum in egressos vallo Romani
6 pila conjecerunt. Subsidunt Hispani adversus emissa tela ab hoste, inde ad mittenda ipsi consurgunt; quae quum Romani conferti, ut solent, densatis

lieus. GLAR. Pall. 2. et 3. *in Celtiberorum exercitu.* GEBH. *Celtibero exercitu* MSS. Tum Put. *scutata et.* Voss. *scuta et.* Lege *scutati et ducenti equites.* J. FR. GRON. *in Celtiberorum exercitu* primum adparuit in ed. Froben. anni 1535. pro quo Jac. Gronov. *Celtibero* substituit, quemadmodum non modo edd. priores praeferunt, sed etiam cum Hearnii L. 1. et N. omnes mei, nisi quod *Celtiberum exercitu* sit in Lov. 4. et Harl. Ita *Celtibero bello*, pro *Celtiberico*, est in uno cod. supra 22, 22, 4. *exercitus Astur* apud Sil. Ital. 1, 252. ubi alia vide. *terra Italia*, de quo v. ad Livii 25, 7, 4. Deinde *quatuor millia scuta* Lov. 3. et Ber. cum priscis edd. *quatuor scuta* Gaertn. *XL scuta* Voss. Lov. 1. 2. 4. Hav. Hafn. et Hearnii L. 1. *XL scutata* Flor. a m. 1. *XL scutati* a m. 2. Harl. et Hearnii N. *quatuor millia scutati* Gronovius conjicit. V. ad 37, 39, 12.

Et id ferme, quod roboris erat, in prima acie locat] Haec clausula, pronomine *quod* expuncto, (neque enim in veteri volumine habetur) per parenthesin est legenda hoc modo: *hanc justam legionem (et id ferme roboris erat) in prima acie locat.* RHEN. Pall. 1. 3. et vet. ed. *et id ferme, quod roboris erat.* Tum tert. *in primam aciem locat.* GEBH. Plerique codd. adstipulantur vett. edd. At cum Rhenano facit Flor. V. ad 27, 1, 2.

Levem armaturam in subsidiis posuit] Reposuimus *ceteros*, *levem armaturam* appositive. RHENAN. MSS. *caeteram levem armaturam*, non *caeteros*. J. FR. GRON. Primis editionibus adsentitur Ber. *ceterum levam armaturam* Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *ceteram levem armaturam* Lov. 3. Voss. et Hearnii L. 1. *ceteros*, *levem armaturam* Flor. Cant. Lov. 4. 5. et Gaertn. Eamdem se lectionem in Put. invenisse, Crevier. testatur. Miror itaque, Gronov. hic ex suis Mstis *ceteram* edidisse. Alteram lectionem revocavi. Praeterea *insidiis posuit* Flor. a m. 1. et Cant. *in insidiis posuit* Flor. a m. 2. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav.

§. 5. *Vixdum in egressos vallo Romani pila conjecerunt*] Mire hic variant codd. *vixdum ingressos vallo eos Romani* Flor. a m. 1. *vixdum egressos vallo in eos Romani* a m. 2. et Ber. *vixdum vallo in eos Romani* Lov. 2. *vixdum ingressos vallo in eos Romani* Lov. 4. *vixdum egressus vallo in eos Romani* Harl. *vixdum ingressus vallum eos Romani* Lov. 1. et Voss. inter versus. An forte legendum? *vixdum in egressos vallum Romani.* Livium

Digitized by Google

excepiſſent scutis, tum pes cum pede conlatus, et gladiis geri res coepta eſt. Ceterum asperitas lo- 7
corum et Celtiberis, quibus in proelio concursare mos eſt, velocitatem inutilem faciebat; et haud iniqua eadem erat Romanis ſtabili pugnae adsuetis; nisi quod anguſtiae et internata virgulta ordines 8
dirimebant, et singuli binique, velut cum paribus, conserere pugnam cogebantur. Quod ad fugam in- 9

verbo *egredi* saepe casum quartum junxiſſe, infra videbimus ad 29, 6, 4. Paullo ante *educeret e caſtris* Flor. Voſſ. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et edd. ante Froben. anni 1535. Ita interdum Livium loqui, infra videbimus ad 37, 30, 9. Verum et alibi in hac locutione praepositionem omittit. Ita hoc lib. c. 14, 3. *Prior semper Poenus copias caſtris educebat.* 30, 5, 2. *Educerent caſtris legiones.* Eligant igitur lectores, quid malint.

§. 6. *Inde ad emittenda ipsi consurgunt*] Vet. lib. *ad remittenda.* probe. SIG. *remittenda* ab Sigonio eſt. Put. Pet. Reg. Mon. Pal. *ad mittenda.* J. FR. GRON. Ita et omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. V. ad 6, 8, 3.

Conferti, ut solent, densatis excepissent scutis] Lipsius 1. Poliorc. 5. scribit, Romanos non nimis saepe in pugnando teſtudine usos eſſe, quia ordines non divellebant, et unum profert exemplum ex Ammiano. Aliud indicant haec verba Livii, *ut solet.* Mirum tamen eſt, si hic Romanis mos erat in proeliis, eum tam raro memorari. De oppugnationibus urbium obvia sunt exempla. Sed dici poteſt, quum in proelio densabantur ordines, simul densata fuiſſe scuta, atque ita teſtudinem factam. 30, 34, 8. *Densatis ordinibus in cornua ejecere.* 33, 8, 14. *Simul et densari ordines juſſit, ut vir viro, arma armis jungerentur.* DUK. *Romani confertim* Voſſ. Lov. 2. 3. et Hearnii L. 1. *confertim Romani* Lov. 1. 5. Harl. Ber. et edd. ante Aldum. *conferti Romani* Gaertn. et Hav.

Pes cum pede conlatus] Pal. 3. *pes pede collatus.* Infra c. 33, 5. *Gladios nudant, et collato pede res coepta geri eſt.* GEBH. *pes pede collatus* etiam Lov. 2. quod dictum videri poteſt, ut *caſtra caſtris conferre*, de quo v. ad 10, 32, 5. Sed nihil muto. 1, 33, 4. *Exercitus Latinus cominus cum Romanis signa contulerat.*

§. 7. *Asperitas locorum et Celtiberis*] *Τὸ et* deeſt in Flor. Cant. Voſſ. Lovel. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. vett. quod primus addidit Froben. anno 1535. Mox *inique ademerat Romanis* Flor. Cant. Voſſ. Lov. 1. 2. 4. Harl. Hafn. et Hav. manifeſta scribarum aberratione, qui disjungenda conjunxerunt.

§. 9. *Id ad caedem eos, velut vinctos, praebebat*] Hae duae voces *id ad* erant omiſſae in exemplari Spirensi. defectum indicabat lacunula vacua. Fortaſſe melius eſſet reponere *et ad caedem eos*, quod mihi magis probaretur. RHEN. Vet. lib. *id ad caedem eos.* SIG. Concinunt Flor. et omnes

Digitized by Google

pedimento hostibus erat, id ad caedem eos, velut
10 vinctos, praebebat. Et jam, ferme omnibus scutatis Celtiberorum interfectis, levis armatura et Karthaginienses, qui ex alteris castris subsidio venerant,
11 perculsi caedebantur. duo haud amplius millia peditum et equitatus omnis, vix inito proelio, cum Magone effugerunt. Hanno, alter imperator, cum eis, qui postremi, jam profligato proelio, advene-
12 rant, vivus capitur. Magonem fugientem equitatus ferme omnis, et quod veterum peditum erat secuti, decimo die in Gaditanam provinciam ad Hasdruba-

alii mei, cum Hearnii Oxonn. Praeterea *velut victos* Lov. 4. V. ad 30, 12, 7. *velut junctos* Lov. 2. V. ad 5, 7, 2.

§. 11. *Duo haud amplius millia peditum*] Vet. lib. *haud amplius tria millia peditum.* SIG. Cum vet. lib. Sigonii facit Hearnii D. *duo amplius millia peditum* ejusdem L. 1. *duo aut amplius millia peditum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. sollemni et vel centies in Mstis Livii obvio librariorum errore. Quare, ne taedio sim, exempla non adscribam. Similiter scribae etiam in aliis lapsi sunt. V. (* ad Liv. 41, 1, 18.) Davis. ad Cic. 1. Tusc. 26. Pier. ad Virg. 4. Aen. 502. Vir. doct. in Obs. Miscell. tom. 1. p. 13. et quae notavi ad Silii 16, 88. *Haud amplius duo millia peditum* Lov. 4.

Cum Magone effugerunt. Hanno, alter imperator] Quos Livius conjungit, separat poëta [Silius 16, 25.] dum ait:

Jam Mago exutus castris agitante pavore etc.

MODIUS.

§. 12. *Celtiberi, novus miles, in proximas dilapsi silvas*] Pal. 3. *delapsi.* GEBH. *Celtiberi, novi milites* Branc. Latinii. Male. Supra 21, 21, 11. *Petiit, ut Afri in Hispania, Hispani in Africa, melior procul ab domo futurus uterque miles, stipendia facerent.* 39, 1, 2. *In Liguribus gerebant bellum. Is hostis velut natus ad continendam Romanis militarem disciplinam erat.* Praeterea male *delapsi* etiam Lov. 4.

§. 13. *Nequaquam tantum conflatum bellum*] Pall. 1. 3. et vet. ed. *tantum jam conflatum.* Pall. 2. *nequaquam jam conflatum.* GEBH. Illud *jam*, quod in uno tantum deest Ber. omiserat operarum errore ed. Paris. anni 1573. sed eamdem particulam restituit Gruter. in postrema ed.

Obpressum erat] Et hoc quoque in *oppressa* mutarunt, ut referant ad *materiam belli.* Potest tamen *oppressum* referri ad *conflatum bellum.* Lector judicet, num oratio hiet, cui deesse aliquid propemodum mihi persuasi. quidam *oppresserat* legunt. GLAR. Pall. tres ingerunt *oppressa erat.* vet. ed. *oppressum erat.* GEBH. Crimen ridiculum editorum, qui non

Digitized by Google

lem pervenerunt. Celtiberi, novus miles, in proximas dilapsi silvas, inde domos diffugerunt. Perop- 13
portuna victoria nequaquam tantum jam conflatum bellum, quanta futuri materia belli (si licuisset eis, Celtiberorum gente excita, et alios ad arma sollicitare populos) obpressa erat. Itaque, conlaudato 14
benigne Silano, Scipio spem debellandi, si nihil eam ipse cunctando moratus esset, nactus, ad id, quod reliquum belli erat, in ultimam Hispaniam adversus Hasdrubalem pergit. Poenus, quum castra 15
tum forte ad sociorum animos in Baetica continen-

animadverterunt, nec sensum nec Grammaticen ferre, ut *oppresserat* sine casu accusandi ponatur. Repone ex Put. Men. tribus Pall. *oppressa erat*. Vetus editio *oppressum erat:* quod putat Glareanus referri posse ad *conflatum bellum*. Idem alterius lectionis, quam nos dedimus, meminit, tamen vir bonus jubet judicare lectorem, num oratio hiet, cui deesse aliquid, propemodum sibi persuaserit. J. FR. GRON. *oppresserat*, quod crimen ridiculum editorum vocat Gronov. error est operarum, primum commissus in ed. Froben. anni 1535. et a reliquis editoribus servatus usque ad Gronov. Ita etiam scribae errarunt in Lov. 3. 4. et Rec. Similiter autem saepe peccarunt librarii. V. ad 23, 29, 16. *oppressum erat* legunt Ber. a m. 1. et Gaertn. cum edd. principibus; pro quo demum *oppressa erat* Aldus substituit, probantibus reliquis meis, et omnibus Hearnii Oxonn.

§. 14. *Si nihil jam etiam ipse cunctando*] Vet. lib. *si nihil eum ipse cunctando*. SIG. Firmant nostri, quod Sigonius, *si nihil eam ipse cunctando moratus esset*. J. FR. GRON. Similiter tantum non omnes mei cum Hearnii L. 1. et N.

§. 15. *Poenus, quum castra tum forte ad sociorum animos in Betica continendos in fide haberet*] Auctoritatem secuti manuscripti codicis sic restituimus: *Poenus, quum castra sua forte in Betica ad sociorum animos continendos in fide haberet*. RHEN. Graece Βαῖτις et Βαιτικῆ. Ergo *Baetica*. SIG. Nihil in hac lectione, nisi ordinem, mutat Pal. 3. *castra sua forte in Baetica ad sociorum animos continendos*. Sed ordinem quoque tuetur vet. ed. Contra pr. *castra tum forte ad sociorum animos in Baetica continendos*. sec. *Poenus, tum castra tum forte in Baetica ad sociorum animos continendos*. GEBH. Mirum, ni aliena habuerit. Nostri *Poenus, quum castra tum forte ad sociorum*, non *sua;* quod mutavit Rhenanus. Scribe *Poenus, qui castra tum forte*. J. FR. GRON. Verba hoc ordine posita obscuritate nonnulla laborant. Eam tollit scriptura librorum, qui habent *in Baetica ad sociorum animos continendos in fide*. V. Hearnium. DUK. *castra sua forte ad sociorum animos* Lov. 3. Ber. Rec.

Digitized by Google

dos in fide haberet, signis repente sublatis, fugae magis, quam itineris modo, penitus ad oceanum et
16 Gades ducit. Ceterum, quoad continuisset exercitum, propositum bello se fore ratus, antequam freto Gades trajiceret, exercitum omnem passim in civitates divisit, ut et muris se ipsi, et armis muros tutarentur.

et edd. ante Aldum. *castra tum ad sociorum animos* Hav. *castra tum forte ad sociorum animos* ceteri mei cum Hearnii N. *castra tum forte ad aliquot sociorum animos* Hearnii L. 1. Deinde *in tecta continendos* Hav. *in Utica continendos* Hearnii L. 1. Primo scriptum fuerat *in Vetica* sollemni literarum *B.* et *V.* commutatione, de qua dictum est ad 5, 24, 5. id autem in *Utica* corrumpere pronum est. Recte etiam Sigon. *in Baetica*, quomodo non modo Graeci scribunt, sed omnes fere lapides literati, nisi quod in uno apud Grut. CLXVIII, 4. *BETICAM*. Denique *forte in Baetica ad sociorum animos*, mutato verborum ordine, edd. Basil. anni 1554. et Sigonii, quas aliorum ita legentium nomine indicavit Hearnius. Omnes enim scripti et reliqui excusi vulgato ordini adhaerent. Alterum tamen clarius esse verum puto. Mox *et fugae, quam itineris modo* Lov. 1. Sed reliqui nihil mutant.

§. 16. *Ceterum, quoad continuisset exercitum, propositum bello se fore ratus, antequam freto Gades trajiceret, exercitum omnem passim in civitates divisit*] Si quis hunc mihi locum exposuerit, illum Oedipum vocabo. Quid enim sequitur, quod ad ista verba attineat *quoad continuisset exercitum?* Multum miror, cur ita veteribus illis, nempe Victorino Feltrensi, Petrarchae, Aleriensi pontifici, quoties locum aliquem non satis assequerentur, de suo quidvis addere libuerit. Et quamvis hic decem dictiones infulserint, nihilominus mutila adhuc est sententia. Hic tamen locus asterisco notandus erat, non is, qui paulo post sequitur, in editione Asulanica ea nota signatus, quum bene habeat. In volumine scripto tantum legitur: *Caeterum quoad continuisset exercitum omnem passim in civitates dimisit.* Dicam, quid mihi tandem in mentem venerit, quum diu hic haesissem. Suspicor ista verba *quoad continuisset* prorsus esse depravata, ac scribendum pro illis *quod aciem renuisset.* Nam sic constabit sententia: *Caeterum, quod aciem renuisset, exercitum omnem passim in civitates dimisit.* Sensus est: Asdrubal detrectabat confligere cum Scipione, et ideo passim exercitum in civitates dimisit, non *divisit.* Considera, lector, quantum sibi quidam permiserint in auctoribus restituendis, imo depravandis. Non sufficiebat hic mendum exemplaris scripti, nisi plura assuerentur, ὄυτε γῆς ὄυτε οὐρανοῦ ἀπτόμενα, quemadmodum Graecis est in proverbio. Haec licentia Plinianos quoque libros nobis perdidit, quos mendosissimos hactenus fuisse, quibusdam persuaderi non potest. RHEN. Lectionem exagitatam a Rhenano reponendam censeo. Est

Digitized by Google

III. Scipio ubi animadvertit, dissipatum passim 1
bellum, et circumferre ad singulas urbes arma diu-
tini magis, quam magni, esse operis, retro vertit
iter. Ne tamen hostibus eam relinqueret regionem, 2
L. Scipionem fratrem cum decem millibus peditum,
et mille equitum, ad obpugnandam opulentissimam
in iis locis urbem, Oringin barbari adpellabant,

enim in omnibus vet. quos legi, libris sic: *Caeterum, quoad continuisset exercitum, propositum bello se fore ratus, antequam freto Gades trajiceret, exercitum omnem passim in civitates dimisit.* Sensus est, Asdrubalem timuisse sibi magis, si exercitum continuisset, quam si dimisisset. Est autem sententia illa, quae est in epistola Coelii l. 8, [10.] *Nam de vita, si paratior ab exercitu esses, timuissem. nunc haec exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuum, praesagiebat.* SIG. Vulgatam lectionem adversus Rhenanum vindicant Pall. tres, et vet. ed. nisi quod in Pal. 1. exstet *divisit*, et in tert. *trajecit.* GEBH. Fraudi Rhenano fuit, quod in codicem mutilum incidit. Itaque merito haec tuetur Sigonius, nostris etiam omnibus adfirmata. Restat, ut genus loquendi explicemus. *Propositum*, intellige instar scopi, quem non desinat petere Scipio. Ceterum Put. Voss. *in civitates divisit*, non *dimisit.* J. FR. GRON. Recte viri docti hunc locum defenderunt contra Rhenanum, qui, ut Gronov. monuit, incidit in cod. neglegentia librarii corruptum. Ejus autem aberrationi ansam praebuit repetitio vocis *exercitum*; unde factum est, ut semel cum omnibus mediis omitteretur: quales errores in Mstis frequentissimos esse, supra dictum est ad 9, 11, 11. Certe omnes nostri codd. verba a Rhenano ejecta constanter retinent. Recte etiam Gronov. vindicat adversus eumdem Rhenanum *divisit*, quod servant Flor. Lov. 2. 3. 4, Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. Infra 37, 45, 19. *Consul in hiberna exercitum Magnesiam ad Maeandrum et Tralles Ephesumque divisit.* ubi plura vide. Solent autem hae voces in Mstis commutari. V. ad 9, 27, 7. Sigonium ad Liv. 43, 9, 2. Tennul. ad Front. 4, 1, 45. Cel. Burm. ad Phaedri 4, 24, 18. et quae notavi ad Silii 2, 96.

§. 1. *Dissipatum passim bellum, et circumferre*] *Τὸ passim* ab se repudiant Pal. 1. et vet. ed. sicut prim. *τὸ et.* GEBH. Illud *passim* deest etiam in Ber. et omnibus ante Aldum edd. At, voce addita, *dissipatum jam passim bellum* legit Lov. 2. Tum *et* exsulat etiam a Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. et Harl. Mox *diuturni*, pro *diutini*, Lov. 2. V. infra hoc lib. ad c. 24, 6.

§. 2. *Cum decem millibus peditum, et mille equitum*] *cum XX millibus peditum* Hearnii D. Tum *et mille equitibus* Ber. a m. 2. *equitibus mille* Lov. 3. Male. V. ad 21, 61, 1. *cum decem millibus peditum equitum* Flor. *cum decem millibus peditum equitumque* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl. Forte scribendum *cum decem millibus peditum, mille equitum*, sine copulativa: unde *mille*, hac nota ∞ librariis

Digitized by Google

3 mittit. Sita in Meleſſum finibus eſt Hispanae gentis. ager frugifer argentum etiam incolae fodiunt. ea arx fuit Hasdrubali ad excursiones circa in mediterraneos 4 populos faciendas. Scipio, caſtris prope urbem positis,

incognita perscriptum, excidit; ut saepe evenisse videbimus ad 39, 42, 3. Paullo ante *ne hostibus tamen* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Frobeniana anni 1535. antiquiores. *ne hostibus tantum* Lov. 3. sollemni scribarum aberratione. V. ad 9, 12, 6.

Urbem, quam Oringin barbari adpellabant, mittit] Vet. lib. *urbem* (*Origin barbari appellabant*) *mittit*. Hujus meminit Plinius 3, 1. SIG. Pal. 1. et Vet. ed. *Orongin*. tert. *Oroncin*. sec. vero, excluso provocabulo *quam*, *urbem* (*Origin barbari appellabant*) *mittit*. GEBH. Put. Reg. Pal. jubent exigi *τὸ quam*, more Livii: *urbem, Oringin barbari appellabant, mittit*. J. FR. GRON. *Τὸ quam* non adparet etiam in Flor. et Cant. V. ad 40, 57, 3. Tum *Orongin* Flor. Cant. Voſſ. Lov. 3. Harl. Hafn. Colbert. Doujatii, Hearnii N. et edd. Ascensiana anni 1513. priores. *Orongim* Hav. *Orogin* Lovel. 2. 5. et Gaertn. *Orongem* Hearnii L. 1. *Orocim* ejusdem D. *Orocin* Rec. *Orengin* Lov. 4. *Oroncin* Regiorum unus, *Oroginam* Branc. Latinii. Doujatius eam esse existimat, quae malo Plinio vocatur *Ouingis* 3, 1. quamque Liv. 24, 42, 5. *Auringen* vocavit. Deinde *appellant* Hav. quomodo etiam Sigon. edidit. Sed reliqui ſtant pro altera lectione.

§. 3. *In Melessum finibus est sita, Hispanae gentis*] Hic verborum ordo eſt in codice vetusto: *Sita in Meleſſum finibus eſt*. RHEN. Non ferme reperias apud scriptores vel *Oringis*, vel *Meseſſum* nomen in Hispaniis, etiamsi cum tempore nomina mutata sint. Quidam *Meliſſum* emendarunt. Sed nec id compertum habent. GLAR. Libri scripti *Meſſeſſum*, *Meseſſum*, *Maeſſeſſum*. Put. *Maſſeſſum*. Unde Rubenius conjicit *Maſſienſium*. nam *Maſſia* Stephano Χώρα ἀποκειμένη τοῖς Ταρτησίοις. Polybius in secundo foedere Romanorum et Poenorum [l. 3, 24.] *Τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου, Μασίας, Ταρσηίου, μὴ λησίζεσθαι ἐπέκεινα Ῥωμαίους*. Forte *Μασσίας, Ταρτήσσου*. Sed et *Hispanae gentis*, non *Hispaniae*. J. FR. GRON. Similes varietates, quales Gronov. notavit, mihi etiam in libris meis obviae fuerunt; insuper autem *Maesersum* legit Brancal. Latinii. *Mesenssium* Regiorum unus apud Doujat. *Moncensium* Hearnii L. 1. *Maeſſensium* Harl. *Mesensium* Lovel. 4. Rubenii conjecturam *Massiensium* probat Doujatius. At simul miratur, Gronovio in suspicionem veniſse, cum *Maſſia* et *Tarteſſo* Hispaniae urbibus easdem esse *Maſtiam* et *Tarseïum* a Polyb. memoratas. Has enim Africae urbes esse, promontorium Pulchrum, his locis tamquam vicinis adjunctum, ostendere. In eo adsentior Doujatio, quod, licet plures viri docti per *Maſtiam* et *Tarseïum* intelligant *Massiam* et *Tarteſſum*, existimem locum Polybii nulla emendatione indigere. Certe Maſtiam et Tarseïum memorat Stephanus Byz. *Μασιανός, ἔθνος πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις σηλαις. Ἑκαταῖος Ἐυρώπῃ. Ἔιρηται δὲ ἀπὸ Μασίας πόλεως*. Et postea. *Ταρσηΐον πόλις πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις σήλαις. Πολύβιος τρίτῳ. Τὸ ἔθνικον ἔδει Ταρσηΐτης ἢ Ταρσηϊώτης*. In Poly-

Digitized by Google

priusquam circumvallaret urbem, misit ad portas, qui ex propinquo adloquio animos tentarent, suaderentque, ut amicitiam potius, quam vim, experirentur Romanorum. Ubi nihil pacati respondeba- 5

bio nihil mutandum esse, praesertim ultimus locus evincit; unde constat, jam Stephani aetate Ταρσηΐου in Polybii exemplaribus scriptum exstitisse. In eo vero a Doujatio dissentio, quod *Mastiam* et *Tarsitium* Africae urbes crediderit, quas Hispaniae urbes fuisse potius mihi persuadeo. Certe, *Mastiam* non in Africa, sed in Europa sitam fuisse, fidem facere potest, quod Hecataeus apud Steph. Mastianorum in Europa meminisse dicatur. Et quidem *Mastiani* Hispaniae populi memorantur apud Polyb. 3, 33. ubi recensens Hispaniae populos, ex quibus milites lectos Hannibal, Romanis bellum inlaturus, in Africam misit, inquit: Ἦσαν δὲ οἱ διαβάντες εἰς τὴν Λιβύην Θερσῖται, Μασιανοὶ, πρὸς δὲ τούτοις, ὀρεῖται Ἴβηρες Ὀλκάδες. ubi pro Θερσῖται legendum censerem Ταρσηΐται, nisi Θερσῖται, populus Hispaniae, obcurrerent apud Steph. ea voce. Memorantur etiam Mastiani apud Steph. in vocibus Ἰβηρίαι, Μαινόβωρα, et Μολύβδανα, sed Μασιηνοὶ vocantur. Huic sententiae adversari videtur alius locus Steph. v. Ἐλβέσιοι. ex quo Berkel. ibid. statuit, Mastianos sitos esse in Africa. Sed recte Holsten. ad eumdem locum monet, ex truncato ac mutilo loco nihil certi colligi posse. Ipse etiam Berkel. postea sententiam mutasse videtur ad Steph. in v. Ἰβηρίαι et Μαινόβωρα. V. etiam Voss. ad Melam 2, 6. Ceterum *Hispaniae gentis* est in edd. antt. usque ad Aldum, qui *Hispaniae* emendavit. Priorem deinde errorem revocarunt Basileenses anno 1539. isque per reliquas edd. ad Gronov. usque propagatus est, licet interim Sigonius *Hispaniae* revocasset. *Hispaniae gentis* ex Mstis praeferunt Lov. 2. 3. 5. et Hav.

Ager frugifer] Pal. 1. *fructifer*. Statim idem codex, *argentum etiam incolae fodiunt in eam*. GEBH. *fructifer* etiam Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Hafn. et Hav. Simili varietate *frugiferae materiae* est in Msto Sangerm. Colum. 4, 21. ubi vulgo editur *fructiferae*. Sed vocem *fructifer* nondum me apud Livium legere memini. At *frugiferum* obcurrit in praefat.

Ea arx fuerat Hasdrubali] Reposuimus juxta fidem antiqui voluminis, *ea arx fuit Asdrubalis ad excursiones circa in mediterraneos populos faciendas*. Quae particula *in* hactenus desiderata fuit in exemplaribus vulgatis. Corrector accepit *circa* hic, ut esset praepositio, quum sit adverbium, hoc est in circuitu, et propterea particulam *in* expunxit. RHEN. Vet. lib. *Asdrubali*, quod magis probo. SIG. Pal. pr. *ea arxque fuerat Hasdrubali ad excursiones circa mediterraneos populos fac.* sec. et tert. *ea arx fuit Hasdrubalis ad excursiones circa mediterraneos populos fac.* GEBH. *arxque fuerat* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. *in eaque arx fuerat* Hav. *ea arx fuerat* Flor. Cant. Lov. 5. Harl. et Ber. Deinde *Hasdrubalis* Lov. 4. et Harl. Sed reliqui melius *Hasdrubali*. Mox *in*, additum a Rhenano, deficit in Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 4. *Priusquam circumvallaret urbem*] *vallaret* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. et edd. ante Aldum.

Digitized by Google

tur, fossa duplicique vallo circumdata urbe, in tres partes exercitum dividit: ut una semper pars, quie-
6 tis interim duabus, obpugnaret. Prima pars quum adorta obpugnare est, atrox sane et anceps proelium fuit: non subire, non scalas ferre ad muros prae
7 incidentibus telis facile erat. et jam, qui erexerant ad murum scalas, alii furcis ad id ipsum factis detrudebantur, in alios lupi superne ferrei injecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extrahe-

Sed optimi stant pro recepta scriptura. Supra 4, 9, 13. *Firmiore se munimento ab Romanis circumvallatos, quam a se urbem, viderent.* 10, 35, 12. *Nec dubium esse, quin castra circumvallaturi essent.* 43, 19, 9. *Circumvallato oppido, aggerem a parte superiore ducere instituit.* Mox *amicitiam prius, quam vim*, pro *potius*, Harl. V. ad 9, 14, 16.

§. 5. *Fossa duplicique vallo circumdata urbe, in tres partes exercitum divisit*] Codicem veterem sequendo sic castigavimus et distinximus: *duplicique vallo circumdat urbem. in tres partes exercitum dividit.* RHEN. Pall. 2. et 3. *circumdat urbem.* quibus tamen non auscultavimus, quippe vulgatae patrocinante primo, et insuper ant. ed. GEBH. *circumdat urbem* unus Hearnii L. 1. Reliqui vulgatum servant. Contra a Rhenano *dividit* substituente dissentiunt Voss. Lov. 2. Gaertn. et Ber. vulgatam lectionem defendentes. Ceteri cum ipso faciunt, ac probant *dividit.*

§. 7. *Et jam, qui erexerant ad murum scalas*] Scripsimus *etiam.* RHEN. *etiam qui erexerant* Lov. 3. 5. Gaertn. et Hav. V. ad 39, 10, 6. et mox §. seq. id etiam invenisse librarii Lov. 1. et 2. videntur, qui tamen *et erexerant*, pro *ei*, id est *etiam*, dederunt. V. ad 22, 47, 9. Sed optimi vulgatum tuentur. Tum *ad muros* Harl. et Hearnii D.

Furcis ad id ipsum factis] *ad ipsum factis* Ber. a m. 1. et edd. quaedam ante Ascensianam anni 1513. De *furcis* v. Lipsium 5. Poliorc. 1. De *lupis* autem, quorum Livius mox meminit, ibid. Dial. 5. et in addendis. Adde Turneb. 11. Adv. 28. quae loca etiam Cl. Crevier. consulenda monuit.

§. 8. *Et jam eo superare hostem, quod ex muro pugnaret*] Scripsimus *etiam.* RHEN. Vet. lib. *et jam.* SIG. *etiam* legunt Lov. 2. Hav. et duo codd. Crevier. qui alteram lectionem minus commodam existimat. Quod autem addat, sic habere plerasque edd. sciendum est, non alias ita legere, quam quae prodierunt inter annum 1535. quo Rhenanus ita emendarat, et annum 1555. quo Sigonius *et jam* revocavit, quae vix novem vel decem sunt; quum reliquae et priores et recentiores *et jam* servent. V. ad §. praec. Ceterum *eos superare hostem, quod* Lov. 4. Ber. a m. 2. et Hav. Sed τῷ *eos* ultima litera adhaesit ex principio sequentis. V. ad 28, 25, 2. *eos superare hostem, qui* Lovel. 2.

Prima recepta, urbem est adgres-

Digitized by Google

rentur. quod ubi animadvertit Scipio, nimia pauci- 8
tate suorum exaequatum certamen esse, et jam eo superare hostem, quod ex muro pugnaret; duabus simul partibus, prima recepta, urbem est adgressus. Quae res tantum pavoris injecit fessis jam cum primis 9
pugnando, ut et oppidani moenia repentina fuga desererent: et Punicum praesidium metu, ne prodita urbs esset, relictis stationibus in unum se colligeret. Timor inde oppidanos incessit, ne, si ho- 10

sus] Pal. 2. *prima refecta urbem est ingressus*. GEBH. *ingressus* per errorem librarii exhibet etiam Lov. 1.

§. 9. *Tantum pavoris injecit fessis*] *tantum pavorem* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antè Aldum, qui *tantum pavoris* substituit, consentientibus aliis Mstis. Et id mutare nihil adtinet. est enim vere Livianum. 5, 26, 7. *Tantumque inde pavoris Faliscis injectum est*. 34, 27, 1. *Quum terra marique tantum belli circumflaret tyrannum*. ubi plura vide. *adjecit* Harl. et Hav. Mox *ut oppidani*, omissa media vocula *et*, Voss. Lov. 1. 3. Harl. et Hav. Sed v. ad 2, 44, 3.

Relictis stationibus in unum se colligeret] Addidimus accusativum *locum*, qui est in libro scripto. RHEN. *Τὸ locum* invitis nostris adlevit Rhenanus, oblitus illud Maronianum [ecl. 7, 2.]

Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum.

4, [43, 11.] *Quae si in unum conveniant, vix Deorum opibus, quin obruatur Romana res, sisti posse*. 32, [12, 8.] *Dimisitque suos per omnia juga vallesque, qui palatos in unum colligerent*. J. FR. GRON. *in unum locum se colligeret* etiam Hearnii L. 1. Ita *in unum locum conferre* Livius dixit 7, 37, 13. *in unum locum congregare* 38, 27, 8. *in unum locum contrahere* 39, 30, 11. *in unum locum cogere* 40, 39, 8. Verum, aliter hic Livium locutum esse, evincunt reliqui omnes, et inter eos praecipue integerrimi codd. Est autem Livio familiarissima locutio *in unum colligere*, quae obcurrit 9, 43, 17. 21, 5, 16. 31, 45, 15. 32, 12, 8. 37, 24, 4. 42, 8, 1. et aliis locis. Ad eamdem formam *in unum conjicere* dixit 3, 28, 1. *in unum convenire* 4, 43, 11. 32, 12, 9. *in unum conferre* 5, 20, 1. 7, 34, 13. 27, 42, 8. 32, 30, 2. 33, 19, 7. *in unum contrahere* 7, 25, 9. 26, 42, 2. 44, 7, 8. *in unum cogere*. V. ad 9, 13, 4. *in unum conglobare*. V. ad 9, 23, 16. *in unum coire*. V. ad 25, 35, 6. *in unum compellere* 44, 45, 6. Qui addiderunt *τὸ locum*, supplere voluerunt locutionem ellipticam: quomodo etiam peccant quidam codd. Sallust. in Catil. 17. ubi v. Cort. Et ita, passim voces a Livio per ellipsin omissas librarios de suo addidisse, infra videbimus ad 37, 18, 1. Insuper *colligerent* Hav. ut *praesidium* tamquam conlectivum recipiat verbum plurale. At reliqui vulgatum servantes id verum praestant.

§. 10. *Ne, si hostis urbem intrasset, sine discrimine, Poenus an Hispanus esset*] *intrasset, sive Poenus an Hispanus esset* Flor. Cant.

Digitized by Google

ſtis urbem intraſſet, sine discrimine, Poenus an Hi-
11 spanus eſſet, obvii paſſim caederentur. itaque, pa-
tefacta repente porta, frequentes ex oppido sese
ejecerunt, scuta prae se tenentes, ne tela procul
conjicerentur; dextras nudas oſtentantes, ut gladios
12 abjeciſſe adpareret. id utrum parum ex intervallo sit
conspectum, an dolus aliquis suspectus fuerit, in-
com-

Voſſ. Lov. 1. et Hav. Male. Virg. 10. Aen. 108.

Tros Rutilusve fuat, nullo discrimine habebo.

§. 11. *Itaque, patefacta repente porta*] *atque patefacta* Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. quod Cl. Crevier. in Put. et Victor. inventum exponebat subito, confeſtim. Sed nondum poenitet eorum, quae notavi ad 27, 21, 7. Mox *nudas* omittit Hearnii D. quam vocem reliqui Livio vindicant. *dextras* autem *nudas*, id eſt inermes. V. ad 5, 45, 3. Praeterea *oſtendentes*, pro *oſtentantes*, quaedam edd. Aldo priores, invitis codd. Solent paſſim hae voces in Mſtis confundi. V. ad 2, 23, 4. 4, 30, 1. 6, 5, 2. 7, 10, 3. 30, 33, 9. 34, 12, 3. et quae notavi ad Silii 5, 450.

§. 12. *An dolus aliquis suspectus fuerit*] In volumine veteri non eſt *aliquis*, sed *aliqui*. Sic autem Livium loqui et caeteros auctores, supra docuimus. RHEN. Omnes mei conſtanter *an dolus aliquis*. Etiam supra *aliqui*, pro *aliquis*, in quibusdam erat codd. 7, 13, 8. Verum hic literam ultimam *τοῦ aliquis* intercipere potuit prima vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5.

Nec secus, quam adversa acies, caesi] Pal. pr. et vet. ed. *caesa*. sec. et tert. *eſt caesa*. GEBH. Omnes *caesa*. J. FR. GRON. *caesa* etiam Flor. Cant. Lov. 1. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. Moguntina priores. *eſt caesa* Lov. 3. Vox illa exsulat ab Harl.

§. 13. *Et refringebantur*] In nullo prorsus vetuſto libro haec verba reperiuntur. JAC. GRON. Non inveni etiam in Flor. Cant. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hearnii Oxonn. Quamvis itaque in hac re proprium et a Livio saepius usurpatum verbum sit, ut conſtat ex illis, quae notantur ad 23, 18, 2. hic tamen, a Livii manu profectum eſſe, adfirmare non audeo. Paullo ante J. Fr. Gronov. edidit *in urbem illata*, pro *urbi illata*; mutationis tamen cauſſam non addidit. *urbe illata* eſt in Flor. a m. 1. Voſſ. Lov. 1. 3. et Hav. *urbi illata* in Flor. a m. 2. Ber. et Gaertn. De codicum suorum lectione Hearnius nihil monuit.

§. 14. *Legionarii caeteras partes pervadunt, direptione et caede obviorum, nisi qui armis se tuebantur, abſtinuerunt*] Reposuimus ad fidem exemplaris Spirensis: *Legionarii caeteram partem urbis pervadunt direptione et caede obviorum, nisi qui armis se tuebantur*. Sensus eſt, legionarios reliquam partem urbis diripuiſſe, et obviis quibusque caesis graſſatos fuiſſe, praeter eos, qui armis sese periculo eximebant, contra hoſti-

Digitized by Google

compertum est. Inpetus hostilis in transfugas factus: nec secus, quam adversa acies, caesi. Eademque 11
porta signa infesta in urbem inlata: et aliis partibus securibus dolabrisque caedebantur et refringebantur portae, et, ut quisque intraverat eques, ad forum occupandum (ita enim praeceptum erat) citato equo pergebat. Additum erat et triariorum equiti 14
praesidium. legionarii ceteras partes pervadunt: di-

um vim vitam suam defendendo. Quid igitur opus fuit hic verbum *abstinuerunt* infulcire, et sensum Livii invertere? Nos id audacter erasimus. RHEN. A Rhenano ego ita dissentio, ut, licet verba fortasse quaedam hic in vitio esse fatear, praesertimque illud *abstinuerunt*, illud tamen Livium voluisse dicere putem, abstinuisse se legionarium militem direptione et caede eorum, qui arma projecissent, illos tantum obvios trucidantem, qui adhuc se tueri vi conabantur. Verisimile enim est, ut equiti imperatum fuerat, cum triariis forum occupare; ita legionariis reliquis mandatum, uti reliquas urbis partes pervaderent; iis tamen parcerent, qui arma posuissent: atque id ita esse, etiam exitus docet. Ait enim Livius: *Carthaginienses omnes in custodiam dati sunt, oppidanorum quoque trecenti ferme, qui clauserant portas: caeteris traditum oppidum, suae redditae res.* Ubi ego lubenter quaesiverim, si omnes caesi, nisi qui armis se tuebantur, qui fuerint isti, qui in custodiam dati sunt? non enim, opinor, qui se defenderant a vi, quos credibile est fuga sibi consuluisse. Ergo, illi fuerint, necesse est, qui positis armis in deditionem venerant. nam, quod eos caesos ait historicus, qui portis sese effuderant, dextras nudas ostentantes, id duplici nomine excusat idem, vel quod parum ex intervallo conspectum sit, gladios abjecisse; vel quod dolus aliquis suspectus fuerit. legerim igitur: *legionarii caeteram partem urbis pervadunt, direptione et caede obviorum, nisi qui armis se tuebantur, abstinentes.* nisi quod, dum cogito, primo impetu obvia quaeque caedi prosternique solere in captivis urbibus a furente milite, aequior sim Beato, in verbis Livianis nihilosecius haesitans interim. MOD. Ut Rhenanus correxit, ita comparet in Pall. 2. ac 3. Contra pr. legit *legionarii ceteram partis pervadunt direptionem, et caede obviorum, nisi qui armis se tuebantur, abstinuerunt.* Antiqua lectio continetur in Andreae recensione. GEBH. Ita Rhenanus, resecta voce *abstinuerunt*, quae in fine reperiebatur antea, visaque est nobis in Put. Reg. Men. Voss. exstitit que in optimo Pal. etiam Petav. *abstinebant*. Sane non erat tempus illud, quo quisquam armis adversus Romanam vim tutus esset, urbe fossa duplicique vallo cincta, hostibus per muros et portas effractas admissis. Multum se fatigat et Modius: verisimile esse ait, imperatum fuisse militibus, uti reliquas urbis partes pervaderent, iis tamen parcerent, qui arma posuissent; itaque conjectat *abstinentes*. Nisi quod, insit, dum cogito, primo

Digitized by Google

reptione et caede obviorum, nisi qui armis se tue-
15 bantur, abstinuerunt. Karthaginienses omnes in
custodiam dati sunt: oppidanorum quoque trecenti
ferme, qui clauserant portas. ceteris traditum op-
16 pidum, suae redditae res. Cecidere in urbis ejus
obpugnatione hostium duo millia ferme: Romano-
rum haud amplius nonaginta.

1 IV. Laeta et ipsis, qui rem gessere, urbis ejus
expugnatio fuit, et imperatori ceteroque exercitui;

impetu obvia quaeque caedi prosternique solere in captis urbibus a furente milite, aequior sum Beato, in verbis Livianis nihilo secius haesitans interim. Quid opus tot verba perdere? Non verisimile est, sed verum, quod ille divinat imperatum militibus, atque eodem pertinet, quod praecedenti membro: *ita enim praeceptum erat.* Vetus haec disciplina Scipionum, clementia potius, quam crudelitate, componere victos. Itaque salva sit vetus lectio, distinctione apposita: *legionarii caeteram partem urbis pervadunt; direptione et caede obviorum, nisi qui armis se tuebantur, abstinuerunt.* Caeterum codex optimus Put. Regius, Men. praecipuusque ex Pall. habent *caeteram partis pervadunt.* Nec sane mihi admodum placet, solo foro appellato, totam aliam urbem dici *caeteram partem.* Scribe *caeteras partes pervadunt:* ut est in Buslid. Voss. omnibus antiquis editt. usque ad Frobenium. In Curione primo vulgatum reperio. 39, 44, 5. *Lacus sternendos lapide, detergendasque, qua opus esset, cloacas; in Aventino et aliis partibus, qua nondum erant, faciendas locaverunt.* Nisi malis *caetera urbis.* J. FR. GRON. *ceteram partem urbis* ante Curionem jam adparuit in Froben. anni 1535. Basil. anni 1539. Vascos. et Gryph. anni 1548. receptum autem est ex emendatione Rhenani, cui consentiunt Lov. 2. et 3. *ceteram partem,* voce *urbis* omissa, praeferunt Harl. Ber. a m. 2. Hav. et Hearnii D. *ceterum partis* Flor. *ceteras partis* Gaertn. *ceteras partes* omnes reliqui; quod recte Gronov. revocavit. Vox *abstinuerunt,* a Rhenano expuncta, in nullo meorum, nisi in Lov. 1 deest. Eamdem agnoscunt etiam Hearnii L. 1. et N.

§. 15. *Oppidanorum quoque trecenti ferme*] Haec sunt ab ingeniis librariorum. Salmasius et pater notant, in Putoaneo exstare *oppidanorum CON ferme.* Cantabr. omissis mediis, *oppidanorum ferme.* Sed ex antiquo videtur faciendum *oppidanorum CDX ferme,* hoc est quadringenti decem. JAC. GRON. Voces *quoque trecenti* desunt etiam in Flor. Voss. et Hearnii L. 1. Illas itaque ab ingenio librariorum esse, Gronovio ex vestigiis lectionis in Put. obviae statuenti adsentior, at medicinam, qua loco adfecto subcurrere conatur, probare nequeo. Numerus enim quadringenarius in vetustioribus Mstis non hac nota *C D*, sed potius *CCCC*, vel quavis alia scribi solet; et, quod caput est, si Livius subtiliter adeo numerum exsequatur, ut et-

Digitized by Google

et speciosum adventum suum, ingentem turbam captivorum prae se agentes, fecerunt. Scipio, con- 2
laudato fratre, quum, quanto poterat verborum honore, Karthagini ab se captae captam ab eo Oringin aequasset, quia et hiems instabat, ut nec 3
tentare Gades, nec disjectum passim per provinciam exercitum Hasdrubalis consectari posset, in citeriorem Hispaniam omnes suas copias reduxit: dimissisque in hiberna legionibus, L. Scipione fra- 4

iam denarii rationem habeat, non opus est, ut addatur *ferme*; qua voce indicari solet, numerum vel paullo majorem, vel paullo minorem fuisse. Conjicio igitur legendum esse *oppidanorum mille quingenti ferme*. Certe millenarii nota ↀ etiam alibi degeneravit in literas *CO*. V. ad 35, 35, 4. Nota vero quingenarii numeri *IↃ*, sive, cui illa ductibus similis est, *D*. et litera *N*. interdum commutantur. V. ad 26, 41, 9.

§. 16. *Romanorum haud amplius nonaginta*] Scripsimus *haud plus*. RHEN. Pal. 1. *haud amplius*, sec. *amplius centum decem*. tert. *haud plus CXX*. ant. ed. *haud amplius LXXX*. GEBH. Put. aliique meliores *haud amplius XC*. J. FR. GRON. *haud amplius* etiam Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quod perperam Rhenanus in *plus* mutavit: *amplius* enim pro plures Livio frequens esse, constare pot. est ex illis, quae notantur ad 21, 29, 3. Id igitur revocavi. Praeterea *LXXXta*. Ber. et edd. ante Aldum. *centum decem* Lov. 4. Paullo ante *cecidere urbis ejus obpugnatione* Flor. p. m. 1.

§. 1. *Et imperatori ceteroque exercitui speciosum adventum*] Distinximus *caeteroque exercitui. Speciosum adventum*. RHEN. Cl. Jacob Gronov. edidit *exercitui, et speciosum adventum*. Et ita cum Hearnii L. 1. omnes mei, exceptis Lovel. 2. Gaertn. et Ber. a m. 1. Mox *captivorum* deest in Voss. et Lov. 1.

§. 3. *In citeriorem Hispaniam omnes suas copias reduxit*] Nos reposuimus, veterem sequentes lectionem, *in citeriorem Hispaniam recipit exercitum*. RHEN. Ita quoque Pal. 3. Sed an unius libri scripturam multorum consensui praevalere, inclinante eo Rhenani novandi cupidine, verum sit, arbitros capiamus viros doctos. quippe Pall. duo et vet. ed. *omnes suas copias reduxit*. GEBH. Sic Rhenanus, et cantat: Nos reposuimus, veterem sequentes lectionem. Immo unius maculosi codicis vitiosam scripturam. Etenim Put. et omnes Gall. duoque Pall. *in citeriorem Hispaniam omnis* (vel *omnes*) *suas copias reduxit*. J. FR. GRON. In lectionem Gronovii consentiunt omnes mei cum Hearnii L. 1. et N.

§. 4. *Ipse Tarraconem concessit*] *ipse* non est in codice scripto. RHEN. Pall. duo *captivis*, *Tarraconem concessit*, eliso τοῦ *ipse*. GEBH. Illud *ipse* omnes mei agnoscunt. Paullo ante *divisisque in hiberna legionibus* Hav. Solitos

Digitized by Google

tre Romam misso, et Hannone hostium imperatore, ceterisque nobilibus captivis, ipse Tarraconem con-
5 cessit. Eodem anno classis Romana, cum M. Valerio Laevino proconsule ex Sicilia in Africam transmissa, in Uticensi Karthaginiensique agro late populationes fecit. extremis finibus Karthaginiensium
6 circa ipsa moenia Uticae praedae actae sunt. Repetentibus Siciliam classis Punica (septuaginta erant longae naves) obcurrit. decem et septem naves ex iis captae sunt, quatuor in alto mersae. cetera fusa
7 ac fugata classis. Terra marique victor Romanus cum magna omnis generis praeda Lilybaeum repetit. Toto inde mari pulsis hostium navibus, magni commeatus frumenti Romam subvecti.

1 V. Principio aestatis ejus, qua haec sunt gesta,

esse librarios ita variare, infra videbimus ad 37, 45, 19. Tum *misso cum Hannone* Hearnii L. 1.

§. 5. *Classis Romana, cum M. Valerio Laevino proconsule*] Tolle particulam *cum* ex vet. lib. SIG. Sic [*cum M. Valerio*] omnes. Ex improbo suo *τὸ cum* delet Sigonius. Quid est autem *classis transmissa proconsule?* Cur Latine loqui Livium non patitur. J. FR. GRON. Illud *cum* deest etiam in Voss. Lov. 1. Harl. et Hav. *classis Romana a M. Valerio* legunt Lov. 3. et Hearnii L. 1. ac N. *classis a Valerio* Lov. 2. *Laevino* etiam deest in Hearnii L. 1.

§. 6. *Decemque et septem naves ex iis captae sunt*] Non est in codice scripto *que* post *decem*; sed tantum *decem et septem naves*, RHEN. *decemque et septem* Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *decemque septem* Ber. Reliqui cum Rhenano faciunt.

§. 7. *Toto inde mari pulsis hostium navibus*] Non est haec absurda lectio. Verum nos malimus sequi Spirense exemplar, quod habet *Toto inde mari pulsis hostium navibus*. RHEN. *Tuto inde mari* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. et Branc. Latinii. Saepe hae voces in Mstis commiscentur. V. ad 2, 48, 8. 9, 21, 4. 21, 44, 8. Sigonium ad 44, 28, 5. Duker. ad 24, 32, 6. et quae notavi ad Silii 10, 312. (* Vir. doct. ad Virg. 3. Aen. 78.) Utraque lectio hic ferri potest: Rhenani emendatio, si proxime jungantur *pulsis toto mari*; altera autem hoc modo *subvecti tuto mari*: et ita caussa, cur mare tutum sit, erit, quia naves hostium pulsae erant. Utra igitur praeferenda sit, lectoris esto arbitrium. Sciendum tamen *Toto inde mari* esse in edd. principibus; Aldum dedisse *Tuto*; sed Frobenium anno 1535. ex sententia Rhenani *Toto*

Digitized by Google

P. Sulpicius proconsul et Attalus rex quum Aeginae (sicut ante dictum est) hibernassent, Lemnum inde, classe juncta, Romanae quinque et viginti quinqueremes, regiae quinque et triginta, transmiserunt. Et Philippus, ut, seu terra seu mari obviam eundum hosti foret, paratus ad omnes conatus esset, 2 ipse Demetriadem ad mare descendit: Larissam diem ad conveniendum exercitui edixit. Undique 3 ab sociis legationes Demetriadem ad famam regis convenerunt. Sustulerant enim animos Aetoli, quum 4 ab Romana societate, tum post Attali adventum, finitimosque depopulabantur. nec Acarnanes solum 5 Boeotique, et qui Euboeam incolunt, in magno metu erant: sed Achaei quoque, quos super Aetolicum bellum Machanidas etiam Lacedaemonius

revocasse. Paullo ante *cum omnis generis praeda*, una voce omissa, Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Vocabulum *frumenti* mox exsulat a Lov. 4.

§. 1. *Quum Aeginae hibernassent*] *Aegina* Hearnii L. 1. *Reginae* Flor. *Regiae* Voss. et Lov. 1. *egregie* Gaertn. Paullo ante vox *ejus* abest a Flor.

Romanae V et XX quinqueremes, regiae V et XXX] Ita veteres habent libri, ut regia classis decem superarit navibus. Quidam posteriorem numerum priori similem legunt. id si ita esset, opinor Livium dicturum fuisse *regiae totidem*, non *V et XX*, cum is numerus jam praecesserat. GLAR. Aldus est, quem carpit Glarean. Is enim ita edidit: cujus errorem secutae sunt Colon. anni 1525. Frobenii utraque, et paucae aliae.

§. 4. *Quum ab Romanam societatem*] Antiqua lectio *ab Romana societate*. RHEN. Vet. lib. *ab Romana societate:* nota dicendi forma est. Polybius autem hoc sic expressit [10, 38.] *Οἱ μὲν Αἰτωλοὶ προσφάτως ἐπηρμένοι ταῖς ἐλπίσιν ἐπὶ τῇ Ῥωμαίων καὶ τῇ τοῦ βασιλέως Ἀττάλου παρουσίᾳ.* SIG. *tum*, pro *quum*, vel *cum*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hav. V. ad 6, 23, 3. *ab Romanam societatem* Lov. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. Reliqui recte Rhenano et Sigonio consentiunt. V. ad 26, 1, 3. Mox *populabantur* Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. V. ad 10, 12, 7.

§. 5. *Haud procul Argivorum fine*] Reposuimus *Argeorum*. Graeci *Ἀργεῖος* dicunt, auctore Stephano. RHEN. Pal. 1. *Argeorum*. Reliqui omnes *Argivorum*. GEBH. *Argeorum* Rhenani ab ineptiente librario vel correctore est. J. FR. GRON. *Argivorum* omnes

Digitized by Google

tyrannus, haud procul Argivorum fine positis ca-
6 ſtris, terrebat. hi omnes suis quisque urbibus,
quae pericula terra marique portendebantur, me-
7 morantes, auxilia regem orabant. Ne ex re-
gno quidem ipsius tranquillae nunciabantur res.
et Scerdilaedum Pleuratumque motos esse, et
Thracum maxime Maedos, si quod longinquum

noſtri. At Gronov. ad 35, 27, 9. non inepte dubitari poſſe putat, an *Argivo fine* scripserit Livius. *haud procul Argivorum finem* Lov. 3. Sed v. ad 21, 61, 8. Paullo ante *Machinadas*, transpositis literis, Hearnii L. 1. V. ad c. 7, 14. Male. *Μαχανίδας* vocatur Paus. in Meſſen. 29. ubi docet, eum, sublato Cleomene rege, Lacedaemone tyrannidem invasiſſe, ac Nabin in ea successorem habuiſſe. Memoratur etiam Paus. in Arcad. 50. Praeterea *Lacedaemoniorum tyrannus* Lov. 5. et Hearnii L. 1. V. ad 27, 29, 9.

§. 6. *Quae pericula terra marique portendebantur*] Scripsimus *portendderentur*. Similis locus est lib. praecedenti [c. 10, 11.] *Quod in sanctiore aerario ad casus ultimos servaretur*. ubi quispiam scripserat *servabatur*. RHENAN. Pall. 1. 3. et vet. ed. *quae* (tert. *qua*) *pericula terra marique portendebantur*. sec. *quae pericula terra marique portendebantur*. GEBH. *portendebantur* etiam Flor. Voſſ. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Priscam igitur lectionem revocavi.

§. 7. *Ne ex regno quidem ipsius tranquillae nunciabantur res*] Pal. 1. *ut ex regno quidem ipsi ut tranquillae nunc. r.* GEBH. MSS. *ipsi ut tranquillae*. Lege *ipsi sat tranquillae*. J. FR. GRON. *ipsi ut tranquillae* Flor. Cant. Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii N. Quod Gronov. in pr. ed. notarum ad 29, 1. tantum non probavit; sed poſtea rectius expunxit. Verum neque conjectura ejus, quam priori illi hic subſtituit, opus est. *ipsi ut* corrupte pro *ipsius* datum puto. Praeterea *minabantur* Harl.

Scerdiletum Pleuratumque motos esse] Optimus *Scerdilaedum Pleuratumque motos esse*. J. FR. GRON. *Scerdilaedum* vel *Scerdiledum* plerique mei, cum Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. V. Gronov. supra ad 26, 24, 9. et 27, 30, 13. Praeterea *motos esse* Lov. 3. *mortuos esse* Lov. 4. *moturos esse* Rec.

Et Thracum maxime Medos] *Maedos*. Polyb. [10, 38.] ἔτι δὲ τοὺς προσδοροῦντας τῇ Μακεδονίᾳ Θρᾷκας καὶ μάλιϛα τοὺς Μαίδους. SIG. Sic etiam Aldus, et quidam alii ediderunt. V. ad 26, 25, 6. *maxime duces* perperam Hearnii L. 1. Mox *si quidem longinquum bellum* Gaertn.

§. 8. *Boeoti quidem et interiores Graeciae populi*] Vet. lib. *Boeoti quidem ipsi et*. SIG. *Τὸ ipsi* omnes scripti ignorant. Malim etiam *interioris*. J. FR. GRON. Unus meorum Hav. vocem *ipsi* agnoscit. Beliqui cum Hearnii Oxonn. constanter spernunt. *interioris* autem legit ed. Francof. anni 1578. Mox *Thermopylarum saltus* Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Hav. edd. Aldina

Digitized by Google

bellum regem occupasset, proxima Macedoniae incursuros. Boeoti quidem et interiores Graeciae populi, Thermopylarum saltum, ubi angustae fauces coartant iter, fossa valloque intercludi ab Aetolis, nunciabant, ne transitum ad sociorum urbes tuendas Philippo darent. Vel segnem ducem tot excitare tumultus circumfusi poterant. 8 9

et eam secutae, praeter Curionem, omnes usque ad postremam Gruteri, quae *saltum* revocavit. Certe alibi semper, quantum memini, numero singulari *saltum Thermopylarum* Livius memorat. Infra 28, 7, 3. *Fusisque Aetolis, qui saltum Thermopylarum insidebant.* 36, 15, 5. *Intra saltum Thermopylarum sese recepit.* Et mox, *Ante saltum Thermopylarum in septentrionem versa Epirus.* c. 16, 1. *Munitionibus insuper saltum inpediebat. Saltum Oeteum*, itidem numero singulari, vocavit Pompon. Mela 2, 3. *Calcatum Graje Herculi solum, saltus Oeteus.*

Valloque intercludi ab Aetolis, nunciabant] Legendum est *nunciarant.* RHEN. Contra omnes nostri *nunciabant*, quod a Rhenano ejectum jure iterum Gronovius contextui reddidit. Mox vocem *sociorum*, a Ber. et edd. vett. neglectam, recte admisit Aldus. Est enim in reliquis omnibus scriptis codd.

§. 9. *Prout tempus ac res se daret, omnibus laturum se auxilium*] Sic Livius scripsit: *prout tempus ac res sineret, omnibus laturum auxilium.* O asinum, qui pro *sineret* supposuit *se daret.* Hujusmodi loquendi formulas imitamur postea, nondum satis repurgatis exemplaribus; quae res periculo non caret. RHEN. Atqui, Rhenane, ne hoc quidem periculo caret, temere aliquid rejicere, quod classici alicujus scriptoris auctoritate nititur; quod te hic fecisse dicerem, nisi mihi religio esset, manes tuos sollicitare. Quidquid id est, ut *sineret* hic locum habere posse non nego, ita etiam non invitus recipio, et retinendum censeo illud, *prout tempus ac res se daret*, in Mogunt. quoque ed. veteri a me repertum. MOD. Pall. quidem 2. ac 3. *ac res sineret.* Sed o asinum, utor Rhenani verbo, qui vulgatum damnat, propugnatum a Pal. 1. ac vet. ed. GEBH. Put. Flor. *tempus ac resideret.* Inde nihil potuit fieri commodius, quam *res se daret*, quod clare conspicitur in Men. Voss. et uno Pal. Neque tamen absurdum Rhenani *tempus ac res sineret.* quamvis id locum hic habere neget Modius. Sed non debuisset Beatus alteram phrasin negare Latinam. Plautus Bacchid. [4, 4, 24.] *Ae nesciebas, quam ejusmodi homini raro tempus se daret.* Virg. [1. Georg. 217.]

Multa adeo melius gelida se nocte dedere.

Seneca Ep. 79. *Omnibus praeterea feliciter hic locus se dedit.* Restituimus et Statio [Diatr. c. 20.] J. FR. GRON. *laturum se auxilium* Put. Men. Cantabr. Voss. Gud. denique omnes. Et quare ultra cum vulgo omitteremus τὸ *se.* Habet lib. seq. [l. hoc lib.]

Digitized by Google

Legationes dimittit, pollicitus, prout tempus ac res
10 se daret, omnibus laturum se auxilium. in praesentia, quae maxime urguebat res, Peparethum praesidium urbi mittit; unde adlatum erat, Attalum, ab Lemno classe transmissa, omnem circa urbem
11 agrum depopulatum. Polyphantam cum modica manu in Boeotiam, Menippum item quemdam ex

c. 13, 3. *Pedites, quos se per hiemem conscripturum pollicitus erat.* JAC. GRON. *tempus ac res sinerent* Hearnii L. 1. *tempus ac res sineret* Lov. 3. 4. Rec. et Reg. Doujatii. *tempus ac resideret* Flor. a m. 1. *tempus ac res daret* a m. 2. quod etiam est in Lov. 2. et Harl. *tempus ac res se daret* reliqui mei, quod etiam Doujatius in Colb. et Hearnius in N. ac D. invenerunt. In hac locutione pronomen vel omittitur, vel additur. Supra 5, 27, 2. *Longius solito, ubi res dedit, progressus.* Ter. Heaut. 5, 1, 43.

Quot res dedere, ubi possem persentiscere.

Hec. 3, 3, 20. *Ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.* V. Vorst. de Latin. falso susp. c. 11. et Celeb. Burm. ad Gratii Cyneg. 143. Gronovius, putans Modium negasse, emendationem Rhenani hic locum habere posse, non satis ad verba Modii adtendit. Denique in ultima parte horum verborum pronomen *se* Rhenanus etiam expunxerat. Id autem omitti posse, constat ex illis, quae notantur ad 1, 23, 5. Quum tamen id omnes mei tueantur, recte a Jac. Gronovio revocatum puto.

§. 10. *Quae maxime urguebant, res pararent. Tum praesidium urbi mittit*) Non satis video, quid sibi hic velit asteriscus, quem habet editio Asulanica. Nam, quod sequitur, *unde allatum erat*, idem est, quod nunciatum, et *depopulatum* participium est, non supinum. RHEN. Quae sit ea urbs, non explicatur, et e Lemno jam cesserat Attalus. Ideoque is locus recte notatus est asterisco quibusdam in libris, fortassis ut exemplaria vetusta eo diligentius conspiciantur. GLAR. Deest hic non urbis nomen, sed insulae, in qua urbs erat. Fuit autem *Peparethus*, ut ex Polyb. unde haec ad verbum translata sunt, intelligi potest. cujus haec verba sunt [10, 39.] *Καὶ προσορμίσαντας τῇ Πεπαρήθῳ κατεσχηκέναι τὴν χώραν, τούτοις μὲν ἐξαπέστειλε τοὺς παραφυλάξοντας τὴν πόλιν.* Itaque legendum apud Livium puto *Tum Peparethum praesidium urbi mittit.* Vox enim *praesidium*, affinis quodammodo voci *Peparethum*, illam e loco suo ejecit. Est autem urbs in insula eodem nomine, ut ait Stephanus: *Πεπάρηθος νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ὁμώνυμον ἔχουσα πόλιν.* SIG. Restat in Pal. 1. *Limnum praesidium urbi mittit.* in sec. *Lemni praesidium urbi mittit.* GEBHARD. Jam ex primis editoribus, haec integra non esse, suspicati sunt nonnulli: itaque asteriscum apposuerunt. Id reprehendit Rhenanus, et caussam ait se non videre. At Glareanus, quae sit ea urbs, non explicari, eoque recte locum asterisco in quibusdam

Digitized by Google

regiis ducibus cum mille peltastis (pelta caetrae haud dissimilis est) Chalcidem mittit. additi quingenti A- 12
grianum, ut omnes insulae partes tueri possent. ipse Scotussam est profectus: eodemque ab Larissa Macedonum copias traduci jussit. Eo nuncia- 13
tum est, concilium Aetolis Heracleam indictum, regemque Attalum, ad consultandum de summa

libris notari. Digitum ad fontem, quo ipse tamen pervenire non potuit, intendit nobis Sigonius, monens ex Stephano, Πεπάρηθον εἶναι νῆσον μίαν τῶν Κυκλάδων, ἐπώνυμον ἔχουσαν πόλιν. et ex Polybio nomen hic ejus desiderari. Verba Polybii: Προσπεσόντος δ' αὐτῷ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον τοὺς περὶ τὸν Ἄτταλον διάραντας καὶ προσορμίσαντας τῇ Πεπαρήθῳ, κατεσχηκέναι τὴν χώραν, τούτοις μὲν ἐξαπέστειλε τοὺς παραφυλάξοντας τὴν πόλιν. Ergo Sigonius: *Tum Peparethum praesidium urbi mittit.* Sed nondum sanitas reddita Livio. Put. Reg. Men. *urgebat respiararent lium praesidium.* ultima varietas aliter habetur in duobus posterioribus nam Men. et Pal. et Voss. *limnum.* Reg. Petav. et Pal. alter *Lemnum.* Ceterum facile est, ex istis vestigiis verum elicere: *in praesentia, quae maxime urgebat res, Peparethum praesidium urbi mittit, unde allatum erat.* Quod Polyb. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, id Livius *in praesentia:* nec de rebus parandis aliis, quae tum maxime urgerent, ulla significatio. J. FR. GRON. *urgebat respiraret Limnum praesidium* Flor. Voss. et Cant. neque aliter Lov. 1. Hav. Colb. apud Doujatium, et Hearnii N. nisi quod pro *Limnum* primus legat *Linum*, secundus *Limnium*, tertius *hunum*, quartus *Linium. urgebant, respirarent tum Lemnium praesidium* Lov. 5. *urgebat respiceret Lemnum praesidium* Lov. 2. *urgebat res pararent Livium praesidium* Lov. 4. *urgebat res pararent summum praesidium* Harl. *urgebant res pararet Lemnum* Ber. *urgebant res pararent tum levum praesidium* Gaertn. De veritate emendationis Gronovianae non est dubitandum.

§. 11. *Polyphantum cum modica*] Scribe *Polyphantam cum modica manu.* Ut et libro praecedente c. 32, 10. *Cum Menippo et Polyphanta.* Nam Polyb. vocat Πολυφάντον. et optimus codex *Polyphantam.* J. FR. GRON. Error est ex ultima Gruteri ortus. Ea enim *Polyphantum* prima dedit. Omnes priores *Polyphantem.* quod servant Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. et Gaertn. *Polysantem* Lov. 5. *Polypanthum* proxime verum Flor. V. ad 27, 32, 10. Mox *Menipum* Hearnii L. 1. *Enipum* ed. Rom. principes Aler. apud Hearnium: proximae *in Enippum*, vel *inde Enippum.* Mogunt. demum recte *Menippum.* Praeterea *peltatis* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. cum edd. omnibus usque ad Cl. Jac. Gronov. qui *peltastis* dedit. Id autem recentiores omnes servarunt.

§. 12. *Additi quingenti Aenianum*] Si Polyb. sequamur, quem nescio cur non maxime sequamur, *Agrianum*, pro *Aenianum*,

Digitized by Google

14 belli, venturum. Hunc conventum ut turbaret subito adventu, magnis itineribus Heracleam duxit.
15 et concilio quidem dimisso jam venit: segetibus ta-

est restituendum. Is enim hac de re ita [10, 39.] *εἰς δὲ Χαλκίδα καὶ τὴν ἄλλην Εὔβοιαν Μένιππον ἔχοντα πελταστὰς χιλίους, Ἀγριάνας πεντακοσίους.* de quibus Stephanus: *Ἀγρίαι, ἀρδενικῶς, ἔθνος Παιονίας μεταξὺ Ἄιμου καὶ Ῥωδόπης. λέγονται καὶ Ἄγραῖοι, καὶ Ἀγριεῖς, καὶ Ἀγριάνες. Agrianum* horum meminit post etiam saepe Livius l. 44. SIG. Omnia haec tria vocabula omittuntur in Hearnii L. 1. Sola vox *quingenti* deest in Flor. Voss. Lov. quinque, et Hav. Sed, numeri hujus notam *IJ* minus cognitam saepe omisisse librarios, videbimus ad 37, 40, 11. ejus loco *ad* exhibet Harl. Deinde *Aniaum* edd. principes: cujus loco Ascensius anno 1513. dedit *Aenianum*, quod servat Flor. *Eniaum* Hav. et Lov. 2. *Heniaum* Lov. 3. *Helanum* Rec. *Enienum* Voss. *Emanum* Harl. et Gaertn. *Enniani* Lov. 4. *Aeniani* Lov. 5. *Amenum* Lov. 1. *ad Venianium* Vatic. Latinii. Sed emendationem Sigonii *Agrianum* probant Freinsh. Ind. Curtii, v. *Agriani*, et mox Gronov. ad §. 15.

Scotussam est profectus] *Scopyssam* Flor. *Scopitussam*, duplici lectione juncta, Harl. *Cotussam* Gaertn. *Copissam* Voss. Lov. 1. 2. 4. Hafn. et Hav. *Corpissam* Vatic. Latinii. *Scotusam* Ber. et edd. usque ad Gron. qui anno 1665. sibilantem literam duplicavit. V. ad 36, 14, 11. Paullo ante *tueri posset*, nempe Menippus, Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Hav.

§. 15. *Quae jam prope maturitatem erant*] Put. Men. Voss. nec sciunt *τὸ jam*. J. FR. GRON. Voculam *jam* soli ex meis admittunt Harl. Ber. et Gaertn. Reliqui cum Hearnii D. recte eam a Gronovio expulsam esse testantur.

Maxime in sinu Aeniano evastatis] Quis sit *sinus* ille *Aenianus*, haud temere dubitant plures: neque enim verisimile est, ad *Aenum* urbem Thraciae esse, sed sinus Maliaci partem, ad quem supra Scarphiam tenuere populi *Aenianes*, vicini ab occasu Locris Epicnemidiis, proxime Dorienses, ut tradit Strabo l. 9. [p. 427.] nec longe inde Heracleam abesse Aetolicae ditionis ad Oetam montem, de qua hic noster author, obiter l. 31. sub finem [c. 46.] At l. 36, [22.] copiose, post Thermopylarum descriptionem, ejus etiam situm ac obsidionem commemorat. GLAREAN. Qui sit *sinus Aenianus*, ut multa alia, quaerit Glareanus. is est autem, de quo Polyb. lib. 10, [39.] his verbis: *Τὸν δὲ σῖτον φθείρας καὶ παρελόμενος τῶν περὶ τὸν Αἰνείαν κόλπον κατοικούντων ἐπανῆλθε.* Et Stephanus: *Αἰνία πόλις Περραιβῶν, καὶ Αἰνιάδες οἱ οἰκοῦντες, καὶ τὸ κτητικὸν Αἰνιακὸς κόλπος.* †. „ In Polybio [immo Stephano] „est *Αἰνιακὸς*, non *Aenianus*. Non „immerito igitur dubitat Glarea„nus: immo, quae Glareanus ad„ducit, hic omittit Sigonius. „ †. SIG. Locus hic notabilis. Strabo l. 1, [61.] *Αἰνειάνες οἱ νῦν Αἰτωλοῖς ὅμοροι. περὶ τὸ Δάτιον ᾤκουν, καὶ τὴν Ὄσσαν μετὰ Περραιβῶν.* Et l. 9, [427.] *Τοῖς δὲ Λοκροῖς τοῖς μὲν Ἑσπερίοις συνεχεῖς εἰσιν Αἰτωλοί, τοῖς δ' Ἐπικνημιδίοις Αἰνειάνες, οἱ τὴν Ὀιτην ἔχοντες καὶ μέσοι Δωριεῖς.* Vel potius *Αἰνιάνες*, nam clare Stephanus *διὰ τοῦ* I, ad

Digitized by Google

men, quae prope maturitatem erant, maxime in sinu Aenianum vastatis, Scotussam copias reducit. Ibi exercitu omni relicto, cum cohorte regia Deme-

discrimen ejus, quae est *Αἰνεία Θράκης*. Hinc autem intelligas licet, cur Stephanus vocet *πόλιν Περῤῥαιβῶν*. neque enim tum, quum hae res agebantur, in Perrhaebis erant Aenianes, sed ad Maliacum sinum, et contributi Aetolis, eoque hostes Philippi. Deinde id vocabulum et apud Polybium, et apud Livium mendose scribi, nec magis Graece dici *Αἰνείας κόλπος*, quam Latine *Aenianus sinus* censeo. Placet autem Polybium edidisse *τῶν περὶ τὸν Αἰνιᾶνα κόλπον*. Livium vero *in sinu Aeniane*, vel, ut scripti, *in sinu Aenianum*. Nec *Aeniensium sinum* cum magno interprete ausim: quorum etiam in indice video, quasi unus populus esset, factiones poni narratas Polybio p. 1015. [1525.] At hae sunt Aeniorum in Chersoneso Thraciae, quorum urbs Aenos. Jam quum hic pati potuerit Sigonius *segetes vastatas in sinu Aenianum*, quare ad l. 37, 6. putavit, in sinum Maliacum non veniri, nisi mari? Apparet enim ex utroque loco, *sinum Aenianum* et *sinum Maliacum* dici Livio pro terris circa sinum, quemadmodum etiam in mediis Alpibus l. 21, [35.] *promuntorium* ponit: exemplo Graecorum, quibus *ῥῖον* et cacumen montis, et ad mare promuntorium. Justinus l. 2, [4.] *Fruftraque et Ponti sinum et Asiam edomitam esse dicit, si Graecorum non tam bellis, quam rapinis, pateant.* Denique hic et Sigonius a Turnebo vindicandus. l. 40, 4, 4. legitur *Archo Poridi cuidam, longe principi gentis Aenianum, mupsit.* Sigonius correxit *Aeneatum*. Turnebus [30. Advers. 4.] libens retineat alterum, quia de urbe *gentem* non dixisset, et *gens Aenianum* satis nota est. Prius frivolum est; posterius non ostendit ipse. Si gentis Aenianum princeps erat Poris, quid habebat metuendum a Philippo, cui nulla cum in gentem jurisdictio? cur habitabat Thessalonicae? quid proficiscebatur ad statum sacrificium Aeneam? At si tu mihi Aeneatem fuisse concedas, horum omnium liquida ratio est. Sic enim tradiderat Strabo l. 7, [330.] *Ὅτι μετὰ τὸν Ἄξιον ποταμὸν ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶ πόλις, ἣ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο. κτίσμα δ' ἐστὶ Κασσάνδρου· ὃς μετῴκισεν τὰ πέριξ πολίχνια, ὅιον Χαλάστραν, Ἀινείαν, Κισσόν, καί τινα ἄλλα.* Ergo majores Poridis fuerunt Aeneates, et ex vetere patria traductis pro superstitione antiqua mansere quaedam solennia sacra, et ipsis et posteris eorum ibi facienda, tanquam quae loco mutari non possent: ut Romani, destructa Alba, sacra quaedam ejus urbis intercidere non sunt passi. Facit huc, quod l. 44 [10, 7.] Romani milites classici *omissa Thessalonicae oppugnatione Aeniam inde petunt.* et c. 32. simul utraque urbs appellatur. Et in his librarios facile peccare, cum supplementum Bambergense l. 33, 3. ubi membrana, *ab Heraclea Xynias progressus in confinio Aeneatium Thessalorumque.* ubi substitutum est *Aenianum:* et nemo dubitat, quin recte. Et hoc ipso c. 5, 12. *quingenti Aenianum* fecerant; quidam *Anianum*, alii *Acarnanum*. Sed Polyb. et ratio evincit, legendum *Agrianum*, quod vidit Sigonius. J. FR. GRONOV. *in sinu Aenianum* etiam Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Hav. pluresque alii, cum Hearnii L. 1.

Digitized by Google

16 triadem sese recipit. Inde ut ad omnes hostium motus posset obcurrere, in Phocidem, atque Euboeam, et Peparethum mittit, qui loca alta eligerent, unde editi ignes adparerent. ipse in Tisaeo (mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi) speculam posuit: ut ignibus procul sublatis signum, ubi quid molirentur hostes, momento temporis accideret. Romanus imperator et Attalus rex a Pepa-

et N. quod admittendum putavi, quemadmodum etiam Crevier. admisit. Praeterea *vastatis* edidit primus Jac. Gronovius. Verum *devastatis* Hav. *evastatis*, ut antea in excusis legebatur, Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Hafn. et Gaertn. Hearne etiam Jac. Gronovium *vastatis* edidisse notans, neque verbum de Oxonn. suis addens, eos ab lectione hac dissentire, tacite indicat. V. etiam Gebhard. ad 8, 37, 6. De verbo *evastare* v. ad 32, 33, 14.

Scotusam copias reduxit] Scripsimus *reducit*, et mox *sese recipit*, pro *recepit*. RHEN. Scotusam Pelasgioticum hic putat, de qua Strabo l. 7. ad finem. ad quam sunt Cynos Cephalae, eodem authore. GLAR. *Scotissam* Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *Scotusam* Ber. *Scotosam* Lov. 4. *Cotossam* Gaertn. *in Scotussam*, vel *in Scotusam* vetustae edd. V. ad §. 12. *reduxit* ex scriptis soli tuentur Ber. et Gaertn. reliqui *reducit*. At *recepit* est in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1.

§. 16. *Obcurrere, etiam in Phocidem*] Omnes Gall. et Voss. ut spurium arguunt *τὸ etiam*. J. FR. GRON. Vocula illa in solis iterum Ber. et Gaertn. comparet. Reliqui omnes cum Hearnii Oxonn. eamdem expellunt.

§. 17. *Ipse in Cisseo (mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi)*] Ubi ille mons sit, in Peparaethone, an in continenti, non explicat. nec ego de hoc monte quicquam apud idoneos reperio authores. GLAR. Quod Glareanus quaerit *Cisseum* montem, imperite facit: etenim nullus est. *Tisaeum* autem invenio apud Polyb. l. 10. [39.] ubi de hac re loquitur. *Καὶ παρήγγειλε διασαφεῖν ἀυτῷ πάντα τὰ γιγνόμενα διὰ τῶν πυρσῶν ἐπὶ τὸ Τίσαιον. τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς Θεσσαλίας ὄρος.* Veteres etiam Liviani libri habent *Thiseo*, non *Cisseo*. †. „ Glareanus recte du„bitavit, et recte judicavit de „re: nomen ignoravit. „ †. SIGONIUS. Pal. pr. tert. *Tiseo*. sec. *Tisio*. GEBHARDUS. Put. Men. Voss. *in Tisaeo*, ut voluit Sigonius. J. FR. GRON. *Tisaeo* etiam Flor. et alii multi, cum Hearnii Oxonn. Alii *Tiseo*, *Tisseo*, *Tysseo* legunt.

§. 18. *Niceam trajecerunt*] *Niceam*. Graeci enim *Νικαίαν* edunt. SIG. Deformatissima sunt in Pal. 3. *Romanus imperator et Athalus a Paparete et Miniscea jecerunt classem in Euboeam ad urbem Oretum tramiti, quae ab Demetriade consinu* etc. GEBH. *Νικαία* memoratur Polyb. 10, 39. Vox illa deerat in Hearnii L. 1.

Digitized by Google

retho Nicaeam trajecerunt. inde classem in Euboeam ad urbem Oreum transmittunt: quae ab Demetriaco sinu Chalcidem et Euripum petenti ad laevam prima urbium Euboeae posita est. Ita inter Attalum ac Sulpicium convenit, ut Romani a mari, regii a terra obpugnarent. 19

VI. Quatriduo post, quam adpulsa classis est, 1 urbem adgressi sunt. id tempus occultis cum Pla-

Ad urbem Oreum transmittunt] Salmasius et pater notarunt ex Put. *tramittunt*: quod supra aliquoties restitutum. Sic quoque c. 37, 4. *tramisit*, et 41, 17. *tramissa*. JAC. GRON. *tramittunt* etiam Flor. quomodo codd. supra quoque scribunt 27, 29, 7. (* 38, 16, 7.) Et ita in aliis cum eadem praepositione compositis vocibus saepius. V. ad 24, 21, 7.

Ab Demetriaco sinu Chalcidem et Euripum petenti] Nicaea ad sinum *Maliacum* erat. Liv. 32, 32, 9. *In sinu Maliaco prope Nicaeam littus elegere; eo rex ab Demetriade venit.* quae e Polyb. 17, 1. sunt. Hoc quum satis certum sit, non immerito quaeri potest, cur Livius eum hic *Demetriacum* vocet? Ortelius putat, *Demetriacum sinum* hic non esse *Maliacum*, sed eum, qui *Pelasgicus* et *Pagasaeus* dicitur. Sed hoc satis refelli potest ex situ Nicaeae, et cursu navigationis Attali et Romanorum. Nam hi Peparetho profecti non potuerunt Nicaeam et in sinum Maliacum venire, nisi trajecto prius sinu Pagasaeo. V. Melam 2, 3. An autem etiam alii sinum *Maliacum* vocent *Demetriacum*, mihi non constat. Pagasaeo utique magis conveniret appellatio *Demetriaci* ab urbe Demetriade, quae ad sinum illum erat, quam Maliaco, quem a Livio designari mihi non dubitandum videtur. Livius haec et alia omnia in hoc cap. sine dubio ex Polybio descripserat. Sed Polybii de his verbis narratio 10, 39. desinit in verbis Livii *ipse in Tisaeo speculam posuit.* inde longam digressionem de ratione dandorum signorum per ignes sublatos instituit. Quae autem post hanc scripserat, et usque ad c. 9. exsequitur Livius, injuria temporis perierunt. ut adeo sciri non possit, quo nomine sinum, qui Livio *Demetriacus* est, appellaverit. Sed quia sinum *Demetriacum* nusquam alibi memorari invenio, suspectum mihi est hoc nomen. Quia et hoc et superiore libro frequens mentio *Demetriadis* facta erat, facile alicui in mentem venire potuit, pro *Maliaco* scribendum esse *Demetriaco*. DUK. (* V. Mencken. in Miscell. Lips. T. 2. P. 1. p. 150.)

§. 19. *Ut Romani a mari, regii a terra obpugnarent*] Pal. 1. *a mari regiam terram oppugnarent.* sec. ac tert. *a mari, regii oppugnarent a terra.* GEBH. *regiam terram oppugnarent* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. Hafn. Hav. et ed. Parm. *regia terra oppugnarent* ed. Rom. anni 1472.

§. 2. *Altera urbis medio est*] Reg. *altera in urbis medio est.* Put. *al-*

Digitized by Google

tore, qui a Philippo praepositus urbi erat, conlo-
2 quiis absumtum est. Duas arces urbs habet, unam inminentem mari, altera urbis media est. cuniculo inde via ad mare ducit, quam a mari turris quinque tabulatorum, egregium propugnaculum, clau-
3 debat. Ibi primo atrocissimum contractum est certamen, et turre instructa omni genere telorum, et tormentis machinisque ad obpugnandam eam ex na-
4 vibus expositis. Quum omnium animos oculosque id certamen avertisset, porta maritimae arcis Plator

tera urbis media est. Ita scribe. Silius Italicus 1, 307.

Concidit exacti medius per viscera teli.

Sic enim Colon. Oxon. et Marsi editio: ubi male vulgo *injecto telo.* Sed quid est *medius teli?* inquit Barthius 7. Advers. 15. Dicam. *medius teli exacti per viscera* est, qui sic perfossus, ut aequa pars teli et a fronte et a tergo exstet ac promineat, media in visceribus abscondatur: qui mediam partem teli corpore tenet, hinc mucrone, inde capulo prominente. J. FR. GRONOV. *urbis media* etiam Flor. et pauci alii, cum Regio Doujatii. Et ita edidit Curio, quem omnes editores, praeter Sigonium, secuti sunt usque ad Modium, priorem lectionem revocantem. Ea, vel *in urbis medio* magis adridebat Doujatio, quia Livius non solet uti reconditis et nimis adfectatis locutionibus. Verum eadem ferme locutio et etiam infra obcurrit 42, 58, 9. *Medius omnium rex erat.*

Quam a mari turris quinque tabulatorum, egregium propugnaculum, claudebat] Pal. pr. *a mare.* tert. *qua mare turris quinque tabulatorum egregium propugnaculum claudebat.* GEBH. *a mare* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Eadem lectio in Mssis variis etiam saepius apud Livium obcurrit. V. ad 22, 20, 3. 25, 11, 17. 27, 4, 13. 29, 34, 3. 37, 14, 3. Et ita alios etiam locutos esse, constat ex Charis. 1. Gramm. p. 44. et 111. et Prisc. 7. p. 759. V. etiam Zinzerl. Prom. Crit. c. 16. et Voss. 4. Gramm. 11. qui tamen innuere videtur, apud poëtas potius, quam apud oratores vel historicos, id reperiri.

§. 3. *Ibi primo atrocissimum contractum est certamen*] Pal. 2. *acerbissimum contractum est certamen.* GEBHARD.

§. 4. *Quum omnium animos oculosque id certamen avertisset*] Lov. 5. *advertisset.* Utrumque bonum sensum reddit. *advertit* nempe ad se, *avertit* vero ab aliis omnibus. Et solent haec verba innumeris locis commutari. V. ad 6, 23, 8. Hic tamen ob codd. auctoritatem, et quia id majorem emphasin habere videtur, vulgatum praefero. Mox *pulsi inde mediam urbem*, omissa praepositione, Voss. Lov. 1. et Gaertn. Verum illa intercepta est a praecedenti voce *in̄*, sive *inde.* V.

Digitized by Google

Romanos accepit, momentoque arx occupata est. Oppidani, pulsi inde in mediam urbem, ad alteram tendere arcem. Et ibi positi erant, qui fores por- 5
tae objicerent. ita exclusi in medio caeduntur capiunturque. Macedonum praesidium conglobatum 6
sub arcis muro stetit: nec fuga effuse petita, nec pertinaciter proelio inito. Eos Plator, venia a Sul- 7
picio impetrata, in naves inpositos ad Demetrium Phthiotidis exposuit: ipse ad Attalum se recepit. Sulpicius, tam facili ad Oreum successu elatus, 8

ad 37, 31, 4. *ad mediam urbem* Lov. 5. et Ber. Insuper *tetendere* Flor. a m. 2. Sed v. ad 1, 50, 5.

§. 5. *Qui fores portae objicerent*] Pal. 1. *portis*. GEBH. *fores portas* Flor. Lov. 4. et Voss. a m. 1. *fores portis* a m. 2. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Vir doctus ad marg. ed. Cur. legit *seras portae objicerent*. Nihil muto. Propria est locutio et elegans *objicere fores*. 5, 13, 13. *Multi ante portas caesi, dum objectis foribus extremos suorum exclusere.*

§. 6. *Nec pertinaciter proelio iterato*] Legendum est *proelio inito*. RHEN. Pal. *nec pertinaciter proelium initum*. Ant. ed. *proelio iterato*. Sed a Rhenano restituta lectio confirmatur quum Pall. 2. ac 3. tum ipso Livio supra c. 2, 11. *Vix inito proelio cum Magone effugerunt*. Ubi tamen perperam Pal. 2. *vix mixto proelio*. Infra c. 13, 7. *Vixdum proelio inito fuderunt*. GEBH. *proelium iteratum* Ber. *proelio irato* Gaertn. *proelium initum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. Sed recte Rhenanus *proelio inito*. V. ad 38, 17, 4.

§. 7. *Ad Demetriacum Theotidis exposuit*] *Phthiotidis* verius legitur. Plinius [4, 9.] *Pegase*, inquit, *quae postea Demetrias dicta est*. et confestim inde *Phthiotidis*, inquit, *montes*. Caeterum Theotis in Thessalia, quod sciam, legere non est. SABELL. Scriptum exemplar habet *ad Demetrium Thiotidis*. ubi posterius vocabulum mutilum est. Legendum enim *ad Demetrium Phthiotidis*. Est autem *Demetrium* locus circa Thessaliam, ceu scribit Stephanus. Graeci *Δημήτριον* vocant. Eodem auctore *Φθία πόλις καὶ μοῖρα Θετταλίας*. hoc est, *Oppidum et pars Thessaliae*. Unam sane ex quatuor Thessaliae partibus Strabo *Θεσσαλίαν Φθιῶτιν* appellat. Quare hic in *Phthiotidis* subauditur *Thessaliae*. At o supinam quorundam negligentiam in restituendo Livio. Non puduit illos *Demetrium* in *Demetriacum* vertere, quod paulo ante *Demetriaci sinus* sit facta mentio. Sed nemo vult laborare. Quicquid in mentem primum venit, id infulcimus. Deinde, nisi manifestus sit soloecismus, hujusmodi lectionem omnes sequuntur. Sic legit Beroaldus, inquiunt, sic Sabellicus, sic Baptista Pius. Et quis amplius dubitat? Equidem fuerunt viri celebres et literati, sed qui mallent omnia

Digitized by Google

Chalcidem inde protinus victrici classe petit. ubi
9 haudquaquam ad spem eventus respondit. Ex patenti utrimque coactum in angustias mare, speciem intuenti primo gemini portus in ora duo versi praebuerit: sed haud facile alia infestior classi statio
10 est. nam et venti ab utriusque terrae praealtis montibus subiti ac procellosi se dejiciunt, et fretum ipsum Euripi non septies die, sicut fama fert, tempori-

interpretari, quam intelligere. Fidebant ingenio suo, fidebant eruditioni. Nec putabant opus esse scripta consulere exemplaria. Id quod rarenter admodum faciebant. Quin erant contenti auctoritate et opinione nominis, quam apud omnes sibi peperarant, ut jam propemodum sufficeret illud αὐτὸς ἔφα. At alia res est castigare veterum auctorum libros. Eget enim non solum eruditione, sed et pertinaci studio, labore et diligentia, ac cum primis acri judicio. RHENAN. Recte Sabellicus *Phthiotidis* hoc in loco restituit. Sed *Demetriacum* putavit idem esse cum *Demetriade*. Superflue igitur adjecisset Livius *Phthiotidis*. Ego *Demetriacum* puto esse oppidum, quod Strabo *Demetrium* vocat l. 9, [435.] ubi de Achillis regione disputat, ἀπὸ τῆς Δήμητρος, id est Cereris templo, quod ibi eximium habebat. GLAR. *Demetrium Phthiotidis* veteres libri. et recte. Nam duo fuerunt oppida hoc nomine, ut Stephanus. Δημήτριον τόπος Θεσσαλίας, κείμενος περὶ τὸν Ἀμφρυσσον. ἔστι καὶ πόλις Αἰολίδος. SIG. Lectio, quae ex emendationibus virorum doctorum nunc vulgo recepta est, *Demetrium Phthiotidis* vera est, licet in nullo fere scripto obcurrat. Certe *Demetriacum* legunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Omnes praeterea vel *Phtiotidis*, vel *Theotidis*, vel *Theothidis*, vel *Theodotis*.

Ipse ad Attalum se recepit] Ita primus edidit Froben. anno 1535. Omnes priores dederant *sese recepit*, quod servant Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *sese recipit* Lov. 3. *se recipit* ed. Bas. anni 1539.

§. 9. *Speciem intuenti primo gemini portus in ora duo versi praebuerit*] Castigavimus *ut speciem intuenti primo gemini portus in ora duo versi praebuerit*. RHEN. Hanc emendationem Froben. anno 1535. recepit, eumque secuti editores servarunt usque ad Gruter. qui in ed. ult. τὸ *ut* omisit. Id quidem MSS. aliisque codd. adversari, innuit Hearnius; adfirmo tamen τὸ *ut*, a Rhenano additum, sed a Grutero omissum, in nullo meorum codd. obcurrere. Ceterum *praebuit* Ber. a m. 2. prioris lectionis vestigiis erasis: quomodo etiam praefert ed. Ascens. anno 1513. Priores cum scriptis Flor. Voss Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. legunt *praebuere*: pro quo emendandum puto *praebere*; ut oratio per infinitivum concipiatur, et hinc a librariis eam non intelligentibus corrupta sit. V. ad 1,

Digitized by Google

poribus statis reciprocat: sed temere in modum
venti, nunc huc, nunc illuc verso mari, velut mon-
te praecipiti devolutus torrens rapitur. ita nec no-
cte, nec die quies navibus datur. Quum classem 11
tam infesta statio accepit, tum et oppidum, alia
parte clausum mari, alia ab terra egregie munitum,
praesidioque valido firmatum, et praecipue fide prae-
fectorum principumque, quae fluxa et vana apud
Oreum fuerat, stabile atque inexpugnabile fuit. Id 12

50, 5. Paullo ante §. praec. *juncta classe*, pro *victrici*, Hafn. *victi* Cant.

§. 10. *Subiti ac procellosi dejiciunt*] Opinor scribendum *decidunt*. RHEN. Frivola ac nihili haec Rhenani conjectura est. Libri MSS. omnes ac vetusti cusi *deiciunt*. Dictum ut Virgilio *venti ponunt, prora avertit*. GEBH. Omnes, ut ante Rhenanum, *et venti ab utriusque terrae praealtis montibus subiti ac procellosi dejiciunt*. Posses cogitare illa: *venti ponunt, mutant, vertunt*. Aut, si hoc displicet, mitius certe fuerat, *procellosi se dejiciunt*, aut *dejiciuntur*, quam *decidunt*; quod ex sola opinione Rhenani receperunt editores. Sic infra c. 15, 11. *Nisi ex vehementi sole tanta vis aquae dejecisset*. ita enim omnes libri, praeter solum Putean. qui confirmat Sigonii conjecturam, *ni se ex vehementi sole tanta vis aquae dejecisset*. J. FR. GRON. *procellosi dejiciunt*, vel *deiciunt*, ut ante Rhenanum edebatur, omnes mei, et Hearnii Oxonn. quod probat Doujat. et refert ad naves, quae ingruentibus ventis deprimuntur. Mihi prior Gronov. conjectura praesertim placet; ut pronomen *se* interceptum sit a vocis praecedentis literis ultimis. Nisi cum eodem Gronov. et Gebh. *dejiciunt* hic οὐδετέρως positum esse intelligendum sit, ad exemplum aliorum verborum, de quibus v. ad 1, 17, 6.

Septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat] Vet. lib. *septies in die*. SIG. Mei omnes *die* servant, nisi quod *diem* sit in Lov. 1. Deinde *temporibus statutis* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii D. et editiones Aldina priores, sollemni scribarum aberratione. V. ad 39, 13, 8.

Temere in modum venti] *in modum venti* dixisse videtur, pro ad arbitrium venti. Mirum vero de Euripo ita nihil convenire apud authores. Quantus hic, Dii boni, commentandi campus! GLAR. Mox *monti praecipiti* legunt Flor. Voss. Lov. 1. 3. et Harl. Deinde *nec de die, nec de nocte* Lov. 1.

§. 11. *Quae fluxa et vana apud Oreum fuerant*] Scripsimus *fuerat*, nam refertur ad *fidem*. RHEN. *fuerant* perperam retinent Flor. Lov. 1. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

Stabile atque inexpugnabile fuit] Non abeunt scripti. Induco tamen animum fuisse Livii, *praesidioque valido firmatum, praecipue fide praefectorum principum*.

Digitized by Google

prudenter, ut in temere suscepta re, Romanus fecit, quod, circumspectis difficultatibus, ne fruſtra tempus tereret, celeriter abſtitit incepto, classemque inde ad Cynum Locridis (emporium id est urbis Opuntiorum mille passuum a mari sitae) trajecit.

1 VII. Philippum et ignes ab Oreo editi monuerant, sed serius Platoris fraude è speculą elati: et inpari

que, quae fluxa et vana apud Oreum fuerat, stabili inexpugnabile fuit. J. FR. GRONOV.

§. 12. *Ut in temere suscepta re*] Praepositio deest in Harl. et quibusdam edd. Tum *suspecta re* legunt Flor. a m. 1. Lov. 1. 2. 4. et Voſſ. frequenti librariorum lapsu. V. ad 4, 58, 14. 7, 41, 1. 10, 11, 13. 21, 44, 8. 23, 17, 10. 24, 40, 1. Adde N. Heins. ad Claud. 1. in Eutr. 401. Corte ad Plin. 3. ep. 9, 26. et viros doct. ad Suet. Tit. 7. Mox *celeriter* exsulat ab Harl.

Ad Cynum Locridis (emporium id est Opuntiorum, urbis mille passuum a mari sitae)] Ego inter Locridem et Doridem *Cytkinium*, non *Cynum*, apud Ptol. et Plinium reperio. Tu vide, utra sit lectio sequenda. SABELL. Sabellicus hoc loco reſtituit *Cithinium* ex Ptolemaeo, sed codex fefellit. Nam *Cynum* legendum est. GLAR. Sic Stephanus, *Κύνος ἐπίνειος Ὀπούντος, ὡς Φίλων καὶ Παυσανίας, Ἑκαταῖος δὲ πόλιν αὐτὴν φησιν.* SIG. Put. Voſſ. *id est orbis et pontiorum mille.* Scribe, ut est in Gud. et diſtingue: *classemque inde ad Cynum Locridis (emporium id est urbis Opuntiorum mille passuum a mari sitae) trajecit.* Strabo l. 9, [425] *Ἀπέχει δὲ θαλάσσης περὶ πεντεκαίδεκα σαδίους· τοῦ δὲ ἐπινείου καὶ ἑξήκοντα· Κύνος δ' ἐστὶ τὸ ἐπίνειον, ἄκρα τερματίζουσα τὸν Ὀπούντιον κόλπον.* J. FR. Numerus passuum, quem hic edunt libri Livii, non convenit cum eo, qui apud Strabonem est. Nam quindecim ſtadia duo ferme millia passuum sunt. Probabilis eſt conjectura Cl. Weselingii ad Antonini Itiner. p. 327. in Livio legendum eſſe *M. P. II.* DUK. *emporium id est orbis et pontiorum* Flor. a m. 1. et Hearnii N. *emporium id est urbis et pontiorum* Flor. a m. 2. et Voſſ. a m. 1. in quo *Opuntiorum* emendat manus altera. *urbs Opontiorum* Lov. 2. et Ber. *urbis Opontiorum* Lov. 1. Hav. et alii, cum omnibus edd. usque ad Frob. qui ordinem hunc invertit anno 1535. Priorem igitur ordinem revocavi. Insuper, numerum passuum in Livio corruptum esse, viris doctis adsentior; sed, quamvis res eodem redeat, olim scriptum fuiſſe puto *M M passuum*, et alterum *M* inertia librarii omissum eſſe. Legendum itaque *duo millia passuum.*

§. 1. *Ignes ab Oreo editi monuerant*] Placet magis, ut est in vet. lib. *monuerant.* ut sit, ignes ab urbe Oreo editi monuerunt Philippum obsideri Oreum. SIG. *moverant* Lov. 3. 4. et Hav. *minuerant* Flor. et Cant. *manuerant* Gaertn. *munierant* Voſſ. *monuerant*, ut Sigonius emendat, reliqui mei, cum Hearnii Oxonn. et edd. antt. Sed primus Ascens.

Digitized by Google

maritimis viribus haud facilis erat in insulam classi accessus. ita res per cunctationem omissa. Ad 2
Chalcidis auxilium, ubi signum accepit, inpigre est motus. nam et ipsa Chalcis, quamquam ejusdem insulae urbs est, tamen adeo arto interscinditur freto, ut ponte continenti jungatur, terraque aditum faciliorem, quam mari, habeat. Igitur Philip- 3

omissa litera dedit *moverant*. V. ad 35, 35, 5.

Sed serius Platoris fraude e specula elati] Pal. pr. *ex specula lati*. tert. *sed euripo serius Platoris fraude e specula elati*. GEBH. *fraude e specula lati* Harl. *fraude specula lati* Voss. a m. 1. *fraude speculati* a m. 2. et Lov. 1. *fraude exspeculari* Lov. 2. *fraude exspeculati* Hafn. *fraude ex speculo lati* Lov. 3. *fraude ex specula elati* Lov. 3. Gaertn. et Flor.

Inpari tum maritimis viribus] *tum* particula non est in cod. scripto. RHEN. *tum* a Rhenano ejectum servant Lov. 4. Harl. et Ber. *impari cum viribus* Lov. 2. *impari tum viribus* Voss. Lov. 1. 3. et Hav. *impari tum vis viribus* Flor. et Cant. quae scriptura indicare videtur, olim scriptum fuisse *inpari maritumis viribus*. V. de ea scriptura ad 6, 31, 5.

Ita re per cunctationem omissa, ad Chalcidis auxilium] Sic restituimus et distinximus: *ita res per cunctationem omissa*, subaudi *est*. *Ad Chalcidis auxilium* etc. RHEN. *ita per cunctationem omissa* Hav. *ita percunctatione omissa* Flor. *ita cunctatione omissa* Lov. 1. 2. *ita re per cunctationem omissa* Lov. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. quomodo primus edidit Aldus. Priores enim defendunt *ita res per cunctationem omissa. ad Chalcidis*, quemadmodum Rhenanus emendavit.

§. 2. *Ut ponte continenti jungatur, terraque aditum faciliorem, quam mari, habeat*] Expunximus *que*. nam elegantius subintelligitur. Et gaudet asyndeto Livius. sicut mox *dejecto praesidio, fusis Aetolis*, non *fusisque Aetolis*. Sic enim intelligi debet *dejecto praesidio*, quod erant Aetoli. Et dicit *dejecto*, quod essent in montibus et saltibus Thermopylarum, ubi angustae fauces coarctabant iter. RHEN. Libb. omnes, qua scripti, qua cusi, *terraque aditum faciliorem*, contra quam voluit Rhenanus. Sic mox Pall. tres, et vet. ed. *dejecto praesidio fusisque Aetolis*. GEBH. Contra Rhenanum omnes Gall. Voss. et Pall. *terraque*. Nec sane elegans hic asyndeton. Sic et mox *dejecto praesidio fusisque Aetolis*. Nihil impedit copulativa, quin intelligamus, ipsos Aetolos fuisse hoc praesidium. J. FR. GRON. Unus Lov. 3. *terra aditum*. Reliqui *terraque*, et mox omnes *fusisque*. Utramque lectionem servant et Hearnii Oxonn.

§. 3. *Igitur Philippus, dejecto praesidio*] Nescio, quid hic desiderem in sermonis connexione, praesertim cum dicit *igitur*. Sed id lector consideret, si fortasse meliorem nactus fuerit codicem. GLAR. Glareano nescio quid desideratur in sermonis connexio-

Digitized by Google

pus, dejecto praesidio, fusisque Aetolis, qui saltum Thermopylarum insidebant, quum ab Demetriade Scotussam, inde de tertia vigilia profectus, trepidos hostes Heracleam compulisset, ipse uno die Phocidis Elatiam millia amplius
4 sexaginta contendit. Eodem ferme die ab Attalo rege Opuntiorum urbs capta diripiebatur. concesserat eam praedam regi Sulpicius, quia Oreum paucos ante dies ab Romano milite, exper-

ne, praesertim quum dicat *igitur*. idque jubet considerare lectorem, si forte nactus fuerit meliorem codicem. At sic omnes etiam optimi codd. neque hilum desideratur: sed interponitur *igitur*, quia narrationem expeditionis Philippicae interruperat descriptione situs Chalcidos. J. FR. GRON. Cl. Crevier. hic peccatum putabat trajectione vocum, quae sic melius digererentur: *Igitur Philippus quum ab Demetriade Scotussam, inde de tertia vigilia profectus, dejecto praesidio fusisque Aetolis, qui saltum Thermopylarum insidebant, trepidos hostes Heracleam compulisset.* etc. Ceterum antea edebatur *inde tertia vigilia*, ut est in Lov. 3. 4. 5. Ber. a m. 1. Gaertn. et Hav. cum Hearnii L. 1. et D. Sed recte Gronov. substituit *inde de tertia vigilia*, consentientibus Flor. et reliquis. V. ad 9, 44, 10. Praepositio intercepta erat ab ultima syllaba vocis praecedentis. V. ad 37, 51, 8.

Phocidis Elatiam] Recte addidit *Elatiam*. Nam ait Stephanus Ἐλάτεια πόλις Φωκίδος, καὶ Θεσσαλίας, καὶ Θεσπρωτίας. SIG. Male igitur vox prior omittitur in Hearnii L. 1. Praeterea *Eleriam* Lov. 1, 2. Voss. Hafn. et Hearnii N. *Elatiam* Lov. 5. *Eletiam* Hav.

§. 4. *Quia Oreum paucos ante dies ab Romano milite* etc. *direptum fuerat*] Ὥρεος est in Strabone [10, 445.] genere masculino, cum Livius hoc in loco neutro genere proferat, paulo ante [c. 5, 18.] genere foeminino, sed adjecto substantivo *urbe*. Haec eo tendunt, ut minus anxii in his simus, cum videamus, etiam magnos authores non ita anxie haec ac similia observasse. GLAREAN.

§. 5. *Quum Romana classis eo se recepisset. Attalus igitur ignarus*] Reposuimus ex scripto volumine *Romana classis Oreum sese receperat, et Attalus ignarus ad Ph.* Non enim vult dicere Livius, quomodo sit captum Oreum, quod ante exposuit: sed quid interim fieret quum a Romanis, tum ab Attalo rege. Magnam quorundam temeritatem vides, qui Livii verba ad suum sensum vertere ausi sunt. Quale etiam est, quod paulo post pro *cursu effuso mare ac naves petit*, scribit *cursu effusus*. RHEN. Sic [*Romana classis Oreum sese receperat, et Attalus*] Andreas et omnes usque ad Mogontiacenses, et retulit Rhenanus pro eo, quod ex Aldo inoleverat, *Cum Romana classis eo se recepisset:* non enim velle ait dicere Livium, quomo-

Digitized by Google

tibus regiis, direptum fuerat. Quum Romana 5
classis eo se recepisset, Attalus, ignarus ad-
ventus Philippi, pecuniis a principibus exigen-
dis terebat tempus. adeoque inprovisa res fuit, 6
ut, nisi Cretensium quidam, forte pabulatum
ab urbe longius progressi, agmen hostium pro-
cul conspexissent, obprimi potuerit. Attalus in- 7
ermis atque incompositus cursu effuso mare
ac naves petit: et molientibus ab terra naves

do sit captum Oreum, quod ante exposuit, sed quid interim Romani et rex Attalus facerent. Quasi hoc non intelligatur ex prisca lectione: quasi ex ea colligatur, quomodo captum sit Oreum. Erat et vulgo *Attalus igitur ignarus*. et sic etiam quidam codices: sed amabis cum optimis: *Quum Romana classis eo se recepisset, Attalus ignarus adventus Philippi. Eo* autem quid vult, nisi Cynum Locridis, ut dixit extremo c. 6. a Chalcide. Et vides, quid fecerint Romani, nempe fuisse in statione apud Opuntiorum emporium Cynum, ut faverent Attalo Opuntem capienti: quid Attalus, nempe Opuntem diripuisse, et a locupletibus pecunias exegisse. J. FR. GRON. *Quum Romana classis eo se cepisset, Attalus igitur ignarus* Voss. et Lov. 1. ac 2. *Quum Romana classis eo se recepisset, Attalus igitur ignarus* Lov. 3. 4. et Hav. *Quum Romana classis eo se cepisset, Attalus ignarus* Flor. a m. 1. et Cant. Sed *recepisset* emendatur in Flor. a m. 2. et ita est in Harl. Doujatii Colbert. et Hearnii Oxonn. Et id Crevier. in contextum recepit. *eo* recte Gronov. hic exponit *Cynum*. Ante in pr. ed. not. interpretabatur *Oreum*. Quin et in pr. ed. not. ad 31, 40. verbis praeced. *concesserat eam* etc. *direptum fuerat* parentheseos nota inclusis, hic legebat *quum Romana classis Oreum suo recepisset.*

§. 7. *Potuerit. Attalus inermis atque incompositus cursu effuso mare ac naves petit*] *potuerit Attalus. inermis autem atque incompositus* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Deinde *cursu effusus* Flor. Voss. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. pro quo *cursu effuso* emendabat Rhenan. supra ad §. 5. Ita 2, 50, 6. *Quum inprovidi effuso cursu insidias superassent.* c. 65, 6. *Effusoque cursu pene agmine uno fugientes sequentesque castris incidere.* 9, 41, 17. *Cursu effuso in hostem feruntur.* 36, 19, 9. *Ut qui non ante, quam Elatiae, ab effuso constiterit cursu.* 37, 42, 8. *Effuso cursu ad castra compulsi sunt.* Et ita *fuga effusa*, de quo v. ad 40, 28, 4.

Et molientibus ab terra naves Philippus supervenit] Sic dixit *molientibus ab terra naves*, quemadmodum infra [c. 17, 15.] *Quam Poeni anchoras molirentur.* Et in oratione Scipionis, qua Q. Fabio respondet, non procul a calce hujus libri [c. 44, 6.] *Audietis hinc molientem Hannibalem.* Et rursum postea [c. 30, 11.] *Et anchoras, ne in moliendo mora esset, praecidunt.* Porro non

Digitized by Google

Philippus supervenit, tumultumque etiam ex terra
8 nauticis praebuit. inde Opuntem rediit, Deos ho-
minesque accusans, quod tantae rei fortunam ex
9 oculis prope raptam amisisset. Opuntii quoque ab
eadem ira increpiti, quod, quum trahere obsidio-
nem in adventum suum potuissent, viso statim hoste,
prope in voluntariam deditionem concessissent. Com-

est *supervenit* in scripto codice, sed *advenit*. Quod verbo cohaeret, *tumultumque etiam ex terra nauticis praebuit*, debet esse *metumque etiam ex terrâ nauticis praebuit*, RHEN. Vet. lib. *supervenit*. SIG. Pal. 1. et vet. ed. *supervenit*. Proxime iidem libri *tumultumque etiam ex terra nauticis praebuit*, GEBH. Omnes, *molientibus ab terra naves Philippus supervenit, tumultumque etiam ex terra nauticis praebuit*. Qua Phrasi èt l. 10, [20, 12.] *Tumultumque proelio ipso terribiliorem intermixti agmini praebebant*. 25, [26, 5.] *Tumultum tamen majorem hostis praebuerunt, quam certamen*. 26, [10, 7.] *Ea res tantum tumultum ac fugam praebuit*. Et sic e ditiones priscae. *advenit* in primo invenio Gryphio, *metum* dedit Rhenanus. J. FR. GRON. *Moliri naves ab terra*, ut 37, 11, 12. *Navium reliquarum ante portum aliae, aliae in portu deprehensae, quaedam a Nicandro, dum moliuntur a terra, captae*. Deinde *advenit* unus Rec. *supravenit* Lov. 5. *supervenerat* Voss. *supervenit* reliqui omnes. Praeterea *metumque* Hearnii L. 1. et D. *tumultumque* omnes mei cum Hearnii N. Ceterum *advenit* aeque ac *metumque* dedit Rhenanus; et hinc non in primo Gryphio exstitit, sed ita ex mente Rhenani jam ediderunt Frob. anno 1535. Basil. anno 1539. et Vascos.

§. 8. *Tantae rei fortunam ex oculis prope raptam*] Pal. 1. *tanti regis fortunam*. GEBH. Ita perperam et Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hafn. et Hav. *Τὸ raptam* insuper deest in Lov. 1.

§. 10. *Toronem est profectus*] *Thronium* Strabo l. 9, [426.] triginta stadia a Scarphia abesse ait, apud quod oppidum Boagrius amnis oritur. *Torone* autem longe alia civitas ad Pallenen est, supra Cassandream, quae olim Potidaea. *Thronium* igitur ubique hic legam. GLAR. *Torone* ad sinum Toronaeum est procul ab Opunte. *Thronium* pariter est Locrorum, atque Opus non procul a Thebis Phthiotidos. Itaque verisimilius est, Philippum ab Opunte *Thronium*, quam *Toronem*, venisse; praesertim vero cum a Thronio in Doridem finitimam regionem venisse subdat. Itaque his de causis *Thronium* puto legendum, de quo et Stephanus, et Strabo, et ceteri. Idem placet etiam Glareano. SIG. Facile accedo Sigonio et Glareano *Thronium* corrigentibus. Id enim hic locorum ad Boagrium amnem, non longe ab Opunte. At *Torone* ad Toronaeum sinum inter Derrhin et Canastrum promontoria. J. FR. GRON. Similiter, post viros doctos ad hunc locum Livii, hic et bis infra emendabat Palmer. in Graecia ant. 5, 5. p. 565. et 566.

Attalus primo Oreum se recepit]

Digitized by Google

positis circa Opuntem rebus, Toronem est profectus. Et Attalus primo Oreum se recepit. inde, 10
quum fama accidisset, Prusiam Bithyniae regem in fines regni sui transgressum, omissis rebus atque Aetolico bello, in Asiam trajecit. Et Sulpicius Ae- 11
ginam classem recepit, unde initio veris profectus erat. Haud majore certamine, quam Opuntem At-

Pal. 1. *Attalus primo oratum est profectus.* GEBH. In omnibus scriptis habetur *Et Attalus primo Oreum est profectus.* Unde suspicor illud subjecisse, qui non ferrent eadem verba tam cito repeti, re vera autem et *se recepit* et *est profectus* esse additamenta infelicium correctorum, quum Livius rotunde scripsisset ac breviter: *Et Attalus primo Oreum, inde*, (*quum fama accidisset, Prusiam Bithyniae regem in fines regni sui transgressum*) *omissis rebus atque Aetolico bello, in Asiam trajecit: Sulpicius Aeginam classem recepit, unde initio veris profectus erat.* J. FR. GRON. *oratum est profectus* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. Harl. et Hav. *Circhum est profectus* Hearnii L. 1. *Oreum est profectus* Lov. 2. et reliqui Oxonn. Hearnii. Conjecturam Gronovii recte Crevierius probavit.

In fines regni sui transgressum] Pal. 2. *in finem.* Sic supra c. 5, 5. *Haud procul Argivorum fine.* GEBH Nullus meorum Pal. 2. consentit.

Omissis Romanis] Ex vet. cod. *rebus* ablativum adjecimus. RHENAN. *Τὸ rebus* adjecit Rhenanus, quod in prioribus editis deerat. At in optimo Gallicisque omnibus et Vossiano invisum *τὸ Romanis.* Idque eleganter ego dictum accipio pro sepositis, quae in manu erant. Ut Plauto [Epid. 4, 2, 35.]

Ego relictis rebus Epidicum operam quaerendo dabo.

Ut Terentio [Andr. 2, 5, 1.]

Herus me relictis rebus jussit Pamphilum
Hodie observare.

Non aliter Justin. 13, [6.] *Perdiccа alienatis rebus Aridaeum et Alexandri Magni filium de summa belli in consilium adhibet.* τ' ἄλλα μεθεὶς' ἅπαντα μεθεὶς τ' ἄλλα πάντα ἀφεὶς. J. FR. GRON. *omissis rebus*, voce *Romanis* omissa, Flor. Cant. Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii N. V. ad 37, 37, 4. ubi eamdem locutionem Livio restituere conatus sum.

§. 11. *Et Sulpicius Aeginam classem recepit*] *classem recipit* scripsimus, pro *recepit.* RHEN. Prima vocula *Et*, quam Gronov. supra §. 10. hic omittebat, non comparet in Hearnii N. Deinde *repetit* Ber. *recepit* Flor. Lov. quinque, Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Revocandam itaque putavi lectionem, quae ante Rhenanum in edd. vulgo exstitit.

Quam Opuntem Attalus ceperat, Philippus Toronem cepit] Verbum *ceperat* in nullis melioribus libris salvum est. Put. *decertae.* Regius *decertat.* Men. et Pall. *decertant.* Quid velint, non assequor. J. FR. GRON. *decertat* Flor. et Hearnii N. *decertans* Voss. Lov. 1. 2. Hasn. et Hav. Gronovius

Digitized by Google

12 talus ceperat, Philippus Toronem cepit. Incolebant urbem eam profugi ab Thebis Phthioticis. urbe sua capta a Philippo, quum in fidem Aetolorum perfugissent, sedem eis Aetoli eam dederant, urbis vastatae ac desertae priore ejusdem Philippi bello.
13 Tum ab Torone, sicut paullo ante dictum est, recepta profectus, Tritonon et Drymas, Doridis parva atque ignobilia oppida, cepit. inde Elatiam,

priori ed. not. scribendum conjecit *Attalus, de itinere Philippus Toronem cepit.* Cl. Crevierius, voce omissa, *Attalus, Philippus Toronem*, vel *Thronium, cepit.*

§. 12. *Profugi ab Thebis Phthioticis*] Novem sunt oppida, quibus nomenclatura Thebarum olim tributa est. De quo hic fit sermo, Stephanus tertium facit. *Τρίτη*, inquit, *Θεσσαλίας τῆς Φθιώτιδος.* Est autem *Phthia* Thessaliae pars, ceu ante diximus. unde *Φθιῶτις Θεσσαλία* Straboni, et *Phthiotici* hic gentile nomen. RHENAN. Vide, num potius *Phthioticis* legendum sit. Nam de *Thebis Phthioticis* Strabo meminit l. 9, [431.] ubi de Achillis ditione differit. GLAR. *ab Thebis Phthioticis* Pal. 1. at 2. *a Thebis Phyotici.* tert. *Potici.* GEBH. Licet vario modo ultimum illud nomen in Mstis exaratum obcurrat, de eo tamen inter omnes codd. si unum alterumve excipiamus, convenit, ultimam ejus syllabam non *ci* sed *cis* legendum esse. Et ita ante Glarean. ediderunt Basil. anno 1539. *Thebae* autem *Phthioticae* memorantur etiam 33, 5, 1. quas alibi Liv. *Thebas Phthias* vocavit.

Quum in fidem Aetolorum perfugissent] In codice scripto *pervenissent* est. Opinor autem pro *fidem* scribendum *finem.* Nam usurpare solet Livius *finem* pro *finibus.* ut supra [c. 5, 5.] *Haud procul Argeorum fine positis castris terrebat.* RHEN. Pal. 1. et prisca ed. *quum in fidem Aetolorum perfugissent.* GEBH. Rursus nostri: *quum in fidem Aetolorum perfugissent, sedem eis Aetoli eam dederant urbis vastatae ac desertae priore ejusdem Philippi bello.* Quae mutavit Rhenanus, et praeterea vult *in finem.* J. FR. GRON. *pervenissent* Rec. et Hearnii L. 1. ac D. Sed reliqui omnes *perfugissent*, nisi quod *profugissent* sit in Ber. a m. 1. Neque etiam pro *in fidem* cum Rhenano scribendum *in finem.* Sed *fides* hic notat tutelam, patrocinium. ut autem *perfugere in fidem*, ita *venire in fidem* 7, 19, 1. *Ni universa gens, positis armis, in fidem consulis venisset.* 8, 25, 3. 37, 6, 6. Epit. Liv. 131. et alibi. Sic etiam *tradere se in fidem* 37, 45, 3. *dedere se in fidem* 39, 54, 7. *in fidem tutelamque tradere* 38, 31, 2. *in fide et clientela alicujus esse* Flor. 3, 1.

Urbis vastatae ac desertae priore ejusdem Philippi bello] Reposuimus, veterem librum secuti, *urbis vastae ac desertae priore quidem Philippi bello.* Urbs erat vasta Torone, ergo magnum populum capere poterat. Sic rursus aliquanto post [c. 11, 10.]

Digitized by Google

jussis ibi se opperiri Ptolemaei Rhodiorumque legatis, venit. Ubi quum de finiendo Aetolico bello 14
ageretur, (adfuerant enim legati nuper Heracleae concilio Romanorum Aetolorumque) nuncius adfertur, Machanidam Olympiorum sollemne ludicrum parantes Eleos adgredi statuisse. Praevertendum id ratus, legatis cum benigno responso dimissis, *se neque caussam ejus belli fuisse, nec moram* (*si* 15

Et infrequentes se urbes, agrum vastum ac desertum habere. RHEN. Vet. lib. *priore ejusdem Philippi bello.* SIG. Utramque Rhenani emendationem editores servarunt usque ad Gronov. nisi quod interim Sigonius posteriorem rejecerit; sed a nullo auditus est. Ceterum *vastae* soli ex meis Lov. 5. et Gaertn. quod magnae exponit Rhenanus. At unde constat, profugos a Thebis Phthioticis magnum populum effecisse? Puto, librarios ita praeferentes sollemni modo errasse. V. ad 23, 30, 7. Deinde *ejusdem Philippi* omnes mei. Recte igitur Gronov. lectionem, quae ante Rhenanum in editis erat, pristino loco restituit.

§. 13. *Tritonon et Drymas, Doridis parva atque ignobilia oppida*] De his Stephanus; *Τριτωνος πολίχνιον Μακεδονίας. Δρυμία πόλις Φωκίδος.* Veteres etiam libri edunt *Drumias*, ex quo apparet, ita esse legendum. SIG. Herodotus 8, (33.) *Ἐδήουν πάντα, καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδραν καὶ Ἔρωχον, καὶ Τεθρώνιον* etc. *καὶ Ἐλάτειαν.* Pausanias 10, (3.) *Καὶ Νέωνα καὶ Τεθρώνιον, καὶ Δρυμάιαν· αἱ δὲ ἄλλαι πλήνγε δὴ Ἐλατείας.* Liber optimus: *Uthronon et Drumias Dori parva.* J. FR. GRON. Priorem urbem *Uthuronon* vocat Flor. *Uthoronon* Voss. Harl. Hav. et Hearnii N. Sed in Voss. duae priores literae expunguntur, ut supersit *Horonon*, quod etiam exstat in Lov. 1. *Utorontum* legit Ber. *Ut thoronem* Lov. 2. *Turonum* Lov. 3. *Citroum* Lov. 4. *Citronon* Hearnii D. *Titroron* ejusdem L. 1. *Boronon* Hafn. [?] *Thitronon* Hafn. *Tithronon* Lov. 5. Quod proxime accedit ad Herodoti *Τεθρώνιον*, vel *Τιθρώνιον*, ut vocat Pausanias non tantum l. 10. loco laud. sed etiam c. 33. Posteriorem *Drumias* vocant Flor. Lov. 3. 4. 5. et Gaertn. *Drumisa*, transpositis literis, Hafn. *Drymias* Voss. et Hearnii N. ac D. *Dymias* Ber. *Dumias* Harl. *Drumas* Lov. 1. *Drunnas* Lov. 2. *Drupmam* Hearnii L. 1. *Documias* Hav. *Drimias* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Dirimias* Mediol. anni 1480. et proximae plures usque ad Moguntinos, qui primi *Drymas* dederunt. De utroque hoc oppido v. Palmerii Graec. ant. 6, 15.

§. 14. *Nuncius adfertur, Machanidam*] *Machinadem*, et paullo inferius *Machinadam* Hearnii L. 1. *Machiniadem*, et inferius *Machimiadam* Voss. Lov. quinque, Harl. Hav. et Hearnii N. V. ad c. 5, 5.

Olympiorum sollemne ludicrum parantes Eleos] Hoc pertinet ad l. 27, 30. DUK.

Digitized by Google

modo aequa et honesta conditione liceat) *paci facturum*,
16 cum expedito agmine profectus per Boeotiam, Megara, atque inde Corinthum descendit. unde, com-
17 meatibus sumtis, Phliunta Pheneumque petit. Et jam, quum Heraeam venisset, audito, Machanidam, fama adventus sui territum, refugisse Lacedaemonem, Aegium se ad concilium Achaeorum recepit: simul classem Punicam, ut mari quoque

§. 15. *Se neque caussam ejus belli fuisse, nec moram*] Prima vocula deest in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Deinde *belli per se nec moram* Lov. 2. *belli se, nec moram* Voss. et Lov. 1. relicta tamen in Voss. lacuna. An forte scripserat Livius? *neque caussam ejus belli fuisse se, nec moram.*

§. 16. *Cum expedito agmine profectus*] In exemplari legitur *quam expedito*. Forte scribendum *per quam expedito agmine*. RHEN. Gifan. Obs. in ling. Lat. v. *Quam* monet, in vet. cod. legi *cum quam expedito agmine*; forte autem, ejecta priori voce, legendum *quam expedito agmine profectus*; quod in Lov. 4. inveni. Et sane, Livium in hac locutione praepositionem *cum* saepissime omisisse, supra dictum est ad 22, 9, 5. Verum hic, uno illo excepto, reliqui omnes codd. vulgatum tuentur.

Per Boeotiam, Megaram, atque inde Corinthum] Put. et alii boni *Megara*. J.FR.GRON. Ita et Flor. a m. 1. aliique cum Hearnii N. V. ad 31, 22, 6.

Phileum Taphenemque petit] Neque *Phileum* his locis, neque *Tapheneum* facile reperies. Contenderim proinde *Phliunta Pheneumque* legendum esse, utrumque oppidum circa Achajam et Arcadiam satis notum. SABELLICUS. Alii aliis pejores lectiones exhibent, sed Flor. legit *Phleium Tapheneumque*, vocibus inperite distinctis; unde, Sabellici conjecturam veram esse, satis colligitur.

§. 17. *Quum Eream venisset*] Vet. lib. *Heraeam*, et recte. inquit et Stephanus Ἡραία ἐστὶ καὶ πόλις Ἀρκαδίας, κεῖται δὲ κατὰ Μεσσήνην πρὸς Πελοπόννησον. SIG. Pal. pr. *Horeum*. sec. et vet. ed. *Hereum*. tert. *Oreum*. Legendum cum Sigonio *Heraeam*. GEBH. *Heraeum* Flor. Voss. Lov. 1. 5. et Harl. alii aliter. Sed recte Sigonius *Heraeam*. V. Cellar. Geogr. ant. 2, 13. p. 786.

Audit Machanidam, fama adv. s. t. r. L. Aegiumque se ad conc. A. recepit] Hic se doctus quispiam infeliciter exercuit. Nam, quum in exemplari reperisset *audito*, scripsit *audit*, et, non cohaerente eo, quod sequitur, *Aegium se ad c. A. recepit*, adjecit particulam *que*, ut esset novae sententiae initium. Tu sic castiga locum: *Et jam, quum Eream venisset, audito, Machanidam, fama adventus sui territum, refugisse Lacedaemonem, Aegium se ad concilium Achaeorum recepit.* Ad hanc loquendi formulam pertinet, quod infra sequitur [c. 21,

Digitized by Google

aliquid posset, adcitam, ibi ratus se inventurum. Paucis ante diebus in Phoceas trajecerant Poeni: 18
inde portus Acarnanum petierant, quum ab Oreo profectum Attalum Romanosque audiffent, veriti ne ad se iretur, et intra Rhium (fauces eae sunt Corinthii sinus) obprimerentur.

VIII. Philippus moerebat quidem et angebatur, 1
quum ad omnia ipse raptim iffet, nulli tamen se

5.] *Quidam, quas disceptando controversias finire nequierant, pacto inter se, ut victorem res sequeretur, ferro decreverunt. pacto*, id est, ubi pepigiffent; sic hic *audito*, id est, ubi audiviffent. RHEN. *audit* et *Eginamque* Hearnii L. 1. *audit* et *Aegiumque* Flor. Cant. Voff. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Ber. et Hav. Nihilominus veram puto lectionem, quam Rhenanus reftituit. De genere loquendi v. ad 1, 41, 6.

§. 18. *Paucis ante diebus inde Phoceas trajecerant Poeni*] *Phoceas*, si recte legitur, accusativus eft Ionicus a nominativo *Φωκεῖς*, quod nomen eft a Phocide regione Graeciae. Quidam igitur non recte diphthongum *ae* apposuerunt, tamquam a nominativo *Φωκαιεὺς*, quod a *Phocaea* urbe Asiae, nihil prorsus ad hunc locum, deducitur. Suspicor legendum *in Phocidem*. Sed lector Geographiae peritus judicet. Nam haec duo nomina *Phocis* et *Phocaea*, cum suis denominativis et in Latinis et in Graecis codicibus magnum fecere errorem. GLAR. Pal. 1. *inde Vaeas*. vet. ed. *inde Eoceas*. Pal. 2. *inde Foceas*. tert. *Phoceas trajecerant Peni*. Mox prim. *ne ad se iretur*. GEBH. Liber. opt. et Reg. *in Devaces*., Men. *indevacas*. Voff. *in denacas*. Neque aliter probatiffimus quisque. *Phocaea* hinc longe, et *Phocaea*, non *Phocaeae*. *Phocae* sunt illae quidem in Graecia, sed et hinc remotae, quippe in Oetaeo sinu. Scribe: *Paucis diebus ante in Echinades trajecerant Poeni*. Fuerant nimirum in ftatione apud Aegium, ex condicto exspectantes Philippum: sed, audito, disceffiffe Romanos et Attalum ab Oreo Eubocae, veriti *ne ad se iretur*, (sic enim omnes, non *in se*) et intra Corinthiaci sinus anguftias coërciti caperentur, transmiserant ex illis clauftris in Echinades, inde in Acarnanum portus. J. FR. GRON. *in Phoceas* deest in Harl. *in Foceas* legit Lov. 5. *inde Foceas* Lov. 4. Ber. et Gaertn. *inde ut ea*] Lov. 2. *inde naves* Hearnii L. 1. *indevaeas* Florent. Cantabr. Voff. et Hearnii N. *indevacas* Lov. 1. 3. Hafn. et Hav. Longius a vulgato abit Gronovii *in Echinadas*. Crevierius conjicit *in Oxeas*, quas ex Echinadum numero insulas effe, probat auctoritate Strab. 8, 351. V. etiam Cellar. Geogr. ant. 2, 14. p. 798. Forte tamen veftigia codicum eo ducunt, ut legamus *inde Oxeas*. Ita enim nominibus insularum praepofitionem addere saepe Liv. neglexit. 33, 41, 6. *Cyprum nihilominus tendens*. 45, 11, 9. *Cyprum extemplo classem misit*. Deinde *in se iretur* Lov. 5. et Gaertn. *ad se iretur* reliqui

Digitized by Google

rei in tempore obcurrisse, et rapientem omnia ex
2 oculis elusisse celeritatem suam fortunam. In concilio autem, dissimulans aegritudinem, elato animo disseruit: testatus Deos hominesque, *se nullo loco, nec tempore defuisse, quin, ubi hostium arma concrepuissent, eo, quanta maxima posset celeritate, ten-*
3 *deret: sed vix rationem iniri posse, utrum ab se auda-*

mei cum Hearnii L. 1. Supra tamen Livius dixit 2, 6, 8. *Sensit in se iri Brutus.* V. ad 9,43,18. Vim illam praepositionis *in*, ut infesti animi significationem prae se ferat, inlustrat N. Heins. ad Nas. 3. Her. 136.

§. 2. *In concilio tamen*] Libb. omnes *autem*. GEBH. Iidem *In concilio autem dissimulans*. J. FR. GRON. *autem* non tantum omnes mei, et Hearnii Oxonn. codd. verum etiam edd. vett. pro quo Froben. demum anno 1531. *tamen* substituit.

Se nulli loco, nec tempori defuisse] Pal. pr. *nullo loco*. Sec. *testatusque Deos et homines, se nulli loco temporique defuisse*. Vet. ed. *disseruit: testatos Deos hominesque, nullo loco nec tempori defuisse*. GEBH. Omnes Gall. cum Pal. *nullo loco*. Scribe *nullo loco nec tempore defuisse*. nempe rei gerendae, aut occasioni. J. FR. GRON. *nullo loco nec tempori* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *nullo loco nec tempore*, ut Gronov. emendabat, Lov. 4.

Quanta maxima posset celeritate, tenderet] Vet. lib. *contenderet*. SIG. In libb. omnibus *tenderet*. GEBH. *contenderet* ab Sigonio est. quicquid nobis usui fuit librorum *eo, quanta maxima posset celeritate, tenderet*. Tacitus Ann. 1, [39.] *Legatos audita consternatione ad Germanicum tendentes*. Idem 4. Hist. [50.] *Adrumeto ad legionem tendit*. J. FR. GRON. *quanta maxima poterat celeritate* Lov. 5. et Hearnii L. 1. Deinde *tenderet* omnes et mei, et Oxonn. Hearnii. Supra 25, 27, 12. *Postquam tendere ad se Romanas naves vidit*. 33, 41, 6. *Cyprum nihilominus tendens*. Silius, Livii imitator, 16, 138.

Tendit ad Ausonios et adhuc hostilia castra.

V. infra hoc lib. c. 18, 4.

§. 3. *Sed vix rationem inire posse*] Lectio vetus *sed id rationem iniri posse*. Scribendum opinor *sed haud rationem iniri posse*. RHEN. *vix rationem iniri posse* omnes mei, nisi quod in uno Ber. servetur *inire posse*.

Ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum] In exemplari veteri legitur *quam fugatius*. Nec est *a Chalcide*, sed tantum *Chalcide*. Subauditur autem praecedens praepositio *ab*. RHENAN. *an fugacius* omnes mei. Tum *ab hoste* Ber. et Rec. Sed nec mox Rhenano praepositionem delenti faveo. Codd. enim, quibus utor, vel *a*, vel *ab Chalcide*. Et solet potius Livius praepositiones repetere. 24, 28, 3. *Si enim uno animo omnes vel ad Romanos, vel ad Karthaginienses inclinent*. 26, 25, 6. *In Macedoniam, atque inde in Thraciam exercitum ex Mace-*

Digitized by Google

cius, an fugacius ab hostibus geratur bellum. Sic ab Opunte Attalum, sic Sulpicium a Chalcide, sic eis ipsis diebus Machanidam e manibus suis elapsum. Sed non 4 *semper felicem esse fugam: nec pro difficili id bellum habendum, in quo, si modo congressus cum hostibus sis, viceris. Quod primum esset, confessionem se hostium* 5 *habere, nequaquam pares esse sibi: brevi et victoriam*

dos eduxit. c. 39, 5. *Et a Velia, et a Paesto debitas* naves *exigendo.* 27, 46, 6. *Modo ab latere, aut ab tergo carperet agmen.* 28, 28, 4. *Nec cum Pyrrho, nec cum Samnitibus aut Lucanis se conjunxerunt.* c. 39, 14. *Ita res hos annos in Hispania atque in Italia gessistis.* ubi tamen viri docti posteriori loco praepositionem expungunt. 31, 32, 4. *Quum de bello, aut de pace agere velit.* 32, 14, 6. *Ex praesenti eos potius, quam ex praeterito aestimat habitu.* 34, 61, 16. *Rem ad consules et ad senatum deferrent.* V. supra ad 6, 28, 6.

Sic ipsis diebus] Omnes *sic eis ipsis diebus Machanidam.* J. FR. GRON. Solus Ber. pronomen a Gronov. additum omittit. de qua locutione v. ad 5, 43, 4. Reliqui tamen *eis*, *his*, vel *iis ipsis diebus.* Neque aliter etiam edd. ante Francof. anni 1578. Sic 2, 5, 5. *Eum ipsum fortuna exactorem supplicii dedit.* ubi plura vide. 5, 33, 3. *Cui tutor is fuerat ipse.* 27, 23, 7. *Is ipse primus ita vovit.* Ita optimi codd. apud Gronov. τὸ *is* vulgo ibi quoque deerat. 32, 39, 4. *Quas iis forte ipsis diebus L. Quinctius frater ejus adduxerat.* ubi etiam ante Gelen. omittebatur τὸ *ipsis.* 34, 62, 10. *Precario ab se iter per eum ipsum agrum petisset.* Ubi etiam unus cod. *ipsum* male omittit. 40, 41, 11. *Eum ipsum bonaque ejus vendere consul jussus.* 43, 22, 11. *Is ipse cum octingentorum militum praesidio his est praepositus.*

§. 4. *Si modo congressus cum hostibus sis*] Quum eleganter hic dixerit Livius, ceu non dubito, *congressus cum hoste sis*, (nam praecedit *ab hostibus*, et sequitur *confessionem hostium*) tamen asinus ausus est supponere ablativum plurativum *hostibus.* RHEN. Put. Pet. Pal. Men. *congressus cum hostibus sis*, secus atque Rhenanus. J. FR. GRON. *cum hoste* Harl. Ceteri mei cum omnibus Hearnii Oxonn. *cum hostibus.* Ad sensum nihil interest. Praestat igitur, ut meliores et plures cum Gronovio sequamur.

§. 5. *Nequaquam pares esse eos sibi*] Idem addidit de suo dativum *sibi*, quum tamen illo expresso non fuerit opus. RHEN. Pal. 1. *pares esse sibi.* vet. ed. *pares esse eos sibi.* GEBH. Put. *nequaquam pareses ibi.* Pet. et Pal. *pares esse sibi.* Reg. *patere se sibi.* Men. *par esse sibi.* Certe nusquam deest *sibi*, quo deleto gaudet Rhenanus. Puto autem secundam lectionem veram esse. J. FR. GRON. *pares esse eos*, ut voluit Rhenanus, Lov. 5. et Rec. *pares esse eos sibi* Ber. *parese sibi* Flor. *par esse sibi* Voss. a m. 1. Lov. 1. 2. Harl. et Hearnii N. *parem esse sibi* Hearnii L. 1. *pares esse sibi* Voss. in marg. cum reliquis scriptis. Mox *quam ope pugnaturos* Flor. Voss. Lov. 2. et

Digitized by Google

haud dubiam habituram, nec meliore eventu eos secum,
6 *quam spe, pugnaturos.* Laeti regem socii audierunt. Reddidit inde Achaeis Heraeam et Triphyliam. Alipheram autem Megalopolitis, quod suorum fuisse
7 finium satis probabant, restituit, inde, navibus acceptis ab Achaeis, (erant autem tres quadriremes
8 et biremes totidem) Anticyram trajecit. inde quinqueremibus septem, et lembis viginti amplius, quos, ut adjungeret Karthaginiensium classi, miserat in Corinthium sinum, profectus ad Erythras Aetolo-

Harl. *quam ope oppugnaturos* Lov. 4. *quam operé pugnaturos* Lov. 1. Ber. a m. 2. Hafn. et Hav.

§. 6. *Triphyliam. Alipheram*] Stephanus Τριφυλία, ἡ Ἦλις. Ἀλίφειρα, πόλις Ἀρκαδίας. SIG. Pal. pr. *Reddit inde Achaeis Hereum et Trypillam.* sec. *Ereum etrifuliam.* tert. *Reddit inde Achaeis Hereum et Triphilam.* GEBHARD. *Reddit* Voss. Lov. 1. 3. Ber. Hav. et edd. ante Aldum. V. ad Epit. Liv. 99. Tum *Hereum* tantum non omnes codd. Sed v. ad cap. praec. §. 17. Hinc *Triphyllam* Flor. *Triphillam* Hearnii N. *Triphullam* Lov. 4. *Triphylam* Ber. *Triphilam* Hearnii L. 1. *Tripillam* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. *Trypilam* Lov. 5. Denique *Aliphera* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl. *Alipholam* Hav.

Quod suorum fuisse finium satis probabant] Vet. lib. *quod suorum jus esse finium satis probabant.* SIG. Pall. 2. ac 3. *quod suorum fuisse finium.* Paullo post *navibus acceptis Backeys* Pal. 2. GEBH. Omnes Gall. et vett. edd. *quod suorum fuisse finium.* 40, [25, 4.] *Cultu ea loca suorum finium esse.* 44, [10, 12.] *Finium is ager Cassandrensium erat.* V. et ad 32, 5, 4. Sed τὸ *quod* molestum est. Aut pro eo *quam* vel *qui* legendum, aut pro supervacuo cancellandum est, hoc modo: *Alipheram autem Megalopolitis (suorum fuisse finium satis probabant) restituit.* J. FR. GRON. *suorum jus esse finium* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Hafn. et Hav. Sed recte alterum superest in aliis meis, atque omnibus Hearnii Oxonn. Liv. 43, 10, 1. *Haud procul inde Uscana oppidum finium plerumque Persei erat.* Ceterum Gronovius in prima editione notar. *quod* putabat esse pronomen, atque ad illud intelligebat τὸ *oppidum.* Verum Cl. Ant. Perizon. in ora Livii, et Doujatius ad hunc loc. volunt esse particulam caussalem. Philippus ideo Triphyliam Megalopolitis restituit, quod, quoniam satis probabant, fuisse suorum finium. Et ita Gronov. conjectura nihil opus est.

§. 8. *Ad Erythras Aetolorum, quae prope Eupalium sunt*] Stephanus: Ἐρυθρὰ πόλις Ἰώνων, καὶ Λιβύης, καὶ Λοκρίδος, καὶ Βοιωτίας, καὶ Κύπρου. Εὐπάλια πόλις Λοκρίδος, ἣν Εὐπάλιον Ἀρτεμιδωρός φησι. SIG. *Eruthras* Flor. et Voss. *Erutras* Hearnii N. *Erytras* Harl. *Enithras* Lov. 2. *Eurytas* Lov. 4. *Erhitias* Ber. *Eri-*

Digitized by Google

rum, quae prope Eupalium sunt, exscensionem fecit. Haud fefellit Aetolos: nam, hominum quod 9
aut in agris, aut in propinquis castellis Potidaniae atque Apolloniae fuit, in silvas montesque refugit. Pecora, quae inter festinationem abigi nequierant, 10
sunt direpta et in naves compulsa. Cum his ceteraque praeda, Nicia praetore Achaeorum Aegium misso, quum Corinthum petisset, pedestres inde copias per Boeotiam terra duci jussit. ipse, ab 11
Cenchreis praeter terram Atticam super Sunium

thias Hearnii L. 1. *Eryteas* Gaertn. Deinde *Euphalium* Flor. Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Moguntinam. *Eubalium* Hearnii L. 1.

Descensionem fecit] Codex scriptus habet *exscensionem fecit*. RHENAN. *descensionem* Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *defectionem* Hav. *excessionem* Lov. 3. *excursionem* Lov. 4. *escensionem* Flor. a m. 1. *ascensionem* a m. 2. Sed recte *exscensionem* Rhenanus. V. ad 8, 17, 9.

§. 9. *Potidaniae ac Apolloniae*] Stephanus *Ποτιδανία πόλις Αἰτωλίας, τρίτη Ἰταλίας*. SIGON. *Potidoniae* Lov. 3. et 4. *Postidoniae* Rec. et Hearnii L. 1. ac D. *Potidanias* Flor. Voss. Lov. 1. Harl. Ber. a m. 2. et Hav. *Potidomas* Lov. 2. *Potidonas* Lov. 5. Tum *atque Apolloniae* Flor. Cant. Voss. Lov. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535. Idem et Crevierius in Victor. invenit. Esse autem verissimam lectionem, non modo tot codd. consentientium conspiratio evincit, verum illa etiam ratio, quae notatur ad 10, 36, 17.

§. 11. *Ipse, ab Oenotriis praeter terram Atticam super sinum navigans*] Quomodo in Italia subito Philippus ex Corintho? Nam *Oenotria* est Italia. Videtur mihi plane quispiam lector ludere voluisse. Sed mirum est, hactenus hoc a nemine perceptum. Oportet hic ingenue dicere, quod verissimum est, nimia securitate fidunt studiosi quibusdam typographicis officinis, ut in Italia Asulanicae, quasi vero castigatissima sint omnia, quae ex illis prodeunt. Quibus hactenus credendum erat, ut rem judicio prius et collatione exploraremus. Interim studiosi merito suae credulitatis poenas saepe luunt. Restituimus hunc depravatissimum locum juxta scriptum archetypum hoc modo: *Ipse, a Cenchreis praeter Atticen per Sunium navigans, inter medias prope hostium classes Chalcidem pervenit.* Vide, per Musas, in paucis verbis ingentia errata. *Cenchrearum* civitas, de qua hic loquitur Livius, apud Corinthios navali statione fuit insignis. Atque eadem est, cujus et Divus Paulus meminit in fine Epistolae, quam ad Romanos scripsit. *Sunium* vero promontorium est Atticae. Caeterum usurpavit forma Graeca *Atticen*, ut nihil fuerit opus emendare *terram Atticam*. RHEN. Qui-

Digitized by Google

navigans, inter medias prope hostium classes, Chal-
12 cidem pervenit. inde, conlaudata fide ac virtute, quod neque timor, neque spes flexissent eorum animos; hortatusque in posterum, ut eadem constantia permanerent in societate, si suam, quam Oritanorum atque Opuntiorum, fortunam mallent;
13 ab Chalcide Oreum navigat, principumque iis, qui fuge-

dam [pro *a Boenotris*] *ab Oenotriis* emendarunt; sed inepte, meo quidem judicio. Strabo enim l. 8, [p. 380.] ubi de sinu Corinthiaco, Holmias promontorium sinum efficere, in quo et Oenoa sit et Pagae; atque has quidem Megarense castellum esse, Oenoan autem Corinthiorum. De eadem Oenoa Plin. 4, 7. Et de hoc loquitur (ut puto) hic Livius: terra missum exercitum per Boeotiam, ipsum vero regem praeter Atticam circa Sunium promontorium mari Chalcidem venisse. Quare verba Livii ita legi possunt: *ipse, ab Oenoa praeter Atticam super Sunium navigans, inter medias prope hostium classes, Chalcidem pervenit. Cenchreis* non minus quadrat, quod Beatus Rhenanus restituit. GLAR. Stephanus Κεγχρέαι πόλις Τρωάδος, δευτέρα πόλις καὶ ἐπίνειον Κορίνθου. Hoc loco Cenchreas, quae ad Corinthum sunt, intelligit, ut supervacanea sit hujus loci emendatio, quae a Glareano affertur, qui contra fidem veterum librorum legendum putat *ab Oenoa*. SIG. Pal. 1. *ipse ab boeno tris praeter terram Atticam super sinum navigans*. sec. *ipse a Chenebris praeter Anthycera super sinum navigans*. tert. *ipse a Beonotris super sinum navigans*. GEBH. Lectio, capiti hujus adnotationis adposita, non in officina Aldi Asulanica nata est, sed jam ante prostitit in ed. Mogunt. Omnes priores habuerunt *a Boenotris*, quod etiam est in Florent. Ber. et Hav. *ab Oenotriis* in Hafn. *ab Enotis* in Lov. 2. *ab Oevoterris* in Voss. et Lov. 1. *ab ceno tris* in Harl. *ab Cenoterris* in Lov. 3. et Hearnii L. 1. *ab Choneris* in Lov. 5. *ab Centris* in Gaertn. *ab Cenchris* in Lov. 4. et Hearnii L. 1. quae omnia monstrant, *ab Cenchreis*, ut Cl. Jac. Gronov. edidit, legendum esse. De *Cenchreis* v. Cl. Wasse ad Thucyd. 8. p. 513. Deinde *praeter Atticen* Hearnii L. 1. quod ex emendatione Rhenani omnes posteriores editores receperunt usque ad Gronov. qui restituit priorem lectionem *praeter terram Atticam*, in pr. ed. not. testatus, optimum cum pluribus ita legere; quod nulla de caussa in edd. sequentibus omissum est. Certe ita praeferunt omnes mei. Praeterea *super sinum* Lov. 1. 2. 4. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *super Sinium* Flor. et Voss. *super Sunium* reliqui. Idem fere, quod hoc loco, iter describitur infra 32, 17, 3. *Navales copiae, duabus claris urbibus Euboeae intra dies paucos captis, circumvectae Sunium, Atticae terrae promontorium, Cenchreas, Corinthiorum emporium, petierunt.*

§. 12. *Neque timor, neque spes*

Digitized by Google

fugere capta urbe, quam se Romanis tradere, maluerant, summa rerum et custodia urbis permissa, ipse Demetriadem ab Euboea, unde primo ad opem ferendam sociis profectus erat, trajecit. Cassandreae deinde centum navium longarum carinis positis, contractaque ad effectum ejus operis multitudine fabrorum navalium, quia res in Graecia tranquillas et profectio Attali fecerat, et in tempore 14

flexisset] Scripsimus *flexissent*. RHEN. *flexisset* tamen constanter Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1.

In posterum, ut eadem etc. *Oritanorum atque*] Haec verba cum mediis Livii esse, soli credimus Andreae primo editori. Mihi quidem nullis in scriptis occurrerunt, sed tantummodo *hortatusque oppugnatiorum fortunam mallent*. Numquid igitur fuit: *dehortatusque, ne Opuntiorum fortunam mallent*. id est, ne cito se dederent. Nam et hos solos objurgasse supra dicitur [c. 7, 9.] *Opuntii quoque ab eadem ira increpiti, quod, cum trahere obsidionem in adventum suum potuissent, viso statim hoste prope in voluntariam deditionem concessissent*. J. FR. GRON. Ut Gronovius in suis invenit, apud me quoque exstat in Flor. Voss. Lov. 1. Hav. et Hearnii N. *hortatusque Opuntianorum* Hearnii D. *hortatusque Opontiorum* ejusdem L. 1. *hortatusque Opuntiorum* Cant. Sed media verba, quae in his omittuntur, servant ex meis Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Rec. Hafn. et Gaertn. praeterea Reg. apud Doujatium, et Victor. apud Crevierium; qui, quum in his nihil Livio indignum deprehendat, et sine iis sensus constare nequeat, eadem etiam servanda duxit. Solae tantum voces *in societate* deerant in Lov. 3. et 4.

Oreanorum et Opuntiorum] Vet. lib. *Oritanorum*. et recte. Nam Stephanus: Ὠρεὸς πόλις Εὐβοίας· τὸ ἐθνικὸν, Ὠρείτης. SIG.

§. 13. *Ab Chalcide Oreum navigat*] Hoc oppidum ab Attalo atque Sulpitio expugnatum fuit paulo ante, nec de ea recepta quicquam hactenus. Hic nunc eam (si Diis placet) principibus, qui Romanos fugerant, Philippus tradit. Vel igitur hic aliquis defectus, vel authoris oblivio. GLAR. Custodiam Orei concedit Philippus principibus urbis; quod, ab Attalo et Romanis paulo ante expugnatum, relictum deinde fuisse Philippi in Euboeam adventu intelligendum est. SIGON.

Primum ad opem ferendam] Scripsimus *primo ad opem ferendam*. RHEN. Sed alterum superest in tantum non omnibus meis. Praeterea *copiis*, pro *sociis*, Flor. Lov. 2. Harl. et Hav. *Scopus* Voss. a m. 1. *Scopis* a m. 2. quod etiam praefert Lov. 1.

§. 14. *Cassandreae deinde centum navium longarum carinis positis*] *Cassandriae* Lov. 5. et Gaertner. Altera orthographia in hujus urbis nomine saepius utitur Livius. Verum et haec exstat 43,

Digitized by Google

laborantibus sociis latum ab se auxilium, retro in regnum concessit, ut Dardanis bellum inferret.

1 IX. Extremo aestatis ejus, qua haec in Graecia gesta sunt, quum Q. Fabius Maximi filius legatus ab

23, 7. ubi vide. *Casaudreae* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tum *quinquaginta navium* Rec. Sed solent passim notae numerales *C* et *L* confundi in Mstis. V. ad 39, 46, 2.

Contractaque ad effectum ejus operis et multitudine fabrorum navalium] Copulativa *et* est erratum operarum in novitiis. Nam et MSS. et priores edd. eam non agnoscunt. J. FR. GRON. Error ille demum commissus est in ultima Grut. ed. Ceterum *fabrorum navaliumque* male Lov. 1. sed vicissim ignorat sequentem voculam *quia*.

Ut Dardanis bellum inferret] *ut dictōis* Hearnii L. 1. *ut dictonnis* Lov. 1. *ut ditionis* Flor. et Voss. *ut Sitionitis* Lov. 2. *ut Dardanii* a m. 2. Aliorum codd. scripturas recenset Jac. Gronov. Diss. epist. ad Livii loca Geogr. epist. 4. p. 31. qui *ut Sintiis* legendum contendit. Ei adversatus Jasitheus in Apologem. p. 26. vulgatum defendit, eoque pertinere existimat, quod supra in gestis anni proximi narravit Livius 27, 32. et 33. Dardanos, ab Eropo concitos, atque in Macedoniam effusos, Orestidem occupasse, et in Aegestaeum campum descendisse. Praeterea *bellum ferret* Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. 2. ac 3. De locutione *ferre bellum* v. ad Silii 3, 365. Puto tamen primam syllabam τοῦ *inferret* haustam esse a litera finali vocis praecedentis. V. ad 5, 27, 6.

§. 1. *Q. Fabius Maximus Pr.*] *Praetor* non est in codice Spirensi. RHEN. Neque hujus, neque praecedentis anni Q. Fabium Maximum praetorem invenies, quare hoc nomen suspectum. Ego *praetor* temere adjectum suspicor: et vetusta quaedam exemplaria non habent. GLAR. Duo Q. Fabii Maximi per hoc tempus celebres fuerunt, pater et filius, uterque consularis: quorum neuter hoc anno praeturam gessit. Itaque, quoniam vox *praetor* non habet locum, *pater* legendum est: sic enim ipsi inter se distinguuntur, ut alter *pater*, alter *filius* nominetur. In epit. prioris lib. *Fabius Maximus pater consul Tarentinos per proditionem recepit.* Livius lib. priore [c. 29, 4.] *Q. Fabium filium ad exercitum Venusianum miserunt.* Errandi causa profecta est a brevi scripturae genere *PR.* et *pr.* quarum altera *praetorem*, altera *patrem* significamus. Sic apud Paed. in Divinat. [c. 22.] *Hic est ergo Lentuli Surae pater, in carcere strangulati propter conjurationem.* puto enim legendum: *Hic est avus Lentuli Surae praetoris, in carcere.* Etenim *P. Lentulus* vere *Surae* non *pater*, sed *avus*, fuit, auctore Cicerone, et Sura in conjuratione iterum *praetor* erat, teste Dione [37, 43.] †. „ Hanc animadversionem sibi vindicat „Robortell. 1. Emend. 34. furti „accusans Sigonium. „ †. SIG. Pal. 1. *Maximus P.* unde inepti castigatores inverunt *praetor*. Sed a Pall. reliquis et *praetor* et *pater* abest. GEBH. Libri melioris notae *Q. Fabius Maximus P. legatus*. Quod primi editores reddiderunt *praetor*. Sed optimus *Maximi*. Gudianus integre *cum Q. Fabius Maximi filius legatus*.

Digitized by Google

M. Livio consule Romam ad senatum nunciasset, consulem satis praesidii Galliae provinciae credere L. Porcium cum suis legionibus esse: decedere se inde, ac deduci exercitum consularem posse; Patres 2

Sed uter? Alterum circa haec tempora jam fato functum volunt, alterum, quem augurem in patris mortui locum factum scribit Livius l. 30, [26, 10.] anno V. C. ıɔl. idem septem annis post l. 33, [42, 6.] mortuum tradit admodum adolescentem, priusquam ullum magistratum caperet. Credibilius equidem est, e filiis alterutrum, quam patrem extrema aetate, eo munere functum: et cur moneret Fabius Livium, ne, priusquam genus hostium cognosset, temere manum consereret, ut est l. 27, [40, 8.] si ipse cum eo exiturus erat? Aut igitur major post hanc demum legationem decessit, aut in minore vocabulum *adolescens* apud nostrum haud ita anguste capiendum, ut illum hoc tempore puerum fuisse necesse sit. J. FR. GRONOV. Haec recte adversus Sigonium disputantur. Qui hic Q. Fabium filium, eum, qui anno V. ıɔxl. consul fuerat l. 24, 43. ideo non posse intelligi volunt, quod is circa haec tempora jam fato functus fuerit, quo argumento id probant? Ex Plutarchi Fabio et Ciceronis Catone c. 4. constat, eum ante patrem, cujus mortem Liv. 30, 26. in rebus A. V. ıɔl. refert, diem obiisse; sed neuter annum mortis definit. Plutarchus quidem statim post secundum triumphum patris, id est A. V. ıɔxliv. secundum Fastos, mortem filii, ac deinde dissensionem Patris ac Scipionis narrat. Sed ex illius narratione certus annus mortis filii constitui non potest: cum enim post mortem Marcelli A. V. ıɔxlv. adhuc superfuisse, scimus ex Livii 27, 29, 4. Haec autem, de quibus hic agitur, in annum sequentem inciderunt; ante quod tempus eum decessisse, demonstrari non potest. Immo pater illius h. l. c. 40, 9. et Scipio c. 43, 8. ita de eo loquuntur, ut qui anno V. ıɔxlviii. paullo post initum a Scipione consulatum ad huc vixerit. Non dubito, quin vera sit scriptura cod. Gudiani. DUK. *Q. Fabius Maximus pontifex* Gaertner. *Q. Fabius Maximus ptor* Ber. Hafn. et Hav. *Q. Fabius Maximus P.* Lov. 1. 2. et Hearnii N. *Q. Fabius Maximus*, omissa voce sequenti, Lov. 3. 4. 5. et Hearnii L. 1. *Q. Fabius Maximi P.* Flor. Omnino vera est Gronovii emendatio, quam etiam Creviorius probavit. Scriptum fuerat *Q. Fabius Maximi F.* Litera autem *F* nullo negotio in literam *P* degeneravit. Ejus erroris alia exempla v. ad 39, 6, 5. Solere autem Livium, ubi patris cognomen inlustre est, ab eo filium indicare, supra dictum est ad 4, 45, 5.

Legatus ab M. Livio consule Romam ad senatum missus nunciasset] Pal. 1. *Romam ad senatum nunciasset*, excluso τοῦ *missus*. GEBH. Put. et meliores excludunt τὸ *missus*. Nec nobis, ea voce expuncta, deesse quidquam videtur. Ut apud Plautum frequenter *ab aliquo nuntius, quemque a milite*. Livius 33, [48, 3.] de Annibale: *Percontantibus legatum se Tyrum dici jussit*. J. FR. GRON. Praeter Ber. Rec. et Gaertn. omnes reliqui mei cum Hearnii L. 1. et N. ignorant vocem *missus*. *Legatus ab M. Livio*, ut 2,

Digitized by Google

non M. Livium tantum redire ad urbem, sed colle-
3 gam quoque ejus C. Claudium jusserunt. Id modo in decreto interfuit, quod M. Livii exercitum reduci, Neronis legiones Hannibali obpositas manere in
4 provincia jusserunt. Inter consules ita per literas convenit, ut, quemadmodum uno animo rempublicam gessissent, ita, quamquam ex diversis regionibus convenirent, uno tempore ad urbem accede-
5 rent. Praeneste qui prior venisset, collegam ibi opperiri jussus. Forte ita evenit, ut eodem die ambo Praeneste venirent. inde praemisso edicto, ut tri-

3,5. *Legati ab regibus superveniunt.* c. 13, 1. *Mucium dimissum legati a Porsena Romam secuti sunt.* c. 15, 1. *Legati a Porsena de reducendo in regnum Tarquinio venerunt.* 3, 38, 5. *Legati ab Tusculo praesidium orantes.* 4, 37, 4. *Legati quoque ab Latinis et Hernicis nunciabant.* 5, 23, 12. *Legati a Volscis et Aequis venerunt.* c. 33, 1. *Legati ab Clusinis veniunt.* 32, 27, 1. *Legati ab rege Attalo coronam auream in Capitolio posuerunt.* 38, 8, 1. *Legati ab Aetolis Phaeneas et Damoteles ad consulem venerunt.* 42, 43, 6. *Primi a Chaeronea legati in itinere obcurrerunt.* 44, 14, 5. *Ab rege Prusia et paullo post ab Rhodiis legati auditi sunt.* c. 19, 6. *Legati ab Ptolemaeo et Cleopatra regibus vocati sunt.* Ita praefert codex unus in Epit. Liv. 13. *Cineas legatus a Pyrrho ad senatum petiit.* ubi etiam vulgo additur *missus.* Ita *nuncius a collega.* V. ad 10, 43, 2. *Literae a L. Porcio.* V. ad 27, 39, 1. Praeterea *legatus Romam,* de quo v. ad 40, 54, 9.

§. 2. *Patres non M. Livium tantum*] Vocabulum *Patres* non est in cod. Spireasi. RHEN. Id tamen vocabulum omnes mei constanter retinent.

§. 3. *Quod M. Livii exercitum reduci*] Put. *Livite.* Scribo, *quod M. Livii et exercitum.* Non ipsum modo venire, sed et exercitum ejus reduci. J. FR. GRON. Cantabr. legitur *deduci.* quod solenne de provinciis. JAC. GRON. Et hic etiam omnes codd. mei in vulgatum conspirant. Contra, unum a se inspectum etiam *deduci* praeferre, Crevierius testatur, et hinc lectionem illam recepit. Mihi tamen tam audaci esse non licuit, partim quia ob silentium Cl. Crevierii, codicis sui nomen tacentis, de ejus auctoritate judicare non potui: partim quia *reducire exercitum* Livio in usu fuisse supra probavi ad 6, 33, 12. partim denique quia librarii passim has voces commutarunt; ut vidimus ad 6, 26, 8. Ceterum tota haec periodus *Id modo in decreto* etc. *in provincia jusserunt* deficit in Lov. 5. et Hearnii L. 1. neglegentia scribarum ob vocis *jusserunt* repetitionem. V. ad 9, 11, 11.

§. 4. *Inter consules ita per literas convenit*] Pal. pr. *Inter quos*

Digitized by Google

duo post frequens senatus ad aedem Bellonae adesset, omni multitudine obviam effusa, ad urbem accessere. Non salutabant modo universi circumfusi, 6
sed, contingere pro se quisque victrices dextras consulum cupientes, alii gratulabantur, alii gratias agebant, quod eorum opera incolumis respublica esset. In senatu quum more omnium imperatorum, 7
expositis rebus ab se gestis, postulassent, *ut, pro republica fortiter feliciterque administrata, et Diis immortalibus haberetur honos, et ipsis triumphantibus urbem inire liceret; Se vero ea, quae postularent, decer-* 8

ita. GEBH. *Inter quos* pariter Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Hav. quae lectio ex ignorantia scribarum profluxisse videtur, quod non adsequerentur epitomen scribendi *Inter eos.* Similem errorem habuimus 9, 25, 4.

Quemadmodum uno animo rempublicam gessissent] Vet. lib. *rem gessissent.* Sic infra, *Quoniam in provincia M. Livii res gesta esset.* Hae de loquendi forma etiam dictum est supra. SIG. Omnes Gall. Voss. *rempublicam*, defendimusque olim contra Sigonium. J. FR. GRON. Similiter *rempublicam* omnes mei. V. ad 8, 31, 2. Deinde *egissent* Lov. 1. frequenti scribarum errore. V. ad 22, 28, 1.

Uno quoque tempore ad urbem accederent] Conjunctio *quoque* non est in cod. Spirensi. Quare et nos expunximus. RHEN. *uno quoque tempore* servant Lov. 2. Harl. Ber. et Gaertn. *unoque tempore* Voss. et Lov. 1. ac 5. Reliqui rectius consentiunt Rhenani libro.

§. 6. *Non salutabant modo universi, sed*] Vet. lib. *Non salutabant modo universi circumfusi, sed.* SIG. Vocem *circumfusi* agnoscunt non modo omnes scripti mei, sed etiam edd. vett. Omissam demum vidi in ed. Froben. anni 1535.

Sed, contingere pro se quisque victrices dextras] Spernunt Put. et antiquiores τὸ *contingere.* Voss. *sed perspicere quisque.* An fuit, *sed pro se quisque victrices dextras, consulum capientes?* vel *tangentes*, aut *rapientes?* J. FR. GRON. *sed contingere quisque* Lov. 3. *sed pro quisque* Flor. *sed pro se quisque* Lov. 5. *sed prospicere quisque* Voss. Lov. 1. 2. 4. Hafn. et Hearnii L. 1. ac N. *sed respicere quisque* Hav.

Quod eorum opera incolumis] Antiqua lectio *eorum ope.* Sed magis placet *opera.* RHEN. *quod eorum opere* Lov. quinque, Harl. Gaertn. et Hav. Ex *opere* deinde, sive *ope* aut *op'e*, factum est *ope* in cod. Rhenani. Nam haec passim a librariis commutantur. V. ad 8, 16, 4.

§. 7. *Pro republica fortiter feliciterque administrata*] Antiqua lectio *fortiter fideliterque administrata.* Sic infra [hoc cap.] *Quam forti fideliqua duorum praecipue*

Digitized by Google

nere, Patres, *merito Deorum primum, dein, secun-*
9 *dum Deos, consulum*, responderunt; et supplicatione

legatorum opera usi essent. RHEN. *fortiter feliciterque* Put. Reg. Men. Pall. Voss. non *fideliterque*, quod urget Rhenanus. Sic 2, [49, 6.] de Fabiorum exercitu: *Ire fortes, ire felices jubent*, 31, [29, 2.] *Quum in senatu res ab se per multos annos fortiter feliciterque gestas exposuisset*. Imperatorum eorumve, quorum auspiciis aut ductu res geritur, *virtus et felicitas*; sociorum, legatorum, militum *virtus et fides*. Itaque illorum *fortis et felix*, horum *fortis et fidelis* opera. Hinc illa formula tam frequens *bene et feliciter gesta republica*. Noster 41, [16, 9.] *C. Claudius gloriaretur, sua virtute ac felicitate neminem jam eis Alpes hostem populi Romani*. At ecce alteram formulam. 23, [16, 1.] de L. Bantio. *Ut nemo inde sociorum rem Romanam fortius ac fidelius juverit*. 24, [47, 11.] de Hispanis transfugis: *Operaque eorum forti ac fideli persaepe respublica usa est*. Ut et iterum priore libro [23, 46, 6.] de aliis ejus generis. *Eorum forti fidelique opera in eo bello usi sunt saepe Romani*. 31, [9, 4.] ad legatos Ptolemaei: *Regnique ejus opes scire subsidia firma ac fidelia suae reipublicae esse*. 37, [53, 22.] de Masinissa: *In Africa adversus Syphacem et Carthaginienses fideliter atque impigre vobiscum stetit*, 40, [49, 7.] de Thurro regulo Hispano: *Secutus est inde Romanos, fortique ac fideli opera multis locis rem Romanam adjuvit*, 45, [14, 2.] iterum de Masinissa *Populum Romanum ab eo bello Punico forti fidelique opera adjutum*. Et hujus libri hoc ipso cap. *Quam forti fidelique duorum praecipue legatorum opera usi essent*. Quod frustra jubet adesso correctioni suae Rhenanus. Agricola ad milites apud Tacit. [vit. Agric. 33.] *Ex quo virtute et auspiciis imperii Romani, fide atque opera vestra Britanniam vicistis*. Vides contra morem et decorem Livianum *fideliter* hic intrusum, quod post optimum Beatum, ut multa alia, secuti editores transierunt. Adde Fabrum Semestr. 1, 19. J. FR. GRON. *fortiter fideliterque* etiam Hearnii D. Sed reliqui ejus L. 1. ac N. cum omnibus meis *fortiter feliciterque*, quod recte Gronovius contra Rhenanum vindicavit, docens *fortiter ac feliciter* de imperatore dici, ut apud Cic. pro Mur. 18. *Numquam ipse plus militi laboris imposuit, quam sibi sumsit ipse, cum fortis, tum etiam felix. fortiter* autem *et fideliter* de sociis, legatis, ac militibus. ut supra 21, 44, 2. *Vos socios fidelissimos fortissimosque ob iram justissimam pugnaturos*. Et hinc passim praedicari imperatoris *virtutem et felicitatem*, vel *fortunam*. V. ad 10, 36, 9. Pauca tamen supersunt exempla, ubi *fortiter ac feliciter* de militibus usurpatur. Supra 5, 30, 5. *Tribules prensantes orare cum lacrimis coepere, ne eam patriam, pro qua fortissime felicissimeque ipsi ac patres eorum dimicassent, desererent*. et c. 43, 7. *Mirandoque ubi illi viri essent, qui secum Vejos Faleriosque cepissent, qui alia bella fortius semper, quam felicius, gessissent*. Verum *fortiter fideliterque* de imperatore non memini me umquam apud Livium observare.

§. 9. *Et supplicatione amborum nomine, et triumpho utrique decreto. Inter ipsos*] Vet. lib. *et supplicationem amborum nomine et triumphum utrique decreverunt*. quod valde probo. SIG. Pal. 1. *utris-*

Digitized by Google

amborum nomine, et triumpho utrique decreto, inter ipsos, ne, quum bellum communi animo ges-

que. tert. *et supplicatione verborum nomine et triumpho utique decreto.* GEBH. Mutavimus distinctionem: *et supplicatione amborum nomine, et triumpho utrique decreto, inter ipsos, ne quum* etc. *ita convenit.* Ut plane Barberinus. Atque apparet supervacuum esse conatum Sigonii, qui valde probat ex suo libro: *et supplicationem amborum nomine et triumphum utrique decreverunt.* Quod nos in nullo invenimus, et manum correctoris audacis manifestissime prodit. J. FR. GRON. Jam ante, adlato a legatis nuncio victoriae, supplicatio in triduum decreta, et celebrata fuerat. 27, 51, 8. nunc iterum decernitur; quod raro factum videtur. nam Livius plerumque semel tantum aut postulatam aut decretam supplicationem refert. DUK. Nullus meorum vel Oxoniensium Hearnii codicum Sigonio consentit. Soli tantum Cant. Voss. Lov. 2. 4. Harl. Ber. a m. 1. et Hearnii L. 1. legunt *supplicationem;* licet in reliquis vulgatum servent.

Ita convenit: ut, quoniam et in provincia etc.] Mihi magis hic probatur lectio vetusti voluminis, quae videtur antiquam aliquam formulam referre: neque enim est illic *ut* particula, nec *et* conjunctio ter repetita. Sic autem habet: *ita convenit: Quoniam in provincia M. Livii res gesta esset, eo die, quo pugnatum foret, ejus forte auspicium fuisset, exercitus Livianus deductus Romam venisset, Neronis deduci de provincia non potuisset, ut M. Livium.* Hic tandem sequitur *ut.* Ad istum modum singula castigavimus in contextu. RHENANUS. Pal. 1. *ita convenit, ut, quoniam et in provinciam Livii res gesta esset, et eo die, quo pugnatum foret, ejus forte auspicium fuisset, et exercitus Livianus deductus Romam venisset, Neronis deduci non potuisset de provincia, ut M. Livium.* ita ferme vet. ed. nisi quod *traductus,* pro *deductus,* exhibet. Tert. Pal. convenit fere cum vulgatis, nisi quod *ita convenit ut, quoniam* scriptum continet. GEBH. Quas particulas delet Rhenanus, eas Put. et omnes melioris notae libri tenent, hoc modo: *ut, quoniam et in provincia M. Livii res gesta esset, et eo die, quo pugnatum foret, ejus forte auspicium fuisset, et exercitus Livianus deductus Romam venisset, Neronis de provincia deduci non potuisset, ut M. Livium quadrigis* etc. Si usquam nexas arenas fecit Rhenanus, hic fecit. Sed et duplicatum *ut* ferre non potuit. Cur igitur Plautus Bacchid. [1, 1, 9.] *sibi qui caveat, aliquem ut hominem reperiam, Ab istoc milite; ut, ubi meritum sibi sit, se ut revehat domum.* Noster 22, 11, 4. *Ut, quibus oppida castellaque immunita essent, ut hi commigrarent in loca tuta.* Sic enim legendum est vestigiis vett. libb. quod eadem de caussa vulgo vitiatum. 36, 3, 13. *Ut, quos L. Quintius milites conscripsisset, et quos sociis nominique Latino imperasset, quos secum in provinciam ire oporteret, et tribuni militum legionis primae et tertiae, ut hi omnes Brundusium Idibus Majis convenirent.* Sic ibi quoque legendum. Et super haec alibi sic Livium restituemus: nam haec revera antiqua formula est, non quam somniavit Rhenanus. J. FR. GRON. *convenit, ut, quoniam* omnes omnino mei, et Hearnii Oxonn. De geminato *ut* vidimus ad 22, 11, 4. Tum *et in provincia* iidem, nisi quod τὸ *et*

Digitized by Google

10 sissent, triumphum separarent, ita convenit: *ut, quoniam et in provincia M. Livii res gesta esset, et eo die, quo pugnatum foret, ejus forte auspicium fuisset, et exercitus Livianus deductus Romam venisset, Neronis deduci non potuisset de provincia, ut M. Livium, quadrigis urbem ineuntem, milites sequerentur; C. Clau-*
11 *dius equo sine militibus inveheretur.* Ita consociatus triumphus, quum utrique, tum magis ei, qui, quantum merito anteïbat, tantum honore collegae ces-
12 serat, gloriam auxit: *illum equitem* ajebant *sex dierum spatio transcurrisse longitudinem Italiae: et eo die cum Hasdrubale in Gallia signis conlatis pugnasse, quo*

desit in Hav. et Hearnii D. Mox etiam *et exercitus Livianus* omnes iterum iidem. Contra vero Hearnius suum L. 1. *exercitusque* legere testatur. Hinc *traductus Romam venisset* Ber. Gaertn. et edd. ante Ald.

§. 10. *Neronis de provincia deduci non potuisset*] Nota triumphatum ab eo, qui exercitum ex provincia non deportasset. V. supra 26, 21. ob id negatus Marcello triumphus. Neque enim confecta provincia erat, ex qua exercitus non deduceretur. V. omnino 31, 48, et 39, 29. HENR. VALES. Sed caussa negati Marcello triumphi non tam fuit, quod exercitum non deportarat, quam quod successori exercitum tradere jussus fuerat, nondum confecta provincia, et manente adhuc in ea bello, ut l. d. significat Livius. Nam alioqui, eos, qui perdomitam pacatamque provinciam successori tradiderant, etiam non deportato exercitu triumphare potuisse, intelligitur ex l. 39, 29. et 45, 38. ubi haec leguntur: *Si quando non deportati ex provincia milites ad triumphum sint, fremunt, et tamen tum quoque se absentes, quod suis manibus parta victoria sit, triumphare credunt.* Adde Gruchium Refutat. ad poster. Sigonii disput. sect. 20. DUK. *Neronis deduci non potuisset de provincia* edd. antiquissimae: pro quo Aldus, in alium ordinem digestis vocibus, substituit *Neronis de provincia deduci non potuisset.* Licet autem Rhenanus adhuc alio ordine eadem vocabula produxerit, Aldina tamen lectio obtinuit usque ad Jac. Gronov. qui primarum edd. ordinem revocavit, consentientibus omnibus, quibus utor, codd. Et tamen Hearnius postea Aldo adhaesit. Mox Claudii praenomen *C.* deest in Hav. *consul Claudius* legunt Lov, 4. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum.

§. 15. *Unius equo per urbem verum triumphum vehi*] Scripsimus *Uno equo.* Nam praecedit *multijugis equis.* Et sic habet liber vetus. RHEN. Pal. 1. *Unus equo.* Antiqua ed. *Unius equo.* GEBH. *Undequo* Flor. et Cant. *Unius equo*

Digitized by Google

eum castra adversus sese in Apulia posita habere Hannibal credidisset. Ita unum consulem pro utraque parte 13
Italiae adversus duos duces, duos imperatores, hinc consilium suum, hinc corpus obposuisse. Nomen Neronis 14
satis fuisse ad continendum castris Hannibalem: Hasdrubalem vero, qua alia re, quam adventu ejus, obrutum atque exstinctum esse? Itaque iret alter consul sublimis 15
curru multijugis, si vellet, equis. Uno equo per urbem verum triumphum vehi: Neronemque, etiam si pedes incedat, vel parta eo bello, vel spreta eo triumpho gloria, memorabilem fore. Hi sermones spectantium 16
Neronem usque in Capitolium prosecuti sunt. Pe-

Lov. 1. Ber. et Hav. *Unus equo.* Gaertn. *Unum equo* Lov. 2. Sed Rhenani lectio vera est, quam reliqui codd. firmant.

Neronique etc. *vel parto eo bello, vel spreto triumpho gloriam memorabilem fore*] Quo sensu dictum est *vel parto eo bello?* Nos istam sententiam ex vestigiis veteris scripturae sic restituimus: *Neronemque, etiamsi pedes incedat, vel parta eo bello, vel spreta eo triumpho gloria memorabilem fore.* RHEN. Pall. 1. et 3. *vel parto eo bello, vel spreto triumfo gloriam memorabilem fore.* sec. *Neronemque, etiamsi pedes incedat, vel partam eo bello vel spretam eo triumfo gloriam memorabilem fore.* GEBH. Optimorum codd. vestigia eo ducunt, ut Rhenani lectionem veram credamus. In Putean. enim legi ex Cl. Sallierio didici: *Neronemque, etiam si pedes incedat, vel partam ea bello vel spreteo triumpho gloriam memorabilem fore.* Neque hinc multum abeunt Flor. et Cant. nisi quod praeferant *spreto triumpho.*

§. 16: *Pecuniam in aerarium tulerunt sestertiûm tricies*] Castigavimus, *Pecuniae in aerarium tulerunt sestertiûm tricies, octoginta millia aeris.* RHEN. Haec forent centum viginti sex talenta, minus quatuor millibus nummûm: nostra pecunia 7680o. scutati. At Polybius [11, 3.] ait πλεῖω τῶν τριακοσίων ταλάντων. quod esset plus septuagies bis. An excidit litera *L*, cum notatum foret *LXXX.* quod est *octogies?* ea enim trecenta triginta talenta, viginti minae. J. FR. GRON. Perizonius in Differt. de Aere gravi §. 19. observat, in hoc triumpho primum a Livio memorari *sestertios*, in eoque multo majorem argenti, quam aeris summam nominari, contra quam in triumphis, qui Decade prima referuntur: ejusque rei causam esse, quod jam tum usus argenti prae aere in commerciis invalescere coeperat. Ex Epit. l. 15. intelligitur, Livium in eo tradidisse, quando Romani primum argento signato uti coeperint. Sed in hujus belli libris haec est prima *sestertiorum* mentio. DUK.

Digitized by Google

cuniam in aerarium tulerunt sestertiùm tricies, octo-
17 ginta millia aeris. militibus M. Livius quinquagenos
senos asses divisit. tantumdem C. Claudius absenti-
bus militibus suis est pollicitus, quum ad exerci-
18 tum redisset. Notatum, eo die plura carmina mi-
litaribus jocis in C. Claudium, quam in consulem
19 suum, jactata. Equites L. Veturium et Q. Caecil-
lium legatos magnis tulisse laudibus, hortatosque
esse plebem, ut eos consules in proximum annum
20 crearent. adjecisse equitum praerogativae auctori-
tatem consules, postero die in concione, quan
forti fidelique duorum praecipue legatorum opera
usi essent, commemorantes.

1 X. Quum comitiorum tempus adpeteret, et per

pecuniam, ut ante Rhenanum legebatur, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. quod per adpositionem recte accipi potest.

Octoginta millia aeris] Muretus e l. v. *DCCC millia aeris*. J. FR. GRON. Hearnius in D. invenit *DCCCC millia aeris*. Testatur autem, Gronovium conjecisse *Octogies mill. aeris*. Verum, ubi Gronov. ita conjecerit, non memini; nisi forte respiciat ad verba praecedentia. Sed tum erravit.

§. 18. *Notatum eo die*] Pal. 2. et 3. *Notatum est eo die*. GEBH. *Notatum est eo die* Lov. 3. Ber. Hearnii D. et, teste eodem Hearnio, ed. Rom. princeps. *Notatum est eo die*, edd. quas vidi, proximae usque ad Aldum, qui substituit *Notatum eo die*. Ejus loco iterum Curio dedit *Notatum eo die*, succinente uno Gaertn. Id servarunt Lugdun. anno 1553. Paris. anno 1573. et reliqui editores usque ad Jac. Gronov. qui Aldi lectionem revocavit. Eam autem servant reliqui codd.

In C. Claudium, quam in consulem suum, jactata. Equites] Pal. 2. *plura carmina militaribus jocis in consulem Claudium*, quam *in consulem Livium. Equites*. GEBHARD. *in consulem Claudium* Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Ber. Hav. et edd. Aldo priores. *Claudium*, omisso praenomine, Lov. 3. Deinde *quam consulem suum* Flor. et Ber. a m. 1. Sed solet Livius post vocalem quam praepositionem, quae praecesserat, repetere. V. ad 4, 58. 6. *To in* igitur interceptum est e vocis praecedentis litera finali. V. ad 10, 13, 3. *quam in consulem Livium* Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. et Gaertn. Tandem *icta* Harl. *jacta* Rec. V. ad 10, 37, 10.

§. 1. *C. Claudius consul M. Livium collegam*] *consul Claudius*

Digitized by Google

dictatorem comitia haberi placuiſſet, C. Claudius consul M. Livium collegam dictatorem dixit: Livius Q. Caecilium magiſtrum equitum. a M. Livio dicta- 2
tore creati consules L. Veturius, Q. Caecilius; is ipse, qui tum erat magiſter equitum. Inde praeto- 3
rum comitia habita. creati C. Servilius, M. Caecilius Metellus, Ti. Claudius Asellus, Q. Mamilius Turinus, qui tum aedilis plebis erat. Comitiis 4
perfectis, dictator, magiſtratu abdicato, dimissoque exercitu, in Etruriam provinciam ex senatusconsulto eſt profectus ad quaeſtiones habendas: qui 5
Etruscorum Umbrorumve populi defectionis ab Romanis ad Hasdrubalem sub adventum ejus consilia agitaſſent, quique eum auxiliis, aut commeatu, aut

consulem M. Livium Lov. 5. *consul Claudius M. Livium* Hearnii L. 1. Mox §. seq. *creati sunt consules* Lov. 2.

§. 3. *T. Claudius Asellus, Q. Manlius Thurinus*] Lege *Ti. Claudius Asellus, Q. Mamilius Thurinus* ex vet. lib. et lap. Capitol. atque ita in his ubique. SIG. Idem praenomen Claudio Asello restituendum monuit Sigonius supra 27, 41, 7. et infra 29, 11, 13. Et ita etiam quidam codd. Male autem cognomen scribitur *Aselus* in Lov. 2. *Asellius* in Hav. *Asellus* in Hearnii L. 1. V. ad posteriorem loc. Livii. Hinc *Q. Manilius* Flor. Voſſ. Lov. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Q. Marinus* Rec. V. Sigon. ad 27, 36, 9. — Corruptam lectionem *Manlius* servat Ursinus in Nummis Famil. in Gente *Manlia*. Sigonii emendationem *Mamilius* probat Spanhem. de Praest. et Usu Numism. Diss. 6. p. 518. ed. sec. Contra priscae iterum lectioni adhaeret Haverk. in Comment. ad Morelli Thes. T. 1. p. 259. — Deinde *Turinus* Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. ante Moguntinam. *Turrinus* Flor. Et, ita id nomen in nummo scriptum obcurrere, monuit Spanhem. de Praeſt. et us. num. Diſſ. 10. p. 34. *TVRINVS* scribitur in Faſt. Capit. ad ann. 1 XIV. quod secutus sum.

§. 4. *Ex senatusconsulto est profectus*] *ex senatusconsultu* Voſſ. et Lov. 1. Sed v. ad 5, 13, 5. Et ita quidem operae excuderunt in ed. Jac. Gronovii. Verum inter errata monemur, alteram lectionem restituendam esse.

§. 5. *Sub adventu ejus*] Legendum *sub adventum*. id est paullo ante, quam veniret. RHEN. *sub adventu* Voſſ. Lov. 2. 3. 5. Ber. et Gaertn. *sub adventum* Flor. et reliqui. V. ad 2, 55, 1. et mox

Digitized by Google

6 ope aliqua juvissent. Haec eo anno domi militiaeque gesta. Ludi Romani ter toti instaurati ab aedilibus curulibus, Cn. Servilio Caepione, Ser. Cor-
7 nelio Lentulo. Item ludi plebeji semel toti instaurati ab aedilibus plebis, M. Pomponio Mathone,
8 et Q. Mamilio Turino. Tertiodecimo anno Punici belli, L. Veturio Philone et Q. Caecilio Metello consulibus, Bruttii ambobus, ut cum Hannibale bel-
9 lum gererent, provincia decreta. Praetores exinde sortiti sunt: M. Caecilius Metellus urbanam, Q. Mamilius peregrinam, C. Servilius Siciliam, Ti. Clau-
10 dius Sardiniam. Exercitus ita divisi: consulum al-

ad §. 12. Paullo ante *Umbrorumque* edidit Cl. Jac. Gronov. Codices tamen mei legunt *Umbrorumve*, ut exhibent excusi priores.

§. 6. *Et ludi Romani ter toti instaurati*] Particulam *Et* expunximus. RHEN. *Et ludi Romani* Voss. Lov. 2. 5. Harl. Ber. Gaertner. et Hav.

§. 7. *Manio Pomponio Mathone*] Ita primum adparuit in ultima Gruteri, quum omnes priores exhibuissent *M. Pomponio*. Idem autem *Marci* praenomen ei datur in Mstis Flor. Lov. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hav. idque verum puto. Videtur enim idem M. Pomponius Matho esse, atque ille, qui deinde praetor creatur infra 29, 11, 11. et passim eo libro, ut et 31, 12, 3. *Marcus* vocatur. Id igitur hic restitui. Mox *Turrino* iterum Flor. et Harl. cum edd. Moguntina prioribus. *Turino* Lov. 1. Ber. Gaertn. et Hav. V. ad §. 3.

§. 8. *Consulibus ambobus, ut cum Hannibale bellum gererent, provincia decreta*] Cur hic asteriscum non apposuerunt? deest enim nomen provinciae. Reposuimus non ex manuscripto codice *et Q. Caecilio Metello consulibus Brutii ambobus, ut cum Annibale*, et quae sequuntur. RHEN. Vet. lib. *Bruttii ambobus, et ut cum Annibale*. SIG. Sigonius *ambobus, et ut cum*; placetque Freinshemio ad Curtium. Et videtur confirmari 26, [28, 3.] *Ut alteri consulum Italia bellumque cum Hannibale provincia esset*. et hoc lib. inferius [c. 45, 9.] *Alteri Bruttii et bellum cum Hannibale*. Nostri tamen omnes tenent vulgatam, et confirmat, quod 30, [1, 2.] *Uter Bruttios adversus Hannibalem, uter Etruriam ac Liguras provinciam haberet*. J. FR. GRON. Particulam *et* a Sigonio additam omnes nostri ignorant. Contra omnes agnoscunt vocem *Bruttii* a Rhenano insertam, nisi quod abfuerit a Ber. a m. 1. Praeterea male *ambo pulsi*, pro *ambobus*, Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. Tota illa vox abest ab Harl.

§. 9. *Q. Mamilius peregrinam*]

Digitized by Google

tèri, quem C. Claudius prioris anni consul; alteri, quem Q. Claudius propraetor (eae binae legiones erant) habuissent exercitum: in Etruria duas vo- 11
lonum legiones a C. Terentio propraetore M. Livius proconsul, cui prorogatum in annum imperium erat, acciperet. et Q. Mamilio, ut, collegae jurisdi- 12
ctione tradita, Galliam cum exercitu, cui L. Porcius propraetor praefuerat, obtineret, decretum est: jussusque populari agros Gallorum, qui ad Poenos sub adventum Hasdrubalis defecissent. C. 13
Servilio cum Cannensibus duabus legionibus, sicut C. Mamilius tenuerat, Sicilia tuenda data. Ex Sar- 14

Pal. 1. *Q. M. Emilius peregrinus*. Paullo post in eodem cod. habetur *Q. Mamilio*. et iterum *sicut P. Mamilius tenuerat*. GEBH. Ita et Hav. *Q. M. Emilius pereg.* Flor. *Q. M. Emilius* etiam Lov. 2. et 3. *peregrinus* autem pariter Lov. 1. Paullo ante *sortiti sunt provincias*, *M. Caecilius*, addita media voce, Lov. 5. et Hearnii L. 1. At commode ea vel similis subintelligi potest. V. ad 27, 36, 11. Praeterea *Metellus urbis* Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn.

§. 10. *Habuisset exercitum*] *habuissent* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et primae edd. quod cur posteriores editores mutarint, caussam non video. Paullo ante *Q. Claudius propraetore* Lov. 3.

§. 11. *A C. Terentio proconsule*] Opinor scribendum *propraetore*. In vet. cod. mendose est *pro publicare*: quas voces indoctus scriba semper supposuit, quoties scriptum repperit *propr.* RHEN. Praenomen Terentii *C.* non exstat in Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et quibusdam ex edd. antt. Deinde *propraetore*, ut Rhenanus, omnes codd. mei. Supra 27, 35, 2. *C. Terentius Varro in Etruriam propraetor missus*. Mox etiam Livii praenomen *M.* omittitur in Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. *hujus proconsulis*, pro *M. Livius proconsul*, legit Gaertn.

§. 12. *Cui L. Porcius propraetor praefuerat*] Legendum est *praetor*. nam anno priore praetor fuerat, et Galliam provinciam habuerat, 27, 35. 36. 41. et 46. Hoc etiam vidit Pighius ad ann. V. IOXLVII. nam *praetorem* L. Porcium vocat. DUR. *propraetor* librariorum errorem esse, ejusque loco *praetor* legendum, existimat etiam Crevier. Mox *depopulari* Hav. Sed saepe hae voces commutantur. V. ad 10, 12, 7. Hinc *sub adventu* Flor. Voss. Lov. 3. Ber. a m. 1. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. anni 1535. V. modo ad §. 5.

§. 13. *Sicut P. Mamilius tenuerat*] Hic priore anno, atque adeo praecedente libro, ab ipso authore bis [capp. 35. et 36.] *C.*

Digitized by Google

dinia vetus exercitus, cui A. Hostilius praefuerat, deportatus. novam legionem, quam Ti. Claudius
15 trajiceret secum, consules conscripserunt. Q. Claudio, ut Tarentum, C. Hostilio Tubulo, ut Capuam provinciam haberet, prorogatum in annum impe-
16 rium est. M. Valerius proconsul, qui tuendae circa Siciliam maritimae orae praefuerat, triginta navibus C. Servilio praebitis, cum cetera omni classe redire ad urbem jussus.

Maulius vocatur, non *P.* ubi praetor Siciliae creatur. GLAR. Hic est ille, quem 27, [35, 1.] *C. Mamilium* nominavimus ex veteribus libris, cum *C. Maulius* vulgo legeretur. In iisdem libris hoc in loco est *P. Mamilius*, in quo inest vestigium veritatis. SIG. *P. Mamilius* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. *P. Manilius* Ber. Gaertn. Hav. Hearnii D. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed recte Sigonius *C. Mamilius* restituit. Mox §. seq. *cudam Hostilius* Flor. *cui jam Hostilius* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. et Hearnii L. 1. *cui jam Aulius Hostilium* Gaertn.

§. 15. *Q. Claudio, ut Tarentum*] Pighius in Ann. ad ann. 1ɔxlvit. p. 211. emendat: *Q. Claudio Flaminino T. Quinctius Flamininus successor extra ordinem datus obtineret ut Tarentum.* Ratio ita emendandi haec erat, quia anno sequenti infra h. lib. c. 45, 10. *ceteris*, propraetoribus proconsulibusque, *qui exercitibus provinciisque praefuerunt, prorogata imperia* dicuntur: at anno ei proximo 29, 13, 6. decretum esse dicitur, *ut T. Quinctius Tarentum, sicut priore anno, cum vetere praesidio obtineret.* Firmat autem emendationem ex eo, quod Plut. in T. Quinct. Flamin. p. 369. tradat, T. Quinctium, post M. Marcellum, sub quo tribunus militarat, occisum, ad rempublicam admissum esse, atque in Tarentina provincia administranda plurimum gloriae, justitiae magis cultu, quam bellicis rebus, sibi comparasse. Denique cognominis *Flaminini*, quo uterque, et T. Quinctius et Q. Claudius, usi sunt, similitudinem librariis errandi caussam fuisse existimat. At recte Jac. Perison. in Animadv. Hist. c. 4. p. 168. audacissimam hanc Pighii conjecturam refellit. Docet autem, frequenter Livio, multitudine rerum, quae exponendae erant, quasi obruto, evenisse, ut aliquid poneret, tamquam de quo in superioribus egisset, licet ejus nusquam antea meminisset; unde interdum parum sibi constare videtur: praesertim autem id evenisse in his provinciarum permutationibus, quas non ubique accurate ac diserte, ut oportuerat, literis mandavit. Putat igitur, T. Quinctium anno proximo, quo in genere *ceteris*, qui tum provincias habebant, *prorogata imperia* Livius dicit, Q. Claudio successisse, illamque unam in provinciis tunc factam mutationem eum ibi adnotare oblitum fuisse, et tamen postea, quasi suo loco memorasset, locutum

Digitized by Google

XI. In civitate tanto discrimine belli sollicita, 1
quum omnium secundorum adversorumque caussas
in Deos verterent, multa prodigia nunciabantur;
Tarracinae Jovis aedem, Satrici Matris Matutae 2
de coelo tactam. Satricanos haud minus terrebant
in aedem Jovis foribus ipsis duo perlapsi angues.
Ab Antio nunciatum est, cruentas spicas metenti-
bus visas esse. Caere porcus biceps, et agnus mas 3
idemque femina natus erat. Et Albae duo soles

esse: vel satis habuisse, dum brevitati studet, mutationem hanc anno et lib. sequenti verbo indicari. Frustra autem huc advocari auctoritatem Plutarchi, qui annum non exprimit, quo Quinctius Tarento praepositus est. Tandem Q. Claudium non *Flaminini*, sed *Flaminis*, cognomen habuisse. Mox *provinciam haberent*, pro *haberet*, Flor. a m. 1. ut referatur ad Q. Claudium et C. Hostilium simul, quomodo *habuissent*, pro *habuisset*, scripti praeferunt supra §. 10.

§. 16. *Triginta navibus C. Servilio traditis*] Reg. *relictis*. Put. Men. Voss. *praeditis*. Scribe *praebitis*. Neque hoc magis mirum, quam 35, [12, 15.] *Aditum in Graeciam Romanis nullos alios, quam Aetolos, dedisse, et ad vincendum vires eosdem praebuisse: deinde quantas peditum equitumque copias praebituri Antiocho ad bellum essent.* 45, [31, 2.] *A. Baebius unus est damnatus, quod milites Romanos praebuisset ad ministerium caedis*, J. FR. GRON. *XX navibus* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. et Hearnii N. Sed *triginta* infra memorantur c. 45, 8. Tum *traditis* Lov. 1. 3. 4. 5. Rec. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii D. *praeditis* Flor. a m. 1. *praebitis* a m. 2. quod superest in reliquis Mstis. Paullo ante *maritumae erae* Flor. V. ad 6, 31, 5.

§. 1. *In civitate tanto discrimine belli sollicita*] Pal. 1. *sollicitata*. GEBH. De similibus scribarum erroribus v. ad 10, 37, 2.

§. 2. *Foribus ipsis duo prolapsi angues*] Vet. ed. et Pall. 2. ac 3. *praelapsi*. pr. *perlapsi*. GEBH. Omnes Gall. Voss. et melior Pal. *perlapsi*. J. FR. GRON. *prolapsi*, quod in multis exstat codd. primum invenio in ed. Ascensii anni 1513. priores habent *praelapsi*, quod etiam superest in Lov. 4. et Hearnii L. 1. *perlapsi* Flor. quod recte etiam Crevier. probavit, et in contextum recepit. Mox *ab Aricia*, pro *ab Antio*, Lov. 3. *To esse* autem exsulat a Lov. 4.

§. 3. *Albae duos soles visos referebant*] Pal. 1. et 3. *duos soles visos ferebant*. GEBH. Gronov. edidit *duo soles*, et quidem ex auctoritate Put. cod. ut constat ex illis, quae notavit ad 35, 21, 5. *duos* plerique mei cum Hearnii L. 1. Mox *ferebant* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. antt. Se idem in Put. et Victor. invenisse, Crevier. testatur. Frobenius demum anno 1535. *referebant* substituit. Paullo ante *agnus masculus*, pro

Digitized by Google

visos referebant: et nocte Fregellis lucem obortam.
4 Et bos in agro Romano locutus, et ara Neptuni multo sudore manasse in circo Flaminio dicebatur: et aedes Cereris, Salutis, Quirini de coe-
5 lo tactae. Prodigia consules hostiis majoribus procurare jussi, et supplicationem unum diem habere.
6 Ea ex senatusconsulto facta. Plus omnibus aut nunciatis peregre, aut visis domi prodigiis, terruit animos hominum ignis in aede Vestae exstinctus.

cae-

mas, Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Ber. Hav. et edd. ante Aldum. V. ad 27, 37, 5. Mox in seq. *lucem oportat* Flor. *lucem apertam* Hafn. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. *lucem ortam* Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *noctem apertam* Lov. 4. Deinde §. seq. *multo manusse sudore* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. Ber. Hav. et typis descripti ante Froben. qui anno 1535. ordinem in vulgatis nunc obvium induxit.

§. 5. *Supplicationem unum diem habere*] Vet. lib. *in unum diem*. SIG. Pal. 1. *unum diem*. GEBH. Idem prorsus *unum diem*. 25, [7, 9.] *Horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit*. 27, [37, 4.] *Et supplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum*. J. FR. GRON. *unam diem* Ber. Gaertn. et edd. Ascensiana anni 1513. vetustiores. *per unum diem* Hearnii L. 1. *uno die* Rec. *una die* Coelius Curio, et post eum reliqui plerique editores usque ad Gronov. qui recte *unum diem* vindicavit, consentientibus ceteris scriptis meis. Infra 36, 37, 5. *Unum diem supplicatio esset*. 40, 2, 4. *Diem unum supplicatio fuit*. c. 19, 5. *Triduum feriae et supplicatio esset*. V. ad 5, 10, 7. 10, 21, 6. et 89, 22, 4.

§. 6. *Ob quam caussam caesa flagro est Vestalis virgo, cujus custodia*] Scriptus codex tantum habet *Vestalis*. Professor aliquis inter exponendum dixit: *Vestalis*, subaudi *virgo*. id postea receptum est in contextum. RHEN. Vet. lib. *flagris*. SIG. Dele centonem trium vocum, quem a mala manu adsutum coarguunt Put. Reg. Men. Voss. exhibendo: *terruit animos hominum ignis in aede Vestae exstinctus. Caesaque flagro est Vestalis*. Itaque et bene delevit Rhenanus *τὸ virgo*. Sed et verbum *est* supervacaneum videtur, scribendumque: *ignis in aede Vestae exstinctus, caesaque flagro Vestalis*. Sed et pro *cujus*, nonnulli codices *visa*. An fuit *cuja custodia noctis ejus fuerat?* Neque enim Livius vereri debuit frequentatum etiam Ciceroni. J. FR. GRON. *ob quam caussam caesa flagro* servant Lov. 2. 5. Harl. Ber. et Gaertn. *ob eam caussam caesa flagro* Rec. At *Vestalis virgo* Lov. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. Sed reliqui omnes cum Hearnii Oxonn. *caesaque flagro est Vestalis*, aliis vocibus omissis. Tuentur tamen vocem *est*. In nullo vero inveni *flagris*. Quin et Ciofan. ad Nas. 15. Met. 777. testatur, veterem Livii librum, qui

Digitized by Google

caesaque flagro est Vestalis, cujus custodia noctis ejus fuerat, jussu P. Licinii pontificis. Id quamquam, nihil portendentibus Deis, ceterum neglegentia humana acciderat, tamen et hostiis majoribus procurari, et supplicationem ad Vestae haberi placuit. Priusquam proficiscerentur consules ad bellum, moniti ab senatu sunt, *ut in agros reducendae plebis curam haberent. Deûm benignitate submotum bellum ab urbe Romana et Latio esse, et posse sine metu in agris habitari. Minime convenire, Siciliae,*

penes se est, *flagro*, non *flagris*, habere; idque praestare putabat. Tum *visa custodia ejus noctis* Voss. Lov. 1. 2. et Hearnii N. vox *cujus* omittitur in Flor. et Hav. *cujus custos* legit cod. Ciofan. *cuja custodia*, hunc locum laudans, citat Lipsius de Vesta c. 8. Sed non placet. Licet enim Cic. ita loquatur, hujus tamen locutionis exemplum apud Livium nondum obcurrisse recordor.

L. Licinii pontificis] Ita editio Cl. Jac. Gronovii errore, ut puto, librariorum; quem tamen, quum inter errata non adnotatus esset, fideliter adoptavit Joh. Clericus, licet sollemniter promisisset, se J. Fr. Gronovii editionem diligenter secuturum. Intelligitur autem P. Licinius Crassus pontifex maximus. V. ad 34, 44, 2. Pontificem autem maximum, adhibito reliquorum pontificum collegio, de delictis Vestalium cognovisse, notius est, quam ut probari necesse sit. Ceterum *pontificis P. Licinii* Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. *pontificis P. Licinio* Voss. et Lov. 1. ac 2.

§. 7. *Supplicationem ad Vestae aram haberi placuit*] Qui hic infulsit accusativum *aram*, non fuit admodum Latine doctus. Legendum est *ad Vestae*, et subauditur *templum*, aut *aram*. Horatius [1. Sat. 9, 35.] *Ventum erat ad Vestae*. De quo sermonis genere saepe monuimus in prima Decade. RHENAN. *ad Vestae aram* tantum Lov. 5. Ber. et Gaertn. *ad vestem* Harl. Lov. 2. et 3. *ad Vestam* Flor. et Lov. 1. 4. Sed recte Rhenanus *ad Vestae*. V. ad 10, 23, 12.

§. 8. *Moniti ab senatu sunt*] Scripsimus *admoniti*. Et in sequenti versu, *et posse sine metu*. RHEN. *moniti* omnes Gall. et Vossianus, non *admoniti*, ut Rhenanus. J. FR. GRON. *moniti* etiam omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. cujus solus D. legit *admoniti*. At insuper *moniti senatu sunt* Harl. *moniti ab senatu fuerunt* Ber. *proficiscerentur ad bellum consules, ab senatu moniti sunt* Lov. 2. Mox *ab urbe Romana*, pro *ab urbe Roma*, edidit Jac. Gronov. V. ad Epit. 49. Nec aliter Hearnii L. 1. et omnes mei, nisi quod perperam Gaertn. *ad urbem Romanam et latius esse* dederit. Particula deinde *et*, quam post Rhenan. receperunt omnes, deest in Flor. Voss. Lov. 1. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 9. *Et liberis cultoribus belli*

Digitized by Google

9 *quam Italiae, colendae majorem curam esse.* Sed res haudquaquam erat populo facilis, et liberis cultoribus bello absumtis, et inopia servitiorum, et pecore direpto, villisque dirutis aut incensis. magna tamen pars auctoritate consulum compulsa in agros
10 remigravit. Moverant autem hujusce rei mentionem Placentinorum et Cremonensium legati, querentes, agrum suum ab adcolis Gallis incursari ac vastari, magnamque partem colonorum suorum dilapsam esse, et infrequentes se urbes, agrum vastum ac
11 desertum habere. Mamilio praetori mandatum, ut colonias ab hoste tueretur. Consules ex sena-

absumtis] Copula deest in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Mox vocem *consulum* ignorat Voss.

§. 10. *Et infrequentes se urbes, agrum vastatum ac desertum habere*] *agrum vastum* reposuimus, sicut supra [c. 7, 12.] *Urbis vastae ac desertae priori quidem Philippi bello.* RHEN. Prima vocula omittitur in Lov. 3. Contra alia addita *et jam infrequentes* legunt Flor. Lov. 4. Hearnii L. 1. D. et Put. apud Crevier. qui se eum non adspernari testatur. *et frequentes se urbes* perperam Ber. a m. 1. Gaertn. et primae edd. Hinc *agrum vastatum* tuentur Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. et Gaertner. reliqui cum Rhenano faciunt. V. ad 23, 30, 7. Paullo ante *ab incolis Gallis*, pro *accolis*, non recte Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 11. *Cremonenses aut Placentini essent, ante certum diem*] Reposuimus *atque Placentini essent, ante certam diem.* RHEN. Praeter Ber. et Gaertn. reliqui priorem lectionem servant, nisi quod *certum diem* etiam praeferat Lov. 5. Sed v. ad 4, 36, 3. Paullo ante *dixerunt*, vel *edixerunt*, *qui cives*, omisso τῷ *ut*, Flor. Voss. Lov. 1. 3. Harl. et Hav. Id autem post verba jubendi, imperandi, et similia saepe omitti, vidimus ad 10, 41, 8. Hic tamen potuit excidisse ob ultimas literas praecedentis *edixerüt*. V. ad 37, 24, 13.

§. 12. *Exercitum ab Gn. Nerone*] Sed *Claudio*, quis non videt, scribi oportuit. SABELL. *a Clau. Nerone*, ut Sabellicus conjecit, Ascensius anno 1513. edidit, quum ipse triennio antea et alii ante eum rectius recepissent *ab C. Nerone*, ut plerique habent scripti. Sed *ab Cl. Nerone* est in Ber. *a cos. Nerone* in Lov. 4. *a C. Nerone consule* in Gaertn. Q. *Caecilius consul a C. Nerone exercitum* in Lov. 3.

§. 13. *A Bruttiis jaculatoribusque Numidis turbati sunt*] Audi hic, mi lector, rem ridiculam. quid librarium deceperit, ut sententiam scripturam depravaret. *disturbati*, a *disturbor*, *aris*, forte scriptum erat priore syllaba a caeteris per spaciolum aliquod distante, hoc modo, *dis turbat.*

Digitized by Google

tusconsulto edixerunt, ut, qui cives Cremonenses atque Placentini essent, ante certam diem in colonias reverterentur. principio deinde veris et ipsi ad bellum profecti sunt. Q. Caecilius consul exer- 12
citum ab C. Nerone, L. Veturius ab Q. Claudio propraetore accepit, novisque militibus, quos ipse conscripserat, supplevit. In Consentinum agrum 13
consules exercitum duxerunt, passimque depopulati, quum agmen jam grave praeda esset, in saltu angusto a Bruttiis jaculatoribusque Numidis turbati sunt; ita ut non praeda, sed armati quoque in periculo 14
fuerint. major tamen tumultus, quam pugna, fuit:

Placuit vocabulum *turbati*, *dis* scriba fragmentum alicujus dictionis esse putavit: ipse syllabam novam adjecit, ut fieret *mundis*. Et quum haec vox locum hic non habeat, doctus aliquis scripsit *jaculatoribusque Numidis*, adjecto *que* ad finem dictionis prioris. Sic autem indubie Livius scripsit: *in saltu angusto a Bruttiis jaculatoribus disturbati sunt*. RHEN. Rhenanus restituit *a Bruttiis jaculatoribus disturbati*. SIG. *a Bruttiis jaculatoribusque Numidis turbati sunt* servant constanter Pall. et vet. ed. qua de caussa Rhenanus *jaculatoribus disturbati sunt* e cerebro suo ab artificio patris praepingui inersit? nam librum suum auctorem laudare non audet. GEBH. Omnes mei in vulgatum conspirant, nisi quod Flor. praeferat *jugaratoribusque Numidis turbati sunt*; et Voss. *vigulatoribusque Numidis turbati sunt*: in cujus tamen margine *jaculatoribusque* emendatur. Se etiam receptam lectionem in vet. suo Livii libro invenisse, auctor est Diofanus ad Ovid. 1. Fast. 609.

§. 14. *Non praeda tantum, sed armati quoque*] Abjiciunt *to tantum* Put. Voss. Gud. J. FR. GRON. Prior lectio tantum superfuit in Lov. 4. Ber. et Gaertn. sed *non praedatores tantum, sed* legit Lov. 3. *non inermes, sed* Hearnii L. 1. *non praedasset* Flor. a m. 1. et Cant. *non praeda sed* Flor. a m. 2. quod reliqui mei confirmant. Sed *tantum*, *modo*, *solum*, et similes particulas, in his eleganter omitti, docuerunt Gruter. ad Cic. 3. in Verr. 1. pluresque alii, quos laudat Cl. Duker. ad Flori 2, 2, 20. Promeritus itaque non est magnus Gronov. ut a Cl. Crevier. brevitatis, etiam cum aliqua interdum obscuritate, captator vocetur, quoniam, codd. optimos secutus, voculam *tantum* ejecerit.

Et praemissa praeda, incolumes legiones in loca occulta evasere] Quidam emendarunt *in loca culta*. Verum haec ita narrantur, perinde atque aliquis adsit verbis defectus, quod equidem opinor. GLAREAN. Vet. lib. *in loca tuta evasere*. SIG. Pal. 2. *incolumes legio-*

Digitized by Google

et praemissa praeda, incolumes et legiones in lo-
15 ca tuta evasere. Inde in Lucanos profecti. ea
sine certamine tota gens in ditionem populi Roma-
ni rediit.

1 XII. Cum Hannibale nihil eo anno rei gestum
est. nam neque ipse se obtulit in tam recenti vul-
nere publico privatoque, neque lacessierunt quie-
tum Romani. tantam inesse vim, etsi omnia alia
circa eum ruerent, in uno illo duce censebant.
2 Ac nescio, an mirabilior adversis, quam secundis

nes in loca tuta evasere. pr. vero *incolumes et legiones in loca culta evasere.* tert. et vet. ed. etiam *in loca culta.* Quidam legendum praeferunt *in loca occulta.* GEBH. Put. et Gall. omnes, unusque Pal. et Voss. *incolumes et legiones.* Deinde Pet. Reg. et duo Pall. *in loca culta.* Men. *in loca occulta.* Voss. *in loca tulta.* Put. *in loca ulta.* Scribendum forte *in loca alta.* J. FR. GRON. *incolumes et legiones* etiam Lov. 1. Harl. Hav. et alii cum Hearnii Oxon. N. Deinde *in loca occulta* Hearnii L. 1. *in loca culta* Flor. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii N. et edd. principes. quod probat Freinshem. ad Curt. 6, 4, 20. Mihi *in loca tuta* magis placeret. Supra 10, 17, 10. *Locus erat munimento naturaque tutus.* 2, 62, 4. *Retulere castra in tutiora loca.* 42, 60, 7. *Praesens pavor demtus erat in tuto castra habentibus. Loca tuta* sunt munita. V. Cel. Burm. ad Luc. 2, 504.

§. 15. *Inde in Lucanos profecti*] Prima vox exsulat a Flor. Cant. Voss. Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hav. Verum quum breviter in scribi soleat, a voce sequenti absorpta fuisse videtur. V. ad 37, 52, 2. Mox *in deditionem* Voss. Ber. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. sollemni scribarum lapsu. V. ad 26, 21, 17. Omnia haec verba cum sequentibus usque ad finem cap. omittuntur in Hearnii D.

§. 1. *Cum Hannibale nihil eo anno rei gestum est*] Silius meus [16, 1.]

Bruttia moerentem casus patriique, suosque etc.

MODIUS.

In tam recenti vulnere publico privatoque] *voluntatere*, pro *vulnere*, corrupte praeferre Put. monet Gronov. ad 29, 27, 5. *voluntate* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. Hav. et Hafn. *voluntarium* Lov. 2. *luctu* Harl. in margine, quod alterius est glossema.

§. 2. *Ac nescio, an mirabilior fuerit adversis, quam secundis, rebus*] Pal. 1. *an admirabilior adversis, quam secundis rebus tulerit.* acc. et vet. ed. *an mirabilior in adversis, quam in secundis rebus fuerit.* tert. *an mirabilior adversis, quam secundis rebus fuerit.* GEBH. Put. Reg. Men. Pal. Voss. *an mirabilior adversis, quam secundis rebus tulerit.* Pet. alter-

Digitized by Google

rebus, fuerit. quippe qui, quum et in hostium terra 3
per annos tredecim, tam procul ab domo, varia
fortuna bellum gereret exercitu non suo civili, sed
mixto ex conluvione omnium gentium, quibus non
lex, non mos, non lingua communis; alius habi-
tus, alia vestis, alia arma, alii ritus, alia sacra,
alii prope Dei essent; ita quodam uno vinculo co- 4
pulaverit eos, ut nulla nec inter ipsos, nec adver-
sus ducem seditio exstiterit; quum et pecunia sae- 5
pe in stipendium, et commeatus in hostium agro

que Pal. *an mirabilior adversis, quam secundis rebus fuerit.* ut et editiones ab Andrea usque ad Frobenium. Transpositum video primum in Gryphio. Sed aliud quid latet: nam scripti omnes *quippe et in hostium: τὰ qui, quum* exclusissima: et inferius *ita quodam uno:* non *quodammodo uno*, non *quondam uno.* Videor mihi propemodum adsequi, quid significent: nempe profectum ab auctore: *Ac nescio, an mirabilior adversas, quam secundas res, tulerit virtute: et in hostium terra per annos tredecim cum procul ab domo varia fortuna bellum gereret exercitu non suo civili, sed misto ex colluvione gentium* etc. *ita quonam uno vinculo copulaverit eos.* In his postremis intelliges ex superioribus: *et nescio, ita quonam uno vinculo?* J. FR. GRON. *mirabilior adversis, quam secundis rebus tulerit* Flor. Lov. 1. et Harl. in marg. *mirabilior adversis, quam secundis rebus fuerit* reliqui, nisi quod *in adversis* praeferat Ber. et *ac nescio, admirabilior* Harl. Verbi autem *fuerit* trajectionem post *mirabilior* non in Gryphio primum notavi, sed jam vidi in Frob. anni 1535. Basil. anni 1539. et Vascos. editionibus, quae Gryphiana fuerunt antiquiores. *in adversis* praeferunt etiam typis descripti editione Frob. anni 1535. priores. Ceterum Jac. Perizon. ad marg. Livii cum his conferri jussit Polybiana p. 1438. Verius tamen Doujat. ac postea Crevier. notarunt, haec Livium vertisse ex Polybii 11, 17.

§. 3. *Quippe qui, quum et in hostium terra*] Pall. pr. et sec. *quippe et in hostium terra.* tert. *quippe cum in hostium terra.* vet. ed. *quippe cum et in hostium terra.* GEBH. *quippe et in hostium terra* Flor. Cant. Voss. Harl. et Hav. *quippe quum et in hostium terra* Lov. 3. 5. Ber. Gaertn. et edd. Ascensiana anni 1513. vetustiores. *quippe qui et in hostium terra* Lov. 2. *quippe quum in hostium terra* Lov. 4. *quippe qui quum in hostium terra* Lov. 1. Particulam *et* vacare; contra vero *τὸ quum*, quod necessarium est, in nullo scripto adparere, testatur Crevier. quum in tot meis supersit.

Quibus non lex, non mos, non lingua communis; etc.] Silius [16, 11.] sic cecinit idem, quod Livius admiratus:

Sed vigor hausurus Latium, si cetera Martis etc.

MODIUS.

§. 4. *Ita quondam uno vinculo co-*

Digitized by Google

deeſſent: quorum inopia priore Punico bello multa infanda inter duces militesque commissa fuerant.
6 Poſt Hasdrubalis vero exercitum cum duce, in quibus spes omnis reposita victoriae fuerat, deletum, cedendoque in angulum Bruttium cetera Italia conceſſum, cui non videatur mirabile, nullum motum
7 in caſtris factum? nam ad cetera id quoque accesserat, ut ne alendi quidem exercitus, nisi ex Bruttio agro, spes esset; qui, ut omnis coleretur, exi-
8 guus tamen tanto alendo exercitui erat: tum magnam partem juventutis abſtractam a cultu agrorum bellum occupaverat, et mos vitio etiam insitus genti
9 per latrocinia militiam exercendi. nec ab domo

pulaverit eos] Comparet in Pall. omnibus, et vet. ed. *ita quodam uno vinculo copulaverit.* GEBH. Haec lectio primum obcurrit in ed. Basil. anni 1554. et ita praefert Hav. sollemni scribarum lapsu. V. ad 37, 11, 6. Antea vulgabatur *quodam uno vinculo*; quod in reliquis scriptis supereſt, et Gronovius recte revocavit.

§. 5. *Commeatus in hoſtium agro deeſſent*] *commeatus in agro deeſſet* Ber. a m. 1. et edd. ante Aldum. *commeatus in agro hoſtium deeſſet* Ber. a m. 2. et Gaertn. *deeſſet* etiam Voſſ. Flor. Lov. 2. 4. et Hav. Sed male. V. ad 9, 15, 3. *deeſſent* reliqui, quod primus Frob. anno 1535. recepit.

§. 6. *Poſt Hasdrubalis vero exercitum cum duce* etc. *deletum*] *Tò cum* deeſt in Flor. et Cant. Sed illud elisit ultima syllaba vocis praecedentis. V. ad 35, 23, 10. *Poſt Hasdrubalis vero exercitum ducis* corruptius Voſſ. Lov. 1. 2. 4. et Hav. Mox *victoriae reposita* Lov. 2. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum, nisi quod Rom. anni 1472. et Parm. legant *victoria reposita.* Deinde *cedendoque in agrum Bruttium* Hafn. et Hav. At supra 26, 41, 16. *Hannibal in extremum angulum agri Bruttii compulsus.* et infra hoc lib. c. 42, 18. Florus 3, 20, 13. *Circa Bruttium angulum clusi.*

§. 8. *Cum magnam partem juventutis*] Scripsimus: *tum magnam partem juventutis.* RHEN. Ita et mei, nisi quod *tunc* sit in Voſſ. Lov. 1. 2. Ber. et Gaertn. quod receperunt etiam edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Mos vitio etiam insitus genti per latrocinia militiam exercendi] Scripsimus *inter latrocinia.* RHEN. Omnes *per latrocinia.* Optimus et Voſſ. *par latrocinia.* Suspecta mihi hic etiam vitii vox *vitio*, vereorque, ne scripserit auctor: *et mos ultro etiam insitus genti.* id eſt, per se, sua natura. libro seq. [c. 6, 2.] *Latrociniis magis, quam juſto bello, in Bruttiis gerebantur res, non societate magis*

Digitized by Google

quidquam mittebatur, de Hispania retinenda sollicitis, tamquam omnia prospera in Italia essent. In 10
Hispania res quadam ex parte eamdem fortunam, quadam longe disparem habebant: eamdem, quod proelio victi Karthaginienses, duce amisso, in ultimam Hispaniae oram usque ad Oceanum compulsi erant: disparem autem, quod Hispania, non quam 11
Italia modo, sed quam ulla pars terrarum, bello reparando aptior erat, locorum hominumque ingèniis. itaque ergo prima Romanis inita provincia- 12
rum, quae quidem continentis sint, postrema omnium, nostra demum aetate, ductu auspicioque Augusti Caesaris, perdomita est. Ibi tum Hasdru- 13

Punica, *quam suopte ingenio congruentibus in eum morem*. J. FR. GRON. *per latrocinia* Flor. a m. 1. *per latrocinia* a m. 2. quod posterius servant omnes reliqui, uno excepto meorum Rec. Tum *mos vicit etiam insitus genti* Voss. Lov. 1. 2. Ber. a manu 2. et Hav. *vitio* contra Gronov. tuetur Crevier. et exponit, malo studio, mala libidine.

§. 9. *Retinenda sollicitis*, *tamquam omnia prospera in Italia essent*. *In Hispania*] Horum verborum omnium nec volam, nec vestigium ullum in optima et aliis fide dignis membranis deprehendimus. Nec video, quare necesse fuerit, caussam aut hic addi, aut hanc excogitari, quum una perpetua passim inculcetur, invidia Barcinae factionis. Quid desiderabis? si legas: *nec ab domo quicquam mittebatur*. *Hispaniae res quadam ex parte eandem fortunam*, *quaedam longe disparem habebant*. Vacat enim τὸ *de*, ut saepe alibi. J. FR. GRON. Eaedem voces exsulant etiam a Flor. Cant. Voss. Lov. 1. et Hav. Doujatius legebat: *nec ab domo quicquam mittebatur*. *In Hispania res quadam ex parte eandem fortunam*, *quadam longe disparem habebant*. et ita est in Lov. 3. Sed verius puto, haec omnia excidisse culpa librariorum, quibus repetitio τῶν *in Hispania* post τὰ *de Hispania* fraudi fuit, et caussa exstitit, ut media omitterentur. V. ad 9, 11, 11. Similiter etiam sentit Cl. Crevier.

§. 12. *Itaque ergo prima Romanis inita provinciarum*, *quae quidem continentis sint*] Hoc ait propter Sardiniam et Siciliam, quae primae provinciae fuerunt, Vellejo auctore et caeteris, sed non sunt in continente. SIG. *Ita ergo* Lov. 1. 2. 3. Hearnii D. edd. Sigonii, et proximae, usque ad Modium, qui iterum *Itaque ergo* revocavit. V. ad 1, 25, 2. Tum *Romanis prima inita provinciarum* Lov. 1. 2. Ber. et typis excusi ante Aldum. *Romanis prima inicia*

Digitized by Google

bal Gisgonis, maximus clarissimusque eo bello secundum Barcinos dux, regressus ab Gadibus, rebellandi spem adjuvante Magone Hamilcaris filio, delectibus per ulteriorem Hispaniam habitis, ad quinquaginta millia peditum, et quatuor millia e

provinciae Gaertn. *Romanis prima inita provincia* Lov. 3.

§. 13. *Hasdrubal Gisgonis filius, maximus clarissimusque eo bello* etc. *dux*] Put. relegat vocem *filius*, et nos cum eo. Sic enim noster 25, [35, 1.] *Ad Asdrubalem Amilcaris citatum agmen rapiunt.* Eodemque [lib. c. 37, 8.] *Asdrubalem Gisgonis venientem ad reliquias belli deleudas.* 26, [17, 4.] *Asdrubal Amilcaris ad lapides atros castra habebat.* l. 27, 22. idem *Asdrubal Gisgonis* bis exstat, et in Epit. lib. ejusdem. Servius ad illud in 1. Georg. [138.] *claramque Lycaonis Arcton. Subaudi filiam, ut Deiphobe Glauci.* Addo eundem ad primae Aeneïdos [41.] *Ajacis Oilei.* Caeterum idem Put. omnesque Gallici, et Voss. ignorant *clarissimus*, habentque modo *maximusque.* Quid velint, haud scio; nisi forte et particulam deleri, scribique: *Asdrubal Gisgonis, maximus eo bello.* J. FR. GRON. Videntur MSS. indigetare, reponendum: *maximus qui eo bello.* Scilicet ferre non potuerunt, pronomen illud postponi, quamvis ita Liv. 42, 1, 11. *Per oppida iter qua faciendum erat.* c. 11, 2. *Quantum beneficiis etiam suis, ingentia quae in eum congesta erant, existimaret deberi.* c. 19, 3. *Perseï qui secuturi amicitiam essent.* c. 34, 14. *Ordine quo me dignum judicant, ipsorum est potestatis.* 45, 12, 5. *Redde responsum, senatui quod referam.* Ita enim illic distinguendum. Plautus Epid. 3, 4, 29. *Volo illam facere meam libertam, mihi concubina quae sit.* Mostell. 3, 1, 79. *Videtur idoneus, Danista qui sit.* Nihilominus saepissime haec infuscarunt librarii. Sic restitutum 29, 27, 8. *Maria terrasque qui colitis.* Maxime autem in *que* particula descivit, verborum sensu miris saepe modis turbato. Cujus aliquot hic afferre exempla non abire erit. 3, 38, 2. Romani a decemviris oppressi *contemni coepti erant a finitimis, imperiumque ibi esset, ubi non esset libertas, indignabantur.* Corrigo *imperium qui ibi.* 4, 17, 11. *Quum potestas major, tum vir quoque potestati par hostis ex agro Romano trans Anienem submovere, collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt, referentes castra: nec ante in campos degressi sunt.* Quae verba ita torserunt Moguntinos et Glareanum, ut τὴν ἐλεύθερον σιγμὴν ponerent ante *hostes.* Sed omnia plana erunt et perspicua, si scribamus *colles qui inter Fidenas et Anienem ceperunt.* 28, 18, 6. *Ut non Sophaeum modo, sed hostem etiam infestissimum, facunde alloquendo sibi conciliarit, mirabilioremque sibi eum congresso coram visum prae se ferebat, quam bello rebus gestis.* Quis vereatur refingere? *mirabilioremque sibi sibi eum.* 41, 25, 6. *Ab uxore veneno est sublatus, damnataque ex crimine in exilium abiit.* Genuinum videtur, *damnata quae ex crimine.* JAC. PERIZ. Si omnibus locis, quibus Livius eodem modo utitur copula *que*, subtituendum est relativum, adhuc non pauca emendanda sunt. 22, 13, 3. *Hi nunciantes, si in Campaniam exercitum admoverit,* etc.

Digitized by Google

quingentos equites armavit. De equestribus copiis 14
ferme inter auctores convenit: peditum septuaginta
millia quidam adducta ad Silpiam urbem scribunt.
Ibi super campos patentes duo duces Poeni ea mente, 15
ne detrectarent certamen, consederunt.

Annibalem etc. *moverunt; monitosque etiam atque etiam, promissa rebus adfirmarent*, etc. *dimisit*. 23, 23, 8. *Neque tamen elanguit cura hominum ea mora, frequentesque eum domum deduxerunt*. 24, 25, 10. *Extemplo praetores rogationem promulgarunt, acceptaque pene prius, quam promulgata est*. In his quoque locum habere poterat relativum, quod tamen non facile quisquam ibi pro copula *que* reponendum putabit. Idem sentio de multis aliis locis, in quibus viros doctos *que*, ut non suo loco, aut contra usum sermonis Latini positum offendit. V. ad 3, 38, 2. Non dissimilis est usus disjunctivi *neque*, pro *qui non*, infra c. 33, 5. *Pedestre certamen anceps erat, nisi equites supervenissent: neque ex adverso tantum illati obvios obtrivere, sed circumvecti etiam quidam*. DUK. *Τὸ filius* etiam ab Oxon. L. 1. abesse, Hearnius monet; quae vox licet in omnibus meis supersit, Gronovio tamen optimi auctoritate eam expungenti non adversor. Supra 27, 20, 3. *Hasdrubal Gisgonis ultimam Hispaniae oram ignaram adhuc Romanorum, eoque Karthaginiensibus satis fidam, censebat*. Et hinc forsitan etiam adsentiendum scriptis et excusis, ita exhibentibus 37, 18, 1. *Seleucus Antiochi quum per omne hibernorum tempus exercitum in Aeolide continuisset*. ubi vulgo editur *Antiochi filius*. V. viros Cel. Burmannum ad Suet. Caes. 4. Illustr. gramm. 10. et Duker. ad Flori 2, 6, 19. Gebhard. etiam ad Liv. 29, 28, 7. Tam *maximusque eo bello* Flor. Cant. Lov. 2. 3. Harl. Hav. et Hearnii N. Nisi igitur perperam vocem excidisse in tot numero codd. statuere malimus, adsentiendum puto Perizon. *maximus qui eo bello* legenti, ac censenti inde ortum esse errorem, quod ferre non potuerint, relativum postponi. Alibi similiter conjectandi ansam dari, supra vidimus ad 3, 38, 2. 23, 18, 9. 24, 25, 10. et c. 42, 6. Sed vereor, ne in his modus excedatur: ceteroquin ita etiam emendari posset 29, 32, 8. *Amnis ingens fugientes accepit, rapti qui gurgite et in obliquum praelati*, pro *raptique gurgite*. Et ita Barthius *vita qui*, pro *vitaque*, emendavit in Gratii Cyneg. v. 4. Contra non necesse est, ut *omnesque*, pro *omnes quae*, legamus cum Nic. Heins. in Phaedri 3, 18, 13. licet id postea adoptarit Anonym. in epist. critic. de Bentleji ed. Phaedri. V. tamen Cl. Duker. ad 36, 31, 7.

Et quatuor millia et quingentos equites armavit] *XL et quingentos* Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. *XL. D.* Lov. 4. *et XL*] *et quingentos* Harl. et Hearnii N. *et quatuor et quingentos* Lov. 3. 5. *quadraginta millia equitum et quingentos* Hav.

§. 14. *Peditum septuaginta millia quidam adducta ad Silpiam urbem scribunt*] Intelligit Polybium, qui sic aït l. 11, [18.] Ὁι δὲ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν κατεστρατοπέδευσαν οὐ μακρὰν ἀπὸ τῆς πόλεως τῆς προσαγορευομένης Ἠλίγγας, βαλλόμενοι τὸν Χάρακα, καὶ πρὸς ταῖς ὑπωρείαις, καὶ

Digitized by Google

1 XIII. Scipio, quum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata esset, neque Romanis legionibus tantae se parem fore multitudini ratus, ut non in speciem saltem obponerentur barbarorum
2 auxilia, neque in iis tamen tantum virium ponendum, ut mutando fidem, quae cladis caussa fuisset
3 patri patruoque, magnum momentum facerent, prae-

προθέμενοι πεδία πρὸς ἀγῶνα καὶ πρὸς μάχην ἐυφυῆ. πλῆθος δὲ πεζῶν μὲν εἶχον εἰς ἑπτὰ μυριάδας, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους. SIG. *peditum LXXV milia* Lov. 4. Deinde *ad Supiam urbem* Lov. 2. *ad Silipiam urbem* Lov. 5. *ad Silapiam urbem* Gaertn. *ad Salapiam urbem* Hafn. Rec. Hearnii L. 1. D. et ed. Mediol. anni 1505. *Silviam* legisse videtur Simler. ad Antonini Itin. p. 406. quod unde hauserit, nescio. In nullo certe cod. vel ed. inveni. *Elinga* vocatur Polyb. loco laud. Verum, quum et Silpia et Elinga Geographis aeque incognitae sint, Doujatius *Sitiam* aliquam literarum adfinitatem servare cum Livii *Silpia*, *Osingi* vero cum Polybii *Elinga* observat. Quoquo tamen nomine vocarentur, loca haec in Beturia non longe a Corduba fuisse conjicit. *Καρεώνη* urbs vocatur App. in Hispan. p. 268. *Καρβώνη* p. 270. ubi in exercitu Punico fuisse dicuntur *ἑπτακισμύριοι πεζοί, καὶ ἱππεῖς πεντακισχίλιοι, καὶ ἐλέφαντες ἓξ καὶ τριάκοντα.* Ubi tamen male interpres vertit *equites mille et quingenti.*

§. 1. *Quum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata esset*] Pal. 2. *tum ad eum tanti comparati exercitus perlata fama esset.* GEBH. *tanti comparati fama exercitus* Gaertn.

Tantae se fore parem multitudini] *fore* verbum additum videtur. nos induximus. neque enim est in vetusto. RHEN. Vet. lib. *parem fore multitudini.* SIG. Pall. tres, et vet. ed. *parem fore multitudini.* cum illud *fore* indigne ab Rhenano ejectum sit. GEBH. *parem fore multitudini* Voss. et quidam alii. *fore parem multitudini*, ut ante Rhenanum edebatur, Lovel. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav.

§. 3. *Praemisso Silano ad Colcam, duodetriginta oppidis regnantem*] Hujus reguli merito (ut ego existimo) vel unam nominasset civitatem Livius. Eam negligentiam in oppidis Hispaniarum cui adscribere debemus, haud equidem scio: sed certe ea nimis magna est. GLAR. Polybius [11, 18.] *Πόπλιος δὲ Μάρκον μὲν Ἰούνιον ἐξαπέστειλε πρὸς Κολίχαντα παραληψόμενον τὰς ἑτοιμασθείσας ἀυτῷ παρὰ τούτου δυνάμεις.* SIGON. Legendum ex fragmento Polybii, quod a nobis editum est, [Legat. 22.] *Colichanta.* Graece enim Polyb. habet *Κολίχαντα.* URSIN. Pal. 1. *ad Sculcham.* sec. *ad Scolcam.* GEBH. *ad Sculcham* Flor. Voss. Harl. Hav. et Hearnii N. *ad Schulcam* Lov. 1. *ad Sculcam* Lov. 2. 5. et Hafn. *ad Sculcam* Lov. 4. *ad Scolcham* Lov. 3. *ad Sciultum* Gaertn. *ad C. Laelium* Hearnii L. 1. Quum autem et Polyb. et optimorum codd. consensus adspirationem huic

Digitized by Google

missо Silano ad Colcham, duodetriginta oppidis regnantem, ut equites peditesque ab eo, quos se per hiemem conscripturum pollicitus erat, acciperet, ipse ab Tarracone profectus, protinus ab so- 4
ciis, qui adcolunt viam, modica contrahendo auxilia, Castulonem pervenit. Eo adducta ab Silano 5
auxilia, tria millia peditum et quingenti equites.

voci addendam clamitent, *ad Colcham* edi curavi. Ceterum hunc Colcham, si *duodeviginti* oppidis imperasse a Livio diceretur, conjici posse, Edetanorum vel Celtiberorum regem fuisse, existimat Doujatius, quia Ptolem. utrisque totidem oppida adsignat. De Celtiberis id verum esse, non autem de Edetanis, quibus pauciora oppida Ptolem. tribuit, patet ex ejus l. 2, 6. Praeterea magna mutatio accidisse potuit inter bellum Punicum secundum et aetatem Ptolemaei. Insuper, Colchae regnum et duodetriginta haec oppida quaerenda esse in Hispania ulteriore, constat ex Livii 33, 21. At Celtiberi et Edetani siti erant in Tarraconensi, ut ex Ptol. eodem loco et aliis Geographis constat.

§. 4. *Castulonem pervenit. Eo adducta ab Silano auxilia*] Verba haec desunt in Hearnii L. 1. culpa scribae ob *τοῦ auxilia* repetitionem. V. ad 9, 11, 11.

§. 5. *Tria millia peditum et quingenti equites*] [Polyb. ibid.] *Αὐτοὶ δὲ οἱ πεζοὶ μὲν τρισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι.* SIG. Equitum numerus omittitur in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. Harl. et Hearnii L. 1. Caussam v. ad 37, 40, 11. *et equites quingenti* Ber. Gaertn. et edd. ante Frobenianam anni 1535. *et equites mille* Hav.

Inde ad Betulam urbem progressus cum omni exercitu] Scripsimus *processum*. Subauditur *est*. Impersonaliter dictum. RHEN. Polybius [11, 18.] *Ἐγγίσας δὲ Καταλῶνι καὶ τοῖς περὶ Βαίκυλα τόποις, καὶ συμμίξας ἐνδδδε τῷ Μάρκῳ καὶ ταῖς παρὰ τοῦ Κολίχαντος δυνάμεσιν* etc. Ac aliquanto post: *ἔχων πεζοὺς μὲν εἰς τετταρακισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ περὶ τρισχιλίους.* id est, *peditum quinque et quadraginta millibus, equitum tribus millibus*. ut vere hanc summam non reddidisse Livius videatur, nisi quid vitii subsit. SIG. Put. clare *ad Basculam*. Et ita scribendum, nam Polyb. *Βαίκυλαν* vocat l. 10, [35.] de Asdrubale altero: *ἐτύγχανε μὲν διατρίβων ἐν τοῖς περὶ Καταλῶνα τόποις περὶ Βαίκυλαν πόλιν.* Sic ergo in eadem historiae parte refinge apud nostrum libro praec. c. 18, 1. *Proximus Carthaginiensium exercitus prope urbem Basculam erat*. In hac ipsa autem l. 11, [18.] *Ἐγγίσας δὲ τῷ Καταλῶνι καὶ τοῖς περὶ Βαίκυλα τόποις.* Caetera vulgata est Rhenani. Nam Put. *progressus omni exercitu civium, sociorum*, sublata praepositione. Sic Caesar 2. de B. Gall. [19.] *Caesar, equitatu praemisso, sequebatur omnibus copiis*. Et ibidem. *Subito omnibus copiis provolaverunt*. Et jam de hoc loquendi genere monuimus. *progressus* omnes alii libri. Sed

Digitized by Google

inde ad Baeculam urbem progressus omni exercitu civium, sociorum, peditum equitumque quinque
6 et quadraginta millibus. Castra ponentes eos Mago et Masinissa cum omni equitatu adgressi sunt. turbassentque munientes, ni abditi post tumulum, opportune ad id positum, ab Scipione equites in-
7 proviso in effusos incurrissent. Hi promtissimum quemque, et proxime vallum, atque in ipsos muni-

potius utrumque ejice, ac scribe: *inde ad Beculam urbem exercitu omni civium, sociorum, peditum equitumque quinque et quadraginta millibus castra ponentes eos.* Puta Scipionem et Silanum. J. FR. GRON. Scribe: *inde ad Baeculam urbem progressos, omni exercitu civium, sociorum, equitumque quinque et quadraginta millibus, castra ponentes eos Mago et Masinissa cum omni equitatu aggressi sunt.* Hoc est, cum civium, sociorum, milites vel pedites equitesque haberent ad 45000. Nam *τὸ peditum* in bonae notae scriptis non habetur. Solere autem veteres ita loqui, diximus ad principium hujus libri. JAC. GRON. *ad Baeculam*, vel certe librariorum, diphthongum *ae* et *e* passim confundentium, errore *ad Beculam*, omnes, uno vel altero excepto, codices. V. ad 27, 18, 1. Doujatius tamen Baeculam hanc ab illa, quae ibi memoratur, diversam esse existimat: hanc enim in fine Andalusiae orientali ad Castellae novae limites sitam esse censet, illam vero in Cataloniae tractu Emporitano. Vide, quae hoc et illo loco notavit. Posterioris tamen *Baeculae* alibi mentio non obcurrit; neque alio argumento, quam convenientia nominis *Besalu*, quo locus ea regione vocatur, sententiam firmavit. Deinde *progressus* omnes mei. Hinc pronomen *cum* ignorant Flor. et pauci alii; vocem autem *peditum* idem Flor. Cant. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Parum itaque abest, quin probem Jac. Gronov. conjecturam; illa enim J. Fr. Gronovii, qui vocem *progressus* vel *processum* ejicit, audacior videtur. De ellipsi praepositionis *cum* v. ad 22, 9, 5.

§. 6. *Castra ponentes eos Mago et Masinissa cum omni equitatu adgressi sunt*] Polybius [11, 19.] *Μάγων ἀναλαβὼν τὸ πλεῖστον μέρος τῶν ἰδίων ἱππέων, καὶ Μασσανίσην μετὰ τῶν Νομάδων, ἤλαυνε πρὸς τὴν παρεμβολήν.* SIGON.

Ni abditi post tumulum opportune ad id positi a Scipione equites] Polybius [ibid.] *Ὁ δὲ πόλεμον προορώμενος τὸ μέλλον, ὑπό τινα βουνὸν ὑπεστάλκει τοὺς ἱππεῖς ἴσους τῶν Καρχηδονίων.* SIGON. Omnes scripti *positum*. Scribe: *ni abditi post tumulum opportuno ad id positu ab Scipione equites.* Nisi malis, *opportune oppositum.* J. FR. GRON. *positum* defendi potest ex c. 17, 10. *Finibus etiam regni aptead Hispaniam, quod freto exiguo dirimuntur, positis.* DUK. *opportune ad id oppositum*, ut Gronov. conjecit, Hearnii D. quod placeret, modo plures eam lectionem firma-

Digitized by Google

ores primum invectum, vixdum proelio inito, fu-
lerunt: cum ceteris, qui sub signis atque ordine
ıgminis incesserant, longior et diu ambigua pugna
'uit. sed quum ab stationibus primum expeditae co- 8
ıortes, deinde ex opere deducti milites, atque ar-
na capere jussi plures et integri fessis, magnumque
am agmen armatorum a castris in proelium rueret,
erga haud dubie vertunt Poeni Numidaeque. Et 9

'ent. Ita enim supra 25, 15, 10. *Tectus collibus, ad tegendas insi-
lias obpositis.* ubi male Faber
ıdpositis. 29, 34, 9. *Tectus tumulis,
ıui peropportune circa viae flexus
ıbpositi erant.* 31, 48, 7. *Ex dua-
ıus coloniis, quae velut claustra
ıd cohibendos Gallicos tumultus ob-
ıositae fuissent.* 40, 51, 3. *Ab his
olumnis, quae incommode obposi-
'a videbantur, signa amovit.* ubi
v. Gronov. *ad id positum* tuentur
Flor. Voss. Cant. Lov. 1. 2. 3. Harl.
et Hav. quare id non videtur mu-
:andum.

§. 8. *Plures et integri fessis subi-
rent*] Hic deerat *usque* dictio,
quam inseruimus: *plures usque et
ntegri fessis subirent.* RHEN. Insi-
itium istud *usque* disparet in Pal.
or. et vet. ed. In tert. legere est
*plures iisque et integri fessis sub-
rent.* GEBH. Omnes Gall. et
Pall. cum Voss. abolent τὸ *usque*
ıb Rhenano profectum. Sed nec
ubirent Put. Reg. Men. Voss.
ıut ullus sinceriorum admittunt:
quod mirabar initio, nunc cer-
um habeo fullonum et sarcina-
orum esse. Sermo Livii purus
ıic fuit, *sed quum ab stationibus
rimum expeditae cohortes, dein-
le ex opere deducti milites, atque
ırma capere jussi plures et integri
'essis, magnumque jam agmen ar-
natorum a castris in proelium rue-
'et, terga haud dubie vertunt Poe-
ni Numidaeque.* In quo *rueret* per-
tinet ad integranda omnia prio-
ra membra: ut et expeditas co-
hortes ruisse, dein ex opere de-
ductos milites ruisse, tum arma
capere jussos integros quoque
plures his, qui sive opere sive
proelio fessi essent, ruisse, im-
mensum denique agmen ruisse a
castris in proelium intelligamus.
Fuit et difficultas in hoc, quod
non viderent, τὸ *fessis* esse ca-
sum obsequentem comparativo
plures: nam *arma capere jussi plu-
res et integri fessis* est jussi in ho-
stem exire et pugnam capessere
etiam integri plures his, qui
erant fessi partim opere munitio-
nis, partim proeliando. J. FR.
GRON. *usque* a Rhenano additum
in uno supersit Rec. ejus loco
hisque praefert Lov. 2. *iisque* Lo-
vel. 4. In omnibus reliquis, ut
et Hearnii Oxonn. id non adpa-
ret. Praeterea *subirent* exsulat
quoque a Flor. Cant. Lov. 1. 2.
et Hav. quod a Gronov. expul-
sum revocavit Crevier. quum si-
ne eo oratio ipsi curta et abru-
pta videretur. Sed, optimis Mssis
invitis, Livio obtrudere non au-
deo.

*Terga haud dubie vertunt Poe-
ni. Numidaeque primo turmatim*]
Hunc locum depravatum sic re-
stituimus *terga haud dubie vertunt
Poeni Numidaeque. Et primo tur-*

Digitized by Google

primo turmatim abibant, nihil propter pavorem festinationemve confusis ordinibus: dein, postquam acrius ultimis incidebat Romanus, neque sustineri inpetus poterat, nihil jam ordinum memores, passim, qua cuique proximum fuit, in fugam effun-
10 duntur. Et quamquam eo proelio aliquantum et Romanis aucti et deminuti hostibus animi erant, tamen numquam aliquot insequentes dies ab excursionibus equitum levisque armaturae cessatum est.

1 XIV. Ubi satis tentatae per haec levia certamina vires sunt, prior Hasdrubal in aciem copias eduxit:

matim. RHEN. Eadem lectio est in omnibus meis codd.

§. 9. *Et primo turmatim abibant, nihil* etc.] Polyb. [11, 19.] *Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐν τάξει τὴν ἀναχώρησιν ἐποιοῦντο· Τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐγκειμένων αὐτοῖς, λύσαντες τὰς ἴλας κατέφυγον ὑπὸ τὴν αὐτῶν παρεμβολήν.* SIG. Omnes *Et primo turmatim*, non *primum*. J. FR. GRON. Gruteri demum postrema ed. dedit *primum*. Sed *primo* est in omnibus prioribus, ac scriptis, nisi quod *primi* sit in Lovel. 2. *prima* in Gaertn.

Acrius ultimis incidebat Romanus] *incedebat* Voss. Lov. 3. Ber. a m. 2. et Hav. Passim has voces confudit stupor librariorum. V. ad 9, 24, 10. Mox *quacumque proximum fuit*, pro *qua cuique*, Flor. Voss. Lov. 2. et Hav.

§. 10. *Eo proelio aliquantum et Romanis aucti, et diminuti* etc.] Polyb. [ibid.] *Οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι τούτου γενομένου, θαρσαλεώτερον διέκειντο πρὸς τὸν κίνδυνον, οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τοὐναντίον· οὐ μὴν ἀλλὰ ταῖς ἑξῆς ἐπί τινας ἡμέρας τάς τε δυνάμεις ἐκτάξαντες ἐν τῷ μεταξὺ πεδίῳ, διὰ τῶν ἱππέων καὶ τῶν ἐυζώνων ἀκροβολισμοὺς ποιησάμενοι, καὶ καταπειράσαντες ἀλλήλων, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ κρίνειν τὰ ὅλα.* SIG. Pal. 1. prius *et* fastidit. Dein cum sec. praefert *et deminuti*. GEBH. Prius illud *et* fastidiunt quoque Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. Deinde *deminuti* Flor. Voss. Lov. 4. Gaertn. et Hav. V. ad 2, 1, 7.

Tamen numquam aliquot insequentes dies ab excursionibus equitum levisque armaturae cessatum est] Exemplar scriptum habet: *tamen nunquam proelio quod insequentis dies.* Ex qua mendosa lectione conjicio fuisse scriptum: *tamen nunquam per aliquot insequentes dies.* quemadmodum et emendavimus. RHEN. Pal. 1. *tamen aliquoties sequentes dies.* sec. *tamen nunquam aliquot insequentes dies.* tert. *tamen nunquam proelio quod in sequentis dies.* Unde vides, librum hunc quam simillimum esse exemplari, quod tamen

Digitized by Google

deinde et Romani processere. sed utraque acies pro vallo ſtetit inſtructa: et quum ab neutris pugna coe- 2
pta eſſet, jam die ad occasum inclinante, a Poeno prius, deinde ab Romano in caſtra copiae reductae. Hoc idem per dies aliquot factum. prior sem- 3
per Poenus copias caſtris educebat. prior fessis ſtando signum receptui dabat. ab neutra parte procursum, telumve missum, aut vox ulla orta. me- 4
diam aciem hinc Karthaginienses mixti Afris, cornua socii tenebant: erant autem utrimque Hispani pro cornibus. ante Punicam aciem elephanti caſtellorum procul speciem praebebant.

sine judicio Rhenanus per omnia et in omnibus sequitur. Vet. ed. non inconcinne *tamen nunquam aliquot insequentes dies*. GEBH. Put. *tamen aliquotiens sequentis dies ab*. nec aliter Men. et purgatiſſimus Pal. Voſſianusque, niſi quod *sequentes*, nec Regius, niſi quod *sequentibus diebus*. Fortaſſe *tamen aliquotiens sequentibus diebus excurs. eq. l. q. ar. certatum eſt*. J. FR. GRON. *tamen aliquotiens sequentes dies* Flor. Lov. 2. et Hearnii L. 1. ac N. *tamen aliquot sequentes dies* Lov. 1. et Hav. *tamen aliquot insequentis dies* Hav. *tū cuiq̃m insequentes dies* Gaertn. Suos etiam codd. *τῷ numquam*, quod tamen sensum neceſſario flagitare judicat, carere, Crevier. monuit. Forte nihil mutandum est, niſi quod iterum inducenda sit praepositio *per* a Rhenano inserta, quam etiam ignorant omnes codd. Supra 3, 23, 4. *Aliquot menses Tusculi bellatum*. V. ad 10, 21, 6.

§. 1. *In aciem copias eduxit*] Pal. 3. *copias duxit*. Statim idem cum sec. *dein Romani processere*. GEBH. *deinde Romani processere* Gaertn.

§. 3. *Prior fessis stando signum receptui dabat*] Pal. 1. *prior fessis in stando signum recepturi dabat*. GEBH. *fessis in stando* Voſſ. Lov. 2. 3. 4. et Harl. *fessus in ſtando* Hav. Omnia haec verba deerant in Lov. 1.

§. 4. *Mediam aciem hinc Romani, illinc* etc.] Polyb. [11, 20.] *μέσον Λίβυας, τὰ δὲ θηρία προτιθέμενον ἑκατέρων τῶν κεράτων*. SIGON.

Erant autem utrimque Hispani, pro cornibus] Pal. 1. *erant autem utrisque*. GEBH. Ita et Flor. Caṅt. Voſſ. Lov. 1. 5. et Hav.

Elephanti caſtellorum procul speciem visu praebebant] Vocabulum *visu* quispiam infulsit. Nos eximimus. RHEN. Put. *speciem vi praebebant*. Pet. Reg. Voſſ. Men. Pal. unus: *speciem visu praebebant*. Uti lectum et vulgo fuit ante Rhenanum. Optimus codex voluit: *elephanti caſtellorum procul speciem sex praebebant*. J. FR. GRON. *visu praebebant* Lov. 2.

Digitized by Google

5 Jam hoc in utrisque castris sermonis erat, ita, ut instructi stetissent, pugnaturos. medias acies Romanum Poenumque, quos inter belli caussa esset, pari
6 robore animorum armorumque concursuros. Scipio ubi haec obstinate credita animadvertit, omnia de industria in eum diem, quo pugnaturus erat, mutavit.

3. 4. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *usui praebebant* Lov. 1. *visui praebebant* Voss. *vi praebebant* Flor. Illo tamen *VI* librarios hujus et Put. cod. *sex* indicasse, Gronovio adsentiri nequeo. Cur enim Livius sex tantum elephantorum nunc meminisset, quos tamen triginta duos in exercitu Punico fuisse Polybius tradidit 11, 18. vel triginta sex Appian. in Hisp. pag. 268. An igitur legendum est *visi?* Elephanti procul visi praebebant speciem castellorum.

§. 5. *Medias acies Romanum Poenumque* etc. *concursuras*] Omnes Gall. et Pall. cum Voss. *concursuros*. ut ad illa proximiora *Romanum Poenumque*, non ad *medias acies*, referatur. J. FR. GRON. *concursuros* etiam omnes Hearnii Oxonn. ut et mei, nisi quod Lov. 1. legat *cursuros:* de quo errore v. ad 9, 24, 12.

§. 6. *Obstinate credita animadvertit*] Put. *animoadvertit*. Videlicet pro *animom*, seu *animum advertit*. De quo ad 24, [48, 4.] Auctor de bello Afric. [20.] *Et animum etiam advertebat, frumento se in Africa nisi importatitio uti non posse.* J. FR. GRON. *obstinate credi* Lov. 5. Ber. Gaertner. Hearnii D. et edd. ante Aldum. Sed *credita* optimi constanter. Deinde *animo advertit* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *animis advertit* Victor. apud Crevier. Non adversor viris doctis *animum advertit* emendantibus. Quominus enim codicum scripturam *animo* probare audeam, illud obstat, quod supra notavi ad 4, 27, 8.

§. 7. *Tesseram vespori per castra dedit, ut ante lucem*] Polyb. [11, 20.] Ἅμα γὰρ τῷ φωτὶ διαπεμψάμενος τοὺς ὑπηρέτας, παρήγγειλε πᾶσι τοῖς χιλιάρχοις, καὶ τοῖς στρατιώταις ἀριστοποιησαμένους, καὶ καθοπλισαμένους ἐξάγειν πρὸ τοῦ χάρακος. SIG.

Viri equique cum raptim pransi essent] Hic nugator aliquis se exercuit. Livius scripsit: *ut ante lucem viri equique pransissent*, aut *pransi essent*. Ille adjecit, *cum raptim pransi essent*. RHEN. Ait *viri equique pransi*. Novum vero, ut etiam equi *prandere* dicantur. Vetus, *viri equique curatae pransi*. Lego *curati et pransi*. Hoc ad viros, illud ad equos retulit. LIPS. 1. Ep. Quaest. 3. Prisca ed. *viri equique cum pransissent*. tert. *viri equique pransissent*. quod et prodidit Rhenanus. Sed Lipsio novum videtur, ut etiam equi *prandere* dicantur; quare mavult *curati et pransi*, hoc ad viros, illud ad equos referendum censens. Pal. 2. proxime ad Lipsii correctionem habet *ut ante lucem viri equique curati pransique essent*. Pal. 1. *viri equique curate pransi essent*. Mihi Pal. 2. scriptum non displicet: libet ta-

Digitized by Google

vit. Tesseram vesperi per castra dedit, ut ante lucem viri equique curati et pransi essent: armatus eques frenatos instratosque teneret equos. Vixdum 8
satis certa luce, equitatum omnem cum levi armatura in stationes Punicas immisit: inde confestim ipse cum gravi agmine legionum procedit, praeter 9
opinionem destinatam suorum hostiumque, Roma-

men credere, τὸ *curati* esse adjectitium glossema τοῦ *pransi*, quasi non recte dicatur *equos prandere*, cum Apulejus *jentaculum* etiam *ambulatorium* dixerit de asino. Claud. Dausquejus ad Silii l. 7. p. 306. laudat, *ut ante lucem viri equique cuncti et pransi essent.* GEBH. Put. Reg. et Pal. melior: *ut ante lucem viri equique curati et pransi essent.* Caeteri omnes *curate pransi.* Non est dubitandum de sinceritate illius lectionis, quam et significabat scriptura ante Rhenanum *equique cum raptim pransi.* Cato de re rust. 104. *Boves uti valeant et curati bene sient.* Mox: *ita boves et corpore curatiores erunt.* Gellius 4, 20. *Et cur, inquiunt, ita est, ut tu sis, quam equus, curatior? quoniam, inquit, ego me curo, equum Statius nihili servus.* Ita legendum. J. FR. GRON. Antiquissimae edd. legunt *cum pransi essent, cum pransissent*, vel *cum persensissent.* Aldus postea inserta voce dedit *cum raptim pransi essent.* Verum *equique cum pransi* Ber. a m. 1. et Hav. *equique pransi* Ber. a m. 2. *equique accurate pransi* Lov. 2. et Hearnii L. 1. *equique curate pransi* Lov. 3. 4. 5. Gaertn. et Hearnii N. *equique curati pransi essent* Flor. et Harl. *equique curati et pransi essent* Voss. et Lov. 1. quod recte viri docti probarunt. *Curare* verbum esse mensae et convivii, docet Broekhus. ad Tib. 1, 5, 33. Hinc *corpora curare* apud Livium frequens est locutio. Inde etiam transfertur ad animalia. Varr. 3. Rei rust. 10. *Sic curati circiter duobus mensibus fiunt pingues.* Liv. 44, 40, 7. *Jumentum, e manu curantium elapsum, in ulteriorem ripam effugit.*

Eques frenatos stratosque teneret equos] Putean. *frenatos instratosque teneret equos.* J. FR. GRON. Ita et supra ex Mstis emendavit Gronov. 21, 27, 9. *Equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur, praeter eos quos instratos frenatosque inposuerant in naves.* Simplex *stratus* adhibetur infra 37, 20, 4. *Non stratos non infrenatos magna pars habebant equos.* Et mox §. 12. *Equos non sternere, non infrenare, aut adscendere facile poterant.* Hic etiam omnes mei *stratosque* servant, sed sequor optimum cod.

§. 9. *Praeter opinionem destinatam sociorum hostiumque*] Potest utcumque se tueri. Malim tamen *praeter opinione destinatum*, id est praeterquam id, quod opinione utrorumque destinabatur, vel praesumebatur. De hoc usu participiorum habes ad 3, 20, 1. 29, 20, 2. *Quem spe destinaverit Annibalem ex Italia detracturum.* 33, [28, 5.] *Animis autem Zeuxippum auctorem destinabant caedis.* 39, [53, 2.] *Simul et spe haud dubia regnum ei post mortem patris destinabant.* Sed praeterea Voss. Gud. ac editi *suorum.* J. FR. GRO-

Digitized by Google

no milite cornibus firmatis, sociis in mediam aciem
10 acceptis. Hasdrubal, clamore equitum excitatus, ut
ex tabernaculo prosiluit, tumultumque ante vallum
et trepidationem suorum, et procul signa legionum
fulgentia, plenosque hostium campos vidit, equita-
11 tum omnem extemplo in equites emittit. ipse cum

NOV. Liv. 7, 33, 13. *Adeo morte sola vinci destinaverant animis.* Hoc lib. c. 24, 3. *Regnum sibi Hispaniae, pulsis inde Karthaginiensibus, destinarant animis.* Monuit tamen Cel. Dukerus, *opinio destinata* hic dici videri, ut *sententia destinata* apud Cic. 2. Tusc. 2. *Qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt.* Ceterum *sociorum* natum est ex ultima Gruteri ed. Omnes priores cum scriptis *suorum.* V. ad 37, 20, 9.

§. 10. *Ex tabernaculo prosiluit*] *prosilivit* Flor. Gaertn. et Hearnii L. 1. qua forma etiam in cod. Memm. est apud Suet. in Caes. 32. Sed v. supra ad 2, 10, 11.

§. 11. *Equitatum omnem extemplo in equites emittit*) Polyb. [11, 20.] Ὅι περὶ Ἀσδρούβαν ἠναγκάσθησαν ἀπαρασκευῶς ἐκ τοῦ καιροῦ τοὺς μὲν ἱππεῖς καὶ τοὺς εὐζώνους ἐπαφιέναι τοῖς ἱππεῦσι τῶν ὑπεναντίων εἰς τὰ πεδία· Τὰς δὲ πεζικὰς δυνάμεις παρατάττειν ὀυ πολὺ τῆς παρωρείας. SIG. Omnes Gall. duo Pall. Voss. *emittit.* V. supra ad 10, 5, 7. J. FR. GRON. *in equites mittit* Hearnii L. 1. *in equites emisit* Ber. et edd. usque ad Aldum, qui substituit *omittit*, consentientibus reliquis omnibus scriptis. Ea tamen lectio Grutero displicuit, qui edidit *in equites immittit*, quasi *emittere in aliquem* dici non posset; quum tamen saepius ita Livius locutus sit. Ut 4, 18, 7. *Primos equites clamore sublato in hostem emisit.* 24, 1, 4. *In permixtum omnium aetatium ordinumque multitudinem equites emisit.* c. 15, 6. *Equos etiam in hostem emissus.* 27, 41, 9. *Imperat, ut equites legionis in hostem emittat.* 29, 2, 7. *In dehiscentem intervallis hostium aciem equites emisisset.* ubi etiam perperam alii *immisisset.* 30, 18, 6. *Jussosque escendere in equos repente in hostem emittit.* 35, 30, 1. *Equitatum omnem in stationes hostium emittit.* Similiter *emittere hastam in fines* 1, 32, 13. *emittere saxa in naves* 24, 34, 8. Ejusdem generis sunt *educere in aciem*, *in castra*, de quo v. ad 3, 62, 5. *evocare in medium* 9, 17, 2. *erumpere in hostes* in Epit. l. 73. Plura v. ad 1, 57, 8. Mox *castra egreditur* probat Crevier. ex Victor. cod. Similiter ex meis legit Lov. 2. De locutione illa infra videbimus ad 29, 6, 4. Quum tamen reliqui tot codd. et inter illos optimi, stent pro vulgato, id non mutandum censeo.

Nec ex ordine solito quidquam in acie struenda mutat] Debebat esse *nec ex ordine solito quicquam acie instruenda mutat.* subauditur autem *in.* RHEN. Ita et omnes mei cum edd. ante Mogunt. nisi quod *acie instructa* sit in Gaertn.

§. 12. *Equitum jam diu anceps pugna erat: nec ipsa per se decerni poterat, quia pulsis (quod prope in vicem fiebat) in aciem peditum tutus receptus erat*] Miseret me plane optimorum quorumque auctorum, qui indignissime passim tractati sunt a castigatoribus non sat diligentibus.

Digitized by Google

peditum agmine castris egreditur: nec ex ordine so-
lito quidquam acie instruenda mutat. Equitum jam 12
diu anceps pugna erat: nec ipsa per se decerni po-
terat, quia pulsis (quod prope in vicem fiebat) in
aciem peditum tutus receptus erat. sed ubi jam 13
haud plus quingentos passus acies inter sese aberant,

qualem hominum temeritatem cum alibi, tum hic, insigniter expertus est T. Livius. Antiqua lectio sic habet: *Equitum jam diu anceps pugna erat. nec quia pulsis,, quod prope invicem fiebant, in aciem peditum tutus receptus erat.* Hanc mendosam lectionem quum non intelligerent castigatores, adjecerunt multa de suo, Liviique sensum inverterunt. Nos tamen, bene fortunantibus Musis, ex ista depravata germanam indicabimus: nempe hanc, *Equitum jam diu anceps pugna erat, nec depulsis (quod prope invicem fiebat) in aciem peditum tutus receptus erat.* Sensus clarus est, quod equites utriusque exercitus, quum in vicem depellerentur, sic ut hunc Romani Poenos, nunc vicissim Romanos Poeni depellerent, (nam hoc sibi vult interjecta clausula, *quod prope invicem fiebat*) in aciem peditum tuto recipi non poterant. Nam sequitur postea: *signo receptui dato, Scipio, patefactisque ordinibus, equitatum omnem levemque armaturam in medium acceptam, divisamque in partes duas in subsidiis post cornua locat.* Confer nunc, quod nos castigavimus, cum vulgata lectione, et vide, quale piaculum commiserint, qui eo, quod legebant *quia pulsis*, quod nos castigavimus *depulsis*, sive *perpulsis*, hanc clausulam de suo adjecerunt, *nec ipsa per se decerni poterat*, conspurcantes Livii sensum invertentesque. Sed ubi non similia acciderunt in hoc auctore? RHEN. Mire hic paratragoediatur in castigatores Rhenanus, qui hic Livium misere acceperint. Ut eruditi judicare possint, enotabo scripturam Pal. 3. (nam in ceteris duobus, nec non principe ed. vulgata lectio sarta tecta conservatur) quae ita concepta est. *Equitum jam diu anceps pugna erat, neque pulsis, quod prope invicem fiebat, in aciem peditum tutus receptus erat.* Sed legit ille, bene fortunantibus, ut aït, Musis: *nec depulsis, quod prope invicem fiebat, in aciem* etc. At, si quid absurdi in altera lectione esset, demonstrandum tamen erat. GEBH. Haec [*nec ipsa per se decerni poterat*] uni codici, hac parte mutilo, nimium credulus imprudenter delet Rhenanus. Habent nostri omnes nullo apice minus. Adde, quae ad 7, 9, 7. J. FR. GRON. Voces, a Rhenano damnatas, sed a Gronovio vindicatas, agnoscunt omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Vulgatam lectionem firmant etiam verba Polyb. 11, 20. *Τῶν δ' εὐξώνων ἄκριτος ἦν καὶ πάρισος ἡ συμπλοκή, διὰ τὸ τοὺς πιεζομένους καταφεύγοντας ὑπὸ τὰς ἰδίας φάλαγγας ἐκ μεταβολῆς κινδυνεύειν.* Ubi quod Polyb. dicit *ἄκριτος ἦν*, Livius reddit *nec ipsa per se decerni poterat.* De verbo *decernere* v. Graevium ad Cic. 10. ad fam. 10. et quae notantur ad l. 1. Livii. Ceterum *quia pulsis equitibus*, una voce auctior, Brancal. Latinii.

§. 13. *Haud plus quingentos pas-*

Digitized by Google

signo receptui dato, Scipio, patefactisque ordinibus, equitatum omnem levemque armaturam, in medium acceptam divisamque in partes duas, in sub-
14 sidiis post cornua locat. Inde, ubi incipiendae jam pugnae tempus erat, Hispanos (ea media acies fuit)
15 presso gradu incedere jubet. ipse e dextro cornu (ibi namque praeerat) nuncium ad Silanum et Marcium mittit, ut cornu extenderent in sinistra parte,
16 quemadmodum se tendentem a dextra vidissent: et cum expeditis peditum equitumque prius pugnam consererent cum hoste, quam coïre inter se mediae

sus acies inter sese divisae aberant] Quasi non satis Latine diceretur, *haud plus D. passus acies inter sese aberant*, quidam inseruit *divisae*. RHEN. Ex fragmento item Polybii [11, 20.] in quo est *περὶ ταδίων*, videtur apud Livium legendum *centum quinquaginta passus*. etc. tot enim passibus stadium apud Graecos constabat. URS. *divisae*, a Rhenano expulsum, constanter superest in Voss. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hafn. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Deesse tamen videtur a Flor. et Cantabr. Stadium autem, quod Ursinus hic centum quinquaginta passibus apud Graecos constare dicit, apud Polybium tantum centum viginti passus continebat. V. ad 37, 6, 4.

Patefactisque ordinibus, equitatum omnem etc.] Polyb. [ibid.] *διαδεξάμενος, διὰ τῶν διαστημάτων ἐν ταῖς σημαίαις εἴσω τοὺς ἀκροβολιζομένους, καὶ μερίσας ἐφ' ἑκάτερον κέρας ὀπίσω τῶν παρατεταγμένων, πρῶτον μὲν τοὺς προσφομάχους, ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς ἱππεῖς* etc. SIG. *patefactis ordinibus*, copulativa deficiente. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Hav. Mox *in medio acceptam* Lov. 5. Sed paullo ante hoc cap. erat, *sociis in mediam aciem acceptis*.

§. 15. *Ipse e dextro cornu*] Livius omittit plerumque praepositiones, quae elegantius subaudiuntur, quam exprimuntur. Castigatores priores nusquam non infulserunt. *ipse dextro cornu mittit*, subauditur *a dextro cornu*. RHEN. Unus ex meis Lov. 4. praepositionem omittit. Reliqui omnes agnoscunt; *ex dextro cornu* tamen legunt Voss. et Lov. 3.

Ad Silanum et Marcium] Polyb. [11, 21.] *Λεύκιος Μάρκιος καὶ Μάρκος Ἰούνιος*. SIGON.

In sinistram partem, quemadmodum se tendentem ad dextram vidissent] Codex scriptus habet *in sinistra parte*. Proinde non dubito, scripsisse Livium *in sinistra parte, quemadmodum se tendentem a dextera vidissent*. Sic et nos reponere ausi sumus. RHENAN. Omnes Gall. et Pall. cum Voss. *in sinistram partem*, et *ad dextram*, contra sententiam Rhenani. Polyb. [11, 20.] *Τῷ μὲν δεξιῷ τὰς σημαίας καὶ τὰς ἴλας ἐπιστρέφειν ἐπὶ δόρυ, τῷ δ' ἐνω-*

Digitized by Google

acies possent. Ita diductis cornibus, cum ternis 17
peditum cohortibus, ternisque equitum turmis, ad hoc velitibus, citato gradu in hostem ducebant, sequentibus in obliquum aliis. Sinus in medio erat, 18
quia segnius Hispanorum signa incedebant. et jam 19
conflixerant cornua, quum, quod roboris in acie hostium erat, Poeni veterani Africque nondum ad teli conjectum venissent, neque in cornua, ut adjuvarent pugnantes, discurrere auderent, ne aperirent mediam aciem venienti ex adverso hosti. Cor- 20
nua ancipiti proelio urguebantur: eques, levisque

νύμφ τ' ἐναντία· καὶ λαβὼν αὐτὸς μὲν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ. J. FR. GRON. *in sinistram partem*, et *ad dextram* pariter omnes mei, et Oxonn. Hearnii.

§. 16. *Pugnam consererent cum hoste*] Lipsius 4. de Mil. Rom. 6. hunc locum laudat, duabus postremis vocibus omissis. Forsitan putavit, eas melius abesse, et ingratam esse iterationem praepositionis *cum*. Sed nihil vitii est in recepta scriptura. DUKER.

§. 17. *Ita diductis cornibus*] *deductis* Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et priscae edd. ante Mog. Sed *diductis* hic verum est. V. ad 21, 55, 5.

Cum ternis peditum cohortibus, ternisque equitum turmis] Polyb. [11, 21.] sic τρεῖς ἴλας ἱππέων, καὶ τρεῖς σπείρας, τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ Ῥωμαίοις κοόρτις. SIG.

Ad hoc velitibus] *ad haec* Lov. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Brancal. Latinii. V. ad 21, 52, 10. Mox *sequentibus aliis in obliquum* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. Aldo prioribus. *sequentibus in obliquum alis* Branc. Latinii. V. ad 38, 27, 8.

§. 18. *Sinus in medio erat, quia segnius*] *qua segnius* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. et Gaertn. quod, sibi quoque in Put. et Victor. obvium, probavit, et in contextum admisit Cl. Crevier.

§. 20. *Levisque armatura, et velites*] Nesciunt τὸ *et* scripti: et alii quidem *armaturae*: optimi *levisque armatura velites* per epexegesin. Nam et alibi modo eosdem, modo diversos facit. J. FR. GRON. V. Schelium ad Hygin. p. 1052. Thes. ant. Rom. Cap. seq. Livius: *tumultuoso genere pugnae equitum, velitumque, et levis armaturae conflernati*. DUK. *levisque armaturae velitis* Lov. 5. *levisque armatura, velites*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. quod recte Gronov. per adpositionem dictum docet. Supra 21, 55, 2. *Baliares locat ante signa, levem armaturam*. ubi etiam Sigon. perperam *levemque armaturam*. V. quae ibi notantur.

§. 1. *Et quum ab omni parte haudquaquam par pugna erat, tum quod*

Digitized by Google

armatura, velites, circumductis alis in latera incurrebant; cohortes a fronte urgnebant, ut abrumperent cornua a cetera acie.

1 XV. Et quum ab omni parte haudquaquam par pugna erat, tum quod turba Baliarium tironumque Hispanorum Romano Latinoque militi objecta erat,
2 et, procedente jam die, vires etiam deficere Hasdrubalis exercitum coeperant, obpressos matutino tumultu coactosque, priusquam cibo corpora firmarent, raptim in aciem exire. Ad id sedulo diem

turba Balearium tironumque Hispanorum] Hic in primis notandum est, quod in volumine veteri pro *turba Balearium* scriptum est *turba balirum*, ut suspicer, *ba* syllabam librarium perperam repetiisse. Quid si legas *lixarum tyronumque Hispanorum*? Deinde sciat lector, sic esse exponenda Livii verba: *Et cum ab omni parte haudquaquam par pugna erat, tum*, subaudi haudquaquam pugna par erat, *quod turba lixarum tyronumque Hispanorum Romano Latinoque militi objecta erat*. Id quod quum non animadvertissent olim Liviani castigatores, particulam *et*, quae sequitur, *et procedente*, temere eraserunt, conjungentes *tum* praecedens cum hac oratione, *procedente jam die*. Verum nos *et* particulam hic necessariam de postliminio inscruimus. Nam Livius duas praecipuas caussas assignat imparis pugnae: unam, quod lixae et tyrones a partibus Poenorum fortissimis militibus erant objecti; alteram, quod exercitus Punicus deficere coepisset ob inediam. RHEN. Pal. 1. et vet. ed. *turba Balearium*, quo alludunt reliqui duo *turba Balearum*. Facinus hoc Rhenani, qui princeps legitimam mutavit lectionem. Nam infirmiores et impares Romanis Baleares, quia funditores et discurrere, non vero stabili pugnae in acie assueti. GEBH. Veteres libri *cum*. Sed scribendum *jam*. Neque enim, quod sequitur, *tum* huic particulae respondet, sed insequenti *et*. Ponit enim hic Livius, quod dein duabus rationibus affirmat: Non, inquit, erat jam par pugna. Quid ita? quia et impares compositi pugnantes, et Hasdrubalis exercitum jejunum deficiebant vires. J. FR. GRON. *Et tum ab omni parte* primae edd. Aldus substituit *Et cum ab omni parte*. Ultima tandem Grut. revocavit *Et tum ab omni parte*. Id in nonnullis scriptis superest, alterum in longe pluribus. Sed solent illa hoc modo passim in Mstis commutari. V. ad 6, 28, 3. Si quid tamen video, praestat Gronovii conjectura *Et jam ab omni parte*. In fine cap. praec. dixerat, *cornua ancipiti proelio urgueri*. Nunc addit *jam ab omni parte*, id est non tantum in cornibus, sed etiam in media acie, *haudquaquam parem pugnam fuisse*: non in cornibus, quia ibi Baliares et tirones Hispani obpositi erant Romano et Latino militi; non in acie, quia Hasdrubalis exercitum, non firmatis cibo viribus exire

Digitized by Google

extraxerat Scipio, ut sera pugna esset. nam ab septima demum hora peditum signa cornibus incucurrerunt. ad medias acies aliquanto serius perve- 4
nit pugna: ita ut prius aestus a meridiano sole, laborque standi sub armis, et simul fames sitisque corpora adficerent, quam manus cum hoste consererent. Itaque steterunt scutis innisi. nam super 5
cetera elephanti etiam, tumultuoso genere pugnae equitum velitumque et levis armaturae consternati, e cornibus in mediam aciem sese intulerant. Fessi 6

coactum, vires deficere incipiebant. Mox *pugna Balearium* Flor. Voss. et Hav. *pugna Balearum* Lov. 4. *pugna bellarium Balearium* Lov. 2. Rhenani conjecturam, male a Curione in contextum receptam, recte Gruterus in postrema ed. inde iterum ejecit. Nam, ut Doujatius monuit, numquam apud Karthaginienses, populum belli peritissimum, obtinuit, ut lixae militibus permixti in aciem educerentur. Lectio cod. Spirensis, quo Rhenanus usus est, indicare videtur, olim scriptum fuisse *Baliarium*, non *Balearium*. V. ad 21, 21, 12.

§. 2. *Procedente jam die*] Vet. lib. *et procedente jam die*. SIG. Tò *et* revocandum esse, jam supra monuit Rhenanus ad verba praec. Deest tamen in Voss. Lov. quinque, Harl. et Ber. Ejus loco *tum quod* obsert Hav.

§. 3. *Peditum signa cornibus incurrerunt*] Scripsimus *concurrerunt*. Et mox *ut prius aestus*, reposuimus *ita ut prius*. RHEN. *concurrerunt* Harl. et Hearnii D. *occurrerunt* Gaertn. *currerunt* Lov. 4. *incurret* Lov. 1. *incurrerunt* Florent. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. Silius 12, 453.

— — — *claustra ipsa revellit*
Portarum ac totum miseris incurrere bellum.

Suet. Tib. 26. *Natalem suum plebejis incurrentem circensibus vix unius bigae adjectione honorari passus est.* V. Cel. Burm. ad Lucani 4, 278. Jac. Gronov. edidit *incucurrerunt*. De quo v. ad 1, 12, 8. Vellem tamen indicasset, qua auctoritate ita vulgarit. Mox vocula *ita*, quam addit Rhenan. omittitur in Flor. Lov. 5. Harl. Gaertn. et Ber. *pugnavit*, pro *pugna ut*, Voss. et Lov. 1. *pugnavitque* Hav. qui tres etiam *to ita* non agnoscunt.

§. 4. *Fames sitisque corpora adficerent*] Ita primum exhibuit ultima Grut. editio, idque reliquae deinceps retinuerunt: neque verbum etiam viri docti monuerunt. Si autem codd. addicerent, posset ea lectio servari, quum et alibi Livius duobus singularibus addat verbum itidem singulare. V. ad 37, 29, 6. Omnes tamen, quos consului, codd. cum Hearnii L. 1. et edd. antiquioribus, quam ultima illa Gruteri, legunt *adficerent*, nisi quod in uno alterove sit *adfocerant*. Priorem itaque lectionem reduxi. V. ad 1, 31, 7.

§. 5. *Nam super cetera elephanti etiam, tumultuoso* etc.] Polyb.

Digitized by Google

igitur corporibus animisque retulere pedem, ordines tamen servantes, haud secus, quam si imperio ducis
7 cederent integra acies. Sed quum eo ipso acrius, ubi inclinatam sensere rem, victores se undique inveheret, nec facile impetus sustineri posset; quamquam
8 retinebat, obsistebatque cedentibus Hasdrubal, *ab tergo esse colles tutumque receptum, si modice se reciperent,*

[11, 22.] Ἐν δὲ τῆς τούτων συμπλοκῆς τὰ μὲν θηρία διὰ τῶν γροσφομάχων καὶ τῶν ἱππέων ἀκοντιζόμενα καὶ διαταραττόμενα πανταχόθεν, ἔπασχε μὲν κακῶς, ἔβλαπτε δ' οὐδὲν ἧττον τοὺς φίλους, ἢ τοὺς πολεμίους. SIGON.

§. 6. *Haud secus; quam si imperio ducis cederet integra acies*] *cederent integra acies* Flor. quod itidem Grevier. in Put. et Vict. invenit, et contextui reddidit. *cederent integra acies* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. quod substitutum est ab illis, quibus displicebat, collectivo nomini *acies* jungi verbum plurale. At ita etiam supra 8, 10, 5. *Nova ex improviso exorta acies clamore sublato principia Latinorum perturbant.* V. ad 27, 12, 15. Paullo ante *ordines servantes*, omissa media voce, Lov. 1. *ordinem tamen servantes* Lov. 2.

§. 7. *Quum eo ipso acrius, ubi inclinatam sensere, victores*] Posses referre ad *aciem*, qua in voce praecedens membrum terminatur. Sed optimi: *ubi inclinatam sensere rem, victores.* J. FR. GRON. Hoc Livianum est. 6, 8, 7. *Jam inclinata res erat.* 9, 12, 7. *Fraus deinde rem inclinavit.* c. 32, 8. *Nec prius inclinata res est.* 22, 6, 9. 25, 21, 9. 28, 22, 8. Addit *in fugam* 7, 33, 15. *Tum primum referri pedem, atque inclinari rem in fugam apparuit.* DUK. Vocem *re*, vel *rem*, quam ex optimis Gronov. addit, in nullo meorum inveni. Hearnius etiam, Gronovii emendationem referens, nullius Oxon. consensum memorat; ut ab illis etiam haec vox exsulasse videatur, quae facile excidere potuit ob vocis praecedentis syllabam ultimam. V. ad 25, 22, 1.

§. 9. *Quum proximus quisque hostem caederet*] In exemplari vetusto legitur *proximi*. Proinde videb, sic quoque verba stare posse: *quum proximi quique hostem caederent.* RHEN. *quum proximus quisque hostem caederet* habent editiones omnes, quas ego vidi. Male tamen, immo pessime, et contra mentem Livii, quae ipsi constabit, si levissima mutatione scribas, *cum proximus quisque hostem cederet.* uti praecessit, *quamquam retinebat, obsistebatque cedentibus Asdrubal, ab tergo esse colles tutumque receptum, si modice se reciperent, clamitans.* Invexerunt hoc vitium, qui ignorabant, ut *prope hostem*, ita *proxime hostem* Latinissime dici. Cicero ad Atticum [6, 5.] *Habere exercitum quam proxime hostem.* Et [3, 14.] *Quam proxime Italiam esse.* Itemque [1, 14.] *Proxime Pompejum sedebam.* Sallust. [in Jug. 19.] *Proxime Hispaniam Mauri sunt.* MOD. Et hunc locum depravatum ivit Rhenanus. Sed melius assecutus est mentem Livii Modius, levissima mutatione rescribens *cederet.* Additque, *proximus*

Digitized by Google

clamitans, tamen, vincente verecundiam metu, (quum 9
proximus quisque hostem cederet) terga extemplo da-
ta, atque in fugam sese omnes effuderunt. Ac primo 10
consistere signa in radicibus collium, ac revocare in
ordines militem coeperant; cunctantibus in adver-
sum collem erigere aciem Romanis. inde ut inferri
impigre signa viderunt, integrata fuga, in castra

hostem dictum, ut *prope hostem*, et caetera. Livius 29, 7, 6. *Scorpione ictus, qui proximus eum forte steterat.* Ejus lectioni favent Pall. duo, et vet. ed. Mentem quoque Livii perceptam habuit Pal. 1. exscriptor, *quum proximus quisque hosti cederet.* GEBH. Immo *caederet.* JAC. GRON. Malo cum Modio *cederet*, quam cum aliis *caederet.* Et ita hunc locum supra intelligebat J. Fr. Gronov. ad 8, 32, 12. ubi *proximus* cum casu quarto inlustravit; de quo etiam v. ad 1, 21, 1. *proximus quisque hoste cederet* legit Flor. a m. 1. *proximus quisque hosti cederet* a m. 2.

§. 10. *Consistere signa in radicibus collium, ac revocare*] Pal. 1. ingerit *Ac primo consistere sic in radicibus collium. hac revocare.* GEBH. Quia *signa* non possunt dici *revocare milites*, primum cogitabam melius esse *constituere signa.* 33, 10, 3. *Paullisper novitate rei constituit signa.* 34, 20, 4. *Quadringentos inde ferme passus constituit signa.* 5, 55, 1. *Signifer statue signum.* Nam et *consistere* et *constituere* facile permutantur. V. Gronov. ad 27, 16, 11. et 28, 33, 8. Deinde nihil temtandum putavi. nam eodem modo loquitur c. 16, 5. *Sed quum ad crebros tumultus signa consisterent, et nunc equestria, nunc cum velitibus auxiliisque peditum proelia consererent.* ubi quemadmodum in posteriore parte *hostes*, ita hic *praefecti, duces* suppleri potest. DUK. *consistere si una in radicibus* Flor. *consistere sic una in radicibus* Voss. et Lov. 1.

Inde ut inferri impigre signa viderunt] Scripsimus *deinde.* RHEN. *inde* tuentur Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. quare revocavi. Id autem pro *deinde* poni, infra videbimus ad 42, 55, 6.

Integrata fuga, in castra pavidi] Optimus et meliores *integra.* An *iterata fuga?* J. FR. GRON. *integra* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. a m. 2. et Hav. Quamvis autem *integrare* et *iterare* apud Livium saepe commutentur, ut 3, 70, 6. 5, 25, 11. 9, 22, 6. et alibi; non tamen puto ex *integra* cum Gronov. conjiciendum *iterata.* sed potius errore librarii *integra* datum esse pro *integrata*, ut *redintegra* pro *redintegrata* 35, 5, 6. De similibus eorum peccatis v. ad 10, 37, 2. *Integrare aliquid* autem, pro instaurare, ab integro incipere, Livio frequens est. Ita *integrare pugnam* 7, 7, 8. *integrare caedem* 9, 43, 17. et similia passim. V. ad 3, 70, 6. Etiam Cl. Jac. Perizon. ad marginem Livii notavit, conjecturam Gronovii sibi displicere.

§. 11. *Nisi ex vehementi sole, etc. tanta vis aquae dejecta esset, ut vix etc.*] Scribe *nisi se ex ve-*

Digitized by Google

11 pavidi compelluntur. Nec procul vallo Romanus aberat: cepissetque tanto inpetu castra, ni se ex vehementi sole, qualis inter graves imbre nubes effulget, tanta vis aquae dejecisset, ut vix in castra sua receperint se victores; quosdam etiam religio
12 ceperit ulterius quidquam eo die conandi. Karthaginienses, quamquam fessos labore ac vulneribus nox imberque ad necessariam quietem vocabat, ta-
13 men, quia metus et periculum cessandi non dabat tempus, prima luce obpugnaturis hostibus castra, saxis undique circa ex propinquis vallibus congestis augent vallum, munimento sese, quando in armis
14 parum praesidii foret, defensuri. Sed transitio sociorum, fuga ut tutior mora videretur, fecit.

hementi sole, etc. *tanta vis aquae dejecisset*. Sic enim veteres libri. At Polyb. [11, 22.] *εἰ μὲν οὖν μὴ θεὸς ἀυτοῖς τις συνεπελάβετο τῆς σωτηρίας, παραχρῆμα ἂν ἐξέπεσον ἐκ τῆς παρεμβολῆς· ἐπιγενομένης δὲ κατὰ τὸν ἀέρα συεροφῆς ἐξαισίου, καὶ καταῤῥαγέντος ὄμβρου λάβρου καὶ συνεχοῦς, μόλις εἰς τὴν ἀυτῶν ερατοπεδείαν ἀνεκομίσθησαν οἱ Ῥωμαῖοι*. Reliqua desiderantur apud Polybium, quae ad hanc rem pertinent. SIG. Pal. 1. *ni se ex vehementi sole, quales inter graves imbres effulget* (sec. *effulgit*) *tanta vis aquae dejecisset*. GEBHARD. Omnes *dejecisset*. Optimus quoque, ut Sigonius, *ni se ex vehementi*. J. FR. GRON. Lectio, quae ante Sigonium obtinuit, superest in Lov. 3. 5. Ber. Rec. et Hearnii L. 1. *nisi ex vehementi sole tanta vis aquae dejecta erat* Gaertn. *dejecta esset* etiam in Hearnii D. Sed alteram recte reliqui firmant; quam etiam probavit Gronov. supra ad c. 6, 10. Sollemni autem errore scribarum *dejecta esset* datum est pro *dejecisset*. V. ad 23, 29, 16.

Ut vix in castra sua receperint se victores; quosdam etiam religio ceperit] Scripsimus *ut vix in castra sua reciperent se victores; quosdam etiam religio ceperat*. RHEN. Vet. lib. *ceperit*. Quod laudo; congruit enim cum priore verbo *receperit*. SIG. Omnes Gall. et Pall. *ut vix in castra sua receperint se victores*, Rhenani ingratiis. J. FR. GRON. *reciperent* unus Lov. 3. Deinde *ceperat* unus Hav. Reliqui *receperint* et *ceperit*. Neque aliter etiam Oxonn. Hearnii. Sigonius edidit *reciperet se victor*, invitis omnibus scriptis.

§. 13. *Munimento sese*, etc. *defensuri*] *munimentis* Hearnii D.

§. 14. *Ab Attane regulo Turdetanorum*] *Attena* Flor. Voss. Lov. 4. Harl. et Hav. *Acteme* Lov. 2.

Digitized by Google

Principium defectionis ab Attane regulo Turdetanorum factum est. is cum magna popularium manu 15
transfugit. inde duo munita oppida cum praesidiis tradita a praefectis Romano. Et ne latius, incli- 16
natis semel ad defectionem animis, serperet res, silentio proximae noctis Hasdrubal castra movet.

XVI. Scipio, ut prima luce, qui in stationibus 1
erant, retulerunt, profectos hostes, praemisso equitatu signa ferri jubet. adeoque citato agmine ducti 2
sunt, ut, si via recta vestigia sequentes issent, haud dubie adsecuturi fuerint. ducibus est creditum, brevius aliud esse iter ad Baetim fluvium, ut transeuntes adgrederentur. Hasdrubal, clause transitu flu- 3
minis, ad oceanum flectit. et jam inde fugientium

Athene Lov. 5. *Arthenu* Hearnii L. 1. Mox §. ult. *Hasdrubal movet*, omissa media voce, Lov. 1.

§. 1. *Signa ferri jubet*] *efferri* Lov. 3. et Gaertn. Male. Supra 27, 47, 8. *Vigilia prima signa ferri jussit.* ubi vide.

§. 2. *Citato agmine educti sunt*] Scripsimus *ducti sunt.* RHEN. Pariter omnes codices mei, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

Sed ducibus est creditum] Scripsimus *ducibus est creditum*, particula *sed* expuncta. RHEN. Pal. 1. et vet. ed. *sed ducibus est creditum.* GEBH. Particulam *sed* agnoscunt Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Quum tamen nihil ex Flor. vel Cant. notari videam, eo potius inclinat animus, ut librarios antiquum obtinuisse, et melius connectendae orationi illam addidisse credam. V. ad 6, 32, 8. Mox *ad Betham fluvium* Hearnii L. 1.

§. 3. *Ad oceanum flectit*] Addit Pal. 2. sed perperam, *flectit iter.* GEBH. Utrumque, *flectere iter*, et simplex *flectere*, Livio in usu fuit. V. ad 8, 19, 13. Quum autem nulli meorum additam vocem agnoscant, recte eam Gebhardum spreviſſe puto.

Idque aliquantum ab legionibus Romanis intervalli fecit] Pal. 2. *itaque aliquantum a legionibus Romanis intervalli fecit.* GEBH. *itaque* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. Praeterea, ordine mutato, *ab legionibus Romanis aliquantum intervalli* vulgavit Jac. Gronovius. Non aliter est in omnibus, quos consului, scriptis, ut et Hearnii L. 1. atque edd. usque ad Frobep. anni 1535. Mox §. seq. *fatigabant morabanturque* Ber. reliquis nolentibus.

§. 4. *Nunc ab tergo, nunc ab lateribus obcurrendo*] Quomodo *ab tergo* alicui *occurri* possit, non

Digitized by Google

modo effusi abibant; idque ab legionibus Romanis
4 aliquantum intervalli fecit. Eques levisque armatura, nunc ab tergo, nunc ab lateribus obcurren-
5 do, fatigabat morabaturque: sed quum ad crebros tumultus signa consisterent, et nunc equestria, nunc cum velitibus auxiliisque peditum proelia consere-
6 rent, supervenerunt legiones. Inde non jam pugna, sed trucidatio velut pecorum fieri; donec ipse dux fugae auctor in proximos colles cum sex millibus ferme se-
7 miermium evasit. ceteri caesi captique: castra tumultuaria raptim Poeni tumulo editissimo communierunt: atque inde, cum hostis nequidquam subire iniquo adscensu conatus esset, haud difficulter sese
8 tutati sunt. Sed obsidio in loco nudo atque inopi

intelligo. Nec *occurrere* hic eam significationem habere potest, quam c. 5, 16. *Ut ad omnes hostium motus posset occurrere.* et c. 8, 1. *Nulli tamen se rei tempore occurrisse. Incurrere* in hac re usitatum est. 1, 37, 3. *Utrimque in cornibus positos* etc. *ita incurrisse ab lateribus ferunt.* Supra c. 14, 20. *In latera incurrebant.* Sallust. Jug. 101. *Sulla, profligatis iis, quos advorsum ierat, rediens ab latere Mauros incurrit.* Et in Fragmentis ex Rufiniano p. 34. *Atque eos a tergo incurrerunt.* Aliis verbis Livius 27, 42, 6. *Equites in tergo haerebant, in transversa latera invaserant cohortes.* DUKER.

§. 6. *In proximos colles cum septem millibus*] Omnes Gall. et Pall. cum Voss. *sex millibus.* J. FR. GRON. Ita et omnes mei cum Oxonn. Hearnii, nisi quod *septem* sit in Ber. et Gaertn. Paullo ante *trucidatio velutti pecorum fieri coepta*, addita ultima voce, Lov. 5. Tum *ipse dux ac fugae auctor* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav.

§. 7. *Quum hostis nequidquam subire iniquo adscensu conatus essent*] Emendavimus ad lectionem veterem *quum hostes nequicquam subire iniquo ascensu conati essent.* Ceterum quemadmodum hic singularem numerum in pluralem mutavimus, sic mox pluralem vertimus in singularem, *Itaque transitiones ad hostem fiebant*, ad vitandum cacophaton. Affipulatur autem nobis liber vetus. RHEN. Pal. pr. et antiqua ed. *quum hostis neq. sub. i. ascensu conatus esset.* tert. *iniquo accessu.* Forte legendum *iniquo ascensu.* Cujus voculae antiquioris ignorantia varietati caussam dedisse videtur. GEBH. Put. et optimus quisque: *cum hostis nequidquam subire iniquo ascensu conatus esset*, nolente Rhenano. Sed mox,

Digitized by Google

vix in paucos dies tolerabilis erat. itaque transitiones ad hostem fiebant. Postremo dux ipse, navibus acceptis, (nec procul inde aberat mare) nocte relicto exercitu, Gades perfugit. Scipio, fuga ducis 9
hostium audita, decem millia peditum, mille equites relinquit Silano ad castrorum obsidionem. ipse cum ce- 10
teris copiis, septuagesimis castris, protinus caussis regulorum civitatiumque cognoscendis, ut praemia ad veram meritorum aestimationem tribui possent, Tarraconem rediit. Post profectionem ejus Masinissa, cum Si- 11
lano clam congressus, ut ad nova consilia gentem quoque suam obedientem haberet, cum paucis popularibus in Africam trajecit; non tam evidenti eo 12
tempore subitae mutationis caussa, quam documen-

ut ille voluit, neque impetravit ab editoribus: *itaque transitiones ad hostem fiebant.* J.FR.GRON. Rhenano, legenti *hostes conati essent*, unus adstipulatur Hearnii D. Reliqui ejus L. 1. et N. cum omnibus meis alterum tuentur. Tum *iniquo accessu* Lov. 4. Ita variant libri scripti etiam infra 34, 28, 2. Similiter *adscendere* et *accedere* interdum commutantur. V. ad Silii 13, 182. Mox §. seq. cum eodem Rhenano, *transitiones ad hostem* emendante, faciunt Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Proximi editores dicto ipsi audientes fuerunt. Sed priorem lectionem revocarunt Paris. anno 1573. et inde reliqui servarunt. Reduximus itaque, quod Rhenanus voluit.

§. 8. *Nec procul inde aberat mare*] Put. non agnoscit τὸ *inde*. J. FR. GRON. Non agnoscit etiam Flor. Paullo ante Cl. Jac. Gronov. edidit hoc ordine *Postremo dux ipse:* quod probant omnes mei, Hearnii L. 1. et edd. antt. Frobenius demum anno 1535. dederat *Postremo ipse dux.*

§. 9. *Mille equites reliquit Silano*] Scripsimus *mille equites reliquit.* RHEN. Ita et mei, nisi quod *reliquit* supersit in Lov. 1. 4. Ber. et Hearnii L. 1. Paullo ante *fuga hostium audita* Harl. *fuga ducis audita* Hav. *fuga ducis hostium indita* Voss. et Lov. 1. *fuga ducis hostium indica* Hav. *fuga ducis hostium indicata* Lov. 2.

§. 10. *Caussis regulorum civitatumque cognoscendis*] Pal. 1. *civitatiumque.* Sic c. 18, 2. libri Pall. *contrahere in colloquium dirimendarum simultatium caussa est conatus.* GEBH. *civitatiumque* etiam Flor. et edd. Mediol. anni 1480. ac Ven. anni 1495. quod recepi. V. ad 33, 20, 11.

§. 12. *Quam documento post id*

Digitized by Google

to post id tempus constantissimae ad ultimam senectam fidei, ne tum quidem eum sine probabili caussa fecisse.
13 Mago inde, remissis ab Hasdrubale navibus, Gades petit. Ceteri, deserti ab ducibus, pars transitione, pars fuga, dissipati per proximas civitates sunt.
14 nulla manus numero aut viribus insignis. Hoc maxime modo, ductu atque auspicio P. Scipionis,

tempus constantissimae ad ultimam senectam fidei] Haec non bene capio. Sententia, ni fallor, est, tum quidem non exstitisse, non adparuisse caussam subitae mutationis, sed constantissimam fidem ad ultimam senectam documento fuisse, eum ne tum quidem sine probabili causa fecisse. Si ita est, potius legendum videtur, *constantissima fide*, quam *constantissimae fidei*. Non tam existente, adparente eo tempore subitae mutationis causa, quam constantissima fide existente documento, eum etc. DUK. *ad ultimam senectutem* Lov. 5. Ceterum Cl. Crevier. *documento fidei* pro *docente fide* positum notat.

§. 13. *Pars transitione, pars fuga, dissipati*] Put. Reg. Men. Pall. Voss. carent posteriore *pars*. V. ad 3, 37, 8. 43, [18, 7.] *Quum sine intermissione interdiu noctuque alii succedentes, pars scalas muris, ignem portis inferrent*. J. FR. GRON. *pars transitione, fugaque dissipati* legunt Hav. et Hearnii L. 1. *pars transitione, fuga dissipati* Flor. Cant. Lov. 1. et Harl. quomodo Gronov. etiam emendandum monuit in pr. ed. notar. ad 31, 21. Mox *nulla numero aut viribus manus insignis* Flor. *nulla manu, numero aut viribus insignis* Lov. 1. *nulla manu, numero, aut viribus insignes* Voss. Lov. 5. et Harl. *nulla manu aut numero aut viribus insignis* Lov. 3. Paullo ante *Gades petiit* Hearnii D.

§. 14. *Ductu atque auspicio proconsulis Scipionis, pulsi Hispania Karthaginienses*] Nos scripsimus *P. Scipionis*. Nam ubique librarius pro *P.* litera praenominis, hoc est pro *Publio*, *proconsulem* scripsit. RHEN. Pal. 2. *pulsi in Hispania*. Forte *pulsi vi*. GEBH. Errorem, quem Rhenanus indicat, saepius commisisse librarios, certum est. Exempla v. ad c. 27, 15. c. 34, 5. 29, 13, 3. c. 19, 6. 30, 1, 3. 31, 2, 3. c. 4, 1. c. 8, 6. 32, 1, 3. c. 3, 2. c. 7, 2. et aliis locis. Similiter litera praenominis *C*, vel *Caji*, ab iisdem mutatur in *consul*. V. ad 22, 14, 13. Hic tamen *auspicio Scipionis*, voce media neglecta, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1.

Quartodecimo anno, post bellum finitum] Hic erat annus tertiusdecimus, ut ipsemet Livius ab initio hujus anni de consulibus dixit [c. 10, 8.] Et ut hoc excusari nulla ratione potest, ita nescio, quo pacto id diluam, quod paullo post de L. Scipione Romam cum nobilibus captivis misso subjungit. Certe non ita longe ab initio hujus libri [c. 4, 4.] etiam missus est, nec, ubi interea redierit, uspiam memoratur. At ego credo, Livium memoria lapsum eandem rem bis scripsisse. Nam, bis missum ut credam, adduci non possum. GLAR. In veteribus libris est *quartodecimo*,

Digitized by Google

pulsi Hispania Karthaginienses sunt; tertiodecimo anno, post bellum initum; quinto, quam P. Scipio provinciam et exercitum accepit. Haud multo post 15 Silanus, debellatum referens, Tarraconem ad Scipionem rediit.

XVII. L. Scipio cum multis nobilibus captivis 1 nuncius receptae Hispaniae Romam est missus. et 2

non *tertiodecimo*, ut emendavit Glareanus. Legendum est tamen *duodecimo*. Forma autem est loquendi, qua primus annus non comprehenditur, ut cum ait: *quinto anno, postquam Scipio imperium accepit*. Etenim revera hic est Punici belli annus decimus et tertius, et imperii Scipionis sextus: at cum dicit *post initum bellum, post acceptam provinciam*, annum primum excipit. Qua de ratione loquendi in libro trigesimo extremo [c. 44.] agemus. SIG. Omnes libri constanter exhibent *quartodecimo anno, post bellum initum*. GEBH. *quartodecimo anno* etiam omnes mei, et Hearnii Oxonn. Hinc *post bellum Punicum*, pro *initum*, Hearnii L. 1.

Quinto, postquam provinciam et exercitum accepit] Reposuimus duas dictiones, quae deerant: *quinto, postquam P. Scipio provinciam et exercitum accepit*. RHEN. Pal. pr. *quinto, postquam recipi provinciam et ex. acc.* sec. et vet. ed. *quinto, postquam proconsul Scipio provinciam et ex. acc.* tert. denique *quintum proconsule Scipio provinciam et ex. acc.* GEBH. Cantabrigiae τὸ *post* non exstabat; et mirum, ni sic alii quoque scripti, quamvis nihil notatum inveniam. Sic enim gaudet loqui Livius 28, 45, 21. *Die quadragesimo quinto, quam ex silvis detracta erat*. Sic 25, 31, 14. 26, 27, 15. 27, 5, 9. 31, 7, 7. et 14, 2. Similiter 3, 33, 1. *Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat*. Quod repetit 4, 7, 1. Nec aliter Epitome 25. Adde notas ad 30, 21, 9. JAC. GRON. Voces *P. Scipio*, quas Rhenanus restituit, primus omiserat Aldus, consentiente Hav. Priores ediderunt *quinto, postaquam proconsul Scipio provinciam*. quod superest in Ber. et Gaertn. *quinto, postquam proconsul Scipio in provinciam exercitum accepit* in Lov. 3. *quinto, postquam Scipio provinciam et ex. acc.* in Lov. 4. *quinto, postquam recipi provinciam et ex. acc.* in Lov. 1. et Voss. *quinto, postquam recepit provinciam et ex. acc.* in Voss. margine, et in Lov. 5. *quinto quam*, omisso τῷ *post*, in Flor. et, ut ex Cl. Sallier. didici, in Put. quare eam lectionem recepi. Exempla hujus locutionis in Livio sunt frequentissima. Illis, quae Gronov. laudavit, plurima addi possunt. Ita 4, 47, 6. *Die octavo, quam creatus erat, magistratu se abdicavit*. 6, 29, 10. *Die vicesimo, quam creatus erat, dictatura se abdicavit*. 7, 18, 1. 21, 15, 3. 29, 35, 5. 31, 7, 7. c. 14, 2. aliisque locis. Ex Livii imitatione eadem locutio etiam adhaesit auctori Epit. v. ad Epit. 140. De eadem v. etiam Cel. Duker. ad Flori 2, 2, 7. et Abrah. Gronov. ad Justini 26, 1. Ceterum, labente in deterius Latino candore Livium ita loqui,

Digitized by Google

quum ceteri laetitia gloriaque ingenti eam rem vulgo ferrent, unus, qui gesserat, inexplebilis virtutis veraeque laudis, parvum instar eorum, quae spe ac magnitudine animi concepisset, receptas Hispa-
3 nias ducebat. jam Africam magnamque Karthaginem, et in suum decus nomenque velut consummatam

adfirmat Hadrian. Cardin. de Serm. Lat. p. 68.

§. 1. *L. Scipio cum multis nobilibus captivis*] In exemplari Spirensi legitur *cum multis nobilibus captis*. RHEN. Praecessit supra c. 4, 4. *L. Scipione fratre Romam misso, et Hannone hostium imperatore ceterisque nobilibus captivis, ipse Tarraconem concessit*. Glareanus itaque ad c. 16, 14. credebat, Livium memoria lapsum eamdem rem bis narrasse. At Perizon. in Animadv. Hist. c. 4. p. 165. statuere videtur duplicem L. Scipionis profectionem Romanam; sed in eo Livium peccasse, quod interim nullam reditus ejus in Hispaniam mentionem fecerit. Id autem verius videtur. Primo enim a fratre missus est, ut, nunciata victoria de Karthaginiensibus in Hispania reportata, Hannonem hostium imperatorem ceterosque nobiles captivos Romam deduceret: at nunc missus esse dicitur, ut receptae Hispaniae nuncius foret; qua occasione iterum multos nobiles captivos Romam adduxit. Ceterum *Ab Scipione cum multis* legit Lov. 3. *Et ab Scipione cum multis* Lov. 4. Deinde *captivis* omnes tuentur. Solent autem saepe *captus* et *captivus* commutari. V. ad 6, 22, 4.

§. 2. *Receptas Hispanias ducebat*] *dicebat* Lov. 1. 2. Harl. Gaertner. Dafn. et Hav. Sed nihil mutandum. Solent haec verba in scriptis confundi. V. ad 38, 43, 1. *Ducere* hic est existimare. V. ad 9, 22, 3. Paullo ante *eandem rem*, pro *eam*, Lov. 2. V. ad 10, 10, 6.

§. 3. *In suum decus nomenque velut consummatam ejus belli gloriam spectabat*] Sic quidem omnes libri. Vide tamen, an legendum sit *et in suum decus nomenque olim consummandi ejus belli gloriam spectabat*. J. FR. GRON. Conjecturam Gronovii admitti posse, donec vel liber aliquis, vel conjectura felicior veram huic loco sanitatem adferat, existimat Cl. Crevier. simul monens, cod. unum e suis *velut consummaturam* legere. Codd. mei nihil mutant. Neque aliquid mutandum arbitratur vel Jac. Gronov. vel Ger. Haverkamp. Differt. de voce *Μέγας*. Livium enim more suo adjectivum cum alio nomine construxisse, quam cum quo construi debebat, ac dixisse, *consummatam ejus belli gloriam*, pro *consummati ejus belli gloriam*.

§. 4. *Praemoliendas ibi ratus jam res conciliandosque*] Putean. et quivis optimi *praemolienda sibi ratus jam reconciliandosque*. Scribe: *Itaque praemoliendam sibi ratus jam rem, conciliandosque*. J. FR. GRON. Puteaneo consentiunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Harl. Neque aliter, ut Hearnius testatur, Oxonn. et ed. Romana prin-

Digitized by Google

tam ejus belli gloriam spectabat. Itaque, praemolien- 4
das sibi ratus jam res conciliandosque regum gen-
tiumque animos, Syphacem primum regem statuit
tentare. Masaesylorum is rex erat. Masaesyli, gens 5
adfinis Mauris, in regionem Hispaniae, maxime qua
sita Nova Karthago est, spectant. Foedus ea tem- 6
pestate regi cum Karthaginiensibus erat, quod haud

ceps. *Itaque praemoliendas sibi ratus jam res conciliandosque* Lov. 3. 4. 5. a quibus in eo differunt Ber. a m. 1. et Gaertn. quod *praemolienda*, et reliquae edd. principes, quod *reconciliandosque* legant. *Itaque praemolienda sibi ingenia ratus jam reconciliandosque* Ber. a m. 1. [2?] Hafn. et Hav. *Itaque permollienda sibi ingenia ratus reconciliandosque* Brancal. Latinii. Sed optimorum codd. vestigia ostendunt, veram esse Gronovii conjecturam.

Syphacem primum regem statuit tentare. Masaesylorum is rex erat] Libro 24. sub finem [c. 48, 13.] Galam, Masaniissae parentem, Masaesylorum regem Livius scripsit, hic Syphacem. Et certe hoc loco posita descriptio convincit, Sigam fuisse, ubi Scipio applicuerit, ea Africae parte, qua Nova Carthago eam spectat, ut hic fatetur author. Cirtha vero (quamquam magis credo, eam caput regni Syphacis fuisse, quod postea l. 30, [12, 3.] scribet Livius) huic loco minime quadrat. Suspicor autem Livium duobus his nominibus *Masaelybum* ac *Masaesylorum* deceptum: quod nulli mirum videri debet, cum in codicibus Strabonis, qui tamen lib. ultimo ex professo ea distinguit, idem erroris in omnibus, quae nos vidimus, exemplaribus acciderit. GLAR. Pal. 1. *Massesulorum*. sec. *Masessulorum*. tert. *Masesulorum*. Vet. ed. *Massessulorum*. Silius Ital. 16, 171.

Massylis regnator erat ditissimus oris.

Ad quem locum Claud. Dausquej. rescribendum censet *Massylorum is rex erat. Massyli gens affinis Mauris*. V. notas ad 24, 48. GEBH. Similes aliasque adhuc lectiones, quam ex suis adfert Gebhardus, in codd. meis inveni, quae tamen omnes docent, potius *Masaesylorum* et *Masaesyli*, quam *Massylorum* et *Massyli*, legendum esse. Praeter illa, quae supra dixi ad 24, 48, 2. videndus est Cellar. 4. Geogr. ant. 5. in princ. *Misenorum is rex erat. Gaetuli gens affinis Mauris* Hearnii L. 1.

§. 5. *Regionem Hispaniae, maxime qua sita nova Karthago est, spectant*] Pal. 1. *in regionem*. GEBHARD. Omnes Gall. unus Pall. *in regionem*. Sic l. 5, [1, 9.] *Aliis frons in Etruriam spectans obstruebatur*. Plinius 18, 33. *In hunc Italiae palmites spectent*. Et iterum: *Quum aestate pasces, in occidentem specta ante meridiem, post meridiem in occidentem*. [l. *orientem*.] cap. seq. *In hunc Asiae, Graeciae, Hispaniae, maritimae Italiae, Campaniae, Apuliae, arbusta vineaeque spectent*. J. FR. GRON. Vulgatum *regionem Hispaniae spectant* apud me tantum superest in Ber. et Gaertn. apud

gravius ei sanctiusque, quam vulgo barbaris, qui-
7 bus ex fortuna pendet fides, ratus fore, oratorem
8 ad eum C. Laelium cum donis mittit. Quibus bar-
barus laetus, et quia res tum prosperae ubique Ro-
manis, Poenis in Italia adversae, in Hispania nul-
lae jam erant, amicitiam se Romanorum accipere
adnuit. firmandae ejus fidem nec dare, nec acci-
9 pere, nisi cum ipso coram duce Romano. Ita Lae-
lius, in id modo fide ab rege accepta, tutum ad-

Hearnium autem in solo D. Reliqui cum Brancal. Latinii *in regionem*. Supra 5, 5, 5. *Munitiones non in urbem modo, sed in Etruriam etiam spectantes*. Colum. 7, 3, 24. *Ante meridiem grex in orientem spectans agatur*. V. Jac. Gronov. ad 25, 9, 10.

§. 6. *Foedus ea tempestate regi cum Karthaginiensibus erat*] Hic idem rex bis cum Romanis foedus iniit, semel etiam missis ad hoc Romam, et rursus a Roma ad regem legatis: et a posteriore quidem foedere tres duntaxat anni intercesserunt. Nec satis hoc purgatur, quod rex barbarus erat, cum Scipio hoc idem timere debuerit, qui hic novum (si Diis placet) sancit foedus. Si cum perfido, quorsum id ferire attinebat? Sin cum eo, cui utique fidendum erat, qui fit, ut eum veteris foederis et prope nuper icti non admonuerit? Sed profecto suspicor, Livium oblitum postea eorum, quae antea scripserat: id quod jam saepe admonuimus. GLAR. Pal. 3. *Foedus ea tempestate regium Carthaginiensibus erat, quod aut gravius eis antiquiusque, quam vulgo barbaris*. GEBHARD.

§. 8. *Poenis autem in Italia adversae*] Particulam *autem* expunximus. RHEN. Pal. 1. et vet. ed. *Poenis autem in Italia adversae*. Pal. 2. *Poenis in Italia adversae*. Pal. 3. *Poenis in Italia adversae, Hispania nulla erat*. GEBH. Particulam *autem* agnoscunt Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum Hearnii L. 1. Particulam hanc ex numero earum esse, quibus librarii orationem Livii, ut putabant, male hiantem fulcire conati sunt, supra vidimus ad 21, 40, 11. An tamen tot testibus fide dignis firmata lectio unius auctoritate inmutanda sit, haud inmerito dubitare videor.

Amicitiam se Romani accipere] Gall. omnes, et Voss. *Romanorum*. J. FR. GRON. Ita non tantum omnes codd. mei, sed etiam edd. antt. Quum autem Parisienses anno 1573. et sequentes editores per compendium dedissent *amicitiam se Rom. accipere*, ultima tandem Gruteri editio *Romani* substituit.

Nisi cum ipso coram duce Romano] Non adsentior Freinshemio, qui ad Curtii 8, 12, 6. deleta praepositione, legebat *nisi ipso coram duce Romano*. Omnes enim, et scripti, et typis editi, stant a vulgata lectione, quae etiam commodum sensum habet. Syphax recusabat promittere, se amicitiam firmaturum, nisi

Digitized by Google

entum fore, ad Scipionem rediit. Magnum in om- 10
ia momentum Syphax adfectanti res Africae erat,
pulentissimus ejus terrae rex, bello jam expertus
psos Karthaginienses, finibus etiam regni apte ad
Hispaniam, quod freto exiguo dirimuntur, positis.
Dignam itaque rem Scipio ratus, quae, quoniam 11
non aliter posset, magno periculo peteretur, L. Mar-
cio Tarracone, M. Silano Karthagine Nova, quo
pedibus ab Tarracone itineribus magnis ierat, ad

um ipso duce Scipione, et qui-
em cum eo non per legatum
aelium, sed praesente ac co-
am. Mecum sentit Cl. Dukerus,
ui non minus recte dici putat
rmare fidem cum aliquo, quam
ervare fidem cum hoste apud Cic.
. de Off. 29. et *mutare fidem cum*
llo apud Ter. Phorm. 3, 2, 27.
quod frustra Gujetum et Boecle-
um sollicitare judicat. Ceterum
Cl. Jac. Perizon. haec verba ita
n margine Livii interpretatur,
um ipso, scilicet Laelio, *coram*
luce Romano, nempe Scipione.
At sensum Livii esse puto *cum*
ipso duce Romano Scipione, et
quidem *coram*. ut *coram* hic po-
natur adverbialiter, quemadmo-
dum 2, 47, 4. *Ad restituendam a-*
iem se ipse coram obfert. 43, 5, 6.
Si coram eum arguere vellent. Cic.
. ad fam. 12. *Coram me tecum*
adem haec agere saepe conantem
pudor deterruit. Et paullo post:
Sin autem differs me in tempus a-
liud, coram tecum loquar.

§. 9. *Ad Scipionem rediit*] *ad Scipionem redit* scripsimus. RHENAN. Ita et Voss. Lov. 1. 4. Harl. Hav. et omnes, quas vidi, edd. usque ad Froben. qui anno 1535. *rediit* substituit. Quum itaque in ea demum ed. adnotationes Rhenani prodierint, et ex ipsius mente Livius ibi emendatus sit, existimo manum Rhenani hic aberrasse, eumque *rediit*, pro *redit*, legere voluisse. Si enim *redit* veram lectionem putasset, non opus erat hac adnotatione, quum omnes priores jam ita exhiberent. *rediit* autem est in reliquis scriptis. V. ad 36, 35, 2.

§. 10. *Opulentissimus ejus terrae*] Hic deerat vocabulum *rex*, quod inseruimus, *opulentissimus ejus terrae rex*. Et mox, pro *quae freto exiguo dirimuntur*, reposuimus *quod freto exiguo dirimuntur*, subaudi *fines*. Paullo post praenominis literam Syllano praefiximus. Sequimur enim ubique, quatenus licet, auctoritatem Mss codicis. RHEN. Pal. 3. *Magnum in omnia momentum Siphax affectanti rex Affricae erat opulentissimus ejus terrae rex* etc. *finibus ejus regni apte ad Hispaniam*. GEBH. Vocabulum *rex* exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. et Hav. In praecedentibus alio ordine *res erat Africae* legunt Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535. In sequentibus *quo freto* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Reliqui codd. *quod*, ut Rhenanus voluit. Mox vero in §. seq. Silani praenomen *M.* a Rhenano additum omittitur in

Digitized by Google

12 praesidium Hispaniae relictis, ipse cum C. Laelio duabus quinqueremibus ab Karthagine profectus tranquillo mari plurimum remis, interdum et leni
13 adjuvante vento, in Africam trajecit. Forte ita incidit, ut eo ipso tempore Hasdrubal pulsus Hispania, septem triremibus portum invectus, anchoris
14 positis terrae adplicaret naves; quum conspectae duae quinqueremes haud cuiquam dubio, quin hostium essent, obprimique a pluribus, priusquam portum intrarent, possent, nihil aliud, quam tumultum ac trepidationem simul militum ac nautarum,

Flor. Lov. quinque, Ber. Hav. et Hearnii L. 1.

§. 12. *Interdum et leni adjuvante vento*] Scripsimus *juvante*. RHEN. *juvante* Rhenanus. At nostri *adjuvante*. J. FR. GRON. *adjuvante* similiter omnes mei, et Hearnii Oxonn. Praeterea *interdum leni* Lov. 5. *interdum etiam leni* Hav. *interdum et levi* Voss. Lov. 1. 3. 4. Ber. Gaertn. et edd. ante Ascens. anni 1513. V. ad 36, 31, 8.

§. 14. *Haud cuiquam dubio, quin*] Perizonius ad Sanctii 3, 6, 6. 3, 9, 1. et 4, 4, 28. citat *haud cuiquam dubio opprimi posse*. Errare humanum est. DUK. Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii conjecit *haud quoquam dubio*, id est, dubitante. At Jac. Periz. ad Sanct. loco posteriore exponendum docet *haud cuiquam dubio* sc. ente, vel existente. V. ad 4, 47, 7. Ceterum *quum*, vel *tum*, *consecutae duae quinqueremes videntes septem triremes, quod sine dubio hostium essent* Lov. 2. Hav. et Hafn.

§. 15. *Quam Poeni anchoras moliretur*] Sic supra [c. 7, 7.] *Et molientibus ab terra naves Philippus advenit*. RHEN. De hac locutione plura ad eum loc. notantur. Paullo ante τὸ *paullo* non adparet in Lov. 1. 2. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum. Tum *acriore vente* legit Lov. 4.

§. 16. *Nec ultra tumultum edere quisquam in regio portu audebat*] Antiqua lectio *nec ultra tumultum agere quisquam in regio portu audebat*. Ex iis corruptis verbis hanc germanam Livii lectionem erui: *nec ultra tumultum agere quis quicquam in regio portu audebat*. RHEN. Vet. ed. et Pal. pr. *nec ultra tumultum edere quisquam*. sec. ac tert. *nec ultra tumultum agere quisquam*. GEBH. *agere quis quicquam* est a Beato, cum vulgo esset *edere quisquam*. Put. *nec ultra tumultum ciere quisquam*. Alii omnes libri plus aut minus vitiati. Fortasse malis *nec vim facere aut tumultum ciere quisquam in regio portu audebat*. J. FR. GRON. *tumultum edere priusquam in regio portu* Lov. 1. *tumultum edere quisquam in regio portu* Voss. et Ber. *tumultum agere quisquam in regio portu* Lov. 3. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac D. *tumultum dare in regio portu* Hav. *tumultum dare*

Digitized by Google

nequidquam armaque et naves expedientium, fecerunt. percussa enim ex alto vela paullo acriori vento 15
prius in portum intulerunt quinqueremes, quam Poeni anchoras molirentur. nec ultra tumultum ciere 16
quisquam in regio portu audebat. Itaque prior in terram Hasdrubal, mox Scipio et Laelius egressi, ad regem pergunt.

XVIII. Magnificumque id Syphaci (nec erat aliter) visum, duorum opulentissimorum ea tempestate 1
duces populorum uno die suam pacem amicitiamque petentes venisse. Utrumque in hospitium invitat; 2

quisquam in regio portu Cantabr. et Flor. a m. 1. in quo *edere* interpolatur a m. 2. Reliqui *tumultum ciere quisquam in regio portu*, ut Gronov. voluit; quod idem Gronov. se in quinque codd. reperisse testatus est, ac probavit 4. Obs. 6. p. 84. Infra 41, 24, 17. *Quid vanos tumultus ciemus?* Sic *seditiones ciere* 4, 52, 2. Similiter *pugnam*, *proelium*, *bellum ciere*; de quo v. ad 2, 47, 1. ubi etiam quidam codd. *agebat*, pro *ciebat*. V. etiam ad Silii 14, 31.

Itaque prior in terram Hasdrubal] In antiquo libro legitur *Ita in terra prior Hasdrubal*. subaudire poteris verbum *fuit*. RHEN. De his et sequentibus ita Silius [16, 178.]

Has adjungere opes avidus, reputansque laborem etc.

MOD. Pall. 2. ac 3. *Ita in terram prior Asdrubal*. GEBH. Consentit Flor. Sed *Ita prior in terram Hasdrubal* Lov. 1. 2. 5. *Itaque prior Hasdrubal* Hav.

§. 1. *Magnificumque id Syphaci, nec erat alias visum*] Volumen Spirense non habet *alias*, sed *aliter*. Qui nobis hunc Livii locum depravavit, *alias* pro *aliter* supponendo, in hoc lapsus est, quod *visum* ordinabat cum *aliter* adverbio. quae quum illi parum Latina videretur oratio, *aliter* vertit in *alias*. At *visum* postrema vox referenda erat ad primam *Magnificumque*, et ea posterior clausula per parenthesin legenda hoc modo: *Magnificumque id Syphaci (nec erat aliter) visum*. quemadmodum nos in contextu restituimus. RHEN. *aliter* etiam omnes mei, nisi quod *alter* sit in Lov. 2. Praeterea *Magnificum* Flor. a m. 1. sed *que* postea adjectum est.

§. 2. *Et quoniam fors eos sub uno tecto esse, atque ad eosdem penates, voluisset*] *et* particula non est in cod. scripto. RHEN. Non est mihi dubium, quin Livius scripserit *atque in eodem penate, voluisset*. quod est in veteribus libris. De qua voce sic Festus: *Penatis Labeo Antistius singulariter posse dici putat, quia pluraliter Penates dicantur, cum patiatur proportio etiam Penas dici, ut optimas, primas, Antias*. Hunc loquendi morem cum ignorarent, qui ante me Livium emendarunt,

Digitized by Google

et, quoniam fors eos sub uno tecto esse, atque ad eosdem penates, voluisset: contrahere ad conloquium dirimendarum simultatium caussa est conatus; Scipione abnuente, aut privatim sibi ullum cum Poeno odium esse, quod conloquendo finiret, aut de republica se cum hoste agere quidquam in-

veteres libros temere depravarunt. SIG. Respuunt Pall. duo τὸ *et*. Dein sec. *atque in eosdem penates*. Unde Sigonius non dubie emendandum censet *atque in eodem penate*. GEBH. Quod Sigonius magna confidentia hic reponit, *atque in eodem penate*, etsi duobus summis viris persuaserit, nec nos in ullo invenimus, et prae vulgato recipiendum non esse, certissima ratione in 4. Obs. 6. evicimus. Duo recentissimi *in eosdem penates*. caeteri omnes, ut antehac publicatum. J. FR. GRONOV. Copulativum *et* omnes mei agnoscunt. Tum *fors*, pro *fors*, Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, frequentissimo scribarum lapsu. V. ad 1, 9, 15. Hinc *esse ad eosdem penates* Lov. 2. *esse at eosdem penates* Gaertn. *esse atque eosdem penates* Ber. *esse atque in eosdem penates* Rec. Reliqui recte vulgatum *atque ad eosdem penates* servant. *ad* hic est apud. Supra 2, 19, 7. *Ad alterum cornu Aebutius magister equitum in Octavium Mamilium impetum dederat*. V. ad 7, 7, 4. Alter virorum doctorum, qui emendationem Sigonii probavit, est magnus Scalig. qui locum Livii ex mente Sigonii laudavit ad Fest. v. *Penates*, ut Gronov. in Obs. d. l. observat.

Contrahere ad conloquium dirimendarum simultatum caussa est conatus] Non est in cod. scripto *ad colloquium*, sed *in colloquium*. RHEN. Contra omnes mei *ad conloquium*; id igitur recte Jac. Gronov. revocavit, quum Froben. anno 1535. et mox reliqui, Rhenano obsecuti, *in colloquium* vulgassent. Deinde *simultatium* Flor. quod se etiam in Pall. invenisse, Gebhardus supra testatur ad c. 16, 10. Id autem in contextum admisi. V. ad 9, 38, 12. (*39, 44, 9.) Mox §. seq. etiam Jac. Gronov. priscarum edd. lectionem *se cum hoste agere quidquam* Livio reddidit, consentientibus plerisque scriptis. Aldus primo dedit *quicquam se cum hoste agere*; quod firmat Flor. postea Froben. anno 1535. mutavit *se quicquam cum hoste agere*.

§. 4. *Illud magnopere contendente rege*] Melius hic placuit vulgata lectio, quam ea, quae est in vet. libro. Siquidem habere videtur *Illuc magnopere tendente rege*. Nos tamen aliter distinximus sententiam. RHEN. Put. *Illud magno opere tendente rege*. In posteriorem mutationem caeteri omnes Gall. et Pall. tum Voss. codexque Rhenani, quem tamen hic ille spernit, consentiunt. J. FR. GRON. Vulgatum *magnopere contendente* est in Hearnii L. 1. *magno opere tendente* in ejusdem N. et D. Saepe librarii *magno opere* et *magnopere* inter se commutarunt. Supra 1, 17, 1. *Quia nemo magno opere eminebat in novo populo*. Ita tres codd. et insuper Lov. 1. ac 2. l. 3, 18, 2. *Introductis nunciis magno opere censet*. Ita ex auctoritate sex codd. ibi

Digitized by Google

jussu senatus posse. Illud magno opere tendente 4
rege, ne alter hospitum exclusus mensa videretur,
ut in animum induceret ad easdem venire epulas,
haud abnuit. Coenatumque simul apud regem est: 5
et eodem etiam lecto Scipio atque Hasdrubal (quia
ita cordi erat regi) adcubuerunt. Tanta autem in- 6

edidi, quibus accedunt Flor. et Lov. 1. c. 71, 8. *Magno opere se suadere populo.* Ita duo ibi codd. quibus adde Lov. 1. et 2. l. 6, 5. *Haud magno opere plebem moverant.* Ita ex septem meis, et duobus Gebhardi Mstis vulgari curavi. c. 22, 7. *Civiles jam res haud magno opere obeuntem bella excitabant.* ita duo mei. 7, 14, 2. *Tullius magno opere a dictatore petere.* et *Illi quoque tamen videndum magno opere esse.* Sic utroque loco quatuor codd. 9, 33, 8. *Negare Appius, interrogationem tribuni magno opere ad caussam pertinere suam.* Sic iterum quinque codd. 21, 33, 11. *Quia nec montanis primo perculsis, nec loco magno opere impediebantur.* 22, 37, 4. *Quae ne accipere abnuant, magno opere se Patres conscriptos orare.* Ita utroque loco unus ex optimis meorum; posteriori etiam optimi Gronovii. 25, 40, 11. *Magno opere monuisse duces dicitur.* Sic iterum tres codd. 34, 60, 5. *Magno opere confidere, et Karthaginienses ad rebellandum ab se compelli posse.* 35, 46, 5. *Aetoli magno opere suadere.* 36, 28, 5. *Nec, Hercle, inquit, magno opere nunc curo.* 37, 60, 5. *Nihil magno opere ea Cretenses moverunt.* Ita his quatuor locis varii codd. Similiter etiam apud Colum. 3, 10, 17. *Magno opere censeo in eligendis seminibus adhibere curam.* 4, 24, 17. *Palmites clavículis ac nepotibus liberandos magno opere censeo.* Sic utroque loco optimus Sangerm. V. Gebhard. ad Liv. 4, 3, 2. et Corte ad Plinii 1, 7, 3. Similiter *tanto opere.* V. ad 26, 50, 12. *quanto opere.* V. ad 37, 56, 9. *maximo opere* apud Cic. 3. ad fam. 2. *A te maximo opere etiam atque etiam quaeso et peto. summo opere* Cic. 2. de Inv. 1. *Quum puerorum igitur formas et corpora summo hic opere miraretur.* Praeterea *tendente*, pro *contendente*, omnes mei, cum edd. ante Ascensianam anni 1513. *contendente* natum puto ex glossa interpretis. Ita peccatur 6, 34, 3. 28, 8, 2. (* 38, 45, 2.) et alibi. De verbo *tendere* hoc sensu v. ad 32, 32, 7.

§. 5. *Et eodem etiam lecto*] Particulam *et* delevimus. RHEN. Sed male. Eamdem enim servant omnes mei, cum Hearnii L. 1. Sed particulam jam pristino loco restituit Cl. Jac. Gronovius.

§. 6. *Facunde adloquendo sibi conciliaret, mirabilioremque sibi eum virum congresso*] Scripsimus *sibi conciliarit, mirabiliorem sibi eum*, conjunctione *que* et accusativo *virum* dispunctis. RHEN. Put. Men. Gud. Voss. Mur. *sibi eum virum congresso.* Videntur delesse, quia sequitur *illi viro.* Nec negem, alterutro loco supervacaneum esse; sed utro, considerandum. J. FR. GRON. *sibi conciliaret*, ut ante Rhenanum edebatur, Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Deinde *mirabilioremque prae se ferebat* consistere nequit, quia praecessit *ut conciliarit*; vel *conciliaret*; unde di-

Digitized by Google

erat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut non Syphacem modo, barbarum insuetumque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum, facunde adloquendo sibi con-
7 ciliaret, *mirabilioremque sibi eum virum congresso coram visum* prae se ferebat, *quam bello rebus gestis.*
8 *Nec dubitare, quin Syphax regnumque ejus jam in Romanorum essent potestate. eam artem illi viro ad con-*

cendum erat *mirabilioremque prae se tulerit*, vel *ferret*. Rhenanus quidem expunxit copulam *que*; sed illam agnoscunt omnes codd. Mitiori itaque conjectura Cl. Jac. Perizon. supra ad c. 12, 13. legebat *mirabiliorem qui:* quod videtur praestare. Praeterea *eum virum* Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. Si autem, quod Gronov. non negabat, alterutro loco vox illa supervacanea esse existimari debet, eam hic potius delerem, auctore Rhenani codice, quam infra, ubi in ea conservanda conspirant omnes codd. Verum neque hic *virum*, neque infra *viro* mihi suspectum est. Livium enim a repetenda voce, quae modo praecessit, non abhorrere, satis supra probatum est ad 1, 3, 9. Denique *congressio coram visum* Lov. 2. Harlej. Gaertn. et Hav. *congressu coram visum* Hearnii D. Male. Jungendum enim est *sibi congresso coram.*

§. 8. *Regnumque ejus jam in Romanorum esset potestate*] Particulam *jam* erasimus. RHEN. Omnes Gall. *regnumque ejus in Romanorum esset potestate.* J. FR. GRON. Rhenano favet unus Hearnii D. Reliqui Oxonn. cum omnibus meis particulam illam tuentur. Deinde, quum vel Parisini anno 1573. vel alii *in Rom. esset potestate* per compendium edidissent; ultima tandem Gruteri pessime vulgavit *in Romana*, in cujus locum veram scripturam reduxit Gronov. V. ad c. 17, 8. Tandem *Syphax regnumque ejus esset*, pro *esset*, Flor. Lov. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. principes. Quod idem quum se quoque in Put. et Victor. reperisse profiteatur Cl. Crevier. Livio reddere non dubitavi. V. ad 1, 31, 7.

§. 9. *Non quo modo Hispania amissa sit*] Idem *non quomodo Hispaniae amissae sint.* ut et editiones vetustiores. Cur ergo numerum mutarunt? nisi Hispaniam citeriorem et ulteriorem eandem esse crediderint. J. FR. GRON. *Hispania amissa sit* in solo iterum est Hearnii D. Ceteri cum omnibus meis *Hispaniae amissae sint.* Neque aliter edd. ante Froben. anni 1535. Supra c. 17, 2. *Parvum instar eorum, quae spe ac magnitudine animi concepisset, receptas Hispanias ducebat.* Mox cap. seq. *Hispaniae sicut a bello Punico quietae erant.* et iterum, *Quum dubiae Hispaniae essent.* c. 28, 13. *Et, sic loquor, tamquam sine duce Hispaniae futurae fuerint.* V. ad 30, 30, 13.

§. 10. *Relictis exercitibus, duabus navibus in Africam trajecisse,*

Digitized by Google

ciliandos animos esse. Itaque non, quo modo Hispaniae 9
amissae sint, quaerendum magis Karthaginiensibus esse,
quam, quo modo Africam retineant, cogitandum. Non 10
peregrinabundum, neque circa amoenas oras vagantem
tantum ducem Romanum, relicta provincia novae di-
tionis, relictis exercitibus, duabus navibus in Africam
trajecisse sese in hostilem terram, regiam in fidem inex-
pertam: sed potiundae Africae spem adfectantem. Hoc 11

et commisisse sese in hostilem terram in potestatem regiam] Put. Men. Reg. Voss. et praestantior Pall. *relictis exercitibus duobus in Africam trajecisse sese in hostilem terram regiam, in fidem inexpertam.* Sic, inquam, resectis mediis, illi quinque, nisi quod Regius hoc uno differens: *duabus quinquaremibus. Exercitibus duobus*, nempe altero sub L. Marcio Tarracone, altero sub M. Junio Silano Carthagine Nova. *Trajecisse sese* accipe, ut sit, quod est, trajiciendo mare venisse, et commisisse sese *in hostilem terram, regiam, infidam, inexpertam.* Ita videtur sufficere, quod est in scriptis, ut centonibus opus non sit. *Regiam* dicit aulam barbari regis, cui non temere te credas, nisi fidei et incolumitatis quaedam pignora habeas. J. FR. GRONOV. Codicibus Gronovii consentiunt Flor. Cant. et Hearnii L. 1. Neque inde abeunt Hav. et Hearnii N. nisi quod, ut Gronov. conjecit, *infidam*, pro *in fidem*, praeferant. *relictis exercitibus duobus, navibus in Africam trajecisse* (*trajecisse in Africam* Lov. 5.) *sese in hostilem terram, regiam in fidem inexpertam* Lov. 1. et 5. *relictis exercitibus duobus in Africam trajecisse, et commisisse se in hostilem terram regiam, in fidem inexpertam* Lov. 3. *relictis exercitibus, ducibus, navibus in Africam trajecisse, et commisisse in hostilem terram, in potestatem regiam, in fidem inexpertam.* Vulgatum superest in Ber. et Gaertn. neque aliter legunt Lov. 2. et 4. nisi quod in eorum priori sit *duobus* pro *duabus*, in altero desint *et commisisse.* J. Fr. Gronovius olim 4. Obs. 6. p. 88. quia in optimo Put. supererat *duabus*, vocem *navibus* vicinitate similium literarum elisam esse credebat, eaque addita ad arbitrium optimorum librorum legebat: *duabus navibus in Africam trajecisse sese, in hostilem terram, regiam in fidem inexpertam.* Emendationem firmabat testimonio Val. Max. quem in Livio *duabus navibus*, et *trajecisse sese* legisse putabat, quum eum imitatus scriberet 9, 8, 1. *Quam temere se Africanus superior ex Hispania duabus quinquaremibus ad Syphacem trajecit, in unius Numidae infidis praecordiis suam pariter et patriae salutem depositurus!* Cl. Crevier. etiam *duabus navibus* servandum putabat, eamque lectionem, praeterquam loco Val. Max. etiam inlustrabat loco Liv. ex c. 42, 21. *Duabus navibus populi Romani imperator fortunam publicam et majestatem imperii commisisti.* Deinde, ejectis vocibus *et commisisse*, ultimam partem periodi *in hostilem terram, in potestatem regiam, in*

Digitized by Google

eum jam pridem volutare in animo, hoc palam fremere, quod non, quemadmodum Hannibal in Italia, sic Scipio
12 *in Africa bellum gereret.* Scipio, foedere icto cum Syphace, profectus ex Africa, dubiisque et plerumque saevis in alto jactatus ventis, die quarto Novae Karthaginis portum tenuit.

fidem inexpertam auctoritate Victor. cod. tuebatur. Potius tamen voces *in potestatem*, tot tantisque codicibus confisus, ejeci. *trajicere sese*, ut *trajicere milites;* de quo dictum ad 2, 11, 2. Alia ejus locutionis exempla passim obvia sunt. Infra c. 36, 1. *Ut classem in Italiam trajiceret.* c. 42, 22. *Quos* [exercitus] *regio more per superbiam consules, quo terrarum velint, trajiciant.* c. 46, 7. *In Italiam navibus duodecim millia peditum trajecit.* Sic 31, 45. 36, 19. 37, 2. et 3. 38, 25. 42, 18. 31. 37. 51. et alibi.

Sed potiundae Africae spem adfectantem] *Affectare spem* utcumque Grammatice dicitur. Verum non satis intelligo, quid sibi velit, quod dicit, *potiundae Africae spem affectantem.* Certe Scipio spem magno emit, si tantis periculis nihil aliud adsequi in animo habebat, nisi ut affectaret spem Africae obtinendae. Ego opinor locum esse vitiatum. Codex scriptus habet *spe adsectantem.* Si quis divinationem nostram recipere velit, leget, *sed potiundae Africae pretia sectantem.* Quae sententia Livio digna erit. Scriba mutavit *pre* in *spe*, et *tia* in *ad.* Ea posterior particula cum sequenti participio connexa constituit *adsectantem*, quod alius postea vertit in *adfectantem*, cum *spem* pro *spe* scripsisset. RHEN. Rhenanus hic iterum occasionem affectat imprimendi vulnus Livio: quippe, his verbis nequicquam in dubium vocatis, ex codicis sui, qui habere dicitur *spe adsectantem*, vestigiis reponit *precia sectantem.* Pall. 1. 3. et ant. ed. vel minimum hic innovare dissuadent. solus sec. *sed provinciae Africae spem affectantem.* GEBH. *sed potiundae Africae spem adfectantem* omnium vett. librorum auctoritate confirmatum est, nec mutandum cum Rhenano *pretia sectantem.* Habet eamdem figuram loquendi Ovidius 5. Metam. [377.] ubi Venus de Proserpina: *nam spes adfectat easdem.* J. FR. GRON. Nihil etiam hic vel mei, vel Oxonn. Hearnii mutarunt. Gronovius in pr. ed. not. malebat *Africae spem sectantem.* Pertinaciter tamen contendere nolebat contra eum, qui se in vulgato aliquid acuminis reperisse, et hinc defendendum putaret.

§. 12. *Et plerisque saevis in alto jactatus ventis*] Scripsimus *et plerumque saevis.* RHEN. Unus Ber. a m. 1. servat *plerisque;* a m. autem 2. una cum reliquis Mstis legit *plerumque.*

§. 1. *Sicut a bello Punico quietae erant*] Ita Pal. 1. et vet. ed. Sed reliqui duo codd. *sicut bello Punico quietae.* GEBH. *sicut bello Punico quietae* etiam Lov. 4. Alterum est in reliquis omnibus. V. ad 2, 34, 1.

Illiturgum et Castulo erant] Legendum *Illiturgi et Castulo erant*, suffragante codice vetusto. Pli-

Digitized by Google

XIX. Hispaniae sicut a bello Punico quietae erant, 1
ita quasdam civitates, propter conscientiam culpae,
metu magis, quam fide, quietas esse adparebat: quarum maxime insignes et magnitudine et noxa Illiturgi et Castulo erant. Castulo, quum prosperis 2
rebus socii fuissent, post caesos cum exercitibus

nius [3, 1.] *Illiturgi, quod forum Julium.* Desinunt autem pleraque vetera Hispaniae oppidorum nomina in *i*, ut *Ipaslurgi*, *Astigi*, *Virgi*, *Sexi*, *Ossigi*, *Tuati*, *Attubi*, *Alostigi*, et similia. GLAR. *Illiturgum* edidit Aldus, cui fere concinit Hearnii L. 1. *Illiturgum* exhibens. *Illitergium* Lov. 5. *Illiturgia* legunt edd. antt. cum Mstis Ber. et Gaertn. *Iliturgi* Flor. a m. 1. et Voss. *Illiturgi* reliqui; quomodo fere semper alibi scribitur. V. ad §. 4.

§. 2. *Castulonenses, quum prosperis rebus socii fuissent, post caesos cum exercitibus Scipiones defecerant*] Antiqua lectio *Castulo, quum prosperis rebus socii fuissent, post caesos cum exercitibus Scipiones defecerat ad Poenos.* Nec dubito, sic scripsisse Livium. Castigatorem offendit verbum *socii* pluralis numeri. RHEN. Pall. tres, et vet. ed. *Castulo, quum prosperis rebus* (τὸ *rebus* exemptum est Pal. 2.) *socii fuissent.* GEBH. Dictum l. 2. de Pec. vet. 4. scribendum esse *Castulo, quum prosperis.* Nec aliter codex Rhenani. J. FR. GRON. *Castulo* non modo omnes mei, (unum excipio Hafn. qui servat *Castulonenses*) et Hearnii Oxonn. verum etiam edd. omnes ante Ascensianam anni 1513. Plerique etiam codd. mei *defecerant*, sed *defecerunt* est in Lov. 5. et Hav. *defecerat* in Lov. 1. et multis edd. vett. Male. Locutio *Castulo, socii* inlustratur infra ad 38, 29, 9. *Castulo defecerant* apud Gronov. de Pec. vet. d. l. Est autem quasi nomen conlectivum, pro incolis ejus urbis. V. ad 35, 26, 9. Ceterum *fuissent, caeso cum exercitibus Scipione* perperam Hearnii D.

Scelus etiam defectioni addiderant] Haec verba *scelus etiam defectioni* non sunt in exemplari vetusto, sed tantum *addiderant.* Pro quo verbo fortassis scribendum *perfidi erant*, hoc modo. *Illiturgitani, prodendis, qui ex illa clade ad eos perfugerant*, (sive *profugerant*) *interficiendisque perfidi erant.* Nam sequitur infra, *Ab iis perfidiae et crudelitatis et sceleris poenas expetendas esse.* Non tamen reprehendo lectionem vulgatam. nam et hic *sceleris* scriptum est. RHEN. Omnibus elementis hanc lectionem tuetur vet. ed. nec multum discrepant Pall. duo, quorum sec. *ex ea clade.* dein idem cum pr. *scelus etiam defectionis addiderant.* Sed tert. *intersciendisque addiderant.* Simile quid cum in suo Spirensi exemplari reperisset Rhenanus, rescribere induxerat animum *interficiendisque perfidi erant*, Glauci permutatione. Et hoc est, quod toties ingemino, hominem non subacti satis judicii unius libri aura latum esse ad tot Livio plagas infligendas. Sicut verbis proximis prodigiose Livium depravat: cujus correctio quoniam maximae Livio noxae est, obliterare oblivione malui, quam in

Digitized by Google

Scipiones defecerant ad Poenos. Illiturgitani prodendis, qui ex illa clade ad eos perfugerant, inter-
3 ficiendisque scelus etiam defectioni addiderant. In eos populos primo adventu, quum dubiae Hispaniae essent, merito magis, quam utiliter, saevitum foret.
4 Tunc, jam tranquillis rebus, quia tempus expetendae poenae videbatur venisse, adcitum ab Tarracone L. Marcium cum tertia parte copiarum ad Castulonem obpugnandum mittit: ipse cum cetero

illa exagitanda et convellenda verba ac tempus terere. GEBH. Salvum hoc integrumque in omnibus libris, ut et *merito magis, quam utiliter, saevitum foret*, et est utrumque expeditissimo sensu. Quaecumque hic molitur Rhenanus, ea omnia non sunt nauci: et lenti videbimur multis, qui temeritatem tantam pruriginemque innovandi non acerbe increpemus. Sed hominem fuisse cogitamus; sed multa egregie restituisse, de quibus, quia jam sunt recepta, nihil iteramus; sed tot bonis libri sui abreptum ad vitia ejusdem luscitiosum fuisse; sed eo vixisse tempore, quo nondum fulgebat lux tanta literarum. Et melius est, mixta malis bona accepisse nos, quia subnascitur alius plerumque, qui aliquando ea cautius discernat, quam utrisque caruisse. J. FR. GRON. Optime Gebhardus et Gronovius vulgatum adversus Rhenanum vindicarunt. Nam nihil etiam nostri mutant, nisi quod *scelus etiam defectionis addiderant* legant Voss. Lov. 1. 4. et Hav. *scelus etiam defectioni addiderunt* Ber. et edd. ante Aldum.

§. 3. *Merito magis, quam utiliter, saevitum foret*) Miror in Livio tot loca prodigiose corrupta reperiri, quando omnium studiosorum manibus assidue teritur. Certe hic tam est vitiata lectio, ut totam sententiam cohaerentem obscurarit perdideritque. Nec quicquam profuit codex scriptus. Deprehendi post longam expensionem sensus, legendum hic *increpitos magis, quam ut aliter saevitum foret*. pro eo quod est *merito magis, quam utiliter, saevitum foret*. Quibus verbis restitutis, facile est instaurare totam sententiam ante male distinctam, nimirum hoc modo: *In eos populos primo adventu, quum dubiae Hispaniae essent, increpitos magis, quam ut aliter saevitum foret, tum jam* (sic enim est legendum, quod tamen mendose in Spirensi volumine est *tunicam*) *tranquillis rebus, quia tempus expetendae poenae videbatur venisse, accitum ab Tarracone L. Martium cum tertia parte copiarum ad Castulonem oppugnandum mittit*. Hic habes verbum, huc usque procurrente sententia. RHEN. Nihil mutant codd. nisi quod Ber. Gaertn. et edd. Aldo priores exhibeant *saevitum esset*. Recte autem, Rhenani conjecturam sibi displicere, Gebh. et Gron. ad verba praecedentia ostenderunt. Receptae lectionis hic sensus est: meruisse hos populos, ut Scipio primo adventu

Digitized by Google

exercitu quintis ferme ad Illiturgin castris pervenit. Clausae erant portae, omniaque instructa et parata 5
ad obpugnationem arcendam: adeo conscientia, quid se meritos scirent, pro indicto eis bello fuerat. Hinc et hortari milites Scipio orsus est. *I* 6
psos claudendis portis indicasse Hispanos, quid, ut timerent, meriti essent. itaque multo infestioribus animis cum iis, quam cum Karthaginiensibus, bellum gerendum esse. Quippe cum illis prope sine ira de imperio 7

perfidiae et sceleris poenas ab iis exigeret: quo minus tamen in eos saeviret, obstitisse utilitatem publicam, ne, quum dubiae Hispaniae essent, atrocitate supplicii animos Hispanorum a se magis alienaret. Nescio, cur vulgatum Rhenano displicuerit, nisi forte illa causa exstiterit, quod verba sequentia *tunc jam tranquillis rebus* praecedenti membro non satis cohaerere viderentur, cui emendatione suâ mederi conabatur. Mitiori medicina legisset, addita voce, *itaque tunc jam tranquillis rebus*: verum, Livium saepe hanc et similes voces connectentes omisisse, supra dictum est ad 27, 23, 7.

§. 4. *Ad Illiturgim*] Scribe *ad Illiturgi*. Est enim ἄπτωτον, ut supra dixi. SIG. Put. et Voss. *Illiturgin*. J. FR. GRON. *ad Illiturgium* Lov. 5. et Hav. *ad Illiturgum* Lov. 4. *ad Liturgium* Harl. *ad Illiturgiam* Ber. Gaertn. et edd. vett. *ad Iliturgin* Flor. *ab*[*ad?*] *Illiturgin* reliqui. V. supra ad 21, 60, 7. 24, 41, 8. et 26, 17, 4. Paullo ante *ad Castulonem obpugnandam mittit* Ber et edd. ante Froben. anni 1535. *ad Castulonem mittit oppugnandum* Flor.

§. 6. *Hinc et hortari milites*] Vet. lib. *Hinc exhortari*. SIG. Ita et Hav. ac pauci alii. *Hinc adhortari* Lov. 2. *Hinc et cohortari* Lov. 5. *Hinc et hortari* Flor. Voss. Lov. 1. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. Id quod Crevier. etiam in Put. invenit, et ei, quod Sigonius reposuerat, merito praetulit. Est autem hic error scribarum saepe in codd. antiquis obvius. Exempla v. ad 2, 45, 8. c. 48, 10. 9, 37, 6. et ad Epit. Liv. 35. Adde Pier. ad Virg. 8. Aen. 286. et quae notavi ad Silii 3, 57. Similiter *efferitate*, pro *et feritate*, praeferunt codd. infra 38, 49, 4. ubi alia vide.

Ipsos claudendis portis indicasse Hispanos] Reposuimus *claudendo portas*. In veteri legitur *claudendos portas*. Paulo post *cum illis sine ira prope*, sic ordinavimus *cum illis prope sine ira*. RHEN. Put. sane quoque *claudendos portas*. Inclino tamen magis in *claudendis portis*, quod vulgabatur ante Rhenanum, et in multis habetur scriptis. Atque ita saepe locutum Livium olim adnotatum est. J. FR. GRON. *claudendos portas* etiam Flor. *claudentes portas* Lov. 3. 4. et Harl. *claudendis portis* Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. Pro ea etiam lectione tres e suis (an et Put.)

Digitized by Google

et gloria certari; ab his perfidiae et crudelitatis et sce-
8 *leris poenas expetendas esse. Venisse tempus, quo et nefandam commilitonum necem, et in semet ipsos, si eodem fuga delati forent, instructam fraudem ultiscerentur: et in omne tempus gravi documento sancirent, ne quis unquam Romanum civem militemve in ulla fortu-*
9 *na opportunum injuriae duceret.* Ab hac cohortatione ducis incitati, scalas electis per manipulos viris dividunt: partitoque exercitu, ita ut parti alteri Laelius praeesset legatus, duobus simul locis ancipiti

stare, seque eam praeferre, monuit Crevier. Et recte. V. ad 1, 53, 3. Insuper Gronov. ad 8, 19, 10. legendum conjicit *judicasse*, quod ipsum in Lov. 4. reperi. Saepissime autem ita librarios peccasse, videbimus ad Epit. Liv. 63. Mox transpositionem vocum a Rhenano inductam probant omnes nostri.

§. 7. *Ab iis perfidiae et crudelitatis*] Malim *ab his*, uti et Vossianus. J. FR. GRON. Ita, compluribus libris auctoribus, edidit etiam Crevier. Consentiunt ex meis Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et N. Ita *illis* ad propius, *his* ad remotius erit referendum, de quo v. ad 24, 29, 3. Mox *esse* deficit in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§. 8. *Evenisse tempus*] Scripsimus *Venisse tempus*. RHEN. *Evenisse* est in Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. Ber. et Hav. Sed plerique eorum omiserunt vocem praecedentem *esse*, ut modo vidimus; quae quum breviter *ē* scribatur, *τῷ Venisse* perperam adcrevit. Mox *instructam stragem* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antiquissimae. Deinde *Romanum civem militem vel in ulla* Flor. Voss. Lov. 1. 2. *militemque in ulla* edd. Aldina antiquiores.

§. 9. *Ab hac exhortatione ducis*] Putean. et omnes Gall. unusque Pal. cum Voss. *cohortatione*. J. FR. GRON. Ita et Flor. omnesque ceteri, nisi quod *exhortatione* servet Gaertn. *hortatione* Lov. 4. Mox J. Fr. Gronovius eumque secuti ediderunt *partitoque exercitu*. Priores ignorant copulantem particulam, quae etiam deest in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. et N.

§. 10. *Sed sua ipsorum conscientia culpae metu* etc. *hortatur*] Hanc depravatam clausulam sic restituimus: *sed suus ipsorum ex conscientia culpae metus ad defendendum impigre urbem hortatur*. RHEN. Non secus, ac Rhenanus, Pal. a. Et ferme, nisi unico elemento, (habet enim *hortantur*) consentit tert. At pr. et vet. ed. *sed sua ipsorum conscientia, culpae metus ad defend. imp. urb. hortatur*. GEBH. Lectionem, quae ante Rhenanum vulgo exstitit, primum reperi in Mediol. anni 1505. Ea autem in nullo mihi codice obvia fuit. Edd. principes habebant *sed sua ipsorum conscientia culpae*

Digitized by Google

errore urbem adgrediuntur. Non dux unus, aut 10
plures principes oppidanos, sed suus ipsorum ex
conscientia culpae metus ad defendendam inpigre
urbem hortatur. et meminerant, et admonebant 11
alii alios, *supplicium ex se, non victoriam, peti. Ubi*
quisque mortem obpeteret, id referre; utrum in pugna
et in acie, ubi Mars communis et victum saepe erigeret,
et adfligeret victorem; an postmodo, cremata et diruta 12
urbe, ante ora captarum conjugum liberorumque, inter
verbera et vincula, omnia foeda atque indigna passi,

metus, concinentibus Voss. Lov. 1. 4. Ber. Gaertn. et Hav. *sed sua ipsorum ex conscientia metus* Harl. *sed suus ipsorum conscientia culpae metus* Lov. 1. 3. 5. *sed suos ipsorum conscientia culpae metus* Flor. a m. 1. *sed suae* a m. 2.

§. 11. *Et meminerant, et admonebant alios, supplicium ex se, non victoriam, peti*] Vet. lib. *admonebant alii alios.* SIG. Pal. pr. et ant. ed. *et meminerant, et monuerant alios.* sec. *et meminerant, et admonebant, ex se supplicium.* Gert. *et admonebant, supplicium.* GEBH. Hearne ex L. 1. laudat *et meminebant*, ac respici jubet Vossium 5. Gramm. 39. Verum ita quidem antiqui, et qui antiquos imitantur, locuti sunt; non tamen hunc archaïsmum Livio, sed erranti ejus librario, adscribo. *et meminerant* deest in Lov. 1. Deinde *et movebant alios* Voss. et Lov. 1. *et monebant alios* Lov. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. *et admonebant alios* Flor. et Lov. 4. *et monebant alii alios* Lov. 2. 3. *et monebant supplicium ex se* Hearnii L. 1. Si Sigonii emendationem probamus, credendum est, alteram vocem alterius similitudine excidisse. V. ad 33, 27, 4. Cl. Crevier. lectionem, quae ante Sigonium exstitit, veriorem putat, idque ob duplicem caussam; primo quia vocem ab eo additam Mssi respuunt; deinde quia Latine loquentibus *admonebant alii alios* non notat admonebant sese invicem, sed admonebant alii quidem hos, alii vero illos. Verum prior sola sufficit; et alteram non additam maluissem. Certe enim eo sensu *alius alium* vel *alii alios* apud ipsum Livium occurrere videtur. Ut 2, 10, 9. *Cunctati aliquamdiu sunt, dum alius alium, ut proelium incipiant, circumspectant.* c. 24, 2. *Exsultare gaudio plebes; ultores superbiae Patrum adesse dicere Deos; alius alium confirmare, ne nomina darent.* 4, 22, 5. *Quadrifariam diviso exercitu, qui alii aliis succederent ad pugnam.* 7, 8, 2. *Tandem equites alius alium increpantes, quid deinde restaret* etc. *His inter se vocibus concitati.* 9, 5, 8. *Alii alios intueri, contemplari arma mox tradenda.* 37, 24, 10. *Non tam victoria laeti, quam alius alium accusantes, quod non omnis submersa aut capta classis hostium foret.*

Ubi quisque mortem obpeteret] Pal. 1. *quique.* Probe. GEBH. *Ub*

Digitized by Google

13 *exspirarent.* Igitur non militaris modo aetas, aut viri tantum, sed feminae puerique supra animi corporisque vires adsunt: propugnantibus tela mini-
14 strant, saxa in muros munientibus gerunt. Non libertas solum agebatur, quae virorum fortium tantum pectora acuit; sed ultima omnium supplicia, et foeda mors ob oculos erat. Accendebantur animi

quisque Lov. 1. *Ubi quidque* Flor. *Ubi quisquam* Hav.

§. 12. *An postmodum, cremata et diruta urbe*] Put. *postmodo.* J. FR. GRON. Ita et Flor. V. ad 25, 38, 12. Hinc *gravata* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. Ber. Hav. et edd. vett. Scriptum primo fuerat *gremata*, confusis *C* et *G*. de quo v. ad 6, 25, 6. ex eo deinde facile factum *gravata.*

§. 13. *Sed feminae quoque puerique*] *To quoque* deest in Pall. Mox Pal. 1. *pugnantibus tela ministrant.* tert. *oppugnantibus.* GEBHARD. Omnes Pall. et Gall. ejiciunt *quoque.* quibus non repugnamus. J. FR. GRON. Unus Ber. retinet *quoque*, quod abest a reliquis meis, et omnibus Hearnii Oxonn. Mox, *Non libertas solum agebatur, sed ultima omnium supplicia et foeda mors ob oculos erat.* V. ad 2, 6, 1. *sed pueri feminaeque* est in Lov. 2. Deinde *pugnatoribus* Hearnii N. *pugnantibus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. principes.

§. 14. *Non libertas sola agebatur*] Quis unquam dixit *libertas agitur*, et non potius *libertatis negocium agitur?* Antiqua lectio *Non liberata sola alebatur.* Ex mendosa scriptura sinceram venabimur. Prima syllaba verbi *alebatur* sumpta est a fine praecedentis dictionis. At *lebatur* nihil significat. quid ergo fuit? *laedebatur.* Id, *a* litera accedente, factum est *aledebatur.* pro quo semidoctus scriba supposuit *alebatur.* Tu lege *Non libertas sola laedebatur.* RHEN. Damnat hunc locum Rhenanus. Frustra. Nam Pal. 1. ne apicem demutat ab vulgari lectione. Dein sec. tert. ac vet. ed. *Non libertas sola agebatur.* GEBH. *Non libertas solum agebatur* omnes sine ulla varietate, nisi quod duo Pall. *sola.* Sed quis unquam dixit *libertas agitur*, et non potius *libertatis negotium agitur*, vociferatur Rhenanus: itaque substituit. *Non libertas sola laedebatur.* Sed norint illud tirones ex Livii 7, [31, 7.] quum legati Campani urbem, et populum, divina, humanaque Romanis dedidissent, *tum jam fides agi visa, deditos non prodi.* Quaeque diximus ad illud l. 27, 34, 7. *Donec cognati hominis caussa M. Livii Macati, quum fama ejus ageretur, stantem cogit in senatu sententiam dicere.* Cicero Laelio [17.] *Ut minus justae amicorum voluntates adjuvandae sint, in quibus eorum aut caput agatur, aut fama.* J. FR. GRON. *Non libertas sola agebatur* Lov. 4. et edd. quas vidi, principes. *Non libertas solum agebatur* Aldus substituit, quod, concinentibus re-

Digitized by Google

mi et certamine laboris ac periculi, atque ipsō inter se conspectu. Itaque tanto ardore certamen 15
initum est, ut domitor ille totius Hispaniae exercitus, ab unius oppidi juventute saepe repulsus a muris, haud satis decoro proelio trepidaret. Id ubi 16
vidit Scipio, veritus, ne vanis conatibus suorum et hostibus cresceret animus, et segnior miles fieret, sibimet conandum ac partem periculi capessen-

liquis scriptis, servarunt secuti editores. in uno Harl. est *augebatur* sollemni scribarum errore. V. ad 27, 9, 11. De locutione *agitur libertas* v. ad 27, 34, 7. et Sigonium ad 28, 33, 5. Mox *tantum* displicet Crevier. quia praecedit *solum*, et paullo ante *modo*, *tantum*. Sed omnes scripti eam particulam servant.

Sed ultima omnibus supplicia, et foeda mors ob oculos erat] Gallici omnes optimusque Pall. et Voss. *omnium*. Cujus sensus est, non tantum suam quemque, sed aliorum etiam, primo propinquorum, dein amicorum et civium vicem miseratum, et futuram calamitatem animo praecepisse. J. FR. GRON. *omnibus* soli Ber. Gaertn. et Hearnii D. Reliqui, et mei, et Oxonn. Gronovio consentiunt.

§. 15. *Haud satis decoro proelio trepidaret*] Scripsimus *haud satis decoro proelio trepidarit*. RHEN. Omnes mei tuentur *trepidaret*; quod Crevier. quoque de Put. et Victor. et Hearnius de Oxon. L. 1. testantur. Id igitur Livio reddidi.

§. 16. *Veritus, ne vanis tot conatibus suorum hostibus cresceret animus*] In exemplari Spirensi duntaxat est: *veritus ne vanis tot conatibus cresceret animus*. Fortasse legendum est: *veritus ne vanis tot conatibus decresceret animus, et segnior miles fieret*. Ita bene haberet sententia. RHENANUS. *veritus ne vanis conatibus suorum hostibus cresceret animus* Put. et omnes Gall. optimusque Pal. et Voss. secus atque voluit Rhenanus, omisso interim τῷ *tot*. J. FR. GRON. Cantabrig. *et hostibus cresceret animus*. JAC. GRON. *ne vanis conatibus tot suorum* Ber. et edd. principes ante Asc. anni 1513. quae dedit *vanis tot conatibus*. *ne vanis tot suorum conatibus* Rec. *ne vanis conatibus ut suorum* Gaertn. Omnes reliqui ignorant voculam *tot*. Voces *suorum hostibus*, quas Rhenanus ejecit, supersunt in omnibus meis, et Hearnii Oxonn. et ex Spirensi tantum excidisse videntur neglegentia scribae ob similitudinem ultimarum syllabarum in vocibus *conatibus* et *hostibus*. Ceterum *hostium cresceret animus* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii L. 1. N. Brancal. Latinii, et edd. principes. Sic supra 10, 14, 17. *Crevit ex eo hostium animus*. 38, 54, 1. *Morte Africani crevere inimicorum animi*. 42, 57, 2. *Regis creverunt animi vastatione concessa*. Sed *hostibus cresceret animus*, ut Aldus edidit, Flor. et Cant. quod longe Livio frequentius, et simul elegantius est. 2, 27, 7. *Plebi creverant animi*. c. 47, 7. *Tuscis crescit audacia*. c. 50, 3. *Multo successu Fa-*

Digitized by Google

dam esse ratus, increpita ignavia militum, ferri scalas jubet: se ipsum, si ceteri cunctentur, escen-
17 surum minatur. Jam subierat haud mediocri periculo moenia, quum clamor undique ab sollicitis vicem imperatoris militibus sublatus, scalaeque
18 multis simul partibus erigi coeptae. Et ex altera

bitis audaciam crescere. 3, 60, 6. *Crevit extemplo Romanis animus.* 5, 26, 3. *Camillo gloria in Faliscis crevit.* 25, 41, 4. *Itaque et Romanis crevit animus.* 31, 36, 7. *Ut crescoret simul et neglegentia cum audacia hosti.* 40, 32, 2. *Unde illis terror, inde Romanis animus crevit.* 44, 11, 1. *Hac virium accessione animus crevit praetori.* V. supra ad 7, 7, 4. Insuper *et hostibus crescoret.* etiam Flor. quod Crevier. similiter in Put. et Reg. supereisse monuit, et recte eorum fide recepit.

Sibimet conandum ad partem periculi capessendam esse] Emendavimus *ac partem periculi c. esse.* RHEN. Pal. pr. *ac partem* a manu emendatrice, quod in sec. initio scriptum est. Tert. *sibimet conandum hanc partem periculi.* vet. ed. *ad hanc partem.* GEBH. Non dubito, quin verius Rhenanus: *sibimet conandum, ac partem periculi capessendam esse ratus.* J. FR. GRON. *ad partem periculi* Flor. Voss. Lov. 5. Gaertn. et Hav. *ad hanc partem periculi* Ber. et edd. vett. Placet tamen Rhenani emendatio. Solent autem voculae *ac* et *ad* passim in Mstis confundi. V. ad 21, 32, 2.

Se ipsum, si ceteri cunctentur, ascensurum minatur] Pal. 3. *se ipsum, si caeteri contemnat, ostensurum min.* GEBH. *seque ipsum* Lov. 4. *et se ipsum* Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. antt. Primus Froben. hanc particulam anno 1535. omisit. sed operarum culpa excidisse potuit ob vocis prioris literas finales. V. ad 35, 41, 7. Deinde *ascensurum* plerique meorum. *ascensum* Lov. 1. *assensurum* Ber. et edd. principes. At Gronov. ad 2, 28, 6. quum in aliis *ostensurum*, in aliis *et scensurum* reperisset, *escensurum* legendum conjecit, idque etiam in contextum recepit. Tum *minitatur* Hav. Eadem varietas supra erat 2, 43, 2. Alibi saepe frequentativa et illa, unde formantur, commutari, supra vidimus ad 5, 40, 3.

§. 18. *Laelius inflat. Tum victa oppidanorum vis, dejectisque propugnatoribus occupantur muri*] Antiqua lectio: *Laelius institit. Tum victa oppidanorum exercitui propugnatoribus occupantur muri.* Mendosus locus est. Castigator, quum non posset se explicare, sensum utcumque reddidit. Diu luctatus sum cum depravato vocabulo *exercitui*, priusquam germanam, ut spero, lectionem deprehenderim, quam arbitror hujusmodi fuisse: *Tum victa oppidanorum extrema vi ab oppugnatoribus occupantur muri.* RHEN. *Tunc victo oppidanorum exercitu propugnatoribus occupantur muri* Pal. 3. ex qua depravata scriptura Rhenanus *Tum, victa oppidanorum extrema vi, ab oppugnatoribus occupantur muri.* Caussam non video, qua vulgata lectio, caeterorum MSS. codd. consensu nixa, exterminetur. GEBH.

Digitized by Google

parte Laelius instat. Tum victa oppidanorum vis, dejectisque propugnatoribus occupantur muri. arx etiam ab ea parte, qua inexpugnabilis videbatur, inter tumultum capta est.

XX. Transfugae Afri, qui tum inter auxilia Romana erant, et oppidanis in ea tuenda, unde peri- 1

Omnes MSS. alii manifeste sic habent, alii leviter corrupti eodem tendunt, *Et ex altera parte Laelius instat. Tum victa oppidanorum vis, dejectisque propugnatoribus occupantur muri*, ut fuit ante Rhenanum. J. FR. GRON. *institit* soli tantum praeferunt Ber. et Hearnii D. cum editis ante Aldum. Praeterea *Ex ea altera parte lentius instat. victa oppidanorum vis, dejectisque oppugnatoribus occupantur muri* Lov. 4. Reliqui mei, et Oxonn. Hearnii lectionem, quae ante Rhenanum obtinuit, defendunt.

Ab ea parte, qua inexpugnabilis videbatur] Scripsimus *quae inexpugnabilis videbatur*. RHEN. Siniliter Lov. 4. Reliqui priscam lectionem recte tuentur.

§. 1. *Et oppidanis in ea tuenda, unde periculum videbatur, versis*] Put. *in ea tatuenda*. Fortasse *in ea tantum tuenda*. J. FR. GRON. Quum forte, pro *tantum tuenda*, per compendium ac non distinctis vocibus scriptum fuisset *tãtuenda*, inde, omissa duarum literarum vel unius syllabae repetitione, facile fieri potuisse *tatenda* non diffiteor. Videndum tamen, an non potius scribendum sit *in ea tutanda*, ut *tatuenda* natum sit ex conjunctione duarum lectionum *tutanda* et *tuenda*. Haec pissime autem τῷ *tutari* Livius usus est. Exempla v. ad 5, 32, Adde 31, 9, 4. *Tutari socios populo Romano in animo esse*. c. 9, 6. *Ita tamen aequum est, inquit, me vestra meis armis tutari*. hoc cap. *Quam urbem non Hispani modo convenae tutabantur*. 34, 31, 14. *Possum quidem et in hoc me jure temporis tutari*. 35, 11, 13. *Pro se quisque currere ad sua tutanda*. 43, 19, 10. *Moenia sua oppidani tutabantur*. 44, 28, 2. *Naves Macedoniam cum frumento petentes tutarentur*. Solent autem verba *tueri* et *tutari* in Mstis commutari. V. ad 5, 32, 4. 10, 45, 12. 21, 25, 14. 23, 28, 2. c. 37, 3. c. 42, 10. 30, 30, 14. 34, 62, 8. 40, 25, 7. et alibi. Et hoc iterum exemplum est, frequentativa cum illis, unde formantur, commutari. V. ad 5, 40, 3.

Et Romanis subeuntibus scalis moenia, qua adire poterant] Duo verba *scalis moenia* quispiam inseruit; quasi vero non bene dictum sit, *et Romanis subeuntibus, qua adire poterant*. nos submovimus. RHEN. Bene Pal. 2. *subeuntibus, qua adire*. At pr. *subeuntibus S. C. tr. quam adire*. tert. *subeuntibus que adire poterant*. Vet. ed. *subeuntibus scalis moenia, qua adire*. GEBH. *subeuntibus scalis moenia, qua adire* Ber. *subeuntibus scalis turrim, quam adire* Hafn. et Hav. *subeuntibus scalis, quam adire* Lov. 5. *subeuntibus S. C. Ro. qua adire* Gaertn. *subeuntibus S. C. qua adire* Lov. 2. *subeuntibus S. C. Tr. quam*, vel *qua adire* Flor. Voss. et Lov. 1. ac 4. *subeuntibus quam adire* Harl.

§. 2. *Editissimam urbis partem, quae rupe praeculta tegebatur, neque opere*

Digitized by Google

culum videbatur, versis, et Romanis subeuntibus,
2 qua adire poterant, conspexerunt editissimam urbis
partem, quia rupe praealta tegebatur, neque opere
3 ullo munitam, et ab defensoribus vacuam. levium
corporum homines, et multa exercitatione pernicium, clavos secum ferreos portantes, qua per in-
4 aequaliter eminentia rupis poterant, scandunt. sicubi
nimis arduum et leve saxum obcurrebat, clavos per
modica intervalla figentes, quum velut gradus feci-
5 sent, primi sequentes extrahentes manu, postremi
sublevantes eos, qui praeirent, in summum evadunt. inde decurrunt cum clamore in urbem jam
6 captam ab Romanis. Tum vero adparuit, ab ira

ullo munitam] Legendum est *quia rupe p. t.* RHEN. *quia* non interpolandum. Reddit enim rationem, cur nullo opere munita, atque ab defensoribus vacua. At tamen Pall. duo, et vet. ed. *quae rupe praealta tegebatur.* GEBH. Omnes Gall. Voss. duoque Pall. *quae rupe praealta.* J. FR. GRON. *quae rupe* Flor. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et Branc. Latinii. Doctissimum Crevierium decepit error operarum, in plerisque notarum Rhenani edd. commissus, ut crederet, eum legisse *qua rupe*, et lectionem illam probaret. At prima ed. earum legit, non *qua*, sed *quia*; et ita ex mente Rhenani etiam Froben. anno 1535. edidit in contextu Livii, quod in hunc diem obtinet. Idem etiam *editissimam arcis partem* legendum censet. Saepe librarii voces *arx* et *urbs* confuderunt. V. ad 6, 11, 5. Nihil tamen hic codd. mutant. Vide igitur, an *editissima urbis pars* sit circumscriptio arcis, quia arces ea parte exstrui solebant. Praeterea *rupe peralta* Branc. Latinii. *rupe alta* Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum. Malc. In deliciis Livio fuisse vocem *praealtus*, dictum est ad Epit. Liv. 7. Ita *praealti montes* supra hoc lib. c. 6, 10.

§. 3. *Qua per inaequaliter eminentia rupis poterant, scandunt*] Pal. 3. *quia inaequaliter eminentia rupis poterat, scandendum.* GEBH. *inaequabiliter* quaedam ex edd. vetustis.

§. 4. *Sicubi nimis arduum et leve saxum obcurrebat*] Vir doctus, qui ad Curtium corrigit *laeve*, non meminerat, *levis* producta priore syllaba dici a λεῖος. J. FR. GRON. Freinshem. est, qui ita corrigit ad Curtii 5, 3, 20. et 7, 11, 15. Praeterea *sed ubi nimis* Lov. 5. Malc. 42, 64, 10. *Modico intervallo sequentes, sicubi sparsos et dissipatos invadere possent.*

§. 5. *Primi sequentes extrahen-*

Digitized by Google

et ab odio urbem obpugnatam esse. nemo capiendi vivos, nemo, patentibus ad direptionem omnibus, praedae memor est. Trucidant inermes juxta atque armatos, feminas pariter ac viros: usque ad infantium caedem ira crudelis pervenit. Ignem 7
deinde tectis injiciunt, ac diruunt, quae incendio absumi nequeunt: adeo vestigia quoque urbis exstinguere, ac delere memoriam hostium sedis, cordi est. Castulonem inde Scipio exercitum ducit: 8
quam urbem non Hispáni modo convenae, sed Punici etiam exercitus ex dissipata passim fuga reliquiae tutabantur. sed adventum Scipionis praevenerat fama 9
cladis Illiturgitanorum, terrorque inde ac despera-

tes manu] Legendum est *primi insequenteis extrahentes*. RHEN. *primum insequentes* Lov. 2. 4. *primum sequentes* Harl. et Hav. *primi sequentes* Flor. Lov. 1. 3. Ber. et Gaertn. quod pro *insequentes* revocavi.

Sublevantes eos, qui praeirent] Legendum est *qui prae se irent*. RHEN. Pal. pr. et vet. ed. *praeirent*. tert. *per se irent, in sinum evadunt*. GEBH. Put. Reg. Men. Voss. Andreas atque Aldina *qui praeirent*. J. FR. GRON. *qui prae se irent* Harl. et Hearnii D. *qui perirent* Lov. 5. *qui praeirent* reliqui omnes. Mox *in urbe jam capta* Hearnii L. 1.

§. 6. *Nemo* etc. *praedae memor est*] Legendum videtur *praedae memor*, non *praedae memor est*. Nam id elegantius subauditur. RHEN. *To est* tamen agnoscunt uno ore omnes nostri. Paullo ante *ab ira et odio* typis descripti ante Aldum. Male. V. ad 6, 28, 6.

§. 8. *Ex dissipata passim fuga*] In vet. est. *et dissipata pass. fuga*. Poteris legere *e* vel *ex dissipata passim fuga*. RHEN. *et dissipata* etiam Lovel. 4. *ex dissipata* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Quid igitur *e dissipata* mutasse adtinuit? Paullo ante *quam urbem non Hispani modo avenerant* Hav. *quam urbem non Hispani modo convenerant* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Gaertn. *in quam urbem non Hispani modo convenerant* Lov. 5. Male. De voce *convena* v. ad 2, 1, 4.

§. 9. *Terrorque deinde ac desperatio invaserat*] Scripsimus *terrorque inde ac desperatio*. RHEN. Vet. lib. *invaserat omnes*: SIG. Vox ultima [*omnes*] adjecta est in Sigoniano codice ab iis, qui mirabantur, verbum *invaserat* intransitive poni. Nam nec in Voss. nec in ullo Gall. aut Pall. apparet. Sallustius ad Caesarem [2, 7.] *Nam ubi cupido divitiarum invasit, neque disciplina, neque artes bonae, neque ingenium ullum satis pollet*. Livius 33, [36, 9.]

Digitized by Google

10 tio invaserat; et in diversis caussis, quum sibi quisque consultum sine alterius respectu vellet, primo tacita suspicio, deinde aperta discordia secessionem inter Karthaginienses atque Hispanos fecit.
11 His Cerdubellus propalam deditionis auctor. Himilco Punicis auxiliaribus praerat: quos urbemque, clam fide accepta, Cerdubellus Romano prodit.

Et primo adeo acriter invaserunt, ut antesignanos impulerint. Talis est in princ. Instit. de Libertinis: *Sed postquam servitus invasit.* Ubi male addiderunt *ingenuitatem.* J. FR. GRON. *deinde*, pro quo recte Rhenanus *inde* reponit, servant Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii N. alterum est in reliquis. *omnes* autem, a Sigonio additum, in nullo vel meo, vel Oxon. Hearnii adparet. *Invadere* sine casu etiam supra est 5, 13, 2. *Dulcedo invasit proximis comitiis tribunorum militum plebejos creandi.* ubi alia vide. Paullo ante *adventu Scipionis pervenerat* Harl. *adventum Scipionis praeverat* Flor. a m. 1. *praeverterat* a m. 2. V. ad 24, 5, 6. Aliis tamen pro vulgato stantibus, nihil innovandum puto.

§. 11. *Cerdubellus propalam deditionis auctor*] *Cerdubalus* Lov. 1. *Credubellus* Lov. 3. *Credubalus* Lov. 5. *Cordubalus* Hearnii L. 1. *Cerdubelus* Flor. Voss. Lov. 2. 4. et Hav.

§. 1. *Marcius inde in barbaros* etc. *sub jus ditionemque redigendos missus*] Vetus liber habet *Martius dein barbaros.* Vide, num legendum sit *Martius deinde in barbaros.* RHEN. Livius meus clamat, interpolatum foede hunc locum esse. Ille sic: *voluntaria deditio. Inde in barbaros* etc. *sub jus ditionemque redigendos legatis missis, Scipio Carthaginem.* Pura puta Livii et scriptura et historia. Qui Martii nomen intruserunt, legatorum ejecerunt, putarunt unicum Martium missum, quia unius illius res gestae postea narrantur. Boni viri non audiunt scilicet Livium ipsum, stantem a lectione scripta, aliquam multis infra lineis [c. 22, 1.] *Res*, inquit, *interim nihilominus ab legatis gerebantur. Martius superato Baeti amne* etc. At a quibus legatis, si missus solus Martius? Sed aliorum non meminit Livius. quid mirum? si levia gesserint, nec scriptione magno opere digna. LIPS. 1. Ep. Quaest. 16. Pal. 1. omittit τὸ *Martius*, et *missos* exhibet. Pal. 2. *Martius deinde ad barbaros.* GEBH. Lipsianus codex deficitur Marcii nomine, deinde habet *redigendos legatis missis, Scipio Carthaginem.* Eam puram putam Livii et scripturam et historiam dominus ejus existimat. In priore Pal. unum, et Men. et Voss. ex nostris habet adsentientes, in posteriore ne illos quidem. Voss. sane *missos*, et ad marginem recentiori manu *legatis missis.* At Put. et quidquid est aliorum, ignorant ultimam vocem *missus.* Eamque abesse debere, et elegantius subaudiri censeo. Sic Cicero 7. ad Att. ep. 5. *Ego in Tusculanum nihil sane hoc tempore. devium est τοῖς ὑπαντῶσιν, et habet alia* δύσχρησα.

Digitized by Google

Mitior ea victoria fuit. nec tantumdem noxae ad- 12
missum erat, et aliquantum irae lenierat voluntaria deditio.

XXI. Marcius inde in barbaros, si qui nondum 1
perdomiti erant, sub jus ditionemque redigendos missus. Scipio Karthaginem, ad vota solvenda Diis, munusque gladiatorium, quod mortis caussa

sed de Formiano Tarracinam pridie Kal. Januar. inde Pomptinam summam: inde Albanum Pompeji: ita ad urbem tertio Nonas natali meo. Aut ita distingue: *Marcius inde in barbaros, si qui nondum perdomiti erant, sub jus ditionemque redigendos: Scipio Carthaginem ad vota solvenda Diis* etc. *rediit.* Nam ex ultimo hoc verbo ad finem praecedentis membri referendum *τὸ iit.* Lipsius objicit vulgatae, quod inferius [c. 22, 1.] *Interim nihilominus res per legatos gerebantur.* Atqui, quo minus eae res et per Marcium dignatione principem, et per quos ei legatos Scipio adjunxerat, gestae intelligantur, nihil vetat, neque absurdum eum solum nominari. Nam, quod sequitur, totum gessit Marcius, donec Astapensi illa obsidione finita rediisset, deinde cum Laelio ad Gades proficisci jussus. J. FR. GRON. *Marcius dein barbaros* Lov. 4. *Marcius deinde in barbaros*, ut Rhenanus conjecit, Harl. Nihilominus *inde in barbaros* malim. Id enim reliqui tuentur. *inde* autem pro deinde accipiendum, de quo v. ad 42, 55, 6. Vocem *Marcius* ignorant Lov. 1. 5. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Deinde *redigendos misit* legit Hearnii L. 1. *redigendos missos* Flor. a m. 1. et Cant. *redigendos missum* Lov. 5. et Hav. *redigendos missus* Flor. a m. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. apud Doujatium Reg. et apud Hearnium N. et D. Quin etiam Crevier. ita et in Put. et in caeteris omnibus suis exstare testatur, nisi quod quidam *missos.* Qui error ex eo fonte ortus est, quem supra indicavi ad 6, 3, 8. Paternam emendationem probare videtur Jac. Gronov. ad 25, 37, 11. Quum tamen vir summus hic non ea, qua solebat, diligentia Mstum optimum consulverit, et non Put. tantum, sed et plerique alii codd. *τὸ missus* servantes, ipsi adversentur, puto recte Crevier. vocem illam Livio reddidisse, et lectionem, quae ante eum vulgo exstabat, bene habere.

Munusque gladiatorium, quod mortis caussa patris patruique paraverat, edendum] In veteri libro *munusque gladiatorum*, et mox *gladiatorum spectaculum* legitur. RHEN. Vet. lib. *gladiatorum.* quo pacto loquitur paulo post: *Huic gladiatorum spectaculo ludi funebres additi.* et Suet. in Caes. [39.] *Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorum, ludos etiam regionatim urbe tota.* SIG. *munusque comparaverat edendum* Lov. 1. et Voss. *munusque paraverat edendum* Lov. 2. *munusque quod comparaverat edendum* Lov. 4. qui omnes media omiserunt. Tum *gladiatorum* Lov. 3. Hav. Hearnii N. et edd. quas vidi ante Ascens. anni 1513. una forsan

Digitized by Google

2 patris patruique paraverat, edendum, rediit. Gladiatorium spectaculum fuit non ex eo genere hominum, ex quo laniſtis comparare mos est, servorum,
3 quive venalem sanguinem habent. Voluntaria omnis et gratuita opera pugnantium fuit. nam alii missi ab regulis sunt ad specimen insitae genti virtutis
4 oſtendendum: alii ipsi professi, se pugnaturos in

Rom. anni 1472. excepta. Mox autem §. seq. *gladiatorum spectaculum* non illi tantum, sed et Lov. 1. 4. Harl. ac Gaertn. Eamdem varietatem in Sueton. notaſſe Cel. Burm. vidimus ad 10, 38, 3. et nos supra ad Ep. hujus lib. Optimi tamen hic vulgatum *gladiatorium* vindicant.

§. 2. *Servorum delectu ac libertorum, qui venalem sanguinem habent*] Antiqua lectio *servorum de causa ab liberorum*. Dii boni! quae portenta haec sunt? Doctus aliquis, qui olim Livium caſtigavit, non diu se ipsum torquens, pro *de causa* ſtatim scripsit *delectu*, et, pro *ab liberorum*, *ac libertorum*. Ego suspicor scribendum *servorum censu haud liberorum*, *qui* (subaudi *servi*) *venalem sanguinem habent*. RHEN. Videndum, an legi debeat *servorum de cataſta*, *aut liberorum* etc. *Servus de cataſta* qui dicatur, notum est. URSIN. *servorum delectu ac libertorum* reperitur in ed. antiqua. Pal. pr. tria vocabula *delectu ac libertorum* non continet. sec. legit *servorum de caussa ac libertorum*. tert. *liberorum*. ex cujus veſtigiis Rhenanus suspicabatur rescribendum *servorum censu*, *haud liberorum*, *qui venalem sanguinem habent*, magno errore antiquitatis; nam non solum liberti, sed etiam ingenui, immundae iſti, ut Propertius appellat, saginae addicebantur. Fulv. Ursin. forte felicius *servorum de cataſta aut liberorum* conjecit. GEBH. *servorum delectu ac liberorum*, *qui venalem* satis commodi sensus est lectio. Neque enim nisi delecti et corpore roboreque praeſtantes ad hanc servitii patientiam idonei. Sed Rhenanus refert ex suo: *servorum de caussa ab liberorum*: unde conjicit, *servorum censu haud liberorum*. Fulv. Ursinus *servorum de cataſta aut liberorum*. Quae quanti sint, facile vident, qui oculos habent. Ex Pall. duo, prope ut Rhenani liber, optimus cum Putean. omnibusque Gallicis et Vossiano tria haec verba *delectu ac liberorum* nullo veſtigio agnoscunt. Quicquid dicant conjectores, veterum librorum ignari, aut vulgatarum lectionum, sensum modo habentium, (nempe quas homines illis similes, tantummodo ut sensum facerent, sunt fabricati) patroni, non temere est, quod vetuſtissimae atque his proximae membranae hunc centonem Livio abjudicant. Neque profecto opus eſſe censebis, si videas. reſtitutis duabus literis, quas pares vicinae absorpserant, omnia eſſe plana atque integra, *servorum quive venalem sanguinem habent*. Elisa illa particula ad facinus audendum fartores noſtros induxit. *Servorum* putabant minus commode conjungi cum praecedentibus: id velut atomum Democriti hamo in-

Digitized by Google

gratiam ducis: alios aemulatio et certamen, ut pro-
vocarent, provocatique haud abnuerent, traxit. qui- 5
dam, quas disceptando controversias finire nequiverant, aut noluerant, pacto inter se, ut victorem res sequeretur, ferro decreverunt. Neque obscuri 6
generis homines, sed clari inlustresque, Corbis et Orsua patrueles fratres, de principatu civitatis,

struxerunt, apposueruntque τὸ *delectu*. Tum provecti ulterius, quia servorum tantum mentio fiebat, meminissent autem desperatos quosdam etiam liberos in ludum se addixisse, non putarunt aliter constare orationem, quam si adderetur praeterea *ac liberorum*. Sed τὸ *servorum* aeque pendet a τῷ *genere*, atque *hominum: liberorum* autem mentione nulla opus, quum se vendere in ludum, aut venalem sanguinem habere, nisi qui liber sit, neminem posse satis intelligatur. Perinde est ergo, ac si expressum esset: *ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est, servorum puta eorumque, qui venalem sanguinem habent.* Julius Firmic. 8. Astron. hos vocat: *Qui se ob alienae gratiae voluptatem nundinati sanguinis jactura ad mortis spectaculum vendunt.* J. FR. GRON. Rhenani codici fere consentire Oxon. L. 1. testis est Hearnius. *servorum de caussa ac libertorum, qui venalem* legunt Lov. 3. ac 4. *servorum delectu ac liberorum, qui venalem* Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Reliqui Msti mei cum Hearnii N. *servorum, qui venalem.* Non igitur dubitandum, quin, duabus literis ex vocis sequentis initio repetitis, Gronovius. recte emendarit, *servorum, quive venalem:* quam lectionem Clerici et Crevierii exemplo recepi.

§. 4. *Provocarent, provocative haud abnuerent*] Scripsimus *provocatique haud abnuerent.* RHEN. Ita et Flor. aliique.

§. 5. *Pacti inter se*] Emendavimus *pacto inter se, ut victorem res sequeretur, ferro decreverunt.* Sic supra de Philippo Liv. [c. 7, 17.] *Et jam quum Eream venisset, audito, Machanidam, fama adventus sui territum, refugisse Lacedaemonem, Aegium ad concilium Achaeorum se recepit.* Sic enim nos illic castigavimus, quum ante legeretur *audit. pacto*, id est quum pepigisset, sicut illic *audito*, quum audisset. Hoc quum falleret eum, qui locum emendavit, pro *pacto* scripsit *pacti.* RHEN. An *pacti?* ut 37, [32, 10.] *Tum portas aperuerunt, pacti, ne quid hostile paterentur.* 38, [9, 9.] *Ambraciensis prius pacti, ut Aetolorum auxiliares sine fraude emitterent, aperuerunt portas.* J. FR. GRON. *pacti inter se*, ut ante Rhenan. edebatur, unus servat Ber. Reliqui *pacto* probant. De hoc usu participiorum passivorum casu sexto, non adjuncto alio nomine, v. Cel. Burm. ad Suet. Othon. 7. Doctiss. Arentz. ad Auct. de gente pop. Rom. 13. et quae supra notantur ad 1, 41. 6. ubi huc faciens inprimis ex Silio laudavi exemplum 14, 97.

— — *jungit nova foedera, pacto,*
Cederet ut Siculis victor Sidonius oris.

ad quem ipsum etiam locum a-

Digitized by Google

quam Ibem vocabant, ambigentes, ferro se certa-
7 turos professi sunt. Corbis major erat aetate. Orsuae pater princeps proxime fuerat, a fratre majore
8 post mortem ejus principatu accepto. Quum verbis disceptare Scipio vellet, ac sedare iras; negatum id ambo dicere communibus cognatis, nec alium Deorum hominumve, quam Martem, se judi-
9 cem habituros esse. Robore major, minor flore aetatis ferox, mortem in certamine, quam ut alter alterius imperio subjiceretur, praeoptantes, quum

lia notavi. Similiter Graeci utuntur participiorum passivorum genitivo. Polyb. 2, 5. *Προσαγγελθέντος δ' αὐτοῖς, Σκερδιλαΐδαν παραγίνεσθαι κατὰ γῆν.* Quod Latine reddi potest: *Nunciato autem ipsis, Scerdilaedum terrestri itinere adventare.* Paullo ante *nequierant* dedit Gruter. in ultima ed. Et Livium saepissime ita loqui solitum esse, supra vidimus ad 5, 10, 10. Priores vulgarunt *nequiverant*, quod servant Flor. Voss. Lov. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Eorum itaque fide id revocavi.

§. 6. *Corbis et Orsua patrueles fratres*] Silius meus, qui utrumque occubuisse dicit, non minorem tantum, ut Livius tradit, [16, 534.]

Hos inter gemini, quid jam non regibus ausum? etc.

MODIUS.

De principatu civitatis, quam Ibem vocabant] Id nominis, ut pleraque Hispanica, apud posteriores non facile reperias authores. Et *Astapa* Floro *Gitkium* quibusdam libris vocata fuit; sed id ex Livio emendatum. quanquam ego haud scio, liceatne ad eum modum emendare libros. Astapensium autem factum a Livio et crudele narratur, quum Saguntinorum haud dissimile fuerit; et tamen ut forte laudatur. Sed scilicet hoc pro Romanis, illud contra Romanos fuit. Hoc est historiam scribere. GLAR. *quam Idem vocabant* Flor. Lov. 4. et Hearnii N. *quem Idem vocabant* Voss. Lov. 1. 2. et Hav. *quem Ibem vocabant* Lov. 3. Harl. Ber. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *quam Ibera vocabant* Hearnii L. 1. Doujatius scribendum conjicit *quam Lacibem vocabant*, additis tribus a capite literis, quas exteri potuisse existimat, ut intelligatur Lacibis Turdulorum urbs a Ptolemaeo memorata. Si id nomen Livio restituendum existimaretur, potius legerem *de principatu civitatis* (*Lacibem vocabant*) *ambigentes.* V. ad 40, 57, 3. Verum nihil muto. Quod enim nomen urbis aut alterius loci a Livio memorati apud alios non obcurrat, non sufficit, ut id mendae suspectum fiat.

§. 8. *Negatum id ambo dicere communibus cognatis*] Pal. 3. *legatum id ambo dicere cognatis communibus.* GEBH. *cognatis communibus* etiam Flor.

Digitized by Google

dirimi ab tanta rabie nequirent, insigne spectaculum exercitui praebuere documentumque, quantum cupiditas imperii malum inter mortales esset. Major 10
usu armorum et astu facile stolidas vires minoris superavit. Huic gladiatorum spectaculo ludi funebres additi pro copia, et provinciali et castrensi adparatu.

XXII. Res interim nihilominus ab legatis gere- 1
bantur. Marcius, superato Baete amni, quem incolae Certim adpellant, duas opulentas civitates

§. 9. *Robore major, minor flore aetatis ferox*] In sequentibus Livius majori *usum armorum et astum*, minori *stolidas vires* adscribit; quae cum his verbis pugnare existimans Barth. ad Stat. 11. Theb. 500. et observans Val. Max. etiam 9, 11, ext. 1. minori *corporis vires* tribuere, vocem *Robore* in Livio mendosam esse pronunciat. Deleto autem proxime praecedenti verbo *esse* ita emendat *Martem se judicem habituros. Exercitio major, minor flore aetatis ferox.* Verum omnes codd. vulgatum constanter servant.

Ut alter alterius imperio subigeretur] Scripsimus *subjiceretur*. RHEN. Pal. 1. et vetus ed. *subigeretur*. GEBH. *subigeretur* quoque Flor. Voss. Lov. 3. Ber. Gaertn. et Hav. Sed veram puto Rhenani emendationem. Voces has a librariis commutari, infra videbimus ad Epit. Liv. 118. Facillime autem hic error committi potuit; olim enim scribi solebat *subicere, conicere*. V. ad 2, 10, 9. Literae vero *C* et *G* ubique confunduntur. V. ad 6, 25, 6.

Quum ab tanta rabie dirimi nequiret] Reposuimus, *quod ab tanta rabie dirimi nequirent*. RHEN. Pall. et ant. ed. *cum* (tert. *quod*) *dirimi ab tanta rabie nequirent*. GEBH. Putean. Voss. et meliores: *quum dirimi ab tanta rabie nequirent*. J. FR. GRON. Similiter omnes mei, et Hearnii L. 1. et N. quare eam lectionem admisi. Mox *inter mortales parit* Hav. invitis aliis.

§. 10. *Pro copia, et provinciali et castrensi adparatu*] Prius *et* non inconcinne tolli, et legi posse videtur, *pro copia provinciali, et castrensi apparatu*, id est, pro ea copia, quae in provincia erat, et apparatu non magnifico, sed qualis in castris esse poterat, in quibus non erat copia instrumenti ad ludos magnifice faciendos. Scr. Sulpicius ad Cicer. 4. ad fam. 12. *Ubi pro ea copia, quae Athenis erat, funus ei amplum faciendum curavi*. Liv. 27, 6, 19. *Ludos pro temporis ejus copia magnifici apparatus fecerunt*. Nec tamen omnino necesse est aliquid mutari. *pro copia* sic dixit Liv. 26, 11, 9. *Primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes*. Et ante eum Plautus Mercat. 3, 1, 8. et Trucul. 1, 2, 46. DUK. Cl. Crevier. vocem *adparatu* vacare, et in contextum inrepsisse judicat ex margine, ubi ad interpretandam vocem *copia* a ne-

Digitized by Google

2 sine certamine in deditionem accipit. Astapa urbs erat, Karthaginiensium semper partis: neque id tam dignum ira erat, quam quod, extra necessitates belli, praecipuum in Romanos gerebant odium. 3 nec urbem aut situ aut munimento tutam habebant, quae ferociores iis animos faceret: sed ingenia incolarum latrocinio laeta, ut excursiones in finitimum agrum sociorum populi Romani facerent, inpulerant, et vagos milites Romanos lixasque et

scio quo poni potuit. At vocem illam constanter defendunt omnes codd. Si quid igitur mutandum, cum Cl. Dukero legam *pro copia provinciali et castrensi adparatu*. Ita enim Hav. Verum, ut recte addidit, potest et vulgatum servari.

§. 1. *Baete amni, quem incolae Circium adpellant*] Vet. lib. habent *Circem appellant*. Corrupte autem Stephanus, apud quem ita legitur: *Βαῖτις ποταμὸς κατὰ Ἰβηρίαν, ὃς Πέρκης λέγεται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων*. Suspicor autem esse legendum *ὅσπερ Κίρκης*. fecerunt enim errorem librario syllabae illae finitimae *περ* et *κιρ*. Itaque sine dubio *Circem*, non *Circium*, legendum arbitror. Eustathius in Dionysium [vers. 337.] *Ταρτησὸν* vocatum esse tradit. SIG. Male *Cirtium*, et in MS. Livio reperio *Certim*, quod prope abest a scriptura Stephani. Arbitror autem in Stephano scribendum *Κέρτης*, pro *Πέρκης*. LIPSIUS. 4. Ep. Quaest. 4. In editione quoque Mogunt. *Certim* expressim reperio. MOD. Prisca ed. *quem incolae appellant Cirsim*. Pal. 1. *appellant Certim*. sec. *Cirem*. tert. *Cir em*. GEBH. Put. omnes Gall. et optimus Pal. *Certim*, ut voluit Lipsius. Etiam *Certima* Celtiberorum oppidum Graccho deditum memoratur nostro 40, [47, 2.] J. FR. GRON. Bochartus 1. Chanaan. 34. non e Livio Stephanum, sed ex hoc illum emendandum censet. Nec dissentiunt interpretes Stephani. Jac. Gronov. ad Gellium 2, 22. dubitat, an a *Certis* sit nomen *Cercii* venti, qui vulgo *Circius*. DUK. *Cirtium* primum adparuit in ed. Froben. anni 1535. Antiquiores enim omnes *Cirtim*, concinente Ber. *Cirtem* Reg. apud Doujatium. *Chertum* Hearnii L. 1. *Cyrem* ejusdem D. *Cretim* ejusdem N. cum Gaertn. *Circen* Lov. 3. *Cercim* Lov. 2. *Certim* Flor. Voss. Hav. et reliqui.

In deditionem accepit] Reposuimus *in deditionem accipit*. RHEN. Libri omnes *accepit*. GEBH. Ita et Voss. Lov. 1. 2 3. 5. Ber. Gaertn. Rec. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Ceteri Rhenano favent. Paullo ante *opulentissimas civitates* edd. Aldina vetustiores.

§. 2. *Astapa urbs erat, Karthaginiensium semper partis*] *Τὸ erat* respuunt Pal. 1. 2. Praeterea sec. habet *Abstraba*. tert. *Abstada*. GEBH. Verbum *erat* melioris notae membranis omnibus procul. J. FR. GRON. *Astaba* Hearnii L. 1. et D. in cujus posterioris mar-

Digitized by Google

mercatores exciperent. magnum etiam comitatum, 4
quia paucis parum tutum fuerat, transgredientem
fines, positis insidiis circumventum, iniquo loco
interfecerunt. Ad hanc urbem obpugnandam quum 5
admotus exercitus esset, oppidani conscientia sce-
lerum, quia nec deditio tuta ad tam infestos videbatur,
nec spes moenibus aut armis tuendae salutis erat,
facinus in se ac suos foedum ac ferum consciscunt.
Locum in foro destinant, quo pretiosissima rerum 6

gine est *Astrapa*, quod etiam servant Lov. 3. Hafn. Ber. Gaertn. et Hearnii N. *Ascapa* Lov. 2. *Abstaba* Lov. 4. *Tò erat* exsulat a Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N.

Quam quod extra necessitates belli] Mendosam, mehercule, veterem lectionem *quam quod necessitatis belli* (sic enim in scripto cod. legitur) restituere conatus doctus aliquis scripsit, *extra necessitates belli*. Suspicor legendum, *quam quod*, *vel cessante bello*, *praecipuum in Romanos gerebant odium*. RHENANUS. Corrupta unius codicis lectio Livium Rhenano mendi suspectum reddere non debuerat. Omnes nostri stant pro vulgato. Saepe numero multitudinis hac voce *necessitas* usus est Livius. Exempla v. 9, 8, 4. 22, 60, 23. 23, 48, 10. 25, 34, 7. At *necessitates belli*, ut hoc loco, etiam utitur 4, 57, 4. *Quam belli necessitates non exspectent humana consilia*. Praeterea *gerebat* Lov. 5. quomodo dedisse librarius videtur, quia referendum ad *Astapa*. Male. V. ad 38, 29, 9.

§. 3. *Lixasque et mercatores exciperent*] Scripsimus *aut mercatores*. RHEN. Scripti *lixasque et mercatores*. J. FR. GRON. Ita et omnes mei, cum Hearnii Oxonn. Paullo ante *quae fortiores*, pro *ferociores*, Lov. 1. et Hav. Sed v. ad c. 42, 4.

§. 4. *Iniquo loco interfecerunt*] Scripsimus *interfecerant*. RHEN. Membr. *interfecerunt*. J. FR. GRONOV. Ita cum Hearnii Oxonn. etiam meae, nisi quod *interficerent* sit in Lov. 4. Mox §. seq. *τὸ urbem* omittit Hearnii D. Praeterea *neque spes moenibus* legunt Flor. et Lov. 4. V. ad 9, 9, 14.

§. 6. *Quo pretiosissima rerum suarum congererent. super eum cumulum*] Pall. 2. et 3. *congregarent. super eum tumultum*. GEBH. *congregarent* etiam Hearnii D. quod est ex glossa interpretis. Mox *tumulum* Voss. Lov. 3. et Gaertn. sollemni scribarum errore. V. ad 10, 29, 19.

Ligna circa exstruunt] Notat Salmas. ex Put. *exstrui*. idem pater e Voss. idem ipse in Cantabr. reperi. Vide igitur, an praestet id retineri, ac post scribi *conjici*; *quinquaginta*. JAC. GRON. *exstrui* etiam Flor. Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii L. 1.

§. 7. *Corporumque, quae cariora fortunis essent*] Pal. 3. *cariora ex fortunis essent*. Prim. autem post

Digitized by Google

suarum congererent. super eum cumulum conjuges
ac liberos considere quum jussissent, ligna circa
7 exstruunt, fascesque virgultorum conjiciunt. Quin-
quaginta deinde armatis juvenibus praecipiunt, *ut,*
donec incertus eventus pugnae esset, praesidium eo loco
fortunarum suarum corporumque, quae cariora fortunis
8 *essent, servarent. Si rem inclinatam viderent, atque*
in eo jam esse, ut urbs caperetur; scirent omnes, quos
euntes in proelium cernerent, mortem in ipsa pugna obi-
9 *turos. Illos se per Deos superos inferosque orare, ut*
memores libertatis, quae illo die aut morte honesta, aut
servitute infami finienda esset, nihil relinquerent, in
10 *quod saevire iratus hostis posset. Ferrum ignemque in*
manibus esse. Amicae ac fideles potius ea, quae peritu-

atque in eo esse jam, ut urbs caperetur. GEBH. *in eo esse jam, ut urbs* etiam Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. et Hav. cum edd. ante Aldum. *in eo esse, ut jam urbs* Lov. 5. Deinde *morte in ipsa pugna obituros*, pro *mortem*, Lov. 2. 3. Sed literam finalem ejus vocis intercepit proxima vocula *in*. V. ad 37, 29, 5.

§. 9. *Servitute infami finienda esset*] *servitute infinienda* Flor. a m. 1. *servitute finienda* a m. 2. Et ita Lov. 2. 3. 5. Harl. et Hav. *servitute infimi* Gaertn. Mox *possit*, pro *posset*, Voss. Lov. quinque, Ber. a m. 2. et Gaertn.

§. 10. *Quae peritura forent*] Omnes *essent*. J. FR. GRON. Ita et omnes mei, nisi quod *forent* supersit in solis Ber. et Gaertn.

§. 11. *His adhortationibus exsecratio dira adjecta*] Perperam Pal. 1. *excitatio*. Supra 26, 25, 12. *Diram exsecrationem in populares, obtestationem, quam sanctissimam potuerunt, adversus hospites composuerunt.* GEBH.

Patentibus portis ingenti cum tumultu erumpunt] Scripti nesciunt praepositionem. J. FR. GRON. Eamdem ex meis nesciunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Hav. et Hearnii N. ac D. Supra 7, 7, 8. *Consulto prius dictatore equites, permissu deinde ejus, relictis equis, clamore ingenti provolant ante signa*, Nescio, quae caussa fuerit Clerico, ut, non monito lectore, scripturam a Gronovio abolitam revocaret. Paullo ante *tū concitato agmine* Gaertn. Voces *iñ* et *tū* ob ductuum similitudinem etiam alibi commutantur. Exemplum habuimus 6, 29, 7. *ita concitato agmine* Hearnii D.

§. 12. *Neque erat ulla satis firma statio obposita*] In codice scripto non est *firma*. Quod si ordines *satis* cum participio *opposita*, bene habebit oratio. RHEN.

ra essent, absumerent manus, quam insultarent superbo ludibrio hostes. His adhortationibus exsecratio 11
dira adjecta, si quem a proposito spes mollitiave animi flexisset. inde concitato agmine patentibus portis ingenti tumultu erumpunt. Neque erat ulla 12
satis firma statio obposita; quia nihil minus, quam ut egredi moenibus auderent, timeri poterat. perpaucae equitum turmae, levisque armatura repente e castris ad id ipsum emissa obcurrit. Acrior 13
inpetu atque animis, quam compositior ullo ordine, pugna fuit. Itaque pulsus eques, qui primus hosti se obtulerat, terrorem intulit levi armaturae. pugnatumque sub ipso vallo foret, ni robur legionum, perexiguo ad instruendum dato tempore, a-

Exclusa est Pall. 2. ac 3. vocula *firma*, quam et Rhenanus exemit. Pal. vero 1. *Neque erat ulla spes satis firma, satis opposita.* GEBH. Omnes mei constanter servant *τὸ firma.*

Nil minus, quam ut egredi moenibus auderent] Pal. 1. *quia nihil minus, quam ut egredi posse moenibus auderent,* GEBH. Put. Men. Cantabr. Voss. schedae Gud. post *τὸ egredi* interponunt *posset.* Lege *quam ut egredi hostes moenibus auderent.* JAC. GRON. *nil minus* primum vidi in edd. Gruteri. Omnes priores cum scriptis meis et Hearnii L. 1. ac D. praeferunt *nihil minus.* Nihil interest. Verius tamen puto, ut priscam scripturam, quam operarum aberrationes, sequamur. Praeterea *egredi posset* Lov. 1. et Harl. *egredi posse* Gaertn. et Hearnii L. 1. Etiam Flor. illud a m. 1. hoc a m. 2. praefert. Jac. Gronovii conjectura verisimilis videtur.

Ad id ipsum emissa obcurrit] Legendum opinor *ad id emissa.* RHEN. Pall. 2. et 3. *repente castris ad ipsum missa.* tert. tamen *emissa.* GEBH. *repente castris ad ipsum emissa occurrit* Lov. 4. *repente e castris ad ipsum occurrit* Ber. *repente e castris ad ipsum emissa occurrit* priscae edd. pro quo Ascens. anno 1513. *ad id ipsum* reposuit. Omnes certe *τὸ ipsum* a Rhenano expunctum retinent. Praeterea *equitum turmae levisque armaturae* etc. *occurrunt* Voss. et Lov. 2. Male. Non enim *turmae levis armaturae*, sed *cohortes.* Erant enim pedites. *equitum turmae levisque armatura occurrunt* Lov. 1. 3. Sed vulgatum tuentur optimi.

§. 13. *Eques, qui primus hosti se obtulerat*] Nos reposuimus *qui primum se.* RHEN. Vet. ed. et Pal. 1. et 2. *qui primus se hosti obtulerat.* At tert. *qui se primo hosti obtulerat.* GEBH. *qui pri-*

Digitized by Google

14 ciem direxisset. Ibi quoque trepidatum parumper circa signa est, quum caeci furore in vulnera ac ferrum vecordi audacia ruerent. dein vetus miles, adversus temerarios inpetus pertinax, caede primo-
15 rum insequentes subpressit. conatus paullo post ultro inferre pedem, ut neminem cedere, atque obstinatos mori in vestigio quemque suo vidit; patefacta acie (quod ut facere posset, multitudo armatorum facile suppeditabat) cornua hostium amplexus, in orbem pugnantes ad unum omnes occidit.

1 XXIII. Atque haec tamen hostium iratorum, ac tum

mus hosti se obtulerat fere omnes. Unus *primo*. Nullus *primum*, ut Rhenanus. V. Observationes. J. FR. GRON. Respicit, opinor, ad 1. Obs. 7. DUK. *primus* etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Deinde *se hosti obtulerat* Lov. quinque, Harl. et Hav. Paullo ante *ullo ordine* Flor. Lov. 1. 2. 8. 5. Harl. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Froben. anni 1535.

§. 14. *Dein vetus miles adversus temerarios inpetus pertinax*] Pal. pr. *dein vectus miles*. sec. *deinde vetus*. tert. *dein vetus*. Post vet. ed. *pertinaci caede primorum insequentis sumsit*. GEBH. Put. Men. *de invectis*. Scribe *dein vetus*, ut erat in duobus Pall. et Aldina. Tertius, et Andreas *deinde vetus*. 37, (11, 7.) *Pausistratus primo, ut in re necopinata, turbatus parumper, deinde vetus miles celeriter collecto animo*. J. FR. GRON. *de invectis* Hearnii N. *dein vectus miles* Voss. Lov. 1. 4. *deiñ vectus miles* Gaertn. *deinde vetus miles* Lov. 2. Ber. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. *dein vetus miles* Flor. et reliqui mei, cum Hearnii D. et ed. Aldina, eamque secutis usque ad Francof. anni 1578. in qua primum *dein vetus miles* inveni, dissentientibus omnibus membranis. Mox *caede priorum* Lov. 5. Sed v. ad 37, 43, 10. *atroci caede primorum insequentes suppressit conatus* Ber. et edd. antt. Voces *caede primorum insequentes suppressit* desunt in Lov. 1.

§. 15. *Conatus paullo post ultro inferre pedem*] Ita edidit Gronov. anno 1665. eamque lectionem sequentes servarunt. Interim tamen eam ortam puto ex librariorum lapsu, pro *ultro*, quomodo est in Flor. Cant. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. prioribus; quod verum est, ac restitui. *Ultro* enim hic ponitur pro insuper, de quo infra v. ad 40, 12, 4.

Ut neminem cedere] In scripto volumine est *ut nem cedere*. Suspicor scribendum, *ut non cedere*. RHEN. At omnes mei *ut neminem cedere*. Errans unius codicis lectio Rhenanum decepit.

§. 1. *Atque haec tamen hostium*

Digitized by Google

tum maxime dimicantium, jure belli in
pugnantesque edebantur. foedior alia i
cidatio erat, quum turbam feminarum
que inbellem inermemque cives sui cae
in succensum rogum semianima pleraqu
corpora, rivique sanguinis flammam o
ſtinguerent: poſtremo ipsi, caede mise
rum fatigati, cum armis medio se incen
runt. Jam caedi perpetratae victores I
pervenerunt. ac primo conspectu tam
mirabundi parumper obſtupuerunt. dein
rum argentumque, cumulo rerum aliarui

iratorum] Pal. 1. *Atque habitum hoſtium*. tert. *cum hoſtium*. GEBHARDUS.

Dimicantium, jure belli in armatos repugnantesque edebantur] Put. Reg. Men. Voſſ. *dimicantium pugnantisque edebantur*, vel *pugnantesque*. caetera nusquam. Una particula *que* in cauſſa fuit, cur tot verba infulcirent. Mitius poterant, *Atque haec tamen hoſtium iratorum ac tum maxime dimicantium pugna visque edebat*. Nam illud *jus belli* non magis hic ab Livio profectum puto, quam superius 26, 31, 2. J. FR. GRON. Quae in suis deesse notavit Gronov. exsulant etiam a Flor. et Lov. 1. *dimicantium pugnantesque edebant* legunt Lov. 2. 5. Hav. et Hearnii N. ac L. 1. Gronovius pr. ed. not. legebat *dimicantium in pugnantes edebantur*, vel *dimicantium in pugnantesque edebantur*, hoc sensu, edebantur ab dimicantibus et in pugnantes. Contra Cl. Crevierius, teſtatus verba eadem in nullo sibi cod. obcurriſſe, attamen, quin Livii forent, non dubitabat, quum et augerent sententiam quam peregrinum a dolerent.

§. 2. *Turbam femi rumque inbellem iner* tuſtus liber habet *i ermem*, sine particul Vet. lib. *imbellem ine* Comparet in Pal. 3. *ermem*. Amplius ide *succensum rogo semi que inciderent corpora bellem inermemque* Deinde *incenderent* 2. *inciderent corpora*

Flammam orientem Pal. 1. margo contin *rent*. ipse textus ve *rent*, sicut idem in 10. *Jam velut ad com gendum incendium* GEBH. *reſtringerent ſtinguerent* Ber. Reliq tant.

Cum armis medio se jecerunt] Quid, si qu *jicerent*, pro *injecerun* sententia cohaereat? *jecerunt* omnes codd.

gens, aviditate ingenii humani, rapere ex igne vellent, correpti alii flamma sunt, alii ambusti adflatu vaporis: quum receptus primis, urguente ingenti
5 turba, non esset. Ita Astapa, sine praeda militum, ferro ignique absumta est. Marcius, ceteris ejus regionis metu in deditionem acceptis, victorem ex-
6 ercitum Karthaginem ad Scipionem reduxit. Per eos ipsos dies perfugae a Gadibus venerunt, pollicentes, urbem Punicumque praesidium, quod in ea urbe esset, et imperatorem praesidii cum classe

§. 4. *Aurum argentumque, cumulo rerum aliarum interfulgens*] Pal. 1. *aurum argentumque, cumulo rerum aliarum interfluens, ingenii humani aviditate rapere ex igne vellent.* quae exactius rerum circumstantiis respondent, quam vulgata. GEBH. *interfluens* etiam Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Hafn. Gaertn. et Hav. Non video tamen, cur Gebhardus id rerum circumstantiis exactius respondere putarit. Certe, si aurum et argentum vehementia ignis jam liquidum fuerit, vix ex igne rapi potuit, antequam flamma resedisset.

Correpti alii flamma sunt] Exemplar Spirense tantum habet *correpti*, ubi subauditur verbum *sunt*, *alii ambusti adflatu vaporis.* RHEN. Pal. 1. margo *correpti flamma sunt, alii adusti a flatu vaporis.* sec. *alii combusti ad flatum vaporis.* GEBH. Omnes mei vulgatum probant, nisi quod *correpti flamma alii sunt* legat Ber. et mox *combusti adflatu* Voss. in margine. *ambusti a flatu* Gaertn.

Quum receptus primis, urguente ingenti turba, non esset] Nos inseruimus duas dictiones, quae deerant, *ab tergo. quum receptus primis, urgente ab tergo ingenti turba, non esset.* RHEN. Pall. 1. et 3. *urgente turba non esset.* Expunxi itaque ex vulgata, quae ita se habet, *urgente ab tergo ingenti turba*, duo ista vocabula *ab tergo.* quippe et Pal. 2. et vet. ed. mihi adstipulantur, offerentes *urgente ingenti turba.* GEBH. Quod Rhenanus immisit *ab tergo*, nec Gall. nec Pall. quisque, nec Voss. confirmat. J. FR. GRON. Non modo voces *ab tergo* ignorant omnes nostri, et Oxonn. Hearnii, verum insuper vox *ingenti* neglegitur in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii L. 1. et N.

§. 5. *Ferro ignique absumta est*] Pal. 1. margo habet *ferroque aut igni.* Lege *ferroque et igni.* ad quam alludit scriptura etiam contextus. GEBH. De ea compositione orationis v. ad 10, 30, 2. Eodem alludunt Voss. Lov. 1. et Gaertn. *ferroque igni* praeferentes. Optimi tamen nihil mutant. Mox *Karthaginem* deest in Harlej.

§. 6. *Quod in ea urbe esset*] Dispunximus ablativum *urbe.* RHEN. Voss. et omnes Gall. *urbem Punicumque praesidium, quod in ea urbe esset.* Etsi non male τὸ *urbe* cancellet Rhenanus. J. FR. GRONOV. Τὸ *urbe* etiam exstat in om-

Digitized by Google

prodituros esse. Mago ibi ex fuga substiterat, navibusque in oceano conlectis, aliquantum auxiliorum et trans fretum ex Africa ora, et ex proximis Hispaniae locis per Hannonem praefectum coëgerat. Fide accepta dataque perfugis, et Marcius eo cum expeditis cohortibus, et Laelius cum septem triremibus, quinqueremi una, est missus, ut terra marique communi consilio rem gererent. 7 8

XXIV. Scipio ipse gravi morbo inplicitus, graviore tamen fama, quum ad id quisque, quod au- 1

nibus meis, et Oxonn. Hearnii. Id igitur Gronovio non aliam ob rationem displicuit, quam quod modo praecessit. At, Livium ab hujusmodi repetitionibus non abhorruisse, supra dictum est ad 1, 3, 9. Paullo ante *Per eos dies* Harl.

§. 7. *Et trans fretum ex Africa ora, et ex proximis*] Antiqua lectio *et trans fretum Africae ope, et ex.* Tu scribe *et trans fretum Africae oras, et ex proximis Hispaniae locis.* RHEN. Omnes iidem *aliquantum auxiliorum et trans fretum ex Africa ora*, secus atque idem Rhenanus. J. FR. GRON. *et trans fretum Africae oras* Rhenano faventes Hearnii L. 1. et D. *ex Africae ora* Lov. 2. At reliqui omnes *trans fretum ex Africa ora:* quod amplector. *ora Africa*, ut *terra Italia*, de quo dixi ad 25, 7, 4. Similiter *Africa praesidia*, de quo v. ad 21, 22, 2.

§. 8. *Cum septem triremibus, quinqueremi una*] Vet. lib. *et quinqueremi una.* SIG. Scribe *cum septem triremibus, quinqueremi una.* Nam copulativam abdicant omnes scripti. J. FR. GRON. Copula etiam deest in omnibus meis. Praeterea vox *una* in Gaert. Supra vero voces *cum expeditis cohortibus et Laelius* negleguntur in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Hav. et Hearnii L. 1. quae perperam omissae sunt a male festinante librario ob repetitionem vocula e *cum*. V. ad 9, 11, 11.

§. 1. *Insita hominibus libidine*] Put. Reg. Men. Voss. *insita hominum libidine.* Quamquam alterum frequentius etiam nostro, non hic tamen vett. librorum spernenda auctoritas. Sic 38, [10, 5.] *Dum in fide Romanae societatis mansissent, insita gentis tranquillitate quiesse eos.* Justinus 5, 3. *Qui quum insita genti superbia crudeliter in plebem consuleret.* Notat Bongarsius, in quibusdam libris fuisse *gentis*. quod non temere rejiciam. J. FR. GRON. *hominibus* restat in Lov. 3. 4. 5. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii L. 1. Ita saepissime Livius loquitur. Supra 2, 27, 1. *Insita superbia animo.* c. 49, 12. *Ab insita animis levitate.* 6, 18, 10. *Nec hoc natura insitum vobis est.* Hoc lib. c. 12, 8. *Mos vitio etiam insitus genti.* c. 21, 3. *Ad specimen insitae genti virtutis ostendendum.* c. 40, 7. *Insitae ingenio meo cunctationis.* 36, 8, 4. *Ab insita regibus vanitate.* 42, 39, 3. *Cura insita mortalibus*

Digitized by Google

dierat, (insita hominum libidine alendi de industria rumores) adjiceret aliquid, provinciam omnem ac
2 maxime longinqua ejus turbavit: adparuitque, quantam excitatura molem vera fuisset clades, quum vanus rumor tantas procellas excivisset. non socii in
3 fide, non exercitus in officio mansit. Mandonius et Indibilis, quibus (quia regnum sibi Hispaniae,

videndi. 44, 30, 5. *Violentiam insitam ingenio intemperantia vini accendebat.* Nihilominus tamen *hominum* hic quoque Flor. Lov. 1. 2. Harl. Hav. et Hearnii D. quorum fide id recte praeferre Gronovium puto. Paullo ante *ad id quisque*, *quod erat*, pro *quod audierat*, Voss. Lov. 1. 2. Hafn. et Hav. *quod haud erat* Harl. *quod aut terra* Flor.

§. 2. *Adparuitque, quantam excitatura*] Pal. 2. *apparuitque*. GEBH. Saepius hic error in scriptis committitur. V. ad 44, 28, 10. Nostri nihil mutant.

§. 3. *Pulsis inde Karthaginiensibus, destinarant animis, nihil pro spe contigerat*] Pal. pr. *expulsis inde Carthaginensibus, destinaverant animis, nihil prospere contigerat.* sec. tert. et vet. ed. *nihil prospere contingebat.* GEBH. *expulsis* Voss. Lov. 1. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii N. et edd. ante Aldum. Deinde *nihil prospere* Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hafn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. eaedem. Ita alibi etiam peccarunt librarii, duo haec *pro spe* et *prosp'e*, sive *prospere*, commutantes. V. ad 7, 11, 4. 22, 40, 8. et 34, 22, 4. *nihil prope* Flor. V. ad 8, 25, 5. Tandem *contingebat* Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. et eaedem iterum edd.

§. 4. *Lacetani autem erant*] *Lacetani* Flor. *Laceni* Voss. Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii N. Quum autem Mandonius *regulus Ilergetum* dicatur 26, 49, 11. et *Ilergetem* eum vocet Livius 29, 1, 19. passim etiam Ilergetes videantur proprius fuisse Indibilis et Mandonii miles, hinc miratur Cl. Crevier. solos hic *Lacetanos* tamquam Mandonii et Indibilis populares memorari. Conjicit itaque nominis Ilergetum deformata quaedam remanere vestigia in voce *autem*, quam nullo modo hic necessariam dicit, ac scripsisse Livium *Lacetani et Ilergetes erant.* Verum vulgatum *autem* omnes tuentur, et in simili locutione etiam adhibet Liv. 7, 41, 8. Potuerunt itaque ambobus populis, qui vicini erant, praefuisse, quorum hic Lacetani, alibi Ilergetes tantum nominantur. Certe, Mandonium et Indibilem non minus Ilergetes, quam Lacetanos, ad rebellionem perlexisse, constat ex c. 27. et 34. Et tamen interdum in ipsa hac historia Ilergetes soli nominantur, ut c. 31. et 34. verum hic soli Lacetani.

Juventute Celtiberorum excitata] Vet. lib. *excita.* SIG. Pal. 1. 3. et vet. ed. *juventute Celtiberorum excita.* GEBH. Omnes Gall. duo Pall. Voss. *excita*, ut Sigonius. 4, [9, 11.] *Plebs ad expugnandam secum Ardeam Volscos excivere.* 22, [21, 7.] *Celtiberi nuncio misso a Scipione exciti.* 30, [7, 11.] *Et eum-*

Digitized by Google

pulsis inde Karthaginiensibus, destinarant animis) nihil pro spe contigerat, concitatis popularibus 4 (Lacetani autem erant) et juventute Celtiberorum excita, agrum Suessetanum Sedetanumque sociorum populi Romani hostiliter depopulati sunt. Civilis 5 alius furor in castris ad Sucronem ortus. Octo ibi millia militum erant; praesidium gentibus, quae

nem juventutem adfirmat exciturum ex regno. J. FR. GRON. *excitata* demum in Froben. anni 1531. inveni. Priores cum omnibus, quos consului, Mstis *excita*, ut viri docti voluerunt. Supra 7, 7, 4. *Omne Hernicum nomen, omnis militaris aetas excitur.* 8, 11, 9. *Se, ex Latinis et ex Volscis populis juventute propere excita, rediturum infesto exercitu.* 21, 16, 6. *Trahere secum tot excitos Hispanorum populos.* 22, 21, 7. *Nuncio misso a Scipione exciti arma capiunt.* 45, 4, 3. *Qui paullo ante Bastarnarum excivisset auxilia.* ubi v. quae notantur. Justin. 2, 4. *Qua re effectum est, ut paucae, repentino tumultu excitae, arma sumerent.* Silius 5, 191.

Horresco, ut pendente malo, ceu ductor ad arma
Exciret Tyrius.

ubi antea contra leges metricas edebatur *excitet.* V. quae ibi notantur. Solent autem *excire* et *excitare*, ac praesertim *excitus* et *excitatus* innumeris locis in Mstis commutari. V. ad 1, 48, 1. 2, 49, 5. c. 62, 4. c. 64, 9. 3, 50, 2. 5, 8, 7. 6, 8, 5. 7, 26, 9. c. 36, 2. 8, 10, 3. 9, 8, 3. 10, 5, 4. 27, 12, 7. Similiter confunduntur *citus* et *citatus.* V. ad 2, 10, 3. *concire* et *concitare.* V. ad 9, 37, 1. *concitor* et *concitator.* V. ad 23, 41, 2. Alia hujus fere generis v. ad 10, 37, 2.

In agrum Suessitanum Sedetanumque] Illergetum regulus erat Mandonius, ut 22, [21, 2.] ait Livius, Lacetanorum autem Indibilis, ut puto. Caeterum 25, [34, 6.] Suessanos adversus P. Scipionem duxisse idem Indibilis dicitur, quum Suessitani hoc loco amici populi Romani praedicentur: nisi duos populos fuisse intelligamus. Mira profecto in his est obscuritas, et quam ne Livio quidem satis notam fuisse existimo. *Sedetanos* autem puto *Edetanos* Ptolemaeo dici atque Plinio 3, 3. GLAR. *Suessetanum*, ut supra. SIG. Doujatius *Vescitanum*, pro *Suessetanum*, legendum censet. Sed v. quae supra notantur ad 25, 34, 6. Neque codd. mutant, nisi quod alia orthographia *Suesitanum*, *Suesetanum*, *Suesitanum*, *Suessitanum*, *Suessitanum* legant. Deinde *Sedetanumque* Flor. *Setetanumque* Voss. *Setatanumque* Hearnii N. *Amphitanumque* ejusdem L. 1. V. quae notantur ad Silii 3, 372.

§. 5. *In castris ad Sucronem*] Sucronis eodem in loco meminit Plinius. Ptolemaeus ultra Valentiam statuit. Id autem mirum, quomodo hi milites Mandonio Indibilique conjungi potuerint, interpositis tot amicis populis, Edetanis ac Suessitanis: ipsi ultra Iberum, praesidium gentibus cis Iberum: Mandonius autem ac Indibilis citra Iberum. Merito haec lectori, ut obscura, indicari poterunt. GLAR. *ad Su-*

Digitized by Google

6 cis Iberum incolunt, inpositum. Motae autem eorum mentes sunt non tum primum, quum de vita imperatoris dubii rumores adlati sunt; sed jam ante, licentia ex diutino, ut fit, otio conlecta, et nonnihil, quod in hostico laxius rapto suetis vivere
7 artiores in pace res erant. Ac primo sermones tantum occulti serebantur, *si bellum in provincia esset, quid sese inter pacatos facere? si debellatum jam et*
8 *confecta provincia esset, cur in Italiam non revehi?* Flagitatum quoque stipendium procacius, quam ex more et modestia militari erat: et ab custodibus

tronem Hav. *ad Succonem* Hearnii L. *ad Succonem* ejusdem N.

§. 6. *Non tum, quum primum de vita imperatoris dubii rumores adlati sunt*] Omnes Gall. *non tum primum, quum de vita.* Deinde Put. Reg. Men. ignorant vocem *rumores.* Regius inter hos *dubii allati sunt nuntii.* Puto, hanc vocem in antiquissimo cod. corruptam esse in verbum substantivum, una mutata, duabus omissis literis: hinc ex sensu adjecisse recentiores, alios *rumores*, alios *nuntii:* cum olim fuisset: *Motae autem mentes eorum non tum primum, quum de vita imperatoris dubii allati nuntii: sed jam ante.* Quamvis et liceat *dubie allatum sit*, pro *allatum est:* quippe isto modo saepissime in optimo libro verbum substantivum cohaeret; non quod ita Livium fecisse putem, sed compendium exstitisse puto librariorum. Ex eo facile fuit *allati sunt* formare. J. FR. GRON. *non tum primum, quum de vita* etiam Voss. Lov. 1. Hav. et quidam alii. Deinde *dubii allati sunt* Voss. et Harl. quorum prior in margine *dubii sermones allati sunt* exhibet. *sermo dubii allati sunt* Lov. 1. sed *sermones* alia manu emendatur. *dubii rumores allati* sine verbo substantivo Hearnii N. *dubie allatum sit* Lov. 2. et Hav. *dubia allata sunt* Hearnii L. 1. Cl. Crevierius, in Victor. etiam inveniens *dubii allatum sit*, Gronovii conjecturam *dubie allatum est* non improbat, quae mihi quoque maxime adridet. De locutione, *adferitur, adlatum est*, ita simpliciter adhibita, v. ad 22, 14, 11. Paullo ante *Motae eorum autem mentes sunt* Flor. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertner. Hav. et edd. ante Frobenianam anni 1535. Sed v. ad 6, 17, 3.

Licentia ex diutino, ut fit, otio conlecta] Huic licentiae maxime occurrendum esse prudenti imperatori, ait Polyb. l. 2. ubi de hac re agit. SIG. Gruteri ed. ultima praefert *ex diuturno*, idque omnes recentiores servarunt. Quin et, quum omnes sileant, quid in codd. suis repererint, latet. Saepe quidem hae voces in Mstis commutantur. V. ad 4, 32, 6. 5, 11, 5. 6, 32, 2. 8, 4, 5. 24, 18, 2. 28, 3, 1. 39, 51, 8. c. 54, 2. Viros doctos ad Suet. Calig. 1. et ad Val. Max. 1, 8, 2. et 3.

Digitized by Google

probra in circumeuntes vigilias tribunos jacta: et noctu quidam praedatum in agrum circa pacatum ierant: postremo interdiu ac propalam sine commeatu ab signis abibant. omnia libidine ac 9
licentia militum, nihil instituto ac disciplina militiae, aut imperio eorum, qui praeerant, gerebantur. forma tamen Romanorum castrorum 10
constabat una ea spe, quod tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisque rati fore, et jura reddere in principiis sinebant, et signum ab eis petebant, et in stationes ac vigilias in

3, princ. Hic tamen *diutino* restitui, quia ita inveni in omnibus meis. V. ad 25, 7, 11.

§. 7. *Ac primo sermones tantum occulti serebantur*] Put. Reg. Men. Voss. *Ac primores tantum occulti*. vel *primones*. sed illud in Put. Scribe, *Ac primo rumores tantum occulti serebantur*. J. FR. GRON. *Ac primo tantum occulti* Cant. *Ac primo res tantum occulti* Flor. *Ac primo res tantum occulte* Voss. Lov. 1. 2. et Harl. *Ac primores tantum occulti* Hearnii L. 1. Non malo sensui consulit, qui *Ac primo sermones* dedit: at melius, *Ac primo rumores* scribendum, ex Flor. vestigiis conjecit etiam Salvinius. Mox voces *quid sese inter pavatos facere? si debellatum jam et confecta provincia esset* desunt in Harl. et Hearnii N. librariorum neglegentia, ob repetitionem *τοῦ esset*. V. ad 9, 11, 11.

§. 9. *Nihil instituto ac disciplina militiae. aut imperio*] *instituto aut discrimine militiae* Flor. Voss. Lov. 1. Hafn. et Hav. *instituto aut disciplina* Lov. 2. Harl. Ber. Gaertner. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Froben. anni 1535. *instituto ac disciplina militari* Lov. 3.

§. 10. *Forma tamen Romanorum castrorum constabat una ea spe*] Pal. 3. *forma tantum Rom. castr.* GEBH. Freinsh. [Indice in Flor. v. *Species*] *forma tamen Romanorum castrorum constabat una ea specie*. Melius *una ex parte*. J. FR. GRON. *fortuna tamen Rom.* Lov. 1. 4. et Hafn. V. ad 41, 20, 2. Quod autem librarius *forma tantum Rom.* dederit, itidem inter sollemnes id generis hominum errores referendum est. V. ad 9, 12, 6. Ceterum Freinsh. conjecturam probavit Gronov. in pr. ed. not. eamdem etiam Gronovii conjecturae praefert Doujatius: certe *species* et *spes* saepe in Mstis commutantur. V. ad 3, 9, 13. Male et contra omnes codd. ultima Gruteri ed. legit *una ex spe*, quod tamen occasionem Gronov. praebuisse videtur conjiciendi *una ex parte*.

Expertes seditionis defectionisque rati forent] Legendum est *rati fore*. Nam sequentia cohaerent, nec sunt separanda, quemadmodum in vulgatis edd. factum vi-

Digitized by Google

11 ordinem ibant: et, ut vim imperii abstulerant, ita speciem dicto parentium, ultro sibi imperantes, ser-
12 vabant. Erupit deinde seditio, postquam reprehendere atque inprobare tribunos ea, quae fierent, et conari obviam ire, et propalam abnuere, furoris
13 eorum se futuros socios, senserunt. Fugatis itaque ex principiis, ac post paullo e castris tribunis, ad principes seditionis, gregarios milites, C. Albium Calenum et C. Atrium Umbrum, delatum omnium
14 consensu imperium est. qui, nequaquam tribuniciis

demus. RHEN. *vati fore*, praeter solum Ber. omnes mei.

Et jura reddere in principiis sinebant] Consensu Put. Reg. Men. Voss. *ut jura reddere in principiis sinebant*. Quasi significent, speciem tantum jurisdictionis et imaginem tribunis concessisse. Sed hoc forte argutum nimis. Lege, *ut jura redderent*. J. FR. GRON. *sed jura reddere* Gaertn. et Hearnii D. *ut jura reddere* Flor. Lov. 2. et Hearnii N. quam lectionem Gronov. probasse videtur in pr. ed. not. ad 29, 1. *ut jura redderet* Lov. 1. *ut jura redderent* Hearnii L. 1. Nondum tamen hanc lectionem in contextum admittere ausus sum, licet etiam duae ultimae literae *τοῦ redderent* facile absorberi potuerint a vocula sequenti *in*.

Signum ab eis petebant, et in stationes ac vigiliis in ordinem ibant] Non est in scripto cod. *et signum ab eis petebant*, sed tantum, *et ab eis petebant*. Quia tamen infra sequitur [c. 27, 15.] *Signum ab iis petitum est*, probo vulgatam lectionem. Nec est *in ordinem ibant*, sed *ordine ibant*. Sic autem integra sententia legi debet: *Ferma tamen Romanorum castrorum constabat una ea spe, quod tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisque vati fore, et jura reddere in principiis sinebant, et signum ab eis petebant, et in stationes ac vigiliis ordine ibant*. RHEN. Omnes Gall. et Voss. *in stationem ac vigilias in ordinem ibant*. J. FR. GRON. *in stationem ac vigilias in ordinem ibant* Flor. *in stationem ac vigiliis in ordinem ibant* Voss. Lov. 1. et Hav. *in statione ac vigiliis in ordinem ibant* Lov. 2. et 5. *in stationem ibant*, reliquis omissis, Harl. Quod Rhenanus voluit, in nullo est meorum Mstorum. At *ordine ibant* fuit in editis ante Aldum.

§. 11. *Ultro ipsi imperantes, servabant*] Put. *ultro si im imperantes*. Reg. Men. Voss. *si imperantes*. Nempe scribendum *ultro sibimet imperantes*. J. FR. GRON. *ipsi imperantes, servabant* legunt Lov. 3. 4. 5. Harl. et Ber. *se imperatores servabant* Lov. 2. *ultro ipsi in paucos servabant* Gaertn. *ultro si imperantes servabant* Lov. 1. Voss. et Flor. a m. 1. *ultro sibi imperantes servabant* Flor. a m. 2. et Hav. quomodo Gron. in pr. ed. not. maluit, et in contextum recepit, inde postea ea lectio per reliquas recentiores edd. propagata est.

Digitized by Google

contenti ornamentis, insignia etiam summi imperii, fasces securesque, adtrectare ausi: neque venit in mentem, suis tergis suisque cervicibus virgas illas securesque inminere, quas ad metum aliorum praeferrent. Mors Scipionis falso credita occaecabat 15
animos: sub cujus vulgatam mox famam non dubitabant totam Hispaniam arsuram bello. in eo tu- 16
multu et sociis pecunias imperari, et diripi propinquas urbes posse. et, turbatis rebus, quum omnia omnes auderent, minus insignia fore, quae ipsi fecissent.

§. 13. *Ac paullo post e castris*] Cantabr. *post paulo*. Itidem ex Voss. et Gud. notavit pater, de quo v. ad 22, 60, 16. JAC. GRON. Ita et Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. V. ad d. l. 22, 60, 16.

C. Albium Calenum et C. Atrium Umbrium] Scripsimus *C. Atrium Umbrum*. Et mox *delatum omnium consensu imperium est*. RHEN. Quidam pro *Actium* restituerunt *Atrium*: quod in oratione Scipionis postea [c. 28, 4.] ita legatur: *Sed illi tamen non Actium Umbrum semilixam, nominis etiam abominandi ducem. Atrium* ab *atro* dici voluisse, non *Actium*. Verum res non est tanti momenti. GLAR. *Atrium* vocant omnes codd. et edd. principes; *Actium* principibus illis proximae: pro quo *Atrium* iterum dedit Aldus, quem hic tangit Glareanus. Deinde Atrii hujus praenomen omittunt Lov. 1. et ed. ultima Gruteri, quod recte Jac. Gronov. restituit. Neutri praenomen additur in Hearnii N. Cujus L. 1. legit *C. Albium et U. Acrium*. Etiam particula *et* exsulat ab omnibus ante Aldum edd. quam defendunt codd. Tandem verbum *est*, in sequentibus a Rhenano additum, omnes agnoscunt, praeterquam Ber.

§. 14. *Neque iis venit in mentem, suis tergis suisque cervicibus*] Particulam *que* delevimus. Sic enim hic dixit Livius *suis tergis, suis cervicibus*, ut supra [c. 23, 2.] *turbam foeminarum puerorumque imbellem, inermem*. RHENAN. Reposui *suis tergis suisque cervicibus*, secutus Pall. tres, et antiquam ed. GEBH. Omnes Gall. et Voss. *suisque cervicibus*. Dein relegant τὸ *iis*. Quis credat, in his minutiis esse aliquid elegantiae? Est tamen: nam sic Cic. 9. ad fam. 15. *Et quidem, quum venit in mentem, ponor ad scribendum*. Nempe illis, et ab illis senatusconsultorum conditoribus. Livius 6, [37, 5.] *An jam memoria exisse, quum tribunos militum* etc. 23, [5, 8.] *Veniat in mentem, ut trepidos quondam majores vestros* etc. *defenderimus*. 26, [13, 5.] in oratione Virrii. *Jam e memoria excessit, quo tempore, et in qua fortuna a populo Romano defecerimus?* 31, [1, 3.] *Quum in mentem venit, tres et sexaginta annos aeque multa occupasse volumina mihi*. J. FR. GRON. Copulativam omnes mei tuentur. Pronomen autem *iis* tantum est in Ber. a m. 1. ejus loco *his* in Lov. 3. et Gaertn. a reliquis omnibus exsulat. Supra 5, 54, 3.

Digitized by Google

1 XXV. Quum alios subinde recentes nuncios, non mortis modo, sed etiam funeris, exspectaret, neque superveniret quisquam, evanesceretque temere ortus rumor; tum primi auctores requiri coe-
2 pti. et, subtrahente se quoque, ut credidisse potius temere, quam finxisse, rem talem videri posset, de-

Quotiescumque patria in mentem veniret, haec omnia obcurrebant. 8, 5, 10. *Non venit in mentem pugna apud Regillum lacum?* 25, 38, 8. *Quotiescumque obcurret memoria illorum, velut si adhortantes signumque dantes videatis eos, sic proelium inire vos velim.* Cic. 7. ad Att. 13. *Quum autem Dolabellae venit in mentem, paullum respiro.* Cicero tamen saepissime casum addit.

§. 15. *Sub cujus vulgatam jam famam*] Libri duo MSS. *vulgatam mox famam.* Paullo ante Pal. sec. *excaveabat animos.* GEBH. Gall. duoque Pall. et Voss. *sub cujus vulgatam mox famam.* J. FR. GRON. *jam famam* Lov. 3. Gaertn. et Hearnii D. Reliqui, et mei, et Hearnii Oxonn. *mox famam.*

§. 2. *Et subtrahentes se quoque, ut credidisse*] Archetypon Spirense habet *et subtrantesse quoque.* Lego *et subirascentes quoque.* Nam sequitur, *ut credidisse potius temere, quam finxisse, rem talem videri possent.* quae clausula velut per parenthesin interjecta legi debet. Sensus est: et subirascebantur, ut temere credidisse, non finxisse, viderentur. non quod se subduxerint. Hic locus hactenus non fuit intellectus. Quod vero sequitur *sua ipsi insignia* fasces intelligit et secures, f. *horrebant.* RHEN. Rhenani Spirense exemplar habuit *et subtrantesse quoque.* meum *et subtrahentes quoque.* Ille primus reposuit *et subirascentes.* Addit gloriae caussa, a nemine hactenus locum ifum intellectum. verissime. sic tamen, ut a se computet. Quis enim non videt, nihilo secius haerere sententiam? nec esse, quo illud *subirascentes* applicetur. Ἢ δεῖ διωπᾶν, ἢ λέγειν ἀμείνονα, ait ille. Emendo, *et subornant eos quoque.* vel, *et subdiderant*, facili sententia, et, audebo dicere, Livii germana. LIPS. 1. Ep. Quaest. 16. *et subirascentes quoque* reposuit Rhenanus, jactans locum a nemine hactenus fuisse intellectum. Cujus inanes glorias obterit Lipsius. Pal. 1. *et subtrahentes se quoque* (haud secus Pall. duo reliqui, et princ. ed.) *ut credidisse, quam finxisse potius temere rem talem videri possent.* GEBH. *et subtrahentes se quoque* omnis vetus lectio meliorum librorum, quam vere ait Rhenanus hactenus non intellectam. Sed tamen nequaquam ipse sententiam Livii est adsecutus supponendo, *et subirascentes quoque.* In pari fiducia par fortuna Lipsii, increpantis licet Rhenanum et praefati, ἢ δεῖ διωκᾶν, ἢ λέγειν ἀμείνονα. Ille ergo *et suorunt eos quoque*, vel *et subdiderant:* facili sententia, et, audebo dicere, inquit, Livii germana. Habeamus sententiam, (nec habemus) utrum tandem recipiemus in contextum? Hoc ipsum nos ambiguos facit, quod duplex conjectura est. Vide, ut unica litera superflua tantorum virorum frustrata sit ingenium, ne σοχασιμὴν, quae in syllabis

Digitized by Google

ſtituti duces jam sua ipsi insignia, et pro vana imagine imperii, quod gererent, veram juſtamque mox in se versuram poteſtatem horrebant. Stupente 3 ita seditione, quum vivere primo, mox etiam valere Scipionem, certi auctores adferrent, tribuni militum septem ab ipso Scipione missi sunt.

enet aliquamdiu pendentes animi homines reſtituendae et explicandae antiquitatis ſtudiosos, ure apud male Criticos in odium et faſtidium venire putes. Scribendum est, *tum primi auctores equiri coepti, et subtrahente se quoque, ut credidisse potius temere quam finxisse rem talem videri posset; deſtituti duces jam sua ipsi insignia* etc. nam ita quoque, non *possent*, optimi codd. Quum subraheret se quisque, et auctorem fuiſſe negaret, ut potius accessisse numero temere credentium, quam ipse eum rumorem vulgaſſe, aut ementitus esse videretur, tum Calenus et Umber expavescere. Cicero ad Q. Fratrem (2, 8.) *Quo me libentius e curia et ab omni parte reipublicae subtraho.* Sic conjeceram dudum, et scriptum poſtea in Put. Duobusque Flor. inveni. J. FR. GRON. Omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. *et subtrahentes quoque*, vel *et subtrahentes se quoque*, vel *et subtrahentes quoque se*, praeter unum Flor. qui *et subtrahente se quoque*, ut jam Gronov. monuit, exhibet; quod forte etiam superest in Cant. et Ber. ex quibus nihil notatur. Et recte hanc lectionem Gronov. probavit. Liv. 44, 16, 6. *Poſtquam deterrere eum a bello nequiit, primo subtrahere sese per alias atque alias causas, ne interesset iis, quae non probabat, coepit.* In fine vocis *subtrahentes* adcreverat ultima litera ex principio sequentis. Id in litera *s* saepissime evenisse, ut ex initio vocis sequentis in fine praecedentis perperam vel addatur, vel omittatur, jam monuerunt Pier. ad Virg. 2. Aen. 332. Casaub. ad Suet. Caes. 27. Ciofan. ad Nason. 6. Her. 107. Cel. Burm. ad Seren. Sam. v. 866. Cort. ad Plinii 2, 11, 17. et Markl. ad Statii 1. silv. 1, 63. Innumera ejusdem erroris exempla ex unius Livii Mſtis laudari poſſent. Exempli cauſſa v. ad 1, 2, 5. c. 6, 3. c. 9, 2. 2, 7, 7. c. 16, 7. c. 29, 1. c. 45, 15. c. 52, 7. c. 54, 9. c. 57, 3. c. 64, 11. 3, 3, 6. c. 7, 2. c. 9, 12. c. 11, 3. c. 15, 2. c. 35, 5. c. 36, 6. c. 37, 8. c. 38, 8. c. 46, 4. et alibi. Hinc *credidisse*, *quam finxisse potius temere* Voſſ. Lov. 2. 3. 5. Harl. et Hav. *credidisse potius*, *quam finxisse temere* Gaertn. *credidisse*, *quam finxisse potius*, voce *temere* omiſſa, Lov. 1. Deinde *posset*, praeter Ber. et Hearnii D. omnes et mei, et Oxonn. Hearnii.

Mox in se versuram poteſtatem exhorrebant] Omnes Gall. et Pall. cum Voſſiano *horrebant*. Interpretare autem *versuram* παθητικῶς, pro *versum iri*. J. FR. GRON. *exhorrebant* primum vidi in Ascens. anni 1513. cujus loco *haec horrebant* legunt priores, consentiente uno codicum Ber. Reliqui enim mei cum omnibus Oxonn. Hearnii *horrebant*. De activo *vertere* sensu paſſivo v. supra ad 2, 62, 2.

§. 3. *Stupenti ita seditioni*] Pal. pr. *Stupente ita seditione*. sec. *Sti-*

Digitized by Google

4 Ad quorum primum adventum exasperati animi; mox, ipsis placido sermone permulcentibus notos, 5 cum quibus congressi erant, leniti sunt. circumeuntes enim tentoria primo, deinde in principiis praetorioque, ubi sermones inter se serentium circulos vidissent, adloquebantur, percunctantes magis, quae caussa irae consternationisque subitae foret, quam 6 factum accusantes. Vulgo *stipendium non datum* ut

penti. Mox Pal. 1. et vet. ed. *qui ab ipso Scipione sunt missi.* Amplius pr. omittit τὸ *supervenerunt.* GEBHARD. Haec parum integra scripti codices arguunt. Primum omnes Gall. Voss. et Pal. unus *Stupente ita seditione.* Deinde Put. *septem a qui ab ipso Scipione sunt.* Pal. Men. Voss. *septem qui ab ipso Scipione sunt missi.* Reg. *septem missi ab ipso Scipione.* Denique τὰ *missi supervenerunt* prorsus abolent Put. Pet. Reg. posteriorem vocem etiam Men. Pal. Voss. Non satis me expedio. conjicere tamen in re crepera licet: *Stupente ita seditione, quidam vivere primo, mox etiam valere Scipionem certi auctores adferunt, tribuni militum septem missi ab ipso Scipione.* Vel, *septem ad hoc ab ipso missi.* J. FR. GRON. *Stupente ita seditione* Flor. Cant. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. a m. 2. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Vox *supervenerunt* in tribus tantum, iisque minimae fidei codd. apud me superest; eorum primus est Lov. 4. qui legit, *septem ab ipso Scipione supervenerunt missi.* secundus et tertius sunt Lov. 5. et Ber. in quibus inveni *septem, qui ab ipso Scipione sunt missi, supervenerunt.* Reliqui eamdem omittunt; et quidem *septem ab ipso Scipione sunt missi* legunt Lov. 2. et 3. *septem ab ipso Scipione missi sunt* Cant. et Voss. *septem, qui ab ipso Scipione sunt missi* Lov. 1. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *septem, qui ab ipso Scipione* Flor. Cl. Crevier. profitetur, vix quemquam sibi erepturum, quin credat, τὰ *supervenerunt*, quod tamen nullus codicum ejus agnoscit, germanam esse Livii scripturam, quae et clara, et scita, atque elegans est. Concedit deinde, cum Reg. et Victor. legi posse *tribuni militum septem missi ab ipso Scipione sunt.* Libenter suum cuique judicium permitto: mihi vero vel cum Gronov. legendum videtur *certi auctores ferrent, tribuni militum septem missi ab ipso Scipione*, vel cum nonnullis codd. *certi auctores ferrent, tribuni militum septem missi ab ipso Scipione missi sunt*, quod posterius in contextum recepi.

Qui ab ipso Scipione sunt missi. Castigavimus *ab ipso Scipione missi.* RHENAN.

§. 4. *Exasperati animo*) Castigavimus *exasperati animi.* RHEN. Pal. 1. cum antiqua ed. exhibet *exasperati animo.* Nec longe hinc Pal. 2. *circumeuntes enim quidem tentoria.* GEBH. *exasperati animo* etiam Flor. a m. 1. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *exasperatos animos* Flor. a m. 2. Utrumque dici potest *exasperati animo* et *exasperati animi*, sive

Digitized by Google

diem jactabatur: *et, quum eodem tempore, quo scelus Illiturgitanorum exstitisset, post duorum imperatorum duorumque exercituum stragem, sua virtute defensum nomen Romanum ac retenta provincia esset, Illiturgitanos poenam noxae meritam habere; suis recte factis gratiam qui exsolvat, non esse. Talia querentes aequa 7 ferre, seque ea relaturos ad imperatorem,* respondebant. *laetari, quod nihil tristius, nec insanabilius esset:*

exasperatur animo et *exasperatur animus*, eodem modo ut *cadit animo* et *cadit animus*, de quo v. ad 1, 11, 3. *exardescit animo* et *exardescit animus*, de quo v. ad 3, 30, 2. Id tamen, quod Rhenanus reposuit, apud Livium frequentius obcurrit. Infra 33, 39, 3. *Ut de mandatis agi coeptum est, animi exasperati sunt.* 40, 20, 5. *Hoc praecipue criminum genere exasperari animum sentiebat.* 42, 14, 3. *Exasperavit animos ferocia animi Harpali.* Mox §. seq. *deinde principis tentorio* Lov. 1. 2. et Hav. *deinde principiis tentorioque* Lov. 3. primo vox per compendium scripta fuerat *deiñ*; ejus autem ultima syllaba praepositionem *in* absorpsit. V. ad 37, 31, 4.

§. 6. *Stipendium non datum ad diem*] V. Schelium ad Polyb. c. 5. DUKER.

Quo scelus Illiturgitanorum exstitisset] Scripsimus *Illiturgitanum exstitisset*. De quo supra habes. RHEN. Omnes mei stant pro vulgato *Illiturgitanorum*, quod propterea recte Jac. Gronovium revocasse censeo.

Post duorum imperatorum duorumque exercituum stragem] In Spirensi libro tantum est *post duorumque exercituum stragem*. Si non est illic aliquid omissum librarii incuria, fortassis legendum *post duorum quidem exercituum stragem*. RHEN. Omnino Rhenanus incidit in cod. ex quo duae voces librarii culpa exciderant ob vocum *duorum* et *duorumque* repetitionem, de quo v. ad 9, 11, 11. Omnes nostri stant a recepta lectione. Infra c. 28, 9. *Quatuor imperatores, quatuor exercitus Karthaginiensium fudi, fugavi.* c. 38, 3. *Adversus quatuor se imperatores, quatuor victores exercitus in Hispaniam isse.* c. 43, 10. *Quum quatuor exercitus Poenorum, quatuorque duces omnia metu armisque tenerent.* 23, 11, 8. *Cum sex imperatoribus eum, sex consularibus exercitibus acie conflixisse.* 29, 5, 5. *Ut duobus ducibus, duobus exercitibus Romanis resistatur.* 38, 53, 2. *Ideo quatuor nobilissimos duces Poenorum in Hispania, quatuor exercitus fudit fugavitque.*

Suis recte factis] Inseruimus mediam vocem ab omnibus scriptis agnitam, sed a postremis quibusdam editionibus male neglectam. Et pater eam quoque margini adposuerat. 1, 33, 8. *Discrimine recte an perperam facti confuso.* 5, 47, 7. *Quum et recte et perperam facto pretium deberetur.* 29, 17, 4. *Omnium nobis recte perperamque factorum testis.* 45, 37, 5. *Ita et pretium recte facti triumphum haberet L. Paulus et poenam, si quid vetere gloria sua indignam*

Digitized by Google

et P. Scipionem Deûm benignitate, et rempublicam esse
8 *gratiae referendae.* Scipionem bellis adsuetum, ad seditionum procellas rudem, sollicitum habebat res, ne aut exercitus peccando, aut ipse puniendo, mo-
9 dum excederet. in praesentia, ut coepisset, lenitet agi placuit, et, missis circa stipendiarias civitates
10 exactoribus, stipendii spem propinquam facere. Edictum subinde propositum, ut ad stipendium petendum convenirent Karthaginem; seu carptim par-

fecisset. JAC. GRON. Vocem *recte* a Jac. Gronov. additam agnoscunt omnes mei Msti, et edd. usque ad ultimam Gruteri, ubi pessime omittebatur. Ut autem *recte facta*, ita *bene facta* supra 25, 31, 4. *Non plura per annos quinquaginta bene facta Hieronis.* 87, 1, 2. *Veteribus bene factis nova pensantes maleficia.* 43, 7, 7. *Exposuit civitatis primum suae bene facta.*

§. 7. *Et P. Scipionem Deûm benignitate, et rempublicam esse gratiae referendae*] Nota hoc dicendi genus, *P. Scipionem et rempublicam esse gratiae referendae.* Saepe enim per gerundium non hic modo, sed ceteri quoque authores loqui solent. GLAR. Malo, pro *rempublicam*, *populum Romanum*, noto errore. Sensus: Quia milites dixerant, suis recte factis gratiam qui referant, non esse; respondent tribuni, se laetari, et P. Scipionem Deûm benignitate vivere, cujus mortis fama percrebuerat, et populum Romanum esse, ita ut gratiam militibus referre possint. SIG. Sigonio scribendum videtur: *P. Scipionem Deûm benignitate, et populum Romanum esse gratiae referendae.* Sed omnes Gall. duoque Pall. et Voss. *reipublicae.* Vera est scriptura vetus. Quid si enim *benignitas reipublicae* laudetur, ubi senatus, ubi populus, illi qui rempublicam tractant benigni sunt? Seneca de Benef. 5, 17. *Ipsa respublica quam ingrata in optimos ac devotissimos sibi fuerit, quamque non minus saepe peccaverit, quam in ipsam peccatum est. Camillum in exilium misit: Scipionem dimisit.* Secus vulgatam non moveremus. V. ad 26, 35, 5. J. FR. GRON. Saepe *respublica* et *populus Romanus*, sive, ut breviter scribuntur, *r. p.* et *p. R.* a librariis confunduntur. V. ad 9, 26, 8. Verum hoc loco recte Sigonii conjecturam, nullius cod. fide nisam, Gronovio displicuisse puto. Ceterum *et reipublicae*, ut in codd. suis invenit, apud me servant Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. Praeterea *P. Scipionem proconsulem* edd. principes. Tum *rerum benignitate* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *Deorum benignitate* Lov. 3. Sed v. ad 21, 22, 5. Paullo ante *nihil tristius*, *nihil insanabilius* Lov. 5.

§. 9. *Missis circa stipendiarias civitates exactoribus, stipendii spem propinquam facere*] Polybius [11, 23.] Χάριν δὲ τοῦ πείθειν

:es, seu universi mallent. Tranquillam seditionem, 11
:am per se languescentem, repentina quies rebel-
:antium Hispanorum fecit. redierant enim in fines,
omisso incepto, Mandonius et Indibilis, postquam
rivere Scipionem adlatum est. nec jam erat aut ci- 12
vis, aut externus, cum quo furorem suum conso-
ciarent. Omnia circumspectantes consilia nihil re- 13
liqui habebant, praeter non tutissimum a malis con-
siliis receptum, ut imperatoris vel justae irae, vel

τὴν ἐπαγγελίαν, τὰς ἐπιτεταγμένας εἰσφορὰς ταῖς πόλεσι πρότερον εἰς τὴν τοῦ παντὸς στρατοπέδου χορηγίαν, ταῦτα νῦν ἀθροίζειν. SIG. Omnes Gall. *missi* et *fecere*. Non dubito *exactoribus* factum pro *exactoris*, ut habuit scriptura vetustior, et reliquisse Livium: *leniter agi placuit: et missi circa stipendiarias civitates exactores stipendii spem propinquam fecere*. J. FR. GRON. *missi* et *fecere* etiam Hearnius in L. 1. invenit. Sed *missi* pauci tantum meorum, *fecere* nulli exhibent, nisi forte Harl. unde ad nam vocem nihil notatum video. it *facere* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hav. *facit* Hafn. et Lov. 4. *fecit* Lov. 2. Omnes deinde vel *exauctoribus* vel *exactoribus*. Id quidem neglegentia et errore scribarum ex *exactoris*, pro *exactores*, datum esse potuit, ita enim saepe librarios peccasse supra vidimus ad 22, 8, 7. eo tamen inclinat animus, ut *missis* etc. *exactoribus* etc. *facere*, quod in duobus etiam quis exstare Crevier. testatur, verius credam, et ita omnis haec periodus p ndeat a praecedenti *placuit*. Certe alteram lectionem, ut Gronov. fecit, in contextum recipere au- ius non sum, sed potius priorem revocavi.

§. 10. *Edictum subinde propositum, ut ad stipendium petendum convenirent*] *positum* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. vett. Verum, quum per compendium *ppositum* scriptum fuisset, facile prior litera intercidere potuit. Est autem propria et quam maxime obvia locutio *proponere edictum*. Supra 2, 24, 7. *Hoc proposito edicto, profiteri extemplo nomina*. c. 30, 6. *Edictum deinde a dictatore propositum confirmavit animos*. 26, 12, 5. *Accessit edictum proconsulis ex senatusconsulto propositum*. et innumeris aliis locis. Praeterea vocula *ut* deest in Voss. et Lov. 1.

Seu carptim partes vellent] Forte *per partes*. J. FR. GRON. Haec conjectura firmatur auctoritate Polybii, qui κατὰ μέρη dixit 11, 13. ἄν τε κατὰ μέρη τοῦτο βούλωνται ποιεῖν, ἄνδ' ὁμοῦ πάντες. *sive per partes id vellent facere, sive omnes simul*.

§. 11. *Tranquillam seditionem, jam per se languescentem*] Vocula *jam* non agnoscunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. Neque mox τὸ *enim* est in Lov. 3.

§. 13. *Omnia circumspectantes consilia*] Dele τὸ *consilia*, etsi te-

Digitized by Google

non desperandae clementiae sese committerent. etiam hostibus eum ignovisse, cum quibus ferro di-
14 micasset. Suam seditionem sine vulnere, sine sanguine fuisse: nec ipsam atrocem, nec atroci poena dignam: ut ingenia humana sunt ad suam cuique levan-

neant omnes libri. Justinus 14, [2.] *Omnia igitur circumspicienti optimum visum est ad argyraspides decurrere.* J. FR. GRON. Supra 7, 14, 6. *Omnia circumspicere atque agitare coepit.* 21, 34, 5. *Circumspectans sollicitusque omnia incedebat.* Eadem locutione *circumspicere* ac *circumspectare omnia* saepissime etiam Cic. utitur. Exempla habemus pro Quinct. 31. 1. Agr. 8. in Pison. ad finem, et alibi. Invitis tamen codd. vocem *consilia* delere non audeo, licet mox repetatur *consiliis*. Id enim Livio non insolitum esse, vidimus ad 1, 3, 9.

Praeter unum tutissimum a malis consiliis receptum] Non semper tutus est iste a malis consiliis receptus, dum ad ducis clementiam confugitur. Nec adeo rebellibus istis militibus tutus fuit. Nam postea sequitur, deligatos ad palum, virgisque caesos, et securi percussos fuisse seditionis auctores. Itaque non lego *praeter unum tutissimum*, sed *praeter vulgatissimum a malis consiliis receptum*. quod autem vulgatissimum est, non est propterea tutissimum. Hinc illustratur elegantia Liviana. Quid enim elegantius dici potest, quam committere se tandem vel justae irae, vel clementiae principis aut magistratus, vulgatissimum esse a malis consiliis receptum? In archetypo Spirensi legitur *praeter enim autissimum*. Mihi sane magis placet *vulgatissimum*, quam vel *notissimum*, vel *novissimum*, quae duo tamen tolerari possent. RHEN. *praeter vulgatissimum* a Rhenano ortum est, cui haec conjectura magis placet, quam aliorum vel *notissimum*, vel *novissimum*. Vet. ed. *praeter non tutissimum*. Pall. tres *praeter non tutissimum a malis consiliis receptum*. Quorum codicum scriptura potius inserenda est contextui, quam incertissimae castigatorum suspiciones. Infra c. 34, 3. *Indibilis, abjectis belli consiliis, nihil tutius afflictis rebus experta fide et clementia Scipionis visus.* GEBH. Antea edebatur *praeter unum tutissimum*. Ubi sunt scripti, quos jactant editores? Nam Put. Pet. Men. tres Pall. duo Flor. Barberin. Voss. *praeter non tutissimum a malis consiliis receptum*. Verissime: neque est sane tutus admodum receptus permittere se alienae vel irae vel clementiae. Qui enim scias, majoremne doloris ille vindicandi, an gratiae quaerendae cupiditatem habeat? Cicero fam. 9, 1. *Ut nullam alleviationem quisquam non stultissime sperare debeat.* Epist. 9. *Meos tamen preces apud eum non minimam auctoritatis habituras puto.* Agrar. 2, [35.] *Romanus in montibus positam et convallibus, non optimis viis, angustissimis semitis.* Auctor ad Herenn. 4, [38.] *At huic quidem pater (malo minium dicere) non tenuissimum patrimonium reliquit.* J. FR. GRON. *praeter unum tutissimum* Ber. Hafn. et Hav. *praeter unum tutissimum* Lov. 5. *praeter tutissimum* Lov.

Digitized by Google

levandam culpam nimio plus facunda.
tio erat, singulaene cohortes, an unive
pendium petendum irent. inclinavit sente
tutius censebant, universos ire.

XXVI. Per eosdem dies, quibus haec
tabant, consilium de iis Karthagini era

1. *praeter non tutissimum* reliqui mei, cum Doujatii Regio, et Hearnii Oxonn. *non tutissimum* est periculosissimum. Ita *haud quaquam spernendus* pro maximi faciendus, 30, 45, 5. et *non minima opera* pro maxima opera 33, 6, 6. V. quae utrobique notantur. Mox *cum quibus dimicasset*, omissa una voce, Lov. 1. 2. et Hav.

§. 14. *Sine vulnere, sine sanguine fuisse*] Ultima vox deest in Ber. et edd. usque ad Aldum. Ejus loco *esse* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav.

Nimio plus facunda] An potius *foecunda*? multis scilicet inveniendis et animo fingendis, quibus iras adversus se conceptas molliri, et magnitudinem delictorum suorum extenuari posse sibi blandiuntur. Ovid. 4. Trist. 12, 38.

Et foecunda facit pectora laudis amor.

et 4. ex Ponto 2, 11. *Fertile pectus habes.* Plinius Praefat. Hist. Nat. *Magna foecunditas animi.* et 2, 78. et 36, 10. *ingenia foecunda. Facundia* in sermone προφορικῷ est, de quo hic non agitur. DUKER.

§. 15. *Inclinavit eo sententia, quod tutius*] Put. Reg. Pett. Men. duo Pall. Voss. arcent τὸ *eo*. Verissime: nam et vitiat scitum loquendi genus. 32, [13, 4.] *Fluctuatus animo est, utrum protinus in regnum se reciperet, an reverti in Thessaliam posset. Inclinavit sententia,*

suum in Thessalian tere. Vicit ponder eundum esse unive debatur tutius. T [59.] *Octo Batave tum discordia temp digressae, prout incl de momentum, socia* J. FR. GRON. Ill tantum inveni Ber nes uno ore damnat tibus Hearnii Oxon particulam modo ad mittere solitus est. didit 27, 46, 7. *M clinant sententiae, gnae differretur.* On *Hos ut sequar, inc* 7, 9, 5. *Magis, ut caussa dictatorem cre inclinat animus.* V est, ut codd. sequa mentum, quo Dou tum probat, additar *eo* sententiam magis reddere, placere quis similiter, aut melioribus Mstis inv da putaret omnia glossemata, quibus que obscuriora puta polare non dubitaru ea *singulaene cohorte sae* paullo ante Lov Ber. a m. 2.

§. 1. *Consilium de ii erat*] Omnes Gall. Notatum dudum erud Casina [in Prol. ver

At ego ajo hoc fier et Carthagini.

turque sententiis, utrum in auctores tantum seditionis (erant autem hi numero haud plus, quam quinque et triginta) animadverteretur, an plurium supplicio vindicanda tam foedi exempli defectio
3 magis, quam seditio, esset. Vicit sententia lenior, ut, unde orta culpa esset, ibi poena consisteret.
4 ad multitudinem castigationem satis esse. Consilio dimisso, ut id actum videretur, expeditio adversus

Noster 31, [11, 7.] *Magnam partem eorum palam Carthagini obversari dici.* Servius ad 4. Aen. [224.] *Tyria Carthagine qui nunc Exspectat: Carthagine, pro Carthagini, et pro adverbio in loco, de loco posuit.* Quod si cogitassent viri docti, non negassent, puto, *Carthaginiensis* analogia carere. Est enim id conceptum quasi ab *Carthagini*, non *Carthagine*. notum autem *i* longum in hujusmodi ἐθνικῶν formatione non semper elidi. Sic Latinus, Latini, *Latiniensis*. Cicero de Harusp. resp. [10.] *Quod in agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu.* Aventinus, Aventini, *Aventiniensis*. Valer. Max. 7, 3. *Quisquis eam Aventiniensi Dianae immolasset.* (**Aventinensis* est in Fast. Capit. ann. 388. et 391.) Sic Carthagini, *Carthaginiensis*. Neque vero, qui *Carthaginiensium* scribunt, id tantum faciunt Ennii auctoritate suffulti, ut aït vir doctus ad Curtium, sed imprimis Columnae Rostratae bello Punico primo a Duellio consule structae, sed antiquissimorum codicum, inter quos insignis ille Puteaneus, et quisquis vetustior, sed Prisciani, qui plures lapides integriores que libros oculis usurpavit, et ejusdem analogiae aliud exemplum dat in voce *Crotoniensis*. Quod confirmant codices Liviani l. 29, 36, 4. et l. 22. extremo. J. FR. GRON. *Carthaginensis* probant Scaliger ad Priap. carm. 32. Vossius 1. de Art. Gramm. 43. et Freinsh. in Ind. Curtiano, v. *Carthago*. Contra *Carthaginiensis* Politian. 5. ep. 3. Rivius ad Sall. Jug. 5. Aldus in Orthogr. et Borrich. in Cogitat. de ling. Lat. ubi fere eadem omnia, quae hic apud Gronovium, leguntur. Et hoc sine dubio verius est. DUK. *Carthagini* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. aliique, cum Hearnii L. 1. et N. V. Gronov. ad Senec. 1. contr. 1. et quae notavi ad Liv. 27, 5, 11. 30, 44, 4. 31, 11, 7. ad Epit. Liv. 28. 48. et 49. Simili modo *Lacedaemoni*, pro *Lacedaemone*, quidam codd. praeferunt infra 35, 35, 1. Eorum, qui *Karthaginiensis* scribunt, numerum augent Sigon. ad Epit. Liv. 14. Cortius ad Sall. Catil. 51, 6. et viri docti ad Front. 1, 2, 3. Ejusdem analogiae est *Viboniensis*, de quo supra v. ad 21, 51, 4.

§. 2. *Certabantque sententiis*] Omnes mei *certabaturque*; neque aliter etiam Hearnii L. 1. et N. cum edd. antt. usque ad Modium, qui operarum errore dedit *certabanturque*. Ejus loco deinde Gruterus in ed. ultima substituit *certabantque*, quod recentiores omnes servarunt. Verum, quum etiam Put. *certabaturque* prae-

Digitized by Google

Mandonium Indibilemque edicitur exercitui, qui Karthagine erat, et cibaria dierum aliquot parare jubentur. tribunis septem, qui et antea Sucronem 5 ad leniendam seditionem ierant, obviam exercitui missis, quina nomina principum seditionis edita sunt; ut eos, per idoneos homines benigno vultu 6 ac sermone in hospitium invitatos sopitosque vino, vincirent. Haud procul jam Karthagine aberant, 7

ferre ex Cl. Sallier. didicerim, non dubitavi, quin hanc lectionem reciperem.

Haud plus, quam quinque et triginta] Polyb. [11, 20.] *Οὗτοι δὲ ἦσαν εἰς πέντε καὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμόν.* SIGON.

§. 3. *Ut, unde orta culpa esset*] Pal. 1. *ut, unde culpa esset orta, ibi poena consisteret. ad multitudinem satis esse castigationem.* GEBHARD. Pariter inveni in Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. anni 1535. *et, unde culpa orta esset* Flor.

§. 4. *Consilio dimisso*] Ita, pro *Concilio dimisso*, legendum monet J. Fr. Gronov. ad 44, 2, 5. idque recepit Jac. Gronov. Recte. Neque aliter est in Flor. et, uno tantum vel altero excepto, ceterisque reliquis codd. meis. Similiter etiam edd. Rom. anni 1472. ac Perm.

Expeditio adversus Mandonium Indibilemque etc.] Polyb. [ibid.] *Τῷ δὲ μεθ' ἑαυτοῦ στρατοπέδῳ παρήγγειλε πρὸς ἡμερῶν τριῶν ἐφόδια παρασκευάζεσθαι εἰς πλείω χρόνον ὡς ἐπὶ τὸν Ἀνδοβάλην πορευομένῳ.* SIGON.

Et cibaria dierum aliquot parare jubentur] Pal. 1. *et cibaria eorum aliquot.* sec. omittit *τὸ et.* tert. quoque *et* praeciso, *cibaria dierum aliquot parari jubetur.* GEBH. *Τὸ et* exsulat etiam a Lov. 3. Deinde *cibaria eorum aliquot* Flor. Cant. Voss. et Lov. 1. 2. Tum *parari jubentur* Lov. 3. ac 4.

§. 5. *Tribunis septem, qui et antea Sucronem* etc.]Polyb. [ibid.] *Τοῖς μὲν χιλιάρχοις τοῖς πρεσβεύσασι συνέταξε δι' ἀπορρήτων ὁ Πόπλιος ἀπαντᾶν τοῖς ἀποσταταις· καὶ διελομένους, ἕκαστον πέντε τῶν ἀρχηγῶν τῆς στάσεως εὐθέως κατὰ τὴν ἀπάντησιν φιλανθρωπεῖν, καὶ καλεῖν ἐφ' ἑαυτούς, μάλιστα μὲν πρὸς κατασκηνωσιν· εἰ δ' ἂν μὴ δύνωνται τοῦτο, πρός γε δεῖπνον, καὶ τοιαύτην συνουσίαν.* SIG. Pall. continent *ad Sucronem.* GEBH. Vox *septem* deest in Hearnii D. Deinde *ante ad Sucronem* Lov. 4. *antea ad Sucronem* Gaertn.

Quina nomina principum seditionis edita sunt] Quidam *quina* pro quinque positum existimant. At ego existimo, cum tribuni septem iis obviam missi fuerant, et nocentium xxxv. ut ipse paulo ante fatetur author, intelligendum non quinque in universum, sed singulis quinque, hoc est septies quinque, qui efficiunt xxxv. GLAREAN.

§. 7. *Haud procul jam Karthagine aberant*] Pal. 3. *Haud procul ab Carthagine erant.* Reliqui duo codd. ignorant *jam.* GEBH.

Digitized by Google

quum ex obviis auditum, postero die omnem exercitum cum M. Silano in Lacetanos proficisci, non metu modo omni, qui tacitus insidebat animis, liberavit eos, sed laetitiam ingentem fecit: quod magis habituri solum imperatorem, quam ipsi futu-
8 ri in potestate ejus essent. Sub occasum solis urbem ingressi sunt, exercitumque alterum parantem
9 omnia ad iter viderunt. Excepti sermonibus de industria compositis, *laetum opportunumque adventum eorum imperatori esse, quod sub ipsam profectionem al-*

Cum M. Silano in Lacetanos proficisci] *cum Silano* Ber. et edd. Aldina priores. *cum M. L. Silano* Lov. 3. *cum Laelio Silano* Gaertn. *cum Laelio Silanoque* Rec. et Hearnii D. quomodo etiam Sigonius edidit; quem recte omnes deseruerunt.

Non metu modo omni, qui tacitus incidebat animis] Put. Reg. Men. Voss. τὸ *modo* ignorant: dein omnes Gall. et Pall. *insidebat*. J. FR. GRON. Supra 10, 41, 2. *Potentior alius metus insidens pectoribus*. DUK. *non modo metu omni* Lov. 5. *non metu omni*, omissa vocula *modo*, Lov. 1. 2. Hearnii L. 1. N. et omnes codices Crevierii, qui tamen eam necessariam judicat. Verum, *non*, *sed etiam* pro non modo, sed etiam poni, supra vidimus ad c. 11, 14. eodemque sensu etiam *non*, *sed* poni, docuit Cortius ad Sall. Jug. 14, 23. *insidebat* autem non tantum omnes codd. mei, et Oxonn. Hearnii, sed etiam edd. antiquiores, pro quo *incidebat* primum Lugduni anno 1553. mox Paris. anno 1573. datum est: id autem recentiores servarunt usque ad Gronov. Solent autem verba *insidere* et *incidere*, vel ob minus distinctam verba praeeuntis pronunciationem, vel aliam ob caussam, inter se confundi. V. supra ad 3, 3, 3. Salmas, ad Solin. p. 128. et Harduin. ad Plin. 10, 23. p. 586.

Sed licentiam ingentem fecit] Scripsimus, *sed laetitiam ingentem fecit*. RHEN. Pro *laetitiam*, quidam *licentiam* reposuere, non recte, ut puto. Ceterum, quae sequuntur verba, obscura sunt. Puto autem de Syllano intelligi, quem sperabant milites magis in ipsorum fore potestate, quam se in illius. GLAR. *licentiam* etiam Gaertn. cum plerisque edd. antt. Sed recte *laetitiam* praeferunt reliqui scripti cum edd. Ven. anni 1498. Mediol. anni 1505. Asc. anni 1513. et Mog. Quum autem deinde Aldus *licentiam* revocasset, Rhenanus alteram lectionem praeferendam esse non sine caussa monuit. Verba autem sequentia non de Silano, ut Glareanus existimat, sed de Scipione, intelligenda esse, ipsa ratio docet. Quum enim omnis exercitus, qui Karthagine substiterat, postero die cum M. Silano in Lacetanos profecturus esset, hinc milites seditiosi, modo adventantes, Scipionem ma-

Digitized by Google

erius exercitus venissent, corpora curant. A tribu- 10
nis sine ullo tumultu auctores seditionis, per ido-
neos homines perducti in hospitia, comprehensi ac
vincti sunt. Vigilia quarta inpedimenta exercitus, 11
cujus simulabatur iter, proficisci coepere. sub lu-
cem signa mota, et ad portam retentum agmen,
custodesque circa omnes portas missi, ne quis urbe
egrederetur. Vocati deinde ad concionem, qui pri- 12
die venerant, ferociter in forum ad tribunal impe-
ratoris, ut ultro territuri subclamationibus, con-

gis solum habituri, quam ipsi in potestate ejus futuri erant. Vox *futuri* in sequentibus deest in Flor.

§. 9. *Sub ipsa profectione alterius exercitus venissent; corpora curent*] Scripsimus *sub ipsam profectionem*, et *corpora curant*. Nam et haec postrema clausula a superioribus pendet, quemadmodum nos distinximus. RHEN. *sub ipsa profectione* in uno tantum vidi Lov. 3. Reliqui, consentientibus edd. Rom. anni 1472. et Parm. recte cum Rhenano *sub ipsam profectionem*. Ita §. praec. recte Aldus edidit *Sub occasum solis*, consentientibus plerisque scriptis, nisi quod Lov. 1. Ber. Gaertn. et Hav. perperam legant *Sub occasu*, ut priores omnes praeferunt edd. V. ad 2, 55, 1. Deinde *corpora curent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. et Gaertn. *corpora curarent* Hav. Sed bene iterum Rhenan. *curant*, quod simul cum ejus distinctione recepi. In edd. Gronovianis et quibusdam aliis ita distinguebatur, *viderunt, excepti sermonibus de industria compositis: laetum opportunumque adventum eorum imperatori esse, quod sub ipsam profectionem alterius exercitus venissent; corpora curant.*

§. 10. *Per idoneos homines inducti in hospitia*] Omnes *perducti*. J. FR. GRON. *inducti* Ber. et Gaertn. *producti* Lov. 3. Reliqui mei cum omnibus Hearnii Oxonn. *perducti*.

§. 11. *Exercitus, cujus simulabatur iter*] Legendum *cui simulabatur iter*, id est, a quo. RHEN. *cui simulabatur* Rhenanus: at nostri omnes *cujus*. J. FR. GRON. *cujus* etiam omnes nostri, et Oxonn. Hearnii. Mox *ne quis egrederetur* Ber. et typis descripti ante Aldum. *ne quis urbem egrederetur* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Gaertn. quomodo etiam Victor. apud Crevier. praefert, et se in Pall. invenisse testatur Gebhard. ad 23, 16, 10. V. quae ibi dicta sunt. Sed optimi meorum vulgatum tuentur, quos relinquere religio est.

§. 12. *Territuri subclamationibus, concurrerunt. Simul et imperator in tribunal adscendit*] Reposuimus *concurrunt*. item *in tribunal conscendit*. RHEN. *concurrerunt* unus meorum servat Harl. reliqui cum omnibus, praeter solam Froben. anni 1531. editionibus Rhenani sententiae subscribunt. Similiter unus Hearnii D. Rhenano *conscendit* emen-

Digitized by Google

13 currunt. Simul et imperator in tribunal escendit, et reducti armati a portis inermi se concioni ab
14 tergo circumfuderunt. tum omnis ferocia concidit, et, ut postea fatebantur, nihil aeque eos terruit, quam praeter spem robur et color imperatoris, quem adfectum visuros crediderant, vultusque, qualem
15 ne in acie quidem ajebant meminisse. Sedit tacitus paullisper, donec nunciatum est, deductos in forum auctores seditionis, et parata jam omnia esse.

1 XXVII. Tum, silentio per praeconem facto, ita coepit: *Numquam mihi defuturam orationem, qua*

danti consentit. Reliqui Oxonn. cum omnibus meis *ascendit*. J. Fr. Gronov. edidit *escendit*, et quidem secutus est optimum Put. ut testatur ad 2, 28, 6. Miror itaque, Clericum, qui se adcuratissime Livium ad mentem J. Fr. Gronovii editurum professus est, hic, deserto Gronovio, priorem lectionem *adscendit* restituisse, et tamen factae mutationis lectorem non monuisse. Voces *in tribúni* desunt in edd. ante Aldum.

§. 13. *Reducti armati a portis inermi se concioni* etc.] Polyb. [11, 25.] πρὸς μὲν τοὺς ἐπὶ τῶν πυλῶν χιλιάρχους ὁ Πόπλιος διεπέμψατο, κελεύων ἀυτοὺς ἄγειν τοὺς στρατιώτας ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ περιστῆναι τὴν ἐκκλησίαν. SIGON.

§. 14. *Nihil aeque eos terruit, quam praeter spem robur et color imperatoris*] Polybius [ibid.] κἄπειτα παρὰ τὴν προσδοκίαν ἀφνιδίως ἐρρωμένον θεασάμενοι κατὰ τὴν ἐπίφασιν κατεπλάγησαν. SIG. *rubor et color*, transpositis literis, pro *robur*, Voss. Lov. 1. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Flor. a m. 2. quum *robor* a m. 1. scriptum fuisset.

Qualem ne in aciem quidem ajebant meminisse] Legendum *qualem ne in acie quidem*. RHEN. In qua ed. Rhenanus *in aciem* repererit, nescio. certe nulla earum, quas consului, hanc lectionem praefert. Quae proxime praecessit Rhenanum, Frobeniana anni 1531. etiam exhibuit *in acie*; omnes autem priores *ne acie quidem*, quod firmant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Id autem probari potest ex illis, quae dicta sunt ad 9, 31, 12. et mox cap. seq. §. 8. Praeterea perperam *agebant* Voss. et Lov. 1. V. ad 8, 33, 23.

§. 15. *Donec nunciatum est*] *denunciatum* Lov. 5. et Hearnii N. quomodo etiam codd. variant infra in Epit. Liv. 48. Mox τὸ *jam* non agnoscunt Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Hav.

§. 1. *Numquam mihi defuturam orationem*] Summa hujus orationis expressa etiam a Polybio est [11, 26.] SIGON.

exercitum meum adloquerer, credidi. non quo verba 2
umquam potius, quam res, exercuerim; sed quia prope
a pueritia in castris habitus, adsueram militaribus in-
geniis. Ad vos quemadmodum loquar, nec consilium, 3
nec oratio suppeditat: quos ne quo nomine quidem ad-
pellare debeam, scio. Cives? qui a patria vestra de- 4
scistis: an milites? qui imperium auspiciumque abnui-
stis, sacramenti religionem rupistis. hostes? corpora,
ora, vestitum, habitum civium agnosco: facta, dicta,
consilia, animos hostium video. Quid enim vos, nisi 5
quod Ilergetes et Lacetani, aut optastis aliud, aut spe-
rastis? Et illi tamen Mandonium atque Indibilem, re-

§. 2. *Non quo verba umquam potius, quam res*] Ultima Gruteri ed. praefert *non quod verba*, idque proximae servarunt, et habet etiam Lov. 3. Ejus loco deinde restituit Jac. Gronov. *non quo verba*, quomodo antea editum fuerat, et reliqui mei legendum clamant. V. ad 39, 13, 2. Deinde *quam rem* Harl.

Adsueveram militaribus ingeniis] Cantabrigiae legi *assueram*. Et mirum, ni idem in aliis MSS. habeatur. Hic tamen silentium vidi. JAC. GRON. Ita ex meis legunt Flor. et Hav. ex Crevierii autem Mstis Put. et Reg. qui id eorum fide recte recepit. V. ad 4, 45, 4.

§. 3. *Apud vos quemadmodum loquar*] Put. Men. *ad vos*. J. FR. GRON. Vulgatum superest in Lov. 3. 4. Ber. et Hearnii L. 1. ac D. *Ad ut vos* legit Flor. *At ut ad vos* Lov. 2. et Hearnii N. *Ast ad vos* Voss. et Lov. 5. *At ad vos* Hav. *Ad vos* reliqui.

Quos nec quo nomine quidem adpellare debeam] Vet. lib. *ne quo*. SIG. Pal. 1. *quos neque nomine quidem appellare debeam*. GEBH. Scripti *ne quo*, ut et Sigonius. J. FR. GRON. *ne quo* etiam Flor. et Gaertn. cum multis edd. usque ad Froben. qui anno 1535. *nec quo* dedit, consentientibus Voss. Lov. 1. 5. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Sed v. ad 1, 10, 3. *quos nec quo nomine adpellare debeam* est in Ber. *quos neque quo nomine quidem adpellare debeam* in Harl. et Hav.

§. 4. *Qui a patria vestra descivistis*] Illi *descistis*. J. FR. GRON. *descivistis* unus Ber. *descitis* Gaertner. *desistis* Lov. 5. et Hav. *descistis* reliqui mei, omnesque Hearnii Oxonn. V. ad 24, 45, 2.

§. 5. *Ilergetes et Lacetani*] *Ilirgetes* Flor. Voss. et Harl. *Ilorgetes* modo, modo *Illergetes* in vulgatis Livii edd. scribuntur: sed prius verum esse, ex vestigiis optimorum codd. patet. V. etiam ad 21, 22, 3. Tum *aut Lacetani* Flor. Voss. Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. An voluerunt *ac Lacetani?*

Ad Umbrum Atrium et Calenum

Digitized by Google

giae nobilitatis viros, duces furoris secuti sunt: vos auspicium et imperium ad Umbrum Atrium et Calenum
6 *Albium detulistis. Negate, vos id omnes fecisse, aut factum voluisse, milites: paucorum eum furorem atque amentiam esse, libenter credam negantibus. nec enim ea sunt commissa, quae vulgata in omnem exercitum sine*
7 *piaculis ingentibus expiari possint. Invitus ea, tamquam vulnera, adtingo. sed nisi tacta tractataque sanari non*

Albinum] *Albium*, ut supra. SIG. *Ubrum Atrium* Flor. *Vibum Atrium* Lov. 4. *Umbrium Atrium* plerique reliqui cum Hearnii L. 1. Male. V. ad c. 24, 13. *Albinum* operarum errore primus dedit Vascos. inde reliqui habuerunt.

§. 6. *Amentiam esse. Libenter credam*] Malim distinguere: *paucorum eum furorem atque amentiam esse libenter credam negantibus*, scilicet de vobis omnibus. J. FR. GRON. Perionium, qui conciones Livianas edidit, similiter olim interpunxisse, Hearne monuit. Hanc distinctionem recepi; et ita sensus est: negantibus vos id omnes fecisse aut factum voluisse, libenter credam, esse eum paucorum furorem atque amentiam. Sed et vulgatae interpunctioni sua inest elegantia. Ea si placet, *Negate* resolvendum est in *dicite non*, ex quibus solum *dicite* repetendum erit ad posterius membrum *paucorum eum furorem atque amentiam esse*. V. ad 39, 15, 11. [42, 36, 6.]

§. 7. *Nisi tacta tractataque sanari non possunt*] *tacta atque tractata* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Deinde *sanari nequeunt* Ber.

§. 8. *Nullum locum tota provincia*] Vet. lib. *in tota*. SIG. *To in* Sigonius adjecit. MSS. non admittunt. J. FR. GRON. Nullus etiam meorum praepositionem admittit: neque ea etiam necessaria videtur. V. ad cap. praec. §. 14. At omnia haec verba exsulant a Flor. Cant. Voss. Lov. 1. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Praeterea mox *nullos homines credebam esse, ubi visa esset sic mea* Flor. *nullos homines credebam esse, ubi vita esset sic mea* Cant. et Harl. *nullos homines credebam esse, ubi vita esset sicut mea* Voss. et Lov. 1. *nullos homines rebelles credebam esse, invidia mei* Hav. neque dissentit Hafn. nisi quod *in invidia mei* legat. *nullos homines rebelles credebam esse, ubi vita invisa esset mea* Lov. 2.

§. 9. *In castris meis (en quantum me opinio fefellit?)*] Ant. ed. *In castris meis (heu quantum me opinio f.* Pal. 1. *In castris en meis (quantum opinio fefellit?)* sec. *In castris et meis q. o. f.* GEBH. Omnes Gall. et Pal. sincerior, *In castris en meis (quantum me opinio fefellit?)* Cur transposuerunt? Alius quoque Pal. *In castris et meis*, nempe eodem digitum intendens. J. FR. GRON. *In castris en meis, quantum* etiam Voss. et alii, cum Hearnii Oxonn. *In castris meis, hem quantum* Hav. Deinde *quantum opinio fefellit* Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

Digitized by Google

ossunt. Equidem, pulsis Hispania Karthaginiensibus, 8
nullum locum tota provincia, nullos homines credebam esse, ubi vita invisa esset mea. sic me non solum adversus socios gesseram, sed etiam adversus hostes. In castris en- 9
meis (quantum me opinio fefellit?) fama mortis meae non accepta solum, sed etiam exspectata est. Non quod ego 10
vulgari facinus per omnes velim, (equidem si totum exercitum meum mortem mihi optasse crederem, hic statim

Fama mortis meae non accepta solum, sed etiam exspectata est] Antiqua lectio *spectata est*. Exponende, num *sperata* legi possit. Nam infra sequitur [c. 29, 4.] *Horret animus referre, quid crediderint homines, quid speraverint.* Hoc nimirum est, quod hic dicit *accepta* et *sperata*. RHEN. Pal. 3. *fama mortis meae non exspecta solum, sed et exspectata est.* Mihi placet, quod reperit in suo Rhenanus, *sed etiam spectata est*, de quo ego superius [ad 7, 24, 5.] quod ille tamen depravat in *sperata*. pr. *sed etiam exspectata est vero. quod ego vulgari facinus per omnes velim.* GEBH. Hic iterum impegit Rhenanus, dum, quid sit *exspectare mortem alicujus*, tamquam rem desiderabilem, non cogitat. Ex libro adfert *spectata*, et corrigit *sperata*. Terent. Ad. [1, 2, 28.]

Sineres nunc facere, dum per aetatem licet,
Potius quam ubi te exspectatum ejecisset foras.

Et eadem fabula [5, 4, 20.]

Illum, ut vivat, optant, meam autem mortem exspectant.

Noster 40, [54, 3.] *Et destituta senectus aliis exspectantibus suam mortem, aliis ne exspectantibus quidem.* Cic. in Paradox. [6, 1.] *Si testamenta amicorum exspectas; aut ne exspectas quidem, aut ipse supponis.* Rutilius Lupus de Figuris sententiarum [p. 2.] *Filius respondisset, non esse opus saepe eadem oratione moneri, nec se patris mortem exspectare.* J. FR. GRON. *spectata* etiam Lov. 4. quod neque cum Gebhardo probandum, neque cum Rhenano in *sperata* mutandum puto, sed errori scribarum tribuo, qui *spectare* saepissime pro *exspectare* dederunt. V. ad 30, 23, 7. Pari infelicitate Freinshem. contra *exspectare*, pro *sperare*, Livio obtrudere conatum esse, notat Gronov. ad 1, 47, 2. qui recte hic vulgatum defendit. Supra 1, 9, 7. *Quanisque adparatu tum sciebant aut poterant, concelebrant; ut rem claram exspectatamque facerent.* Praeterea *famam sortis meae* Flor. *fama sortis meae* Voss. in contextu, (altera lectione *mortis* in margine adnotata) et Lov. 1. V. ad 9, 19, 11. *fama fortis meae* Lov. 5.

§. 10. *Exercitum meum mortem mihi optasse*] *To meum* non agnoscunt Flor. Voss. Lov. 1. 5. Harl. et Hav. Mox *nec multa juvaret* Flor. *nec vita juvaret* Harl. *nec multum juvaret vita* Hav.

§. 11. *Multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est* etc.] Polybius planius hanc comparationem expressit [11, 27.] Ταῦτα δ' ἐστὶ, διότι πᾶς ὄχλος ἐυπαραλόγιστος ὑπάρχει, καὶ

Digitized by Google

ante oculos vestros morerer; nec me vita juvaret, invisa
11 *civibus et militibus meis) sed multitudo omnis, sicut na-*
tura maris, per se inmobilis est, venti et aurae cient;
ita aut tranquillum, aut procellae in vobis sunt: et
caussa atque origo omnis furoris penes auctores est; vos
12 *contagione insanistis. Qui mihi ne hodie quidem scire*
videmini, quo amentiae progressi sitis; quid facinoris

πρὸς πᾶν ἐυάγωγος. ὅθεν ἀεὶ τὸ παραπλήσιον πάθος συμβαίνει περί τε τοὺς ὅχλους καὶ τὴν θάλατταν. καθάπερ γὰρ κἀκείνης ἡ μὲν ἰδία φύσις ἐστὶν ἀβλαβὴς τοῖς χρωμένοις καὶ εὔσιμος· ὅταν δὲ ἐις ἀυτὴν ἐμπέσῃ τὰ πνεύματα βίᾳ, τοιάυτη φαίνεται τοῖς χρωμένοις, οἷοί τινες ἂν ὦσιν οἱ κυκλοῦντες ἀυτὴν ἄνεμοι, τὸν ἀυτὸν τρόπον καὶ τὸ πλῆθος ἀεὶ καὶ φαίνεται γίγνεσθαι πρὸς τοὺς χρωμένους, οἵους ἂν ἔχοι προστάτας καὶ συμβούλους. SIG. Pari fere similitudine utitur Liv. infra 38, 10, 5. *Vulgata similitudine mari tranquillo, quod ventis concitaretur, aequiparando multitudinem Aetolorum usus, quum in fide* etc.

Ut venti et procellae cient, ita aut tranquillum aut procellae in vobis sunt, et caussa atque origo] Locus hic mire vitiatus est, etiam in exemplari scripto. Variant in hoc tantum editiones vulgatae, quod adverbium *ita* adjectum habent. Fide mihi, lector, hic, non te decipiam. Lege sic et distingue: *sed multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est, ut venti et aurae cient, aut tranquilli aut procellosi. Et caussa in vobis atque origo omnis furoris penes auctores est.* Porro genitivi *tranquilli* et *procellosi* referuntur ad *maris*, quod praecedit. RHEN. *ut venti et aurae cient: ita aut tranquillum aut procellae in vobis sunt: et caussa atque origo* edebatur olim: sic omnis scripta lectio, nulla differentia, nisi in levibus et memoratu indignis. Uti quod Put. *est et venti.* Pet. *sed et venti.* Eam sic, ut Medea Peliam, reduxit Rhenanus: *immobilis est, ut venti et aurae cient, aut tranquilli aut procellosi: et caussa in vobis atque origo omnis furoris penes auctores est.* Miram licentiam, quum ipse fateatur, scriptum codicem suum tantum in hoc a vulgato divertere, quod τὸ *ita* non habeat. Nempe et hic una vacans syllaba primo ipsum decepit, postea omnes, qui crediderunt tam speciosae pollicitationi. Scribe, τῷ *ut* delcto, *sed multitudo omnis, sicut natura maris per se immobilis est, venti et aurae cient: ita aut tranquillum aut procellae in vobis sunt.* Sermo quidem elegantissimus, et scita brevitate. Omnis, inquit, multitudo est sicut natura maris; haec per se est immobilis, venti et aurae id commovent turbulentumque reddunt, etc. Scilicet, quid esset *tranquillum*, non meminerant. Atqui Tertullianus vocat *mare de tranquillo probum.* Terent. Phorm. [4, 4, 9.]

Qui te ad scopulum e tranquillo inferat.

Noster 24, [8, 13.] *Non tranquilla navigamus, sed jam aliquot procellis submersi poene sumus.* 38, [10, 5.] *Insita gentis tranquilli-*

Digitized by Google

in me, quid in patriam parentesque ac liberos vestros, quid in Deos, sacramenti testes, quid adversus auspicia, sub quibus militatis, quid adversus morem militiae disciplinamque majorum, quid adversus summi imperii majestatem ausi sitis. De me ipso taceo. temere potius, 13 *quam avide, credideritis. denique ego sim, cujus imperii taedere exercitum minime mirandum sit. patria quid*

tate quiesse eos. posteaquam flare ab Asia Thous et Dicaearchus coepissent, tum illam tempestatem coortam, quae ad Antiochum eos, sicut in scopulum, intulisset. Cicero pro Cluent. [49.] *Ex quo intelligi potuit id, quod saepe dictum est: ut mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari, sic et populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus, concitari.* Herodotus 7, [16.] Γάδε καὶ ἀμφότερα περιήκοντα ἀνθρώπων κακῶν ὁμιλίῃ σφάλλουσι. Καθάπερ τὴν πάντων χρηστεμωτάτην ἀνθρώποισι θάλασσαν πνεύματά φασι ἀνέμων ἐπιπτοντα, ὀν περιορᾶν φύσει τῇ ἑωυτῆς χρήσθαι. J. FR. GRON. *est, si et venti et aurae* Voss. et Lov. 1. 2. ac 4. *est et venientes aurae* Flor. *est si venti et aurae* Lov. 3. et Gaertn. *est, sed ut venti et aurae* Lov. 5. et Harl. unde juvari potest Crevierii conjectura, qui, quum in duobus *si et venti*, in uno *etsi venti* invenisset, forsitan legendum putabat *sed venti*. Praeterea *tranquillitas* Lov. 2. *tranquilla* Lov. 3. 5. et Gaertn. *tranquilla vi* Lov. 4. insigniter interpolatus est Hav. *per se immobilis est mobilis si veniens aura excitat: ita aut tranquillitas aut procellae in vobis sunt: nam aussa atque origo.* Lectio Gronovii mihi praesertim placet. De voce *tranquillum* v. ad 3, 14, 6.

§. 12. *Quin mihi ne hodie quidem*] Omnes Gall. et Voss. *Qui mihi ne hodie quidem.* J. FR. GRON. Unus Ber. *Quin mihi.* unus etiam Gaertn. *Quo mihi.* Reliqui recte *Qui mihi*, ut Gronov. restituit. Mox *progressi estis*, pro *sitis*, Hav.

Adversus auspicia, sub quibus militatis] Scripsimus *sub quibus militastis.* RHEN. Pall. 1. 3. ac vetus ed. *militatis.* GEBH. Optimi *militatis.* J. FR. GRON. *militatis* etiam omnes mei. Recte. Non enim *militaverant*, sed adhuc *militabant.* Mox *summi imperatoris majestatem*, pro *summi imperii*, Lov. 5.

§. 13. *Credideritis. is denique ego sim*]. Pal. 1. *credideritis. denique ego sum, cujus imperitia edere exercitum.* GEBH. Omnes dicti *avide credideritis. denique ego sim.* Ut et duo Pall. et Voss. omisso τῷ *is.* Et absit sane. J. FR. GRON. Voculam *is* servant Lov. 3. 4. 5. et Ber. *idemque ego sim*, haud multum abludens, legit Harl. Reliqui eamdem ignorant. Sed intercepta esse videtur ab ultima syllaba vocis praecedentis. Per me igitur ne pereat elegans locutio *is ego sim*, quam inlustravit Cel. Burm. ad Nas. 7. Met. 43. ubi etiam vulgatum hoc loco defendit. Pari modo *Ille ego sum*, quamvis paullo diverso sensu; de quo v. ad Silii 9, 128. Praeterea *ego sum* Lov. 1. 5. Ber.

Digitized by Google

de vobis meruerat, quam cum Mandonio et Indibili consu-
14 *ciando consilia prodebatis? Quid populus Romanus, quum imperium, ablatum ab tribunis suffragio populi creatis, ad homines privatos detulistis? quum, eo ipso non contenti, si pro tribunis illos haberetis, fasces imperatoris vestri ad eos, quibus servus, cui imperarent, numquam fuerat, Romanus exer-*

a m. 2. et Hav. Deinde *cujus imperitia taedere exercitum* Harl. et Lov. 3. *cujus imperitiae dere exercitum* Flor. *cujus imperitia edere exercitum* Voss. et Lov. 1. *sub cujus imperitia credere* Lov. 2. *cujus imperitia errare exercitum* Lov. 6. et Hav. *cujus imperitia perdere exercitum* Hafn.

§. 14. *Quid populus Romanus, cujus imperium, ablatum ab tribunis*] Reposuimus *quum imperium ablatum*. Nam sequitur *quum eo ipso non contenti*. RHEN. *cujus* Ber. *cui imperium* Harl. Reliqui *quum*. Praeterea *Quid praetor quum imperium* Gaertn. V. ad 31, 10, 4.

§. 15. *Signum ab iis petitum est*] De signo sive tessera v. Lipsium ad Tacit. 13. Ann. in excurs. A. MODIUS.

In tribunali proconsulis Scipionis] Malim *in tribunali P. Scipionis*. Nam in veteribus libris passim est haec menda. SIG. Quod malit Sigonius, Put. et omnes cum Voss. Gall. *sederunt in tribunali P. Scipionis*. J. FR. GRON. *proconsulis Scipionis* primum datum vidi in ed. Froben. anni 1535. cui consentit Hearnii D. Priores excusi legerunt *proconsulis P. Scipionis*, adstipulante Ber. Reliqui Msti mei, una cum Hearnii L. 1. et N. firmant Sigonii ac Gronov. emendationem *in tribunali P. Scipionis*. Literam praenominis *Publii*, *P.* saepe in vocem *proconsul* abiisse, vidimus ad c. 16, 14. Ceterum *pro tribunali* Rec.

Submovente eo incesserunt] Pal. 1. et vet. ed. *summoto incesserunt*. sec. et tert. *summoti incesserunt*. GEBH. Idem, et unus Pal. duo Flor. cum Barberino, *lictor apparuit: summoto incesserunt: fasces cum securibus praelati sunt*. Alludunt duo reliqui Pall. et duo alii Flor. *summoti incesserunt*. Jam ante diximus *incedere summoto* notabili sermone esse incedere praeeuntibus lictoribus, qui turbam obviam summoverent. Lapis apud Gruter. [p. 124. n. 1.] *LVCVM. DEAE. DIAE. SVMMOTO. ADSCENDERVNT*. Praecivit hoc Lipsius 1. Elect. 23. ubi lictorum munus illustrat. Ubi tamen et M. Senecam minus recte corrigere videtur in controversia, Sacerdos prostituta: *Praedente hac lictor summovere videbitur: huic praetor via cedet: summum imperium, consules cedent tibi*. Reponit ille *summovere jubebitur*. At ego lictorem non hic intelligo virginis, sed praetoris aut consulis, scribendumque existimo, *lictor summovere notabitur*. Hic est locus, qui ob oculos erat Salmasio scribenti Eucharist. parte priori c. 1. *Submoto incedere magistratum* dicebant veteres, qui per turbam a lictoribus submotam incederet. quam locutionem olim Livio et Plinio restituimus. *Per dimotum incedere* dixit Lactantius. Quod viri et rei causa libentissime adjeci. Plinii, credo, verba sunt l. 8, 46. de Api bove: *Caetero secretus, cum prorupit in coetus, incedit summo-*

Digitized by Google

citus detulistis. In paetorio tetenderunt Albius et Atrius; 15
classicum apud eos cecinit: signum ab iis petitum est: sede-
runt in tribunali P. Scipionis: lictor adparuit: submoto in-
cesserunt: fasces cum securibus praelati sunt. Lapides plue- 16
re, et fulmina jaci de coelo, et insuetos foetus anima-
lia edere, vos portenta esse putatis: hoc est portentum,

o, grexque puerorum comitatur carmen honori ejus canentium. Non enim *summotu lictorum*, aut *summoto strepitu lictorum*. Lactantii 5, 1. *Stipati familiarum gregibus, per dimotum populum semper incedant.* J. FR. GRON. Lectio a Gronovio rejecta, *submovente eo incesserunt*, in nullo cod. obvia fuit; quin etiam in nulla ed. ante Ascensianam anni 1513. adparuit. Priores, quas vidi, habebant *submoto eo incesserunt*; quomodo etiam legunt Lov. 2. Ber. Gaertn. et Hav. *submotis incesserunt* Lov. 3. *submoti incesserunt* Lov. 3. 4. et Hearnii D. *submoto incesserunt* Flor. Cant. Lov. 1. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. id autem recte Gronov. probavit, qui de locutione *submoto incedere* supra egit ad 25, 3, 16. Lapidem apud Gruter. pariter olim exposuit Guher. 1. de Jur. man. 4. docens *submoto* adverbialiter dici, ut *optato*; *summoto adscendere* autem de illis, quibus lictores turbam submoventes adparent. Quae explicatio praeferenda est illi, quam dedit Gudius ad Phaedri 1, 25. Putat autem in lapide scriptum fuisse *SVMMOTIO*, sive per compendium *SVMMOTO*; et *summoto* adverbialiter poni pro summo otio, ut *summopere*, *maximopere*: indicari itaque, fratres Arvales leniter, non properanter, gravi et suspenso gradu, ut sacerdotes decebat, adscendisse. Quam interpretationem jam ante rejecit Cel. Burm. ad Petron. c. 51. p. 252. De locis Plinii et Lactantii a Salmasio obiter laudatis Gronovius ipsum anno 1644. antequam prima notar. in Liv. editio prodiret, per literas consuluit. V. Burmanni Syllog. epist. tom. 2. p. 607. Verum Salmasius, cujus responsum nondum editum est, ei satisfecisse non videtur, quia demum Gronov. Plinii et Lactantii verba in sec. ed. notar. produxit. In Plinio autem *submoto strepitu lictorum* conjecit Turneb. 24. Adv. 19. Verum *incedit submoto*, non *submotu lictorum*, vel *submoto strepitu lictorum*, legendum esse, docuit Salmas. ad Solin. p. 217. ubi quoque Lactantii locum memorat. *submotu lictorum* tueri conatur Harduinus, et exponit submoventibus lictoribus.

Fasces et secures praelatae sunt] Vet. lib. *fasces cum securibus praelati sunt*. SIG. Pal. 1. et vet. ed. *fasces cum securibus praelati sunt*. GEBH. Frobenius demum anno 1535. *fasces et secures praelatae sunt* edidit, quod servat unus Rec. Editiones priores obferunt *fasces cum securibus praelati sunt*: quod, praeter codd. a Gronovio ad verba praecedentia laudatos, firmant reliqui nostri.

§. 16. *Et fulmina jaci de coelo, et insuetos foetus animalia edere, vos portenta esse putatis*] Pal. sec. *lapide pluere, et flumina jaci de coelo* etc. *vos haec portenta esse putatis*. tert. *et insuetos foetus animales edere, voces portenta esse putatis*. GEBH. Non fuit porten-

Digitized by Google

quod nullis hostiis, nullis supplicationibus, sine sanguine eorum, qui tantum facinus ausi sunt, expiari possit.

1 XXVIII. *Atque ego (quamquam nullum scelus rationem habet) tamen, ut in re nefaria, quae mens, quod*
2 *consilium vestrum fuerit, scire velim. Rhegium quondam in praesidium missa legio, interfectis per scelus principibus civitatis, urbem opulentam per decem annos tenuit.*

tum fulmina cadere de coelo: unde enim alioqui caderent? sed loca fulminibus tangi, aut ea cadere, ut fortasse hic legendum, *sereno*. Sic 31, [12, 6.] *Priverni sereno per diem totum rubrum solem fuisse*. 37, [3, 3.] *Nursiae sereno satis constabat nimbum ortum*. Dein Put. et Men. *animalis*. Pet. Pal. *animales*. Num *animantes?* Lucretius [1, 819.]

— *eadem coelum, mare, terras, flumina, solem*
Constituunt: eadem fruges, arbusta, animantis.

Cic. 2. de Nat. Deor. [47.] *Animantium vero quanta varietas est? quanta vis, ut in suo quaeque genere permaneant? quarum aliae coriis tectae sunt, aliae villis vestitae, aliae spinis hirsutae*. J. FR. GRON. Varro 8. de Ling. Lat. [p. 122.] *Id imperite reprehendunt, ut si quis reprehendat naturam, quod non uniusmodi finxerit animales omnes*. Alioqui *animantes* habes apud Livium 21, 30, 7. *Alpes quidem habitari, coli, gignere, atque alere animantes*. Et inde 41, 18, 4. *animantium*. Plerumque tamen mavult *animali, animalium, animalibus* edere. JAC. GRON. Verum est, non alliunde, quam de coelo, jaci fulmina. Sed, si ratio, ob quam viro summo hic suspecta fuerunt verba *de coelo*, valet, dicendum est, eadem omnibus locis scriptorum veterum, ubi quaedam *de coelo tacta* et *icta*, nempe *fulmine*, fuisse dicuntur, supervacua esse: neque enim aliunde, quam *de coelo*, tangi possunt. Et *jaci* cum effectu accipi potest, ita scilicet, ut loca hominesve iis tangantur; ut in Ovidio *mittere* 2. Trist. 33.

Si, quoties peccant homines, sua fulmina mittat
Juppiter.

DUK. *foetus animalium* Hav. *foetus animalis* Harl. *foetus animales* Gaertn. et Hearnii L. 1. Gronov. in pr. ed. not. nihil mutabat. Quod verius putarem. Mox *tantum facinus ausi sint* Lov. 1. 2. et Voss. *tantum ausi facinus sint* Flor.

§. 1. *Quamquam nullum scelus rationem habet*] Pal. 1. *habeat*. GEBHARD. V. ad 2, 4, 7. Omnes tamen mei *habet*. Contra *nullum scelus rationem* Lov. 1. 5. et Harl. *nullam rationem scelus* Lov. 2. Mox *tamen in re nefaria*, omissa vocula *ut*, Harl.

§. 2. *Rhegium quondam in praesidium*] Hac de re dictum in Epitomen l. 12. SIGON.

Interfectis per scelus principibus civitatis] Pal. 2. *civitatis principibus*. tertio ablatum τὸ *civitatis* est. GEBHARD.

§. 3. *Tota legio, millia hominum quatuor, in foro Romano securi percussi sunt*] Scripsimus *in foro Romae*. RHEN. Pal. 3. continet *in foro securi percussi sunt*. GEBH. Epit. Liv. 15. *Legio Campana se-*

Digitized by Google

propter quod facinus tota legio, millia hominum qua- 3
tuor, in foro Romae securi percussi sunt. Sed illi pri- 4
mum, non Atrium Umbrum semilixam, nominis etiam abominandi ducem, sed Decium Jubellium tribunum militum secuti sunt: nec cum Pyrrho, nec cum Samnitibus aut Lucanis, hostibus populi Romani, se conjunxerunt. vos cum Mandonio et Indibili consilia commu- 5

curi percussa est. Sed Casaub. ad Polyb. p. 124. e Polybio ostendit, diuturna obsidione numerum ad ccc imminutum, et hos supplicio adfectos fuisse; Livium autem et alios tragica exaggeratione in ea re uti. DUK. *in foro Romae* etiam omnes nostri. Praeterea *in foro Romae percussi sunt* Lov. 4.

§. 4. *Sed illi tamen non Atrium Umbrium semilixam*] Scripsimus *Atrium Umbrum*. Nec est in scripto codice *Sed illi tamen*, verum *Sed illi primum Atrium Umbrum*. RHEN. *Sed illi primum* etiam omnes mei. Tum recte *Atrium Umbrum*, quamvis plures legant *Umbrium*. V. ad c. 24, 13.

Sed Decium Jubellium] Pal. pr. *sed Jubellum*. sec. *sed D. Jubelium*. tert. *Sex. Bellium*. GEBH. *sed Vibellium* Flor. et Lov. 4. *sed Jubellium* Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. a m. 2. et Hav. *sed Jubilleum* Lovel. 1. *sed Decium Mabellium* Gaertn. *sed Sex. Bellium* ed. Rom. princ. apud Hearnium, ut et apud me Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et Ven. anni 1495. et 1506. (nam periodus *Sed illi primum* etc. *secuti sunt* deest in Rom. anni 1472. et Parm.) *sed D. Jubellium* edd. proximae usque ad Aldum, qui *Decium* substituit. V. Sigon. ad Epit. Liv. 12. Tum *tribunum militiae* Voss. *tribunum milites* Gaertn. Per compendium scriptum fuerat *trib. mil.* id, quamvis facillimum et in Liv. ubivis obvium, hic tamen librarii illi adsequi non potuere. Similia v. ad 4, 57, 9.

Nec cum Pyrrho, nec cum Samnitibus aut Lucanis] Est in scripto cod. *nec Samnitibus*. Subintelligitur *cum* praecedens, quare nos eximimus. RHEN. Vet. lib. *nec cum Samnitibus*. SIG. Pal. 1. et vet. ed. *nec cum Pyrrho, nec cum Samnitibus*. GEBH. Omnes Gall. meliorque Pal. et Voss. *nec cum Pyrrho, nec cum Samnitibus aut Lucanis, hostibus populi Romani, se conjunxerunt*. J. FR. GRON. Omnes mei etiam *nec cum Samnitibus*. Recte. V. ad c. 8, 3. Insuper *nec cum Lucanis* Ber. et edd. antt. usque ad Aldum, vulgatae lectionis auctorem, quam se in tot codd. reperisse Gronovius testatur; mihi vero eadem in reliquis meis obvia fuit.

§. 5. *Cum Mandonio et Indibili consilia communicastis, et arma*] Inseruimus particulam *et*, *et consilia communicastis, et arma consociaturi fuistis*. RHEN. Vet. lib. *Vos cum Mandonio atque Indibili et consilia*. SIG. Pal. 3. *et consilia communicastis, et arma consociaturi fuistis*. GEBH. Illud *et*, quod viri docti inseruerunt, praeferunt meorum Lov. 4. Gaertn. Rec. et Hav. Id autem hoc modo adhibitum saepissime a librariis neglegi solet. V. ad 2, 44, 3. Nihilominus rectius hic omissum

Digitized by Google

6 *nicastis,*
pani Capu
mertini i
petuam
7 *cios pop*
vos dom
fecta pr
que fide

puto. N
inter eo

§. 6.
cultorib
veteri
bus. I
bulum
didit.
cultori
supra
ribus
vox p
nanu
reddi
GRO
Hear
com
Hinc
Harl
dem
rum
sen
38,
ber
pan
ant
52,
rat
Re
3.
pr
si
ss
m
g
q

Digitized by Google

juges liberosque vestros. Sed horum quoqu
sicut patriae meique, ejeceritis ex animis ve
consilii scelerati, sed non ad ultimum deme
volo. Mene vivo, et cetero incolumi exerc
ego die uno Karthaginem cepi, cum quo q
ratores, quatuor exercitus Karthaginiensiu
gavi, Hispania expuli, vos octo millia ho
noris certe omnes pretii, quam Albius et
quibus vos subjecistis, Hispaniam provin

petuam spem errore operarum dedit Modius anno 1588. pro quo jam Dan. Heinsius apud Elzevir. *perpetuam sedem* substituit, quod non tantum priores edd. sed omnes etiam scripti tuentur. Supra c. 7, 12. *Urbe sua capta a Philippo, sedem eis Aetoli eam dederant.* Hav. exhibet *sic Rhegii habituri perpetuo sedem erant.* Sed *Rhegium perpetuam sedem*, ut mox *Sucronem domicilium.* Paullo post *Romanum* non adparet in Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Harl.

§. 7. *Decedens confecta provincia*] *discedens* Voss. Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Aldum, perpetuo librariorum errore. V. ad 2, 31, 11. Propria autem est locutio *decedere provincia.* Infra c. 32, 10. *Priusquam provincia decedat, opprimendos Ilergetes duxisse.* 37, 7, 7. *Tradito consuli exercitu provincia decessit.* 39, 3, 3. *Decedere provincia praetor jussus.* 41, 10, 6. *Utrumque decedere provincia jussit.* Alibi dixit *de provincia decedere.* V. ad 4, 29, 5. Mox *redieritis*, pro *rediretis*, Cant. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Ber. a m. 2.

§. 8. *Sicut patriae meique, ejeceratis animo*] Put. Men. Voss. *ejeceritis.* Et rectius puto: est enim non simplex adfirmatio Scipionis, sed occupatio, quam Rhetores vocant. quoque sitis oblit via? quis exitus J. FR. GRON. Flor. Cant. Harl. nii N. ac D. Mox *timum dementis* Ha

§. 9. *Cum quo eg thaginem cepi*] *uno* vidi antiquissimae. Lov. 1. 2. 3. Ber. jus loco reposuit concinentibus Flor Hav. et aliis. Frol anno 1535. dedit lectionem servarun ad J. Fr. Gronov. qu notat, ex Put. et M Aldinam revocavit. beniana enim in nu obvia fuit. Et solet us *dies unus*, quam Supra 2, 10, 12. *uno die circumaravi* 25, 3. *Documento uns* 10, 17, 3. *Ut uno di mis urbem caperent.* *uno Suessulam a Cali rat.* 25, 7. 16. 48. 32 que locis. V. ad 8, haec ratio est, cu *clade* cum Rhenano vio, quam *una die* c legere malim infra

Quatuor imperatori exercitus Karthaginie

Google

Romano erepturi eratis? Amolior et amoveo nomen
10 *meum. nihil ultra facile creditam mortem meam i*
11 *vobis violatus sim. Quid? si ego morerer, mecum ex-*
spiratura respublica, mecum casurum imperium popu
Romani erat? ne istuc Jupiter optimus maximus sirit,

fugavi, Hispania expuli] Asdrubales duos, Amilcaris et Giscgonis filios, Magonem Amilcaris, et Annonem, qui Asdrubali in Italiam profecto suffectus erat. SIG. Pal. 2. *et Hispania expuli.* GEBH. Prima vox, teste Hearnio, abest ab ed. Rom. princ. duae priores non reperiuntur in Flor. Lov. 1. 3. 5. Harl. Hav. et Hearnii N. sine dubio librariorum culpa ob vocis *quatuor* repetitionem omissae. V. ad 9, 11, 11. *quatuor duces et exercitus* legit Hearnii L. 1. *quatuor imperatores exercitus* Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et Ven. anni 1495. At altera Ven. triennio recentior, vulgatum prima recte exhibuit. V. ad c. 25, 6. Deinde *fudi* et *Hispania* exsulant a Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Hav. et Hearnii N. ex quibus insuper Lov. 2. *expulique.* Male. Saepissime *fundere* et *fugare* junguntur. V. ad 38, 53, 2. *fudi, fugavi, expuli* Flor. Cant. et Lov. 4. *fudi, fugavi, et Hispania expuli* Ber. et Gaertn. Solet Livius duo vel plura verba sine copula jungere. Supra 8, 33, 19. *Si futus, fugatus, castris exutus fuisset.* 27, 43, 9. *Ut legionem a Capua Romam arcessant, delectum Romae habeant, exercitum urbanum ad Narniam hosti obponant.* V. ad 9, 22, 6.

Majoris certe omnes pretii, quam Albius et Umbrius sunt] Hic Scipio blanditur militibus, timens eos scilicet. Locus mendo non caret. Archetypon habet *minoris certe omnes pretii.* Porro nihil dubito, legendum hic esse *Albius et Atrius*, non *Umbrius*, quemadmodum antea dixit [c. 27, 11] *In praetorio tetenderunt Albius et Atrius.* Sunt enim propria nomina *Albius* et *Atrius*, quae conjunguntur: *Calenus* et *Umber* cognomina. RHEN. Ut Rhenanus liber, omnes Gall. et Pall. praeter unum et alterum: *minoris certe omnes pretii, quam Albius et Atrius sunt, quibus vos sententiistis.* Sane *minoris* genuinum puto, non *majoris.* Deprimit enim eos in comparatione cum reliquo exercitu, quicum se Novam Carthaginem *die uno* (sic enim Put. et Men.) cepisse, quicum quatuor imperatores, quatuor exercitus hostium fudisse, fugasse, Hispania expulisse dixerat. Minoris autem pretii erant suo ipsorum judicio, quippe qui Calenum et Umbrium, tamquam praestantiores, sibi praeposuerant. Qui vero illi? semilixae, ut antea eos vocaverat. Nullo igitur genere cum caetero exercitu comparabiles evincit, quod voluerat. J. FR. GRON. *majoris* superest in Lov. 1. 3. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii N. Ceteri nostri cum ejusdem Hearnii L. 1. et N. recte *minoris*: Optime etiam Rhenanus *Albius et Atrius.* Verum vix aut nostri, aut Oxonn. Hearnii adsentiuntur. Priscam enim scripturam *Albius et Umbrius* servant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. *Albius et Umbrius* Lov. 4. *Albius et Umber* Rec. et Hearnii D.

Digitized by Google

urbem, auspicato Diis auctoribus in aeternum conditam, fragili huic et mortali corpori aequalem esse. Flaminio, 12
Paullo, Graccho, Postumio Albino, M. Marcello, T. Quinctio Crispino, Cn. Fulvio, Scipionibus meis, tot tam praeclaris imperatoribus uno bello absumtis, super-

§. 10. *Amolior et amoveo nomen meum*] *A meliore tamen moveo* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. Mox *vobis violatus sim*, omissa praepositione, Flor. Voss. et Lov. 5. V. ad 6, 11, 4. *vobis violatus sum* Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *Tà a vobis* desunt in Hearnii N.

§. 11. *Ne istud Jupiter optimus maximus sinat*] Germanam Livii lectionem archetypon Spirense continet: *ne istuc Jupiter optimus maximus sierit*, quam et nos in contextu restituimus, cum ob singularem elegantiam, tum ob vetustatem. Nam si quippiam in tota oratione Scipionis verborum est, quibus ipse fuerit usus, fortassis haec clausula est, quam usurpavit alicunde Scipio, Livius ex annalibus aut aliquo vetusto scriptore retulit. Porro fictum est *istuc* pro *istud*, et *sierit*, pro *siverit* a *sino*. Crassus aliquis id non intelligens vertit in *sinat*. RHEN. Put. *ne istuc Jupiter optimus maximus sirit*, ut editum id 1, [32, 7.] J. FR. GRON. *sinat* servant Lov. 2. 3. 5. Ber. Hafn. Gaertn. et Hearnii Oxonn. idque voluerunt Voss. et Lov. 1. 4. qui *finiat* praeferunt. Proxime veram scripturam *finit* Flor. Cant. Harl. et Hav. Puto enim recte Gronov. emendasse *sirit*, quomodo praeferunt Exc. Pithoei, Salmasius ad marginem Livii conjecit, et ante eum ac Gron. legendum monuit Gebhard. ad Liv. 1, 32, 7. ubi plura vide. Praeterea *ne istud* servant Lov. 5. et Ber. *nec istud* Voss. et Lov. 3. *nec illud* Lov. 2. *ne id* Hearnii N. *nec Jupiter*, media voce omissa; Gaertner. Sed reliqui recte *ne istuc*. Paullo ante *mecum exspiraturum imperium populi Romani* Hearnii N. quod ex sequentibus perperam hic repetitum est, quum prius sollemni errore librariorum *R. P.* seu *respublica*, abiisset in *P. R.* sive *populus Romanus*. Lov. 3. in contextu habet *mecum est peritura respublica*. Insuper *casurum Romanum imperium erat* Lov. 2. *casurum imperium erat* excusi Aldo antiquiores.

Auspicato Diis auctoribus condita] Pall. 1. 2. et vet. ed. *Dis ductoribus*. GEBH. Ita et Flor. Voss. Lov. 2. 4. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Interdum ita lapsi sunt scribae. V. ad 4, 26, 6. 21, 10, 6. et Bentl. ad Horat. 3, 3, 65.

§. 12. *Flaminio, Paullo A. Graccho*] *A.* neque ratione, neque consuetudine pluribus Livianis exemplaribus scriptum pro *Aemylio* reperio. nam secundum nomen totum scribitur, praetereaque prima diphthongum habente. SABELL. *Aemilio* non est in veteri codice. quare et nos dispunximus. Simplicia nomina sunt *Flaminio*, *Paulo*, *Graccho*. RHEN. *Aemilio* vel, ut ante Sabellicum legebatur, *A.* in nullo meorum vidi: quid tamen ei inserendo occasionem dederit, intellexi ex vitiosa Lov. 5. scriptura *Flaminio*, *P. aulo Greco*. Omnia autem tria haec vocabula desunt in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Hav. et Hearnii L. 1. ac N.

M. Marcello, *T. Quinctio Cri-*

Digitized by Google

stes est populus Romanus, eritque, mille aliis nunc ferro, nunc morbo morientibus, meo unius funere elata populi
13 *Romani esset respublica? Vos ipsi hic in Hispania, patre et patruo meo, duobus imperatoribus, interfectis, Septimum Marcium ducem vobis adversus exsultantes recenti victoria Poenos delegistis. et sic loquor, tamquam*

spino, *C. Fulvio*] *Cn. Fulvio* legendum. Et intelligit de Cn. Fulvio Centimalo, qui anno octavo hujus belli consul fuit, ut ad finem l. 25. habetur, deinde vero proconsul occiditur ab Hannibale ad Herdoniam, ut ab initio libri 27. narratum est. Vicerat alium etiam Cn. Fulvium Hannibal, ut l. 25, [20.] ante dictum. at is effugerat cladem, non item populi judicium, ut l. 26. ab initio. Verum Scipio hic de occisis loquitur. GLAR. Vet. lib. *T. Crispino*. quod probo, ut et hic duobus nominibus afficiatur. SIG. Pal. sec. omittit praenomen Marcelli, et tertius Crispini. GEBH. Praenomen Marcelli exsulat ab Hearnii N. Voces *M. Marcello* a Ber. Deinde *P. Quintio Crispino* legunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. et Hearnii L. 1. ac N. Quod, quamvis mendosum sit, firmat tamen reliquorum codicum lectionem, qui vocem *Quinctio* a Sigonio ejectam defendunt. Mox Fulvii praenomen abest ab Hearnii N. cujus loco *C.* vel *Gajo* legunt Lov. 5. Ber. et Gaertn. cum nonnullis edd. antiquis. De quo errore v. ad 7, 3, 3.

Tot tam praeclaris imperatoribus] Scripsimus *tot tam claris imperatoribus*. RHEN. Pal. 1. 2. et vet. ed. *tot tam praeclaris imperatoribus*. GEBH. Omnes Gall. duo Pall. Voss. *tot tam praeclaris*. Cic. 2. Agrar. [33.] *in tam illustri imperio et tam praeclara populi Romani disciplina*. J. FR. GRON. Lectionem quam male Rhenanus sustulit, non modo opem ferunt Gebhardi et Gronovii codd. sed et mei tantum non omnes, cum Hearnii L. 1. N. et illis, quos Crevier. consuluit. Eam itaque, tot testium fide et consensu nisam, in contextum revocavi. Mox alio ordine dictionum *superstes est eritque populus Romanus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Gaertn. *superstes est eritque publica res* Hav. *superstes est eritque respublica* Ber. et edd. ante Aldum. V. de hoc errore ad 9, 26, 8.

Meo unius funere elata respublica esset] Reposuimus ad fidem exemplaris scripti *meo unius funere elata populi Romani esset respublica*. Tametsi illic mendose *elati*, non *elata*, legitur. RHEN. *mei unius funere* Hav. Male. V. ad 7, 40, 9. Tum *elata respublica esset* legunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hav. *elata populi Romani respublica esset* Ber. et edd. ante Aldum, qui primus voces *populi Romani* expunxit. Forte scriptum fuerat breviter: *elata P. R. R. P. esset*. Quum autem non intelligerent scribae, quid his literis indicaretur, duas priores ejecerunt. V. ad 22, 10, 2. et c. 53, 10. De formula autem *populi Romani respublica* v. ad locum priorem.

§. 13. *Septimium Marcium*] *Septimum Marcium*, ut supra. SIG. *Septimium Marcium* Flor. Lov. 2. 3. et Ber. quod Pat. et hic,

Digitized by Google

ine duce Hispaniae futurae fuerint. M. Silanus, eodem 14
ure, eodem imperio mecum in provinciam missus, L.
cipio frater meus, et C. Laelius, legati, vindices ma-
statis imperii deessent? Utrum exercitus exercitui, an 15
uces ducibus, an dignitas, an caussa comparari pote-
at? quibus si omnibus superiores essetis, arma cum Poe-

t ubique praeferre, testatur Groov. in pr. ed. not. ac servanum judicavit in pr. ed. not. ad 2, 2, 5. Sed v. ad 25, 37, 2. *Setimum*, quomodo legunt omnes ypis exarati ante Ascens. qui nno 1513. *Septimium* dedit, hic ognomen esse, nisi legendum it *Septimi F.* id est *Septimi filium*, judicat doctiss. Oudend. d Front. 2, 10, 2.

§. 14. *L. Scipio frater meus, C. Laelius legati*] Ita ultima Grut. d. quum antea legeretur *et C. Laelius*, Silent omnes recentioes, ac lectionem illam servant. nterim tamen et omnes mei, t Hearnii N. *et C. Laelius* exhibent; quod quum etiam in Put. upereste ex Cl. Sallier. didicerim, Livio restituere non dubiavi. Ceterum hic locus in memoriam mihi revocat illum, quem upra in Epit. hujus libri in rinc. habuimus, ubi Cl. Duerus recte observat, perperam M. Silanum Scipionis legatum vocari. Quum autem ex hoc loco onstet, L. Scipionem fratrem t C. Laelium P. Scipionis legaos fuisse, adsentior viro Amplisimo Joh. Alex. Roëllio, ibidem rocum transpositione legendum ensenti, *Res in Hispania prospere gestae a Silano, et ab Scipionis legato L. Scipione fratre:* vel *Res in Hispania prospere gestae a Silano, et ab L. Scipione fratre, Scipionis legato:* vel *et ab L. Scipione, fratris Scipionis legato.* (* L. Scipionem fratris Publii legatum in Hispania et Africa fuisse, testatur etiam Liv. infra 38, 58, 8.)

§. 15. *Arma contra patriam, contra cives vestros ferretis*] Vet. lib. *arma tamen Poenis contra patriam.* quod probo. SIG. Pal. 1. *arma compinxit patriam contra cives vestros ferretis.* Reliqui libri omnes rejiciunt illud *Poenis*, Sigonio invectum et probatum. GEBH. *arma tamen Poenis contra patriam* Sigonius. Put. et Pet. antiquior *arma compinxit patriam.* Men. *compunxit.* Pal. Voss. *compinxit.* Alter Pet. duo Pall. et Regius, ut prius vulgo, *arma contra patriam.* Scribe, *quibus si omnibus superiores essetis, arma impia in patriam, contra cives vestros, ferretis?* Particula *tamen* est ex illis auxiliaribus additamentis hominum Liviani stili minus peritorum, qualia multa ejecimus. J. FR. GRON. *arma contra patriam, contra cives* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii D. *arma compinxit patriam* Lov. 1. et Hearnii N. *arma compinxit patriam* Flor. *arma cum Poenis contra patriam* Hav. et, nisi excerpta fallant, Cant. Lectio, quam Sigonius probavit, recte Gronovio displicuit. Certe τὸ *tamen* in nullo meorum inveni. De vocula illa perperam contextui Liviano inserta v. ad 22, 44, 7. Ipse Gronov. in pr. ed. not. *arma cum Poenis contra patriam* scribendum conjecit, eamque lectionem, quae a quonam

Digitized by Google

nis contra patriam, contra cives vestros ferretis? Africam Italiae, Karthaginem urbi Romanae imperare vi-
letis? Quam ob noxam patriae?

1 XXIX. *Coriolanum quondam damnatio injusta, miserum et indignum exsilium, ut iret ad obpugnandam patriam, inpulit: revocavit tamen a publico parricidio*
2 *privata pietas. Vos qui dolor, quae ira incitavit? Stipendiumne diebus paucis imperatore aegro serius numeratum satis digna caussa fuit, cur patriae indicere-tis bellum? cur ad Ilergetes desciscere tis a populo Romano? cur nihil divinarum humanarumve rerum inve-*
3 *latum vobis esset? Insanistis profecto, milites: nec mu-*

mutata sit, se nescire Crevierius fatetur, in contextum recepit; et tamen servavit, licet postea sec. ed. conjecturam mutarit. Eamdem superesse passus sum, quia unius vel alterius ex codicibus meis testimonio confirmatur: id vero, quod ejus loco substituitur, in nullo superest. Mox *urbis Romanae* Flor. a m. 1. Lov. 1. et Harl. *urbi Romanae* Flor. a m. 2. Cant. Voss. Lov. 2. 4. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Rom. anni 1472. et Parm. quorum fide Livio reddidi. V. ad Epit. Liv. 49.

§. 1. *Coriolanum quondam*] Lib. 2, [39. et seqq.] SIGON.

Ut iret ad obpugnandam patriam, inpulit] Put. *ut irata ad oppugnandam.* Scribe, *ut ab ira ad oppugnandam patriam.* quam formulam, auctoribus Rhenano et Lipsio, jam saepius Livio reddidimus. Vocem autem *ira* requiri, ex sequentibus patet: *Vos qui dolor, quae ira incitavit?* Nisi malis *exsilium ruere ad oppugnandum.* Cicero 7. ad Att. ep. 4. de Caesare: *Quod si ruere coeperit, nae ego multa timeo, quae non ideo scribere.* J. FR. GRON. *ira* deest in Voss. *ad oppugnandam iret patriam* legit Lov. 3. *iret ad oppugnandam patriam* Harl. *ire ad oppugnandam patriam* Gaertner. *iret ad oppugnandum patriam* Flor. Doujatius, si quid mutari necesse sit, scribendum conjicit *exsilium et ira ad oppugnandam patriam inpulit.*

§. 2. *Vos qui dolor, quae ira incitavit*] Corrupte Pal. 1. *qui dolore vitae ira incitavit.* GEBH. Put. *qui doloraeuitae ira incitavit.* Caeteri Gall. unusque Pal. *qui dolore vitae ira.* Scribe *qui dolor, aut quae ira incitavit?* J. FR. GRON. Inspicienti acrius codicem Puteanaeum, unice videtur inde exsistere, *Vos qui dolor, qua justa ira incitavit?* Et est hoc perpetuum in Livio epitheton. 21, 44, 2. *Vos Carthaginienses, tum ob patriam, tum ob iram justissimam pugnaturos.* 23, 25, 6. *Quamquam stimulabat justa ira.* 6, 31, 6. *Quippe ab justo exercitu, justa ira facta.* JAC. GRON. To *Vos* deest in Cant. Flor. Voss. Lov.

Digitized by Google

jor in corpus meum vis morbi, quam in vestras mentes, invasit. Horret animus referre, quid crediderint homines, quid speraverint, quid optaverint. Auferat omnia irrita oblivio, si potest: si non, utcumque silentium tegat. Non negaverim, tristem atrocemque vobis visam orationem meam; quanto creditis facta vestra atrociora esse, quam dicta mea? et me ea, quae fecistis, pati aequum censetis: vos ne dici quidem omnia aequo animo ferretis? Sed ne ea quidem ipsa ultra exprobrabuntur. utinam tam facile vos obliviscamini eorum, quam ego obliviscar. Itaque, quod ad vos universos adtinet, si erroris poenitet, satis superque poenarum

1. 2. Harl. et Hav. At insuper *qui dolere vitae ira incitavit* Flor. et Cant, *qui dolore vitae ira incitavit* Voss. et Hearnii L. 1. ac N. *quae dolore vitae ira incitavit* Hav. *qui dolor vitae ita incitavit* Lov. 1. *qui dolore, quae ira incitavit* Harl. *quis dolor, quae ira incitavit* Lov. 4. Mox *τὰ cur nihil divinarum humanarumve rerum inviolatum vobis esset* desunt in Hearnii D.

§. 4. *Quid crediderint homines, quid speraverint*] Pall. 2. et 3. *quid crediderint homines, quid paraverint.* GEBH. Omnes mei stant pro recepta lectione.

Quid optaverint] Haec clausula non est in libro vetusto. RHEN. Eamdem tamen tuentur omnes mei.

Auferat omnia irrita oblivio, si potest] Vet. lib. *oblivio ista, si potest.* SIG. Consentit unus Hav. at *oblivio est potest* Flor. et Lov. 1. Reliqui in hac parte nihil mutant. At in primis verbis *Auferant omnia irrita* Lov. 2. *Auferat omnia recens oblivio* Lov. 5.

§. 5. *Tristem atrocemque vobis visam orationem meam*] Delevimus *meam.* nam statim sequitur *dicta mea.* RHEN. *visam orationem meam* quatuor egregii codices. J. FR. GRON. Eamdem lectionem firmant Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. quorum fide restitui, quamvis etiam mox sequatur *dicta mea.* V. ad 1, 3, 9.

Et me, quae fecistis, pati aequum censetis: vos ne dici quidem omnia aequo animo ferretis] Scripsimus *et me ea, quae fecistis.* RHEN. Pal. 1. *et ea omnia quidem, quae fecistis, vos ne dici aequo animo feritis?* sec. *et me omnia, quae fecistis, pati aequum censetis, vos ne dici quidem aequo animo feretis?* tert. *et me, quae egistis, pati aequum censetis.* GEBH. *et me, quod fecistis* edd. ante Aldum, lectionis, quae Rhenano displicuit, auctorem. *et me ea, quae fecistis, vos ne dici quidem omnia aequo animo fertis* Put. ut ex Cl. Sallier. intellexi, Flor. et Cant. omissis vocibus *pati aequum censetis,* quae in nullo meo-

Digitized by Google

habeo. Albius Calenus, et Atrius Umber, et ceteri nefariae seditionis auctores, sanguine luent, quod ad-
8 *miserunt. Vobis supplicii eorum spectaculum non modo non acerbum, sed laetum etiam, si sana mens redi-*
it, debet esse. de nullis enim, quam de vobis, infe-
9 *stius aut inimicius consuluerunt.* Vix finem dicendi fecerat, quum ex praeparato simul omnium rerum
10 terror oculis auribusque est obfusus. Exercitus, qui corona concionem circumdederat, gladiis ad

rum codicum supersunt, nisi in Ber. et Gaertn. nec tamen abesse possunt. Reliquorum varias adferre, tanti non videtur. Id tamen monendum, *ferretis* demum adparuisse in ed. Paris. anni 1573. pro quo priores dederunt *feretis*, quod superest in Lov. 2. Ber. Gaertn. et Hearnii Oxonn. *feratis* in Hav. *fertis*, praeterquam in tribus codd. modo memoratis, etiam in Lov. 1. et Harl.

§. 7. *Et Atrius Umbrius*] Scripsimus *et Atrius Umber*. RHEN. Et ita mei, praeter Ber. Gaertn. et Hav. in quo *Umbrius*. V. ad c. 25, 13.

§. 8. *De nullis enim, quam de vobis, infestius aut inimicius consuluerunt*] Vet. lib. *iniquius consuluerunt*. SIG. Pal. 3. et prisca ed. *inimicitius*. sec. *infestius aut immitius*. GEBH. Put. *inicius*. Scribe *inimicius*. quod et habent alii antiqui libri, et male Sigonius mutavit. Cic. 3. in Verr. [13.] *Quis hunc audet dicere oratoribus infestum aut inimicum fuisse?* Et rursus [c. 24.] *Iste cives Romanos? at nullis inimicior aut infestior fuit.* Sic 35, [12, 1.] *Neque Boji, neque Hispani tam inimice infesti erant Romanis, quam Aetolorum gens.* Saepius duas has voces confusas reperies, et alibi in Livio observavimus. Nimalis *immitius*, ut in Pal. uno, et libris Mureti. J. FR. GROT. *inimicicius* Ber. et edd. principes, quod errore librariorum scriptum est pro *inimicius*. De quo v. ad 2, 15, 6. *Imitius* Gaertn. *iniquius* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Hav. *initius* Flor. Voces *inimicus* et *iniquus* saepius in Mss commutari, ut Gronov. observat, verum est. V. ad Livii Epit. 49. ipsum Gronov. ad Liv. 33, 13, 5. Viros doctos ad Cic. 11. ad fam. 27. Gruter. ad Cicer. Ep. 1. ad Brut. Corte ad Plinii 5. Ep. 21, 7. et Cel. Burm. ad Quinctil. Decl. 7, 4. Decl. 313. p. 619. et Declam. 342. p. 716. Verum etiam est, Cic. vocabula *infestus* et *inimicus* saepe junxisse. Exemplis, quae laudata sunt, adde Cic. pro Quinct. 2. *Quum ei summam per injuriam omnia inimica atque infesta furint.* 1. in Ver. 5. *Meminerit, si priore actione, clamore populi Romani infesto atque inimico excitatum, confessum esse.* 10. Phil. 10. *Irrupit in Galliam, quam sibi armis animisque infestam inimicemque cognovit.* V. Cortium ad Sall. Catil. 19, 1. An tamen hic *inimicius* legendum sit, admodum dubito. Nam non tantum longe

Digitized by Google

scuta concrepuit. praeconis audita vox citantis nomina damnatorum in consilio. Nudi in medium 11
protrahebantur. et simul omnis adparatus supplicii expromebatur. deligati ad palum, virgisque caesi, et securi percussi, adeo torpentibus metu, qui aderant, ut non modo ferocior vox adversus atrocitatem poenae, sed ne gemitus quidem, exaudiretur. Tracti inde de medio omnes, purgatoque lo- 12
co citati milites nominatim apud tribunos militum

plures codd. *iniquius* servant, verum eodem etiam ducunt optimi Put. vestigia, in quo *inicius* scriptum puto pro *iniquius*. Passim enim literae *c* et *qu* commutantur. V. ad 9, 2, 15. Ex eo autem *initius*, pro *inicius*, iterum datum est in Flor. Praeterea *infestus* et *iniquus* similiter apud Cic. junguntur 5. in Verr. 55. *Nunc animo te iniquissimo infestissimoque intuetur*. Paullo ante *sed leve etiam* Lov. 1. 2. et Hearnii N.

§. 9. *Simul omnium terror oculis auribusque est obfusus*] Mutilus locus hic erat. Nos reposuimus *simul omnium rerum terror oculis auribusque est offusus*. Neque enim significare vult Livius, omnium militum rebellium oculis terrorem offusum, sed simul omnium rerum terrorem objectum, puta crepitum gladiorum, vocem praeconis citantis damnatos, sontium nudata corpora ac apparatum omnem supplicii simul expromptum, quemadmodum ipse mox exponit. RHEN. *omnium rerum terror* recte Pal. 1, solus. Reliqui *omnium terror oculis auribusque est effusus*. perperam. Legitimam lectionem primus refituit Rhenanus. GEBH. *To rerum* deest in Gaertn. Ber. a m. 1. et Lov. 5. a m. 2. Reliqui constanter agnoscunt.

§. 10. *Exercitus, qui corona concionem circumdederat, gladiis ad scuta concrepuit*] Polyb. [11, 28.] καὶ κύκλῳ μὲν οἱ στρατιῶται περιεστῶτες ἐν τοῖς ὅπλοις ἀπο παραγγέλματος, συνεψόφησαν ταῖς μαχαίραις τοὺς θυρεούς. SIG. *gladiis ac scutis concrepavit* perperam Hav. *gladiis ac scutis* etiam Hafn. *gladiis ac scuta* Voss. Lov. 1. et Gaertn.

Nomina damnatorum in consilio] Ita J. Fr. Gronovius edidit, eamque lectionem veriorem esse docet ad 44, 2, 5. Antea vulgabatur *in concilio*, probante uno Gaertn. Reliqui cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. consentiunt Gronovio, nisi quod *in concionem*, voce ex praecedentibus perperam repetita, legat Hav.

§. 11. *Deligati ad palum, virgis caesi, et securi percussi* etc.] Polyb. [ibidem.] Ἅμα δὲ τούτοις δεδεμένοι γυμνοὶ οἱ τῆς στάσεως αἴτιοι γεγονότες εἰσήγοντο. τῷ δὲ πλήθει τοιοῦτον ὑπέστη δέος ὑπό τε τοῦ πέριξ φόβου καὶ τῶν κατὰ πρόσωπον δεινῶν, ὥστε τῶν μὲν μαστιγουμένων, τῶν δὲ πελεκιζομένων, μήτε τὴν ὄψιν ἄλ-

Digitized by Google

in verba P. Scipionis jurarunt, ſtipendiumque ad nomen singulis persolutum est. Hunc finem exitumque seditio militum coepta apud Sucronem habuit.

1 XXX. Per idem tempus ad Baetim fluvium Hanno, praefectus Magonis, missus a Gadibus, cum parva manu Afrorum, mercede Hispanos sollici-
2 tando ad quatuor millia juvenum armavit. caſtris

λοιῶσαι, μήτε φωνὴν προέσθαι μηδένα, μένειν δὲ πάντας ἀχαλεῖς ἐκπεπληγμένους πρὸς τὸ συμβαῖνον. SIGON.

§. 12. *Tracti inde de medio omnes, purgatoque loco* etc.] Polyb. [ibidem.] *Οἱ μὲν δὴ ἀρχηγοὶ τῶν κακῶν ἀικισθέντες ἑιλκοντο διὰ μέσου ἀπηλλαγμένοι τοῦ ζῆν. οἱ δὲ λοιποὶ παρὰ μὲν τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων κατὰ κοινοῦ ἔλαβον τὰς πίστεις, ἐφ' ᾧ μηδένα μηδενὶ μνησικακήσειν· αὐτοὶ δὲ καθ' ἕνα προϊόντες ὤμνυον τοῖς χιλιάρχοις, ἢ μὴν πειθαρχήσειν τοῖς παραγγελλομένοις ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ μηδὲν ὑπεναντίον φρονήσειν τῇ Ῥώμῃ.* Poſt desunt quaedam apud Polybium. SIG.

Citati milites nominatim apud tribunos militum in verba P. Scipionis jurarunt] V. Lipsium de Milit. Rom. 1, 6. et Schel. ad Polyb. c. 1. DUK. *juraverunt* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et edd. antt. Primus Frobenius anno 1535. subſtituit *jurarunt*, quod superest in Flor. Cant. Hav. aliisque, et etiam in Put. exſtare adfirmavit Cl. Sallier. Mox *solutum est* Lov. 2. *persolutum est* Flor. Voſſ. Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. antt. usque ad eamdem Frobenii: neque aliter in Put. legi, ex Cl. Sallier. didici. Male igitur Froben. anno 1535. *τὸ est* omisit. Mox *Hunc finem seditio militum exercitusque coepta* Hearnii L. 1. Vox *coepta* exsulabat ab ejusdem D.

§. 1. *Hanno praefectus, a Magone missus a Gadibus*] Pal. pr. *praefectus Magonis*. tert. *Hanno a Magone missus*. GEBH. Omnes Gall. Voſſ. unusque Pal. *praefectus Magonis*. Et ita scribendum. 25, [28, 5.] *Ut secum praefectos Epicydis, Polycletum et Philiſtionem et Epicydem aggrederentur*. Val. Max. 3, 2. *Cnaeique Pompeji praefectus jussu ejus, summo ſtudio et magno militum numero, ad id capiendum nitoretur*. Hoc admitto a Lipsio pro *mitteretur*: sed non quod idem miratur illum *praefectum Pompeji*, vultque *Pompejus praesens*, aut *profectus*, duabus praeterea vocibus deletis, Centur. 3. ad Belg. ep. 24. Cicero 6. ad Attic. ep. 1. *Quid dicam de illius praefectis comitibus, legatis*. Et rursus, *Fuerat enim praefectus Appio*. Sed plura sunt illic in hanc rem, quam ut huc transferri poſſint. 2. de Orat. [66.] *Teſtis in Pisonem, cum innumerabilem Magio praefecto pecuniam dixisset datam*. Et mox [c. 67.] *Scaevola Septimulejo illi Anagnino, roganti, ut se in Asiam praefectum duceret*. Divinatione [in Caecil. 17.] *Ab hac praefectus Ante-*

Digitized by Google

leinde exutus ab L. Marcio, maxima parte militum
nter tumultum captorum castrorum, quibusdam
etiam in fuga amissis, palatos persequente equite,
cum paucis ipse effugit. Dum haec ad Baetim flu- 3
vium geruntur, Laelius interim, freto in oceanum
vectus, ad Cartejam classe accessit. Urbs ea in ora
oceani sita est, ubi primum e faucibus angustis
panditur mare. Gades, sine certamine, proditione 4

nii quidam symphoniacos pueros abducebat. V. Manutium ad 2. Fam. 17. J. FR. GRON. *praefectus a Magone* Lov. 5. Harl. Gaertner. Rec. et Hearnii N. Reliqui, et mei, et Oxonn. Hearnii, *praefectus Magonis.* Supra 23, 30, 1. *Ab Himilcone, praefecto Hannibalis, expugnata est.* V. Gronov. ad Epit. Liv. 83.

Mercede Hispanos sollicitando ad quatuor millia juvenum armavit] Pal. pr. *sollicitandos ad XL. armavit.* sec. *ad quatuor millia hominum juvenum armavit.* GEBH. Optimi quique *sollicitandos.* Videntur velle *mercede Hispanis sollicitandis.* ut supra [c. 19, 6.] *claudendos portas*, pro *claudendis portis.* J. FR. GRON. *sollicitandos* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 4. Gaertn. et Hearnii N. *ad mercede Hispanos sollicitandos* Hav. *Hispanis sollicitandis*, quod Gronov. ex conjectura ponit, si scriptis invenissem, id mox probare non dubitassem, quia Livius saepe ita loquitur. V. ad 1, 53, 3. Verum nunc, quum *Hispanos sollicitandos* nonnulli, plerique *Hispanos sollicitando* praeferant, nihil mutandum puto, et priorem lectionem ex familiari scribarum lapsu ortam esse puto. V. ad 6, 3, 8. Praeterea *ad XL juvenum* Flor. Voss. et Lov. 1. 2. *ad XL*, vel *quadraginta millia juvenum* Gaertn. Hav. et Hearnii N. *XLIIIIm juvenum* Lov. 3. *ad IV millia hominum juvenum* Hearnii L. 1. et D.

§. 2. *Inter tumultum captorum castrorum, quibusdam etiam in fuga amissis*] Pall. 2. et 3. abjiciunt *captorum.* Post haec cum primo *quibusdam etiam in fugam amissis.* GEBH. *quibusdam etiam in fugam amissis* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. *quibusdam et in fugam amissis* Gaertn. et Hav. *quibusdam et in fuga amissis* Hearnii N. et edd. usque ad Froben. anni 1535.

§. 3. *Quum haec ad Baetim fluvium geruntur*] Omnes Gall. Voss. *Dum haec ad Baetim.* J. FR. GRON. Ita non tantum etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii, verum et edd. vett. usque ad Basil. anni 1554. in qua *Cum haec ad Baetim* primum perperam vulgatum inveni.

Ad Cartejam classe accessit] *Cartejam* Ptolemaeus [2, 4.] intra Calpen ponit. At haec descriptio offendit extra fretum esse, quod et Plinius 3, 1. fateri videtur, qui addit *Tartesson* a Graecis dici. Quod si verum est, haud dubie ea videri debet, quam Strabo [3, 148.] ad Baetis fluvii, qui et ipse aliquando *Tartessos* dictus est, ostia ponit. At 21,

Digitized by Google

recipiendi, ultro qui eam rem pollicerentur, in castra Romana venientibus, spes, sicut ante dictum est, fuerat. patefacta inmatura proditio est, comprehensosque omnes Mago Adherbali praetori Kar-
5 thaginem devehendos tradit. Adherbal, conjuratis in quinqueremem inpositis, praemissaque ea, quia tardior, quam triremis, erat, ipse cum octo trire-

[5, 4.] Livius ex Polybio *Cartejam Oleadum gentis caput* facit. quare ego duorum oppidorum nomen puto *Cartejam*. GLAR. Pal. sec. *Carcheiam*, tert. *Caritiam*. Inferius Pal. 1. vocat *Carpeiam*. GEBH. Cartejae ad oceanum meminit etiam Livius 43, 3, 3. *Eos Cartejam ad oceanum deduci placere.*

§. 4. *Gades sine certamine per deditionem recipiendi*] Archetypon habet *per ditionem*. Nos reposuimus *proditione recipiendi*, id est per proditionem. Sequitur enim *Sed patefacta immatura proditio est*. Et supra sic loquitur Livius [c. 23, 6.] *Per eos ipsos dies*, inquit, *perfugae a Gadibus venerunt, pollicentes urbem Punicumque praesidium, quod in ea esset, et imperatorem praesidii cum classe proditurosesse*. RHEN. Vet. lib. *per proditionem*. SIG. Conjectura Rhenani *proditione recipiendi* posteriores invasit editiones. Prisca vero cum Pall. primis contra *Gades sine certamine per deditionem recipiendi*. GEBH. *proditione rec.* Rhenanus, quum in scripto esset *per ditionem recipiendi*. Sigonius *per proditionem*. Nostri omnes Gall. et Pall. *per deditionem*. J.FR.GRON. *per deditionem* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et D. *in deditionem recipiendi* Lov. 4. *per proditionem recipiendi* Hearnii N. Et sane mentionem *proditionis* probant loca a Rhenano laudata; quibus adde c. 31, 1. *Patefactam proditionem conjuratosque missos Karthaginem.*

Sed patefacta inmatura proditio est, comprehensosque omnes] Iterum Gall. Voss. princepsque Pall. exstirpant particulam *sed*. J. FR. GRON. Eamdem eliminant etiam Flor. Cant. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Deinde *patefacta immature proditione* Voss. Unde videri posset, legendum esse *patefacta immature proditione comprehensos omnes*. At potius est, ut librarium errasse credamus, ac dedisse *proditiõe* pro *proditio ẽ*, id est *proditione* pro *proditio est*: quem lapsum in libris scriptis saepe obcurrere, supra dixi ad 9, 8, 13. Exemplis ibi laudatis adde, quae notantur ad 22, 52, 2. 25, 9, 10. et c. 29, 1. Mox *Carthaginem dedendos*, pro *devehendos*. Voss. et Lov. 1. Hinc *tradidit* Lov. 4. V. ad 22, 60, 26. 1, 59, 2. 32, 11, 7. 36, 14, 11. et alibi. Contrario errore *tradit* dederunt, pro *tradidit*. V. ad 34, 29, 13.

§. 5. *Praemissaque ea, quia tardior, quam triremis, erat*] Salmas. in Obs. ad Jus Rom. et Attic. c. 28. p. 713. scribit, numerum remorum celeritatem navigiis addere: ita enim *quinqueremem* apud Livium *celeriorem* esse *triremibus*. Fortassis ante o-

Digitized by Google

ibus modico intervallo sequitur. Jam fretum in- 6
abat quinqueremis, quum Laelius, et ipse in quin-
ueremi e portu Cartejae, sequentibus septem tri-
emibus, evectus, in Adherbalem ac triremes inve-
itur, quinqueremem satis credens deprensam ra-
ido in freto, in adversum aestum reciprocari non
osse. Poenus in re subita parumper incertus tre- 7

ulos habuit ea, quae in Livii
o, 25, 6. leguntur. *Ex ea* (clas-
e Punica) *tres quadriremes quin-
ueremem Romanam ex alto repente
ggressae sunt; sed neque rostro
rire celeritate subterlabentem po-
erant.* Nam hic locus, in quo
uinqueremis tardior fuisse dicitur,
quam *triremis*, sententiae illius
dversatur. Vix credo, quidquam
erti de ea re statui posse. Non
mprobabile est, ut nunc, ita
olim quoque, inter ejusdem ge-
neris et magnitudinis naves alias
liis velociores, alias tardiores
uisse; idque vel ex eo, quod hae
nscite factae essent, vel aliis
le caussis fieri potuisse. Polyxe-
nidas praefectus classis Antio-
chi apud Liv. 36, 43, 6. suade-
bat, confligendum cum Romana
classe, eo quod Romanae naves
nscite factae immobiles essent.
Curtius 4, 4. *Prima e Macedonum
navibus quinqueremis, velocitate
inter ceteras eminens, occurrit.*
Nec semper naves eo velociores
uisse, quo plures remorum ordi-
nes habebant, ex iis liquet, quae
Florus 4, 11. et alii de Antonii
et Caesaris Octaviani classibus
prodiderunt. Et leves ac fuga-
ces piratarum myoparones sae-
pe longe majores naves celeri-
tate vincebant. DUK. *quae tar-
dior, quam triremis, erat* Voss.
et Lov. 1. Paullo ante *in quin-
queremibus impositis* Voss. et Lov.
1. 3. ac 5. Sed, adjectis notis tres
altimas literas secundae vocis de-
lendas, atque *in quinqueremi* le-
gendum esse, m. 2. in Voss. no-
tatum erat, quemadmodum et
iam legunt Lov. 2. 4. et Hav.
Sed nihil mutandum. V. ad 1,
18, 8. et 26, 51, 2.

§. 6. *Et ipse in quinqueremi e
portu Cartejae, sequentibus septem
triremibus, evectus*] Prima vocula
deest in solo Ber. Sed *et ipse
quinqueremi* Lov. 2. et quaedam
edd. antt. Tum *portu*, omissa
praepositione *e*, Flor. Voss. Lov.
1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. *ex portu*
Ber. Gaertn. et edd. ante Frob.
anni 1535. Hinc *Carthiae* Lov. 1.
Cartegae Lov. 3. *Carpegae* Hav.
Carpeiae Flor. et Harl. *Cardnae*
Lov. 5. Praeterea *sequentibus VI
triremibus* Hearnii D. Denique
vectus Lov. 2. Mox voces *ac tri-
remes* non adparent in Flor. Voss.
Lov. 2. Harl. Hav. et Hearnii N.

*Satis credens deprensam rapido
in freto*] Ita J. Fr. Gronov. edi-
dit pro *deprehensam*, et in pr.
ed. notarum lectionem, quam
recepit, in Put. extare monuit.
Mei partim huic, partim illi
scripturae favent. V. ad 2, 29,
4. et 8, 18, 6.

§. 8. *Facultatem detrectandae
pugnae ademit*] *detractandae pu-
gnae* Lov. 2. 3. Ber. Gaertn. et
edd. Rom. anni 1472. ac Parm.
V. ad 34, 15, 9. Deinde *adjectit*,
pro *ademit*, Lov. 1. *adjecit* Flor.
Voss. Lov. 2. Ber. Gaertn. Hafn.

Digitized by Google

pidavit, utrum quinqueremem sequeretur, an in
8 hostes rostra converteret. Ipsa cunctatio facultatem detrectandae pugnae ademit. jam enim sub ictu teli erant, et undique instabant hostes. aestus quoque arbitrium moderandi naves ademerat. neque erat navali pugna similis: quippe ubi nihil volun-
9 tarium, nihil artis aut consilii esset. Una natura freti, aestusque totius certaminis potens, suis, alienis navibus nequidquam remigio in contrarium tendentes invehebat, ut fugientem navem videres retro vortice intortam victoribus inlatam; et sequen-

Hav. et editio Rom. anni 1472. Mox *navali pugnae similis* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. ante Froben. anni 1535.

§. 9. *Ut fugientem videres retro vortice intortam victricibus inlatam*] Pal. 1. *et fugientem navem videres retro vortice impositam victoribus illatam.* Reliqui duo MSS. *ut fugientem navem videres.* GEBH. Salmas. ex Put. *ut fugientem navem videres.* Similiter Cantabrigiae legitur. Nam et ex supervacuo repetit hanc vocem Livius hoc libro c. 4, 6. *Classis Punica (septuaginta erant longae naves) occurrit. decem et septem naves ex iis captae.* Sed et mox melius scripsisset *victrici illatam*, quippe etiam *sequentem* dicit, non *sequentes.* Itaque accedendum puto Put. et Cantabrig. qui habent *victoribus.* JAC. GRONOV. *et fugientem navem videres* Flor. Voss. Lov. 1. 3. Gaertn. Hav. et omnes codd. Crevierii. vocem *navem* interponunt insuper Lov. 4. Harl. Ber. Rec. et edd. vett. quam demum Froben. anno 1535. omisit. Tot igitur testibus fidem habens eam loco motam reposui, quod jam etiam fecit Cl. Crevier. Tum *vertice*, pro *vertice*, edidit Jac. Gronov. itaque scribendum conjecit Doujatius, addita hac causa, *verticem* dici de mari sive fluctu in gyrum contorto, quod hic vult Livius, *verticem* vero de turbine seu vento rotato. Verum, discrimen illud non semper observatum fuisse, olim docui ad Sil. Ital. 3, 475. certe hoc loco plerique codd. mei *vertice* servant; eo etiam transposito, *vertice retro* legunt Flor. et Lov. 4. Similiter mox §. 11. *vertices* praeferunt plerique codd. et editi usque ad Gruter. qui itidem *vertices* dedit. Hinc *in portam*, pro *intortam*, Cant. et Flor. a m. 1. *in portum* a m. 2. et Lov. 2. cum Hav. *impositum* Voss. a m. 1. *in opositum* a m. 2. *in oppōsto* Lov. 1. *intortam impositu* Lov. 5. Insuper *victoribus illatam* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Hav. Hearnii L. 1. omnesque Crevierii. Paullo ante *suis*, *alienis navibus* primus edidit Froben. anno 1535. cum quo etiam faciunt plerique et optimi meorum codd. Antea vulgatum exstitit *suis alienisque*, quod ex meis tantum habent Lov. 3.

Digitized by Google

tem, si in contrarium tractum incidisset maris, fugientis modo sese avertentem. Jam in ipsa pugna 10
haec, quum infesto rostro peteret hostium navem, obliqua ipsa ictum alterius rostri accipiebat: illa, quum transversa objiceretur hosti, repente intorta in proram circumagebatur. Quum inter triremes, 11
fortuna regente, anceps proelium misceretur, quinqueremis Romana, seu pondere tenacior, seu pluribus remorum ordinibus scindentibus vortices, quum facilius regeretur, duas triremes subpressit, unius praelata inpetu lateris alterius remos detersit. ce- 12

Ber. a m. 1. Gaertn. et Hav. ex Hearnii libris L. 1. et N. Vir doctus, cui ellipsis copulae perperam displicebat, in margine ed. Curionis divinabat *suas alienis navibus*.

§. 10. *Infesto rostro peteret hostium navem*] *infesta rostro* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl. *infesta rostris* Hav.

Transversa objiceretur hosti] Pal. 3. *illa cum transverso obiceretur hosti*. GEBH.

§. 11. *Unius praelata inpetu lateris alterius remos detersit*] Pall. 2. et 3. *remos detorsit*. GEBH. Monuit me homo eruditissimus, se haec non intelligere, nisi forte *praelata* sint ligna quaedam in navi a latere projecta, quae Polybio l. 16, [2.] in descriptione alterius pugnae navalis vocantur πυρσοῦχοι. Sed *praelata* est praetervecta, de quo ad 29, 32, 8. et dicitur Romana quinqueremis, dum proxime illam impetu transit, confregisse, quotquot ab illo latere habebat, remos. J. FR. GRON. Ordo verborum est *detersit remos alterius lateris unius*, scil. triremis Punicae. Pertinet ad conjunctionem plurium genitivorum cum uno nomine, de qua Sanctius Minerv. 2, 3. et ibi Perizonius. DUK. Recte Gronov. De voce *praelatus* hoc sensu v. etiam Gebhard. ad 2, 14, 7. Ceterum *detrusit* Lov. 2. *detorsit* Lov. 3. et Hav. *remis mersit* Gaertn. Simile vitium inseserat codd. Flori 2, 2, 8. ubi primo Salmas. *detorquere remos* defendere conatus, tandem veritati cedens *detergere* non inprobat. V. viros doctos ad eum locum, et Freinsh. in Ind. Flori in v. *Detergere*. Adde, quae notavi ad Silii 14, 382.

§. 12. *Ceterasque, quas indepta esset, mulctasset*] Pal. 3. *ceterasque indepta multasset*. GEBH. Put. Voss. alii *mulcasset*. Reddendum hoc verbum Amm. Marcell. 14, [7.] *Rectoremque, ut sibi judicio imperiali addictum, calcibus incessens, et pugnis commulcans, seminecem laniatu miserando discerpsit*. Vulgo ubique *conculcans*. Sed ne in Ammiano quidem fero *conculcare pugnis*. Isidorus in Glossis: *Commulcat, conculcat, collidit*. Idem *Mulcat, pugnis vel calcibus caedit*. Appulejus [8. Met. p. 214. ed. Elm.]

Digitized by Google

terasque, quas indepta esset, mulcaret, ni cum reliquis quinque navibus Adherbal velis in Africam transmisisset.

1 XXXI. Laelius, victor Cartejam revectus, auditis, quae acta Gadibus erant, patefactam proditionem, conjuratosque missos Karthaginem, spem ad irritum redactam, qua venissent, nunciis ad L.
2 Marcium missis, nisi si terere frustra tempus sedendo ad Gades vellent, redeundum ad imperatorem esse, adsentiente Marcio, paucos post dies ambo
3 Karthaginem rediere. Ad quorum discessum non respiravit modo Mago, quum terra marique ancipiti metu urgueretur; sed etiam, audita rebellione Ilergetum,

Indidem sese multinodis commulcat ictibus. Idem verbum in Livio 29, 9, 6. ubi et Lipsius reponendum monuit, agnoscit optimus liber: *Legatis prius indignum in modum mulcatis.* Nec dubito, quin reficiendum sit l. 3, 11, 8. *Qui obvius fuerat, mulcatus nudatusque abibat.* J. FR. GRON. *ceteras*, *quas* Hearnii D. *ceteras qu*, vacue spatio post ultimas literas relicto, Lov. 1. Sed vel particula *que* a sequenti voce intercepta est, vel ipsa sequentem intercepit. Tum *adepta* Lov. 5. Harl. Ber. et edd. ante Aldum. *intenta* Hav. *incepta* Lov. 1. *indempta* Lov. 3. et 4. *vi tentasset* Hafn. Male. V. ad 26, 39, 12. Hinc *multasset* Hafn. et Hearnii Oxonn. *mulctasset* Lov. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Reliquae, et praesertim Flor. *mulcasset*, quod recte Gronov. probavit. Supra 8, 24, 15. *Corpore regio utcumque mulcato se suos redemturum.* ubi v. viros doctos. c. 27, 6. *Quidam Lucanorum* etc. *inter se mulcati ipsi virgis.* 26, 12, 19. *Cum transfugis novis mulcati virgis, manibusque praecisis Capuam rediguntur.* quibus etiam locis vide. Plura habent Lips. ad Tac. 1. Ann. 32. Gronov. ad Livii 40, 7, 4. Graev. ad Suet. Caes. 17. Burm. ad Phaedri 1, 3, 9. fab. 26, 2. et Torren. ad Val. Max. 1, 7, 4.

§. 1. *Spem ad irritum redactam*] Antiqua lectio *spem innum redacta.* Lege *spe in irritum redacta.* RHEN. Et hoc est ab Rhenano ex vitiato codice. Put. Voss. Pall. omnes, Gallicique *spem ad irritum redactam qua venissent.* quo ego non tantum non offendor, sed nec melius quidquam dici posse arbitror. Phrasin inferius illustrabimus. J. FR. GRON. Cum Rhenano facit Lov. 5. *spe ad irritum redacta* Lov. 3. *spem ad inritum*, vel *irritum*, *redactam* reliqui mei, cum Hearnii L. 1. et N. Supra 2, 6, 1. *Non dolore solum tantae ad irritum cadentis spei, sed etiam odio iraque.* Similiter

tum, spem recuperandae Hispaniae nanctus, nuncios Karthaginem ad senatum mittit; qui, simul 4
seditionem civilem in castris Romanis, simul defectionem sociorum in majus verbis extollentes, hortarentur, ut auxilia mitterent, quibus traditum a patribus imperium Hispaniae repeti posset. Man- 5
donius et Indibilis, in fines regressi, paullisper, dum, quidnam de seditione statueretur, scirent, suspensi quieverunt; si civium errori ignosceretur, non diffidentes sibi quoque ignosci posse. postquam 6
vulgata est atrocitas supplicii, suam quoque noxam pari poena aestimatam rati, vocatis rursus ad arma popularibus, contractisque, quae ante habuerant, 7
auxiliis, in Sedetanum agrum, ubi principio defe-

ad certum redigere, de quo v. Gronov. ad 41, 23, 17.

§. 2. *Nisi terere frustra tempus*] Cantabrig. *nisi si terere*. 26, 3, 3. *Nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esset*. JAC. GRON. Ita et Flor. Lov. 4. 5. Harl. et Hav. Et ita se in Put. Reg. et Thuan. invenisse, testatur Crevier. V. ad 6, 26, 5.

§. 3. *Spem recuperandae Hispaniae nanctus*] Ita J. Fr. Gronovius edidit, consentientibus Flor. a m. 1. Voss. a m. 1. Lov. 3. Harl. et Gaertn. Antea fuerat *nactus*. V. ad 24, 31, 14. Mox *ad senatum mittit*, trajectis vocabulis, Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. anni 1535.

§. 4. *Defectionem sociorum in majus verbis extollentes*] *inmanis verbis* Voss. et Gaertn. *inanibus verbis* Voss. inter versus, et Lov. 1. Male. Locutionem *extollere in majus* inlustravit Corte ad Plin. 3, 11, 1. Deinde *exhortentur* Flor. Cant. Voss. Lov. 3. 5. Harl. Gaertner. et Hav. Mox τὸ *Hispaniae* deerat in excusis Aldo vetustioribus.

§. 5. *In fines ingressi*] Vet. lib. *regressi*. SIG. Ita non modo omnes codd. sed etiam edd. usque ad Basil. anni 1554. in qua per errorem *ingressi* datum est.

§. 6. *Contractisque etiam, quae ante habuerant, auxiliis*] Quid opus fuit hic adjicere particulam *etiam*? nos erasimus. RHEN. *contractisque etiam, quae* Gaertn. *contractis etiam, quae* Ber. *contractis quae* Harl. *contractisque, quae*, ut Rhenanus voluit, reliqui mei. Particula *que* elisa erat a sequenti *quae*. V. ad 41, 2, 11.

§. 7. *Et Sedetanum agrum*] Paulo ante [ad c. 24, 4.] admonuimus, videri *Sedetanos* a Livio dictos, quos Ptolemaeus Pliniusque *Edetanos* vocent. Caeterum trans Iberum erant, tametsi illius accolae aliqua parte. Illergetes ve-

Digitized by Google

ctionis rativa habuerant, cum viginti millibus peditum, duobus millibus equitum et quingentis transcenderunt.

1 XXXII. Scipio, quum fide solvendi pariter omnibus noxiis innoxiisque ſtipendii, tum vultu ac sermone in omnes placato, facile reconciliatis militum animis, priusquam caſtra ab Karthagine mo-
2 veret, concione advocata, multis verbis in perſi-

ro cis Iberum. Ergo proficiscenti Scipioni a Nova Carthagine priores erant Sedetani, quam Illergetes. At Livius hic decimis caſtris Scipionem ad Iberum venisse, deinde superato amni die quarto in conspectu hoſtium caſtra posuiſſe scribit, nulla facta mentione Sedetanorum. Nisi quis dicat in Sedetanos primum hoſtes *transcendisse*, (nam eo verbo utitur Livius) deinde in Illergetes etiam ipsos superato amni rediiſſe. Certe locus obscurus est; non facile solvitur. Id etiam mirandum, quo pacto Illergetes et Lacetani in Sedetanis exercitum collegerint, cum illi eſſent socii populi Romani, ut paulo ante tradidit author. Neque enim usquam mentio est defectionis Sedetanorum. Haec ut dubitata a me scribo, quae lector boni consulat. Spero autem fore, ut, qui rem penitius introspexerint, fateantur, me nec temere nec absque urgentibus cauſſis dubitaſſe, aut minimum aliis dubitandi occasionem praebuiſſe meliorem. GLAR. Ex Livii narratione colligendum, Mandonium et Indibilem, adventu Scipionis audito ex agro Sedetano in patriam receſſiſſe, et hinc Scipioni, ut eos adsequeretur, Iberum transeundum fuisse. Eos autem in Sedetanis exercitum conlegiſſe, nullo loco Livius tradit. Supra c. 24. concitatis popularibus et juventute Celtiberorum excita, depopulantur agrum Sueſſetanum Sedetanumque. Hic autem, primo in fines regreſſi, mox vocatis rursus ad arma popularibus, contractisque, quae ante habuerant, auxiliis, in Sedetanum agrum transcendiſſe dicuntur.

Cum viginti millibus peditum, duobus millibus equitum quingentis] *cum XXX millibus* Lov. 2. 3. et Hearnii N. *cum XXV millibus* Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Voces deinde *peditum duobus millibus* desunt in Flor. Cant. Voſſ. Lov. 1. Hav. et Hearnii L. 1, ac N. Hinc *et quingentis* omnes mei, et Oxonn. Hearnii, cum edd. usque ad ultimam Gruteri, quae voculam *et* omisit, quam recte Crevier. reſtituit. *duobus et quingentis equitum* Ber.

§. 1. *Scipio, cum fide solvendis pariter omnibus noxiis innoxiisque stipendiis, vultu ac sermone*] Hunc locum depravatum ac mutilum sic reſtituimus: *Scipio cum fide solvendi pariter omnibus noxiis innoxiisque ſtipendii, tum vultu ac sermone in omnes placato.* et quae sequuntur. RHEN. Scripti *fidei solvendo.* deinde *stipendium vultu.* Lege, *Scipio cum fide solvendo pariter omnibus noxiis innoxiisque ſtipendio, tum vultu ac sermone*

Digitized by Google

diam rebellantium regulorum invectus, *eodem animo se ire* professus est *ad vin scelus, quo civilem errorem nuper sanaver haud secus quam viscera secantem sua, cu lacrimis triginta hominum capitibus expiasse seu imprudentiam, seu noxam: nunc laeto mo ad caedem Ilergetum ire. Non enim eo tos in eadem terra, nec ulla secum societate*

in omnes placato, facile reconciliatis militum animis. Ut 21, [5, 5.] *Ibi large partiendo praedam, stipendio praeterito cum fide exsolvendo.* J. FR. GRON. *cum fidei solvendo* et *stipendium vultu* plerique mei. *cum fidei solvendae caussa pariter omnibus noxiis innoxiisque stipendium dedisset, vultu* etc. Hav. Non displicet Gronovii conjectura. *solvendo stipendio*, ut *divendenda praeda;* de quo v. ad 1, 53, 3. *solvendo cum fide*, de quo v. ad 23, 14, 7. *tum* autem hic est praeterea, insuper. Supra 4, 33, 3. *Magistro equitum equitibusque, tum ex montibus Quinctio adcito.* Hoc lib. c. 43, 1. *Quum oratione ad tempus parata Fabius, tum auctoritate et inveterata prudentiae famâ magnam partem senatus et seniores maxime movisset, Scipio ita locutus fertur.* Cl. Dukerus eamdem emendationem probabat, et ad inlustrandum hunc usum particulae *tum* etiam laudabat locum Cic. 4 ad fam. 13. *Casus gladiatorii similitudinesque, tum rationes in ea disputatione a te collectae.*

§. 2. *Priusquam castra a Karthagine moveret*, etc. *in perfidiam* etc.] Polyb. [11, 29.] Ὁ δὲ Πόπλιος συναθροίσας εὐθέως ἐν ἀντῇ τῇ Καρχηδόνι τὰς δυνάμεις εἰς ἐκκλησίαν, ἔλεγε περί τε Ἀνδοβάλου τόλμης, καὶ τῆς εἰς ἀυτοὺς ἀθεσίας. SIG.

§. 4. *Triginta h bus expiasse*] Vet. *triginta.* Recte. Si ante Polyb. Et h capita apud Polyb *quinque et trigint* Et tot revera fuiss pra ex c. 26, 2. ul lyb. Sigonius laud tamen additas voc quorum proptere praefero. Ut ita S rotundo minori usu di caussa numerum il ex tanta noxiorum poena adfecerit.

§. 5. *Eam, quae fidem atque amicitiam* teri Gallicani, V *fidei atque amicitiae.* I rii sunt tituli et fo tatum inter homine tas, est consanguinit sacrorum vel public miliarium communi gium, est etiam foe 1. de Off. [17.] *Gradu res sunt societatis he enim ab illa discedatu propior est ejusdem gen linguae, quo maxime hom guntur: interius etiam esse civitatis. Arctior ve societatis propinquoru enim immensa societate mani in exiguum angu cluditur.* Et quae sequ

eam, quae sola fuerit, fidei atque amicitiae ipsos per
6 *scelus rupisse. In exercitu suo se, praeterquam quod omnes cives, aut socios Latinique nominis videat, etiam eo moveri, quod nemo fere sit miles, qui non aut a patruo suo Cn. Scipione, qui primus Romani nominis in eam provinciam venerit, aut a patre consule, aut a se*
7 *sit ex Italia advectus. Scipionum nomini auspiciisque omnes adsuetos, quos secum in patriam ad meritum triumphum deducere velit: quos consulatum petenti, velut si omnium communis agatur bonos, adfuturos spe-*
8 *ret. Quod ad expeditionem adtineat, quae instet, inmemorem esse rerum suarum gestarum, qui id bellum ducat. Magonis, Hercule, sibi, qui extra orbem terrarum in circumfusam oceano insulam cum paucis perfugerit navibus, majorem curam esse, quam Ilergetum.*
9 *quippe illic et ducem Karthaginiensem, et quantumcum-*

pe divina. Mallem vero in citatis verbis nihil movere viros doctos: ita variatio illa magis decere videtur Tullium, quam ut omnia adjectiva ad unum substantivam referantur. Nam vox quidem *infinitas* habetur et 5. Tuscul. [39.] de Democrito: *Ille infinitatem omnem peragrabatur, ut nulla in extremitate consisteret.* Sic igitur ait Scipio, ex propioribus illis et praeter immensam illam societatem generis humani nullam Romanis esse cum Hispanis, nisi, quam hi ipsi ruperint, fidei et amicitiae. J. FR. GRON. *fidem atque amicitiam* in solis tantum Lov. 3. Ber. et Gaertn. invenio: reliqui cum omnibus Hearnii Oxonn. *fidei atque amicitiae* legunt. Praeterea *sola fuerat* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Ber. Gaertner. et edd. ante Frob. anni 1535.

§. 6. *Qui non aut a patruo suo*] *qui non ex Italia aut a patruo suo* Flor. Voss. Rec. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. ante Aldum, qui voces *ex Italia* recte videtur expunxisse, quum mox repetantur, neque eas iterari adtineat. Mox *a se ipso*, addita ultima voce, eaedem edd. Sed eam omnes expellunt Mssi.

§. 7. *Scipionum nomini auspiciisque omnes adsuetos*] Exemplar scriptum habet *nomini, auspiciis*, sine *que*. Et sic loqui solitum Livium, alibi indicavimus. RHENAN. Unus Flor. adsentitur Rhenano. Reliqui omnes particulam *que* defendunt.

§. 8. *Quod ad expeditionem adtineat*] Scripsimus *Quod ad expeditionem eam attineat.* RHEN. Put. et Reg. Men. Voss. inducto 24

que Punicum praesidium esse: hic latrones, latronumque duces. quibus ut ad populandos finitimorum agros, tectaque urenda, et rapienda pecora aliqua vis sit, ita in acie ac signis conlatis nullam esse. magis velocitate ad fugam, quam armis fretos, pugnaturos esse. Itaque non, quod ullum inde periculum, aut semen majoris belli videat, ideo se, priusquam provincia decedat, obprimendos Ilergetes duxisse: sed primum, ne inpunita tam scelerata defectio esset: deinde, ne quis in provincia, simul virtute tanta et felicitate perdomita, relictus hostis dici posset. Proinde Deis bene juvantibus sequerentur, non tam ad bellum gerendum, (neque enim cum pari hoste certamen esse) quam ad expetendas ab hominibus scelestis poenas.

10 11 12

XXXIII. Ab hac oratione dimissos ad iter se comparare in diem posterum jubet, profectusque deci- 1

eam, nec nos id desideramus, ut libuit Rhenano. J. FR. GRON. Illud *eam* in solis inveni Lov. 5. et Rec. similiter Hearnius in D. ejus loco *meam* corruptius habet Lov. 4. Sed reliqui plane ignorant quibus consentiunt Hearnii L. 1. et N. Ceterum *attinet, atque inflans bellum, memorem* Hafn. et Hav. *attinet atque in flatum, memorem* Voss. a m. 1. et Lov. 2. *attinet atque flatum, memorem* Voss. a m. 2. et Lov. 1. *attinet* etiam Lov. 3. 4. 5. et alii. Sed vulgatum verum est.

§. 9. *Quibus ut ad populandos finitimorum agros*, etc. *aliqua vis sit, ita in acie*] Particula *ut* non adparet in Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav. Eadem autem et insuper quoque sequens *ita* omittuntur in Cant. Verum quemadmodum prior excidisse potuit neglegentia scribarum ob ultimas literas *τοῦ quibus*, sic et posterior ob ultimas *τοῦ sit*.

§. 12. *Deis bene juvantibus sequerentur*] *Τὸ bene* deest in Ber. a m. 1. et edd. Aldina antiquioribus. Male. V. ad 25, 38, 22.

§. 1. *Profectusque decimis castris pervenit ad Iberum* etc.] Polyb. [11, 30.] Καὶ παραγενηθεὶς ἐπὶ τὸν Ἴβηρα ποταμὸν δεκαταῖος, καὶ περαιωθεὶς τῇ τετάρτῃ κατὰ τάυτην προσεστρατοπέδευσε τοῖς ὑπεναντίοις. SIG. *decumis castris* Flor. Voss. Gaertn. Harl. et Hav. V. ad 2, 59, 11.

Inde, superato amni, die quarto in conspectu hostium posuit castra] Poterat hic Livius dicere clarius, in quorum terra hoc gestum, ac vallem nominare. Nam citra Iberum Sedetani non sunt, quorum agrum ante [c. 31, 7.] no-

Digitized by Google

mis castris pervenit ad Iberum flumen. Inde, superato amni, die quarto in conspectu hostium po-
2 suit castra. Campus ante montibus circa septus erat. in eam vallem Scipio quum pecora, rapta pleraque ex hostium agris, propelli ad irritandam feritatem barbarorum jussisset, velites subsidio misit.
3 a quibus ubi per procursationem commissa pugna esset, Laelium cum equitatu inpetum ex occulto fa-

minavit. Hoc vel apud Latinos C. Caesar, vel apud Graecos Herodotus non neglexissent. GLAR. *superato amne* Voss. Lov. 2. 3. 5. Gaertn. Ber. Hav. et typis descripti ante Aldum; idque voluit scriba Harl. qui tamen corruptius *agmine* dedit. Nihil muto. *amni* pro *amne* saepius est apud Livium. 8, 24, 3. *Ut quam maxime procul abesset Acheronte amni.* Et hoc modo plures codices infra praeferunt 32, 10, 8. *Quia diremti medio amni fuerant.* ubi nunc editur *amne.* V. quae ibi notantur. Ceterum Livius credidisse videtur, adtentum lectorem sponte intellecturum, Mandonium et Indibilem, Scipionis adventu audito, agrum Sedetanum reliquisse, ac se in patriam recepisse, quia nunc addit, Scipionem, Karthagine Nova profectum, Iberum trajecisse, et ita demum in conspectu hostium castra posuisse. Si enim adhuc in agro Sedetano fuissent, Scipio jam pervenisset ad eos, antequam hunc fluvium transiret. Quod insuper Livius vallem, in qua Scipio castris consedit, non nominarit, haud magis culpandus est, quam Polybius, qui nec ipse vallis ejus nomen prodidit 11, 30. eam tantum vocans *ἀυλῶνά τινα μεταξὺ τῆς ἀυτοῦ καὶ τῶν πολεμίων στρατοπεδείας.*

§. 2. *Campus autem montibus circumseptus erat*] Pall. 1. et 3. *Campus ante montibus circa septus.* sec. *Campus ante montibus septus erat.* GEBH. Put. et Voss. *Campus ante montibus circa septus erat.* Priorem mutationem Gall. omnes alii, posteriorem Reg. et Men. utramque duo Pall. stabiliunt. *Ante* intellige a fronte castrorum. 27, [18, 5.] *Asdrubal in tumulum copias recepit, plano campo in summo patentem: fluvius ab tergo, ante circaque velut ripa praeceps oram ejus omnem cingebat.* J. FR. GRON. *Campus ante montibus circa septus erat* Flor. multique alii, cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. quibus etiam suos consentire, Hearne auctor est. *ante* et *autem* saepe in membranis commutantur. V. ad 27, 35, 7.

In eam vallem Scipio quum pecora, rapta pleraque ex ipsorum hostium agris, etc.] Polyb. [ibidem] *Τῆς δ' ἐξῆς εἰς τὸν προειρημένον ἀυλῶνα προσέβαλέ τινα ῥρέμματα τῶν παρεπομένων τῷ στρατοπέδῳ, συντάξας ἑτοίμους ἔχειν τοὺς ἱππεῖς τῷ Γαΐῳ, τοὺς γροσφομάχους ἐπέταξε τῶν χιλιάρχων τισὶ παρασκευάζειν.* SIG. Gallici omnes, et Voss. abjiciunt *ipsorum.* J. FR. GRON. Ea vox tantum exstat in Ber. Gaertn. Rec. et Hearnii D. Re-

Digitized by Google

cere jubet. Mons opportune prominens equitum 4
insidias texit: nec ulla mora pugnae facta est. Hispani in conspecta procul pecora, velites in Hispanos praeda occupatos incurrere. Primo missi- 5
libus territavere: deinde, emissis levibus telis, quae irritare magis, quam decernere, pugnam poterant, gladios nudant, et conlato pede res coepta geri est: ancepsque pedestre certamen erat, nisi equites su-

liqui, et mei, et Hearnii Oxonn. eam itidem abjiciunt.

Ad irritandam ferocitatem barbarorum] Reposuimus *feritatem*. RHEN. *feritatem* etiam mei, nisi quod alterum servent Lov. 1. 2. 3. Ber. et Gaertn. Sed *feritatem* praeferendum esse, optimorum consensus docet. Est autem vox Livio amata. 38, 37, 3. *Tolerabilior regia servitus fuerat, quam feritas inmanium barbarorum.* c. 48, 12. *Gallorum animos, si possent mitigari a feritate insita, tentavi.* c. 49, 4. *Timendum et feritate animorum et robore corporum.* 41, 18, 3. *Ne in metu quidem feritatis ingenitae obliti.* 44, 26, 12. *Institit de perfidia et feritate Gallorum disserere.*

§. 4. *Mons opportune prominens*] *peropportune* Lov. 5. Eam vocem Livium saepe adhibuisse, videbimus ad 29, 34, 9. Hic tamen alterum verius esse, turba codd. eam lectionem defendentium evincit. Mox *irruere*, pro *incurrere*, idem Lov. 5. nullo iterum alio Mstorum adprobante; quare ex interpretis expositione natum judico.

§. 5. *Deinde, emissis levibus telis*] In scripto volumine est tantum *deinde*, *missis telis*. RHEN. Redde vocem veterem *emissis*, quo dicendi genere utitur in hac re semper Livius. Hanc enim mutavit temere Rhenanus. Idem fecit paulo ante [ad c. 19, 14.] *Libertatem* enim *agi*, parum Latine dici existimavit, *laedi* autem reponendum censuit. Cum tamen Cic. pro lege Manil. [2.] dixerit: *Hoc bello agitur populi Romani gloria, agitur salus sociorum, aguntur certissima populi Romani vectigalia, aguntur bona multorum civium.* SIG. Ut hoc loco absolvam temeritatis, cujus accusatur a Sigonio, Rhenanum, impellunt me Pall. 2. 3. et vet. ed. qui praeferunt *missis levibus telis*. Pal. 1. vero *emissis legionibus velisque*. GEBH. Iidem, et Pal. unus *deinde*, *emissis*, ut Sigonius contra Rhenanum. J. FR. GRON. Recte viri docti *emissis* adversus Rhenanum tuentur; id enim superest tum in Hearnii Oxonn. tum in meis, praeterquam in Ber. qui cum edd. ante Aldum legebat *missis*. De locutione *emittere tela*, *hastas* v. ad 6, 8, 3. Non tamen credi velim Sigonio adfirmanti, Livium illo dicendi genere in hac re semper uti. Nam, etiam *mittere*, similiter usurpari ab eo supra vidimus l. l. et ad 10, 29, 8. Deinde *legibus*, pro *levibus*, Flor. a m. 1. *legionibus* a m. 2. cum Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *levioribus* Lov. 3.

Pede res coepta geri est: anceps-

Digitized by Google

6 pervenissent. neque ex adverso tantum inlati obvios obtrivere, sed circumvecti etiam quidam per infima clivi ab tergo se, ut plerosque intercluderent, objecerunt: majorque caedes fuit, quam quantam edere levia per excursiones proelia solent.
7 Ira magis accensa adverso proelio barbaris est, quam inminuti animi. itaque, ne perculsi viderentur, prima luce postero die in aciem processere.
8 Non capiebat omnes copias angusta, sicut ante dictum est, vallis: duae ferme peditum partes, om-

que] Nihil horum verborum in Put. Reg. Men. Voss. sed continentur *collato pedestre*. Vide, ut illi Livium pannis ornarint non suis. Scribendum erat: *gladios nudant, et collato pede acre certamen erat, nisi equites supervenissent.* J. FR. GRON. Eaedem voces apud me exsulant a Flor. Cant. Lov. 1. et Hav. *collato pede pedestre certamen erat* Hearnii L. 1. et N. Reliqui mei, et Crevierii Victorin. voces illas servant, sed in paucis tamen variant. Nam *res geri coepta est; anceps que certamen* legit Lov. 3. *res geri coepta est; anceps pedestre certamen* Ber. *geri coepta est* etiam Harl. et *anceps pedestre certamen* Gaertn. cum edd. usque ad Froben. anni 1535. Adsentior autem Cl. Crevierio, qui, quum in verbis, quae Gronovio suspecta fecit librorum suorum silentium, nihil quidquam indignum Livio deprehendat, immo et eorum ope fluere magis facilem et expeditam orationem, librariorum neglegentiam potius accusandam putat, quos fefellerit vocum *pede res* et *pedestre* vicinitas, ita ut media transiluerint. Mox *ni equites* Lov. 3. Hearnii D. N. et ed. Froben. anni 1535. cum omnibus sequentibus usque ad Gruterum, qui in ultima recte *nisi* restituit. Ita enim legunt omnes ceteri codd. V. ad 23, 1, 8.

§. 6. *Ex adverso tantum obvios obtrivere*] Vet. lib. *neque ex adverso tantum illati obvios obtrivere.* SIG. Ita et omnes, quibus utor, codd. omnesque edd. praeter unam Basil. anni 1554. quae, forte librariorum culpa, *τὸ inlati* omisit. Mox *per infima et levia* Voss. Lov. 1. 2. 4. sed voces illae deerant in Harl. relicto tamen spatio vacuo. Mox *objecere* Flor. *objecerunt* reliqui codd. et edd. antt. pro quo Frobenius demum anno 1535. *objecere* substituit. Priscam igitur lectionem, quamvis, parum intersit, attamen revocavi.

§. 7. *Ira magis accensa adverso proelio barbaris est*] Pal. 2. *Ita magis accensa adverso proelio barbaris est ira.* GEBH.

Itaque, ne pulsi viderentur] Immo pulsi jam propemodum erant. Sic ineptit Livius? Tu scribe, *itaque ne perculsi viderentur.* RHENAN. *pulsi* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Hafn. Gaertn. et Hav. Nihilominus Rhenanum recte *perculsi* conjecisse puto. Forte scriptum fuerat *pculsi*;

nis equitatus in aciem descendit. quo
peditum erat, obliquo constituerunt col
pro se esse loci angustias ratus, et quod
gna Romano aptior, quam Hispano m
videbatur, et quod in eum locum detra
acies esset, qui non omnem multitudi
caperet, novo etiam consilio adjecit ani
tem nec se posse circumdare cornibus ir
sto spatio; et hosti, quem cum pedit
inutilem fore. Itaque imperat Laelio,

quod facile in *pulsi* corrumpi potuit. V. ad 31, 38, 4.

§. 8. *Duae ferme peditum partes et omnis equitatus*] Spernunt copulativam scripti. J. FR. GRON. Eamdem spernunt Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Hav. et Hearnii N. ac L. 1. Cur ergo, quove jure Clericus, qui se diligentissime editionem J. Fr. Gronovii secuturum professus est, particulam ab ipso ejectam, no monito quidem contra fidem datam lectore, revocavit?

Quod reliquum peditum erat, obliquo constituerunt colle] Scribe, *obliquo constiterunt colle*. RHEN. Put. Reg. Men. Pall. Voss. invito Rhenano, *constituerunt*, nempe barbari, qui nominativus non longe praecedit. *Constituerunt* autem est locaverunt, posuerunt, ut alibi noster, Caesar, Sallustius. J. FR. GRON. Rhenano concinunt Lov. 5. Hav. et Hearnii L. 1. *constiterant*, proxime accedens, Rec. *constituerunt* reliqui mei, et Hearnii N. ac D. V. ad 27, 16, 11. ubi et usum verbi *constituere* inlustravi, et verba *consistere* ac *constituere* saepe a librariis confundi docui.

§. 9. *In arte pugna Romano aptior*] Ob eamdem quam in locis aspe Adde, quae de milites c. 32. dicit KER.

§. 10. *Equitem* *dare cornibus in ta tio, et hosti, quem xisset*] Hic locus n restituendus: *equi se circumdare corni gusto spatio, et ho pedite eduxisset, inu* Haec descriptio et est tamen oppido quot verbis, ut ha et tertio deinde ve ba: *segregetque, q equestrem a pedestri p* sus post aliquot ver *ditum acies, duo equ gitudinem campi* etc. *dem esse posse circ* Voss. et Lov. 1. *equ circumdare* Gaertn. *circumdare* Hav. *equ circumdare* Ber. et *tem se posse circum equitem se non pos* Harl.

§. 11. *Segregetque, sit, equestrem a pe* Ita paulo ante c. 3 *erat navali pugna sim*

les quam occultissimo itinere circumducat equites, segregetque, quantum possit, equestrem a pedestri
12 pugnam. Ipse omnia signa peditum in hostes vertit: quatuor cohortes in fronte statuit, quia latius pan-
13 dere aciem non poterat. Moram pugnandi nullam fecit, ut ipso certamine averteret ab conspectu transeuntium per colles equitum. neque ante circumductos sensere, quam tumultum equestris pu-
14 gnae ab tergo accepere. Ita duo proelia erant: duae peditum acies, duo equitatus per longitudinem campi (quia misceri ex genere utroque proe-
15 lium angustiae non patiebantur) pugnabant. Hispanorum quum neque pedes equiti, nec eques pediti auxilio esset, pedes fiducia equitis temere com-

gnam ex Put. probat Crevier. Neque aliter erat in Flor. a m. 1. et Harl. Id certum est, utro modo legamus, id a stilo Livii non alienum fore. V. ad 3, 9, 4. Praestat igitur, ut integerrimos codices duces sequamur. Paullo ante *per collem*, pro *per colles*, Lov. 3. Deinde *ducat*, pro *circumducat*, Lov. 2.

§. 13. *Averteret a conspectu transeuntium per colles equitum. nec ante circumductos sensere*] Levia sunt, sed a Put. *averteret ab conspectu transeuntium per colles equitum. neque ante circumductos.* J. FR. GRON. *ad conspectum* Voss. a m. 1. *ad conspectu* Flor. quae corruptae lectiones *ab conspectu* legendum esse haud obscure innuunt. *neque ante* deinde omnes ferme codd. cum priscis edd. pro quo Froben. anno 1535. *nec ante* vulgavit. Praeterea *cernere*, pro *sensere*, Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 5. Harl. et Hav. *cernerent* Lov. 2. et 3. Paullo ante §. praec. *τὰ quia latius pandere aciem non poterat* desunt in Hearnii L. 1.

Tumultum equestris pugnae ab tergo accepere] Vox *pugnae* deest in Voss. Lov. 1. Harl. et Hav. Ex quibus Lov. 2. et Hav. *tumultum equestrem* legunt: quod accipi posset, ut *fremitus*, *proelia equestris*, de quo v. ad 40, 31, 5. *equestris ab tergo proelii* Lov. 5. Sed vulgatum firmant reliqui, et inter eos integerrimi codd. Hinc *acciperet* Flor. Voss. Lov. 1. Harl. et Hav. An voluerunt *acciperent?* quod est in Lov. 2. 3. 4. et 5.

§. 14. *Ita duo diversa proelia erant*] Libri optimi ejurant *τὸ diversa.* J. FR. GRON. Eamdem vocem expellunt etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Idem de suis testatur Crevier. qui tamen illam retentam malebat, quamvis demum haud multum interesse agnoscat. Tot igitur codicum auctoritate eam expunxi.

Digitized by Google

missus campo caederetur, eques circumventus nec peditem a fronte, (jam enim ſtratae pedeſtres copiae erant) nec ab tergo equitem suſtineret, et ipsi, quum diu in orbem sese ſtantibus equis defendiſſent, ad unum omnes caesi sunt: nec quisquam peditum equitumque superfuit, qui in valle pugnaverunt. Tertia pars, quae in colle ad spectaculum magis 16
tutum, quam ad partem pugnae capessendam, ſteterat, et locum et tempus ad fugiendum habuit. in- 17
ter eos et reguli ipsi fugerunt; priusquam tota circumveniretur acies, inter tumultum elapsi.

XXXIV. Caſtra eodem die Hispanorum, praeter 1
reliquam praedam, cum tribus ferme millibus hominum capiuntur. Romani sociique ad mille du- 2

§. 15. *Neque pedes equiti, nec eques pediti*] *neque*, pro *nec*, Voſſ. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535. Id nempe neceſſarium putabant, quia *neque* praeceſſerat. Sed v. ad 9, 9, 14.

Nec quisquam peditum equitumque superfuit] Ita edidit Cl. Jac. Gronovius, quum omnes priores habuiſſent *equitumve*, quod est in Flor. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *peditumve*, voce *equitum* omissa, Lov. 2. *equitum peditumve* Hav. Sed v. ad 34, 26, 2.

§. 16. *Quae in colle ad spectaculum magis tutum*] Voces *in colle* perperam desunt in Lov. 4. Supra hoc cap. dixit: *Quod reliquum peditum erat, obliquo conſtituerunt colle.* Mox *erat*, pro *ſteterat*, Hav.

§. 1. *Caſtra eodem die Hispanorum, praeter reliquam praedam*] Scripsimus *praeter caeteram praedam.* RHEN. Pal. 2. *praeter reliquam praedam, cum tribus milibus forte hominum capiuntur.* GEBH. *Caſtra eodem die Hispanorum praeter reliquam* MSS. non *eadem die Hisp. praeter caeteram.* J. FR. GRON. *eadem die* demum Gruter. in ed. poſtrema dedit. Omnes autem priores cum meis, et Hearnii Oxonn. conſtanter *eodem die.* Et ita fere semper Livius. Exempla videri poſſunt 9, 37. 22, 23. 23, 38. 41. 25, 7. 28, 9. 30, 7. 11. 14. 32, 31. et alibi. Deinde *ceteram praedam* Ber. et edd. antt. pro quo Aldus *reliquam* dedit, consentientibus, quos praeterea consului, Mſtis.

§. 2. *Ad mille ducentos* etc. *ceciderunt*] In Salmasii exemplari editum est per notas *ad mille CC*; itaque nihil notat ex Put. Caeterum Cantabrig. aperte *ad mille ducenti*, quod indubie Livii est. V. ad 10, 17, 8. JAC. GRON. Eam lectionem Crevier. in contextum recepit, quod ita etiam

centi eo proelio ceciderunt: vulnerata amplius tria millia hominum. minus cruenta victoria fuisset, si patentiore campo, et ad fugam capessendam facili
3 foret pugnatum. Indibilis, abjectis belli consiliis, nihil tutius in adflictis rebus experta fide et clementia Scipionis ratus, Mandonium fratrem ad eum
4 mittit: qui, advolutus genibus, *fatalem rabiem temporis ejus* accusat, *quum velut contagione quadam pestifera, non Ilergetes modo et Lacetani, sed castra quo-*
5 *que Romana insanierint. Suam quidem et fratris et*

praeferrent Put. et Reg. Consentiunt ex meis Lov. 5. et Hav. Ex Flor. in excerptis nihil notatur, quia itidem commissus est cum ed. quae *ad mille CC* legebat. V. quae ad eumdem Liv. locum notavi. Mox *amplius XXX hominum*, pro *tria millia*, Flor. Voss. et Lov. 1. 2. ac 4. Sed per notas scriptum fuisse patet *amplius* ↀ ↀ ↀ *hominum*. Millenarii autem numeri notam ↀ saepe in notam denarii *X* mutatam esse ab indoctis librariis, infra videbimus ad 33, 14, 5. *amplius triginta hominum* Hav. *amplius triginta millia hominum* Hearnii N. *amplius tria hominum* Lov. 5. et Gaertn.

§. 3. *Nihil tutius in adflictis rebus*] Legendum *nihil tutius afflictis rebus*. ut *afflictis rebus* dativi sint casus. Quod si quis ablativos esse contenderit, subintelligetur *in* praepositio. RHEN. Pal. 1. et vet. ed. *nihil tutius in afflictis rebus*. GEBH. Rhenano praepositionem *in* ejicienti paruerunt omnes editores usque ad Cl. Jac. Gronovium, qui eam iterum restituit. Et sane superest non tantum in Hearnii L. 1. et N. sed et in omnibus meis praeterquam in Harl. qui solus eamdem ignorat. Paullo ante *Indibilis post pugnam abjectis belli consiliis* Hearnii D. Mox *τὸ Scipionis* deest in Harl.

Mandonium fratrem ad eum mittit] Hic habemus, ut videtur, hos duos regulos, quorum toties nunc mentio facta est, fratres fuisse. Nisi quis putet, alium Mandonium esse, Indibilis fratrem juniorem quempiam: nam alioqui cur non ipse Indibilis iret deprecatum apud victorem hostem, cum Mandonius in eadem erat culpa? Quamquam et ea quoque subit caussa, quod Indibilis adversus Scipionis parentem pugnaverat, unde odii adhuc favilla timeri poterat. GLAREAN.

§. 4. *Sed castra quoque Romana insanierint*] Scripsimus *sed castra Romana*, dictione *quoque* deleta. RHEN. Sed dictionem illam servant omnes mei.

§. 5. *Aut servati bis uni debitam vitam*] Archetypon Spirense habet *aut servatibus uni devitam pro eo in perpetuum devoveant*. Lego *aut servati bis uni debitum pro eo in p.* ut referatur ad *spiritum*. Erit enim nunc sententia planior: *ut aut, si ita videatur,*

reliquorum popularium eam conditionem esse, ut aut, si ita videatur, reddant spiritum P. Scipioni, ab eodem illo acceptum: aut servati bis uni debitam vitam pro eo in perpetuum devoveant. Antea in caussa sua 6 *fiduciam sibi fuisse, nondum experta clementia ejus: nunc contra, nullam in caussa, omnem in misericordia victoris spem positam habere.* Mos vetustus erat Ro- 7 manis, cum quo nec foedere, nec aequis legibus jungeretur amicitia, non prius imperio in eum tamquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque

reddant spiritum proconsuli Scipioni, ab eodem illo acceptum, aut servati bis uni debitum pro eo in perpetuum devoveant. subaudi *spiritum.* Castigator olim hic se torsit. Nam quum non quadraret *debitam* foeminini generis, addidit vocabulum *vitam.* Et erat alioqui *debitam* scriptum, *u* pro *b* posito, *devitam.* RHEN. Approbe *bis uni debitam vitam* cernitur in antiquissima editionum: post quam Rhenanus, cornicum oculos confixurus, reponit *aut servati bis uni debitum pro eo in p.* Pal. 1. *ut aut, si ita videatur, reddant spiritum P. Scipioni, ab eodem illo acceptum, aut servati debitam vivam pro eo in perpetuum devoveant.* sec. *ut aut, si ita videatur, reddant spiritum proconsuli Scipioni, ab eodem bello acceptum, aut servantibus bis uni debitam pro eo in perpetuum devov.* tert. *aut servati bis unde vitam pro eo in perpetuum devov.* GEBH. Emendationem Rhenani recepit Vascos. et post eum pauci. Nam recte jam Gryph. et Basileens. ambo anno 1554. veterem scripturam revocarunt. Certe omnes, quibus usus sum, membranae τὸ *vitam* agnoscunt. Verius itaque est, Rhenanum incidisse in codicem corruptum, cujus librarius vocem *vitam* male omisit ob praecedentis *debitam* similitudinem. *aut servati vitam debitam* legit Lov. 4. *aut servati debitam vitam* Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *aut servati bis debitam vitam* Lov. 3. Paullo ante *spiritum proconsuli Scipioni* Hearnii L. 1. *spiritum proconsuli P. Scipioni* Ber. et edd. ante Aldum. V. ad c. 16, 14. Praeterea *ab illo acceptum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav.

§. 6. *In misericordia victoris spem positam habere*] Emendavimus *spem repositam habere.* RHEN. Ita sane non semel alibi Livius. Nunc tamen Put. Cantabr. Voss. *positam.* Et sic 30, 23, 6. *Scipionem in eo positam habuisse spem pacis.* et c. 35, 6. *In quo plurimum spei ponerent.* JAC. GRON. *positam* non tantum Flor. omnesque alii mei, sed et quatuor illi, quos Cl. Crevier. adhibuit, qui recte hac auctoritate motus lectionem illam revocavit. Vox *victoris* deerat in edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 7. *Cum quo nec foedere, nec aequis legibus jungeretur amicitia*] Placet antiqua lectio, quae habet *jungeretur amicitia.* RHEN. Hoc explicant Sigonius 1. de Ant.

Digitized by Google

dedituet, obsides accepti, arma ademta, praesidia
8 urbibus inposita forent. Scipio, multis invectus in
praesentem Mandonium absentemque Indibilem ver-
bis, *illos quidem merito perisse ipsorum maleficio*, ait *victu-*
9 *ros suo atque populi Romani beneficio. Ceterum, se ne-*
que arma iis ademturum, (quippe ea pignora timentium
rebellionem esse, se libera arma relinquere, solutosque
10 *metu animos) neque se in obsides innoxios; sed in ipsos,*
si defecerint, saeviturum: nec ab inermi, sed ab ar-

jur. Ital. 1. et Salmas. in Observ. ad Jus Att. et Rom. c. 26. p. 601. qui ex hoc loco citant *jungeretur*. DUK. *jungeretur amicitia* legendum, etiam docet Gronov. ad 35, 12, 9. et 36, 28, 5. Eamdem lectionem probat, et in Put. superesse testatur Crevier. Consentiunt Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. a m. 2. et Hav. De ipsa locutione plura v. ad priorem locum Livii.

Et obsides accepti, armaque ademta, et praesidia urbibus inposita forent] Tres particulas connectentes hic summovimus, quibus non est usus Livius, ut indicat volumen scriptum. RHEN. In edd. principibus particula copulans tantum primo loco addita erat; duobus sequentibus eas inseruit ed. Mog. In codd. meis eaedem particulae tribus locis omissae erant, nisi quod priori loco tantum unus habeat Ber.

§. 8. *Illos quidem merito perisse ipsorum maleficio*] Fortassis etiam legi posset *illos quidem merito perituros fuisse ipsorum maleficio*. RHEN. Omnis vetus lectio *perisse ipsorum*. Dixerat Rhenanus: Fortassis etiam legi posset *perituros fuisse*. Id continuo nescio quis in contextum, et prope seculum per libros regnare passi sunt editores. Exspecto, ut, quum apud comicos legitur: *Perii, occidi, nullus sum*, veniat, qui fortassis etiam legi posse censeat *peribo, occidam, nullus ero*. Quomodo autem hic ferat, quod apud Cic. 2. de Divin. [35.] dicitur, *avem inclusam cavea et fame enectam in offam invadere?* Quomodo apud Petronium [c. 7.] *Aeque lassus ac moriens Ascyltos?* J. FR. GRON. Crebrum est in Livio *suus ipsorum*. 5, 38, 7. *Terga caesa suomet ipsorum certamine in turba impedientium fugam*. 7, 38, 6. *Neque immerito suum ipsorum exemplum in eos versurum*. 10, 16, 4. *Omnia expertos esse, si suismet ipsorum viribus tolerare tantam molem belli possent*. 28, 19, 10. *Suus ipsorum ex conscientia culpae metus*. 30, 20, 7. *In se quoque et suum ipsius caput exsecratus*. Varietas scripturae suspicionem nonnullam parit, hic quoque scriptum fuisse, *illos quidem merito perisse suo ipsorum maleficio*. DUK. Vascosanos est, qui Rhenani conjecturam primus in contextum recepit; quam merito Gronov. inde iterum ejecit. Omnes enim etiam mei constanter *perisse*, vel *periisse*.

Victuros suo atque populo Romano beneficio] Pudet quaedam observare, quae incuria potius,

mato hoste, poenas expetiturum. Utramque fortunam expertis permittere sese, utrum propitios, an iratos, habere Romanos mallent. Ita dimissus Mandonius; 11
pecunia tantummodo imperata, ex qua stipendium militi praestari posset. ipse, Marcio in ulteriorem 12
Hispaniam praemisso, Silano Tarraconem remisso, paucos moratus dies, dum imperatam pecuniam Ilergetes pernumerarent, cum expeditis Marcium jam adpropinquantem oceano adsequitur.

quam inscitia, depravari contigisse crediderim. Verum, quia vulgo mendose illa notata reperio, haud supervacuum duxi, ea in integrum restituere, ne errorem error pariat. Nemini itaque non apparet, hic *suo atque populi Romani beneficio* scribi oportuisse. SABELLICUS.

§. 9. *Ceterum, se neque arma iis ademturum, (quippe ea pignora timentium rebellionem esse) se libere arma relinquere, solutosque metu animos*] Reposuimus *se libera arma relinquere.* RHEN. Voces *se neque arma iis ademturum* desunt in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 5. Harl. et Hav. Deinde *liberim arma*, pro *sed libera arma*, Put. ut ex Cl. Sallier. didici. *Tiberim arma* Flor. Voss. et Lov. 1. *juberi arma* Hav. *libera arma* Gaertn. Hinc *solutus enim os*, pro *solutosque metu animos*, Flor. et Cant. *solutos enim hos* Voss. Lov. 1. 5. et Harl. *solutos enim eos* Hav. *solutos*, reliquis omissis, Lov. 2. *solutos animos* Lov. 3. 4. et Gaertn. Ceterum, quae nunc vulgo exstat lectio, *sed libera arma relinquere*, ut et interpunctio, primum adparuit in ultima Gruteri ed. antea vulgabatur: *Ceterum se neque arma iis ademturum (quippe ea pignora timentium rebellionem esse, se libera*, vel *libere, arma relinquere, solutosque metu animos) neque se* etc. Eam autem lectionem recepi. Nam *sed libera arma* in nullo apud me est cod. quum contra *se libera arma* legant Lov. 3. 4. Ber. et Gaertn. Praeterea in optimis quidem τὸ *se* non reperitur, verum ibi interceptum est ab ultima syllaba vocis praecedentis *esse*. V. ad 34, 11, 7.

§. 11. *Ex qua stipendium militi praestari posset*] Pal. 1. *praesidium militi pr. p.* GEBH. Put. Reg. Men. Pal. Voss. *ex qua praesidium militi.* Forte legendum *ex qua residuum militi praestari posset.* Nemo non intelligit, *stipendium* subaudiri: et *residuas pecunias* alibi noster. notaque sunt *residua* jurisconsultorum. J. FR. GRON. *praesidium* etiam Flor. Lov. 1. et Harl. tota vox exsulat a Lov. 5. Doujatius *praesidium* de vestibus aliisque commodis militum intelligi posse existimat: sed vellem, simili loco genus loquendi inlustrasset. Rectius Crevier. vulgatum defendit, et alterum ex aberratione scribarum natum putat.

§. 12. *Silano Tarraconem remisso*] Tria haec vocabula desunt in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 5. Harl. et Hav. quae neglegentia scribarum exciderunt propter

Digitized by Google

1 XXXV. Inchoata res jam ante de Masinissa aliis atque aliis de caussis dilata erat, quod Numida cum ipso utique congredi Scipione volebat, atque ejus dextra fidem sancire. ea tum itineris tam
2 longi ac tam devii caussa Scipioni fuit. Masinissa quum Gadibus esset, certior adventare eum a Marcio factus, caussando corrumpi equos inclusos in insula penuriamque omnium rerum et facere ceteris, et ipsos sentire, ad hoc equitem marcescere
3 desidia, Magonem perpulit, ut se trajicere in continen-

vocem praecedentem *praemisso*. V. ad 9, 11, 11.

§. 1. *Inchoata res jam ante*] Pal. 1. *Jam inchoata res*. Vet. ed. *Ideo inchoata res*. GEBH. *Jam inchoata res ante* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. et Hav. *Ideo jam inchoata res ante* Gaertn. *Ideo inchoata res ante* edd. ante Aldinam.

Atque ejusdem dextra fidem sancire] Scripsimus *atque ejus dextra f. sancire*. RHEN. Pall. 1. et 2. *ejusdem dextra fidem sane*. GEBH. *ejusdem dextra* Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. *eidem dextra* Hearnii N. Ceteri mei *ejus dextra*. Deinde *fidem sanare* Rec. et Gaertn. sed literae *ci* coaluerunt in *a*, quale exemplum etiam supra habuimus ad 9, 37, 4.

Itineris tam longi ac tam devii] Put. et veteres scripti omnes *ac tantum devii*. Videntur spreviſſe, qui hae locutione non utebantur, nisi addita particula *in*. Sed revise ad 26, 31. JAC. GRON. Ita et legunt Flor. Lov. 4. Harl. et Hav. Idem etiam Crevier. in Reg. invenit, et non rejiciendum judicat. Mox *fuit Scipioni* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav.

§. 2. *Ad haec equitem marcescere desilia*] Scripsimus *ad hoc equitem*. RHEN. *adhuc equitem* Lov. 1. *ad haec equitem* Lov. 2. 3. 5. Ber. et Gaertn. reliqui *ad hoc*. V. ad 21, 52, 10. Paullo ante *in insula inclusos* alio ordine Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. anni 1535. Praeterea *omnium rerum et facem et eris* Voss. et Lov. 1. *omnium rerum et ferri ceteris* Hearnii N. *omnium rerum facere et eos ipsos sentire* Hav.

§. 3. *Ad populandos proximos Hispaniae agros*] Scripsimus *ad depopulandos prox. Hisp. agros*. RHEN. *ad populandos* Lov. 4. et Ber. *ad depopulandos* reliqui mei, cum Putean. ut ex Cl. Sallier. didici. V. ad 10, 12, 7. Deinde, *primos Hispaniae agros* in Cant. Voss. et Gud. esse, Jac. Gronov. supra docuit ad 2, 33, 7. quod et inveni in Lovel. quinque, et Harl. Solent hae voces passim Mstis confundi. V. ad 5, 47, 5. Infra hoc cap. dicit Liv. *Populatus proximos agros Gades rediit*. Gruterus *ad proximos Hi-*

Digitized by Google

tinentem ad depopulandos proximos Hispaniae agros pateretur. Transgressus tres principes Numidarum praemittit, ad tempus locumque conloquio ſtatuendum; duos pro obsidibus retineri a Scipione jubet. remisso tertio, qui, quo jussus erat, adduceret Masinissam, cum paucis in conloquium venerunt. Ceperat jam ante Numidam ex fama rerum geſtarum admiratio viri: subſtitueratque animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam. ceterum major praesentis veneratio cepit; et, praeterquam quod suapte natura multa majeſtas inerat,

4 5 6

spanos agros in poſtrema ed. subſtituit. Sed quidquid vidi codicum una cum Put. et Hearnii N. ac L. 1. conſtanter *Hispaniae*. Alterum igitur, patientius, quam par erat, ultra seculum a viris doctis toleratum, iterum ejeci. Ceterum paullo ante vocem *Magonem* ignorant Flor. Voſſ. Cant. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Moguntinam.

§. 4. *Remisso tertio, qui, quo jussus erat, adduceret*] *et remisso tertio* Ber. Gaertn. et typis excusi ante Aldum. *remissus tertius* Rec. et Hearnii L. 1. ac N. Deinde *qui cum jussum erat* Flor. et Lov. 2. *qui cum jussu erat* Voſſ. et Lov. 1. sed in priore additae notae indicant, ultimam vocem delendam esse. *qui quo miserat* Lov. 5. *qui, ut jussus erat, ad eum adduceret* Hav.

§. 5. *Subſtitueratque animo speciem*] Antiqua lectio *suſtituera atque animo*. Tu scribe *praeſtitueratque animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam*. RHEN. *subſtituerat* dixiſſe videtur, pro conceperat; quamquam haud scio, an ita sit in usu. Beatus legit *praeſtituerat*. GLAR. Quanta hic mihi materia eſſet, si lubido inceſſeret invehendi in Rhenanum, qui hunc locum, nulla cauſſa, nec ullius codicis veſtigiis inductus, depravat, subſtituens *praeſtitueratque*: qua re manifeſtum fecit, se ad hujus loci non penetraſſe mentem. Illuſtre Curtii 6, 5. *Interrito vultu regem Thaleſtris intuebatur, habitum ejus haud quaquam rerum famae parem oculis perluſtrans. Quippe omnibus barbaris in corporum majeſtate veneratio est, magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie donare natura dignata est.* GEBH. Eadem significatione *subſtituere* dixit Ovid. Rem. Amor. 573.

Ut possis odisse tuam, Pari, funera fratrum
Debueras oculis subſtituiſſe tuis.

Heinsio quidem ibi placet *proposuisse*. Nec tamen damnat *subſtituisse*. DUK. *subſtituerunt animo* Gaertn. sine copula, quam alii omnes agnoscunt. Paullo ante *ceperat jam maxime ante Numidam* Hearnii L. 2.

§. 6. *Adornabat promissa caesaries*] *prolixa caesaries* Hav. quomodo variarunt etiam librarii

adornabat promissa caesaries, habitusque corporis
non cultus munditiis, sed virilis vere ac militaris,
7 et aetas in medio virium robore; quod plenius niti-
diusque ex morbo velut renovatus flos juventae fa-
8 ciebat. Prope adtonitus ipso congressu Numida,
gratias de fratris filio remisso agit. Ex eo tempore, ad-
firmat, eam se quaesisse occasionem, quam tandem ob-
9 *latam Deûm inmortalium beneficio non omiserit. Cu-*
pere se illi populoque Romano operam navare, ita ut
nemo unus externus magis enise adjuverit rem Romanam.
10 *Id se, etiamsi jampridem vellet, minus praestare in His-*
pania, aliena atque ignota terra, potuisse: in qua au-
tem genitus educatusque in spem paterni regni esset, fa-
11 *cile praestaturum. Siquidem eumdem Scipionem ducem*
in Africam mittant Romani, satis sperare perbrevis ae-

supra 2, 23, 4. et 5, 41, 9. quo utroque loco de voce *promissa* videnda sunt, quae notantur. (*v. ad 38, 17, 3.)

Sed virilis vere ac militaris] Vet. lib. *sed virilis, ac vere militaris.* SIG. Put. Reg. duo Pall. *sed virilis vere, ac militaris.* Statim Put. et Men. carent τὸ *erat.* Et sine eo integra oratio est: *adornabat promissa caesaries, habitusque corporis non cultus munditiis, sed virilis vere ac militaris, et aetas in medio virium robore.* J. FR. GRON. Lectioni Sigonii favent Voss. et Lov. 2. 4 5. Ei vero, quam Gronov. reduxit, Flor. aliique, cum Hearnii L. 1. *virilis ac militaris vere* Ber. et Hav. *virilis ac militaris,* una voce omissa, Gaertn. *virilis ac militaris naturae* edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Mox *aetas erat in medio* soli Ber. et Gaertn. Reliqui τὸ *erat* non agnoscunt.

§. 7. *Velut renovatus flos juventae*] Archetypon habet *velut renovatus juvente faciebat.* Conjicio scribendum, *velut renovata juventa faciebat.* RHEN. Venustatem hujus loci foede contaminasse Rhenanum, existimat Gebhard. ad Livii 3, 51, 7. Et omnes mei τὸ *flos* servant, quod neglegenter omiserat librarius codicis, quo Rhenanus usus est. *Flos juventae,* ut 7, 7, 5. *Hunc eximium florem juventutis spei animorumque implevere.* 8, 8, 6. *Haec prima frons in acie florem juvenum pubes entium ad militiam habebat.* 37, 12, 7. *Quod floris, quod roboris in juventute fuerat, amiserant.* 40, 6, 4. *Medio juventae robore ille, hic flore.* Ita etiam *flos aetatis* supra 8, 28, 3. 21, 2, 3. 3, 4. 28, 21, 9. *flos virium* 42, 15, 2. et similia plura.

§. 8. *Numida, gratias de fratris filio remisso agit*] Praecedente

vi Karthaginem esse. Laetus eum Scipio vidit audi- 12
vitque; quum caput rerum in omni hostium equita-
tu Masinissam fuisse sciret, et ipse juvenis speci-
men animi prae se ferret. Fide data acceptaque,
profectus retro Tarraconem est. Masinissa per-
missu Romanorum, ne sine caussa trajecisse in con-
tinentem videretur, populatus proximos agros Ga- 13
des rediit.

XXXVI. Magoni, desperatis in Hispania rebus, in 1
quarum spem seditio primum militaris, deinde defe-
ctio Indibilis animos ejus sustulerant, paranti traji-
cere in Africam, nunciatum ab Karthagine est, jubere
senatum, ut classem, quam Gadibus haberet, in Italiam
trajiceret: conducta ibi Gallorum ac Ligurum quanta 2
maxima posset juventute, conjungeret se Hannibali:

libro [c. 19.] Masanissa avunculus dicitur ejus juvenis, quo de hic agitur. Ergo legendum hic videtur *sororis filio*, nisi vel sororis maritum fratrem appellarit, vel apud barbaros frater sororem habuerit in uxorem. GLAR. Silius congressum hunc et utriusque orationem luculenter describit [16, 136.] nisi quod versus ejus vulgo corruptissimi sunt, quos sic emenda:

Aurora obscuri tergebat nubila coeli etc.

MOD. Omisi plusculos, qui apud Modium sequebantur, Silii versus: commode enim apud ipsum illum poëtam videri possunt, praesertim quum errorum in vulgatis editionibus exstantium emendationes, quas jactat Modius, nullas repererim. Ceterum unde factum sit, ut Masinissa Massivam *fratris filium* vocet, quum l. 27, 19, 9. Masinissa ejus avunculus dicatur, v. Jac. Gronov. ad eum Livii locum. Mox *quaesiisse* edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 10. *In Hispania, terra aliena atque ignota*] Hearne auctor est, vocem *terra* deesse in Oxon. N. et ed. Rom. principe. *aliena atque ignota terra* legunt Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. eam secutae usque ad Froben. qui ordinem mutavit. Sed libros potius praeeuntes secutus sum. Mox *in qua ante genitus*, pro *autem*, Voss. Lov. 6. Gaertn. et Hav. V. ad 27, 35, 7.

§. 11. *Eumdem Scipionem ducem in Africam mittant Romani*] *Tò ducem* omittit Hav. Deinde *Romani mittant* legunt Florent. et Lov. 4.

§. 1. *Jubere senatum, ut classem, quam Gadibus haberet*] Pal. 3. *teneret*. GEBH. Haec omnia,

neu senescere bellum, maximo inpetu, majore
3 fortuna coeptum, sineret. Ad eam rem et a Karthagine pecunia Magoni advecta est: et ipse, quantam potuit, a Gaditanis exegit, non aerario modo eorum, sed etiam templis spoliatis, et privatim omnibus coactis aurum argentumque in publicum
4 conferre. Quum praeterveheretur Hispaniae oram, haud procul Karthagine Nova expositis in terram militibus, proximos depopulatus agros, inde ad ur-
5 bem classem adpulit. ibi quum interdiu milites in navibus tenuisset, nocte in litus expositos ad partem eam muri, qua capta Karthago ab Romanis fuerat, ducit: nec praesidio satis valido urbem te-

usque ad *pecunia Magoni advecta est*, desunt in L. 1. Cui errori committendo ansam librario dedit vocum *ab Karthagine* repetitio. V. ad 9, 11, 11.

§. 2. *Conductaque ibi Gallorum ac Ligurum quanta maxima posset juventute*] Pall. tres *conducta ibi Gallorum*. Amplius tert. *quanta maxima multitudine conjungeret se Annibali*. GEBH. Copulativa prior in Gallicanis omnibus et Voss. desideratur. J. FR. GRONOV. Unus tantum Ber. *conductaque*. Reliqui cum Hearnii Oxonn. copulam nesciunt. tria etiam vocabula *Gallorum ac Ligurum* ignorat Lov. 5. Mox *conjungeret Hannibali*, omisso medio pronomine *se*, Flor. Voss. Lov. 4. 5. et Harl. Deinde *ne senescere* Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. *nec senescere* Lov. 2. V. ad 2, 15, 2.

§. 3. *Ad eam rem et a Karthagine pecunia Magoni advecta est*] Pal. 3. *Magoni adjecta est*. GEBH. *Ad eam rem a Karthagine pecunia Magoni adducta est* Harl. V. ad 27, 38, 12. Mox *quantum potuit* Lov. 4. Ber. a m. 1. et edd. ante Aldum. *quanta potuit* Gaertner. Deinde *eorum* deest in Flor. et Harl.

§. 4. *Proximos depopulatus agros*] *depopulatur* Flor. Lov. 3. 5. et Hav. Mox *classe appulit* Lov. 3. Hinc §. seq. *Ibi quum diu*, pro *interdiu*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav.

§. 7. *Nec sine caussa erectam ante urbem stationem*] Castigavimus *electam*. Hanc lectionem scripti codicis confirmant ea, quae mox praecedunt. RHEN. De Romanis loquitur, ut puto. Sed, ut haec verba sese sequantur, suspensum faciunt lectorem. GLAR. *erectam stationem* solus servat Rec. Sed sine dubio verum est, quod Rhenan. reposuit, *electam stationem*, quod servant Flor. Cast. Lov. 4. et Ber. a m. 1. proxime verum *electa statione* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. *electa statio* Lov. 5. et Ber. a m. 2. Alibi *ele-*

Digitized by Google

neri ratus, et aliquos oppidanorum ad spem novandi res aliquid moturos. Ceterum nuncii ex a- 6
gris trepidi simul populationem agreſtiumque fugam
et hoſtium adventum adtulerant: et visa interdiu 7
classis erat, nec sine caussa electam ante urbem
ſtationem adparebat. itaque inſtructi armatique in-
tra portam, ad ſtagnum ac mare versam, contine-
bantur. Ubi effusi hoſtes, mixta inter milites na- 8
valis turba, ad muros tumultu majore, quam vi,
subierunt, patefacta repente porta, Romani cum
clamore erumpunt, turbatosque hoſtes, et ad pri- 9
mum incursum conjectumque telorum aversos, us-
que ad litus cum multa caede persequuntur. nec, 10

ctus et *erectus* in Mſtis commutantur. V. supra ad 7, 12, 9. et Delrium ad Senec. Hippol. 1139. Cauſſa erat perpetua confusio literarum *L.* et *R.* de qua v. Gronov. in pr. edit. Observ. 1, 13. Diatr. Stat. c. 52. p. 346. Nic. Heins. ad Silii 13, 4. Markl. ad Statii 1. Silv. 2, 267. et Oudend. ad Lucani 5, 55. Hinc etiam permutantur inter se voces *legio* et *regio*. V. ad 8, 24, 4. *legere* et *regere*. V. ad Epit. Liv. 18. *palma* et *parma*. V. ad 22, 1, 9. *lex* et *rex*. V. ad Epit. Liv. 89. Ceterum *ejectam ſtationem* habet Lov. 3. Ita etiam commutantur in Mſtis *delectus* et *dejectus*. V. ad Livii 5, 21, 10. *adlectus* et *adjectus*. V. ad 35, 2, 9. *inlectus* et *injectus*. V. Nic. Heins. ad Silii 6, 32. et Cel. Burm. ad Suet. Calig. 38. *conlectus* et *conjectus*. V. ad 36, 12, 4. *sublectus* et *subjectus*. V. ad 23, 23, 4. In sensu autem nulla est difficultas: adparebat Romanis, subeſſe caussam, cur Poeni cum claſſe ad urbem subſtiterint. Ut itaque hoſtem, si invaderet, repellere poſſent, ad portam, quae in hoſtem ducebat, suos inſtructos armatosque continuerunt.

§. 8. *Effusi hoſtes, miſta inter milites navali turba*] Omnes *mixta inter milites navalis turba*. Recte per epexegesin. J. FR. GRON. *navali* tantum inveni in Harl. et Ber. reliqui mei cum Hearnii L. 1. et N. *navalis* legunt. *navali* ideo non displicebat Doujatio, quia lectio illa per auferendi casum intellectu facilior est. Eadem ratione probare poterit omnia scribarum gloſſemata, quibus minus tritas et obvias optimorum scriptorum locutiones exponere conati sunt. Praeterea *turma* Ber. Rec. Gaertn. Hearnii N. et edd. Aldina priores. V. ad 25, 16, 15. Vulgatum verius eſſe, τὰ *effusi*, et *socii navales militibus mixti* docent, quae non *turmae*, sed *turbae*, conveniunt.

§. 10. *Superfuisset pugnae ac fugae quisquam*] Put. Men. Voſſ.

nisi naves litori adpulsae trepidos accepissent, su-
11 perfuisset pugnae aut fugae quisquam. In ipsis quoque trepidatum navibus est, dum, ne hostes cum suis simul inrumperent, trahunt scalas, orasque et ancoras, ne in moliendo mora esset, prae-
12 cidunt. multique adnantes navibus, incerto prae

pugnae aut fugae. J. FR. GRON. Edd. principes *fugae ac pugnae*, consentiente Gaertn. Frobenius deinde *fugae aut pugnae* substituit, quod servant Flor. Lov. quinque, Harl. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Gruterus deinde in ultima ed. revocavit *fugae ac pugnae.* Gronovius demum dedit *pugnae aut fugae.*

§. 11. *Ne hostes cum suis simul inrumperent*] In ed. Francof. anni 1578. contra omnes codd. et sensum Livii, operarum, ut videtur, errore datum est *erumperent*; quod, per Modii, Gruteri, Heinsii aliorumque edd. propagatum, recte iterum ejecit Gronov. ut in prima not. ed. monuit.

Trahunt scalas, orasque, et ancboras etc. *praecidunt*] Vet. lib. *trahunt scalas, pontesque, et anchoras.* Suspicor, ne utraque vox retinenda sit hoc modo: *trahunt scalas pontesque, orasque et anchoras praecidunt.* De funibus enim aptius dicitur *praecidi*, quam *trahi.* ut Virgil. [3. Aen. 667.] *Tacitique incidere funem.* SIG. Pal. 1. *trahunt scalas orasque et anchoras. dein moliendo mora esset.* sec. melius *trahunt scalas loraque et ancoras: deinde ne moliendo mora esset, praecidunt.* tert. *trahunt scalas hortasque et ancoras, ne in moliendo mora esset, praecidunt.* Vet. ed. *trahunt scalas orasque: et ancoras, ne in moliendo mora esset, praecidunt.* GEBHARD. *trahunt scales loraque et anchoras* Voss. pro varia lectione in margine; quae vox ex interpretis expositione nata est. *Ora* enim est rudens, sive funis, quo naves litori adligantur. Hoc sensu est supra apud Liv. 22, 19, 10. *Alii resolutis oris in anchoras avehuntur.* V. Viros doctos ad Quinctil. epist. ad Tryph. *trahunt scalas pontesque et anchoras* Lov. 3. Rec. et Gaertn. Recte viri docti conjecturam Sigonii, quam is in contextum receperat, spreverunt; in nullo enim cod. *pontes* et *oras* conjunguntur: neque alicujus etiam momenti est ratio, qua conjecturam defendit, aptius *praecidi*, quam *trahi*, de funibus dici. Si enim hoc modo distinguamus *trahunt scalas, orasque et anchoras* etc. *praecidunt*, verbum *trahere* ad solas scalas, *praecidere* et ad oras et ad anchoras erit referendum, *praeciderunt* autem est in Lov. 5. V. ad 10, 12, 4.

§. 12. *Adnantes navibus, incerto prae tenebris*] Vet. lib. *incerti.* SIG. *incerti* male Sigonius. Put. clare *incerto*, ut edebatur. Alii *incertos.* J. FR. GRON. *incerti* Lov. 2. 3. Hav. et Hearnii D. *incertos* Flor. Voss. Lov. 1. Harl. Ber. a m. 1. et Hearnii L. 1. ac N. *incerto* Gaertn. *incerto* reliqui, quod supplendum est per participium verbi substantivi, ut docet Gronov. 1. Obs. 17. De eo v. ad 22, 31, 5. Praeterea *adnatantes* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hear-

Digitized by Google

enebris, quid aut peterent aut vitarent, foede in-
erierunt. Postero die quum classis inde retro ad 13
oceanum, unde venerat, fugisset, ad octingenti ho-
nines caesi inter murum litusque, et ad duo millia
armorum inventa.

XXXVII. Mago, quum Gades repetisset, exclu- 1

nii N. L. 1. et edd. Aldina priores. V. ad 21, 27, 5.

§. 13. *Ad octingentos homines*] Scripti *ad octingenti*. V. ad 10, 17, 8. J. FR. GRON. Ita et Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. Doujatius vulgatum tuetur; quem non movet, quod quaedam membranae *ad octingentos* (secundum mentem ejus *ad octingenti*) scribant; plerasque enim earum numerales tantum notas habere *ad DCCC*; quas librarium aliquem casu non suo reddidisse, neminem in his vel tantillum versatum miraturum putat. Eidem non satisfaciunt exempla a Gronovio laudata ad 10, 17, 8. In illis enim numerum centenarium semper millenario addi: ita ut praepositio *ad* regere videatur *mille* vel *millia*, adjectis centenis, et, verbi caussa, *ad duo millia trecenti* accipiendum sit, quasi dicas trecenti ad vel supra duo millia. Verum Gronov. non dicit *quasdam membranas*, sed in genere *scriptos* legere *ad octingenti*; quorum numerum nunc augent ab Hearnio et a me consulti. Insuper nulli eorum per notas *ad DCCC*, sed omnes totidem literis *ad octingenti* praeferunt. Fateor equidem, librarios saepe notas numerales non suo casu reddidisse: quin etiam exemplis id docui ad 25, 9, 16. et 40. 18, 5. Verum monstro simile foret, integerrimos quosque codd. ita semper corruptos esse, et non nisi pejoris notae libros veram scripturam servare. Contendo insuper, facilius librarium, quamvis inperitissimum, *ad octingentos*, pro *ad octingenti*, daturum, quam contra. Ad haec callide Doujatius proponit illud exemplum *ad duo millia trecenti*, quasi omnia loca, quae Gronov. laudavit, similiter concepta forent, quum Livius hoc modo tantum in uno locutus sit; in reliquis autem, quae Gronovius advocavit, addita copula dixerit *ad duo millia et trecenti*, *ad quatuor millia hominum et quingenti*, *ad duo millia et quingenti*, *ad duo millia et septingenti*; quibus alia multa addere possem, nisi haec sufficerent. In his autem cessat expositio superius a Doujatio data, neque admitti potest: copula enim *et* in illis similes casus jungi docet; ubi vero copula deest, similes casus per adpositionem junguntur. Tandem expositionem hujus locutionis Doujatianam evertit locus supra 8, 18, 8. *Quibus in forum delatis, et ad viginti matronis, apud quas deprehensa erant, per viatorem adcitis.* ubi Gronov. alium similem Suetonii locum laudavit. Rationes forte Doujatii, quae quam infirmae sint, vidimus, Clericum permoverunt, ut, relicta Gronovii emendatione, quam tamen in hac locutione plerumque alibi servavit, veterum edd. lectionem in contextum suae editionis restitueret.

Digitized by Google

sus inde, ad Cimbim (haud procul a Gadibus is locus abest) classe adpulsa, mittendis legatis, querendoque, quod portae sibi socio atque amico clau-
2 sae forent, purgantibus iis, multitudinis concursu factum, infestae ob direpta quaedam abs con-

Caesi, inter murum litusque ad duo millia] Omnes *caesi inter murum litusque, et ad duo.* J. FR. GRON. Ita, ut Gronovius in suis invenit, jam edidit ac distinxit Frobenius anno 1535. itaque praeferunt omnes praeter unum Lov. 5. codices. Male igitur Parisienses anno 1573. priorem lectionem revocarunt, unde deinceps Frobenianam restituere Gronovio necesse fuit.

Ad duo millia armatorum inventa] Narrat Livius, classem fugisse. et unde isti nobis mille armati, qui postero die sunt inventi? Codex scriptus habet *armorum.* RHEN. Hic locus obscurus est, et, ut suspicor, etiam corruptus. Quamquam quidam exponunt, caesos octingentos, sed in universum, qui interierint, fuisse duo millia. Quidam codices *armorum* habent, non *armatorum.* GLAR. *armorum* habent libri, quos ipse legi, et quos se legisse Rhenanus profitetur. SIG. *armorum* pauci meorum; plerique *armatorum*; quod etiam suos servare Gronov. in pr. ed. not. monuit. Nihilominus recte Rhenanum *armorum* dedisse judicat. Saepe librarios ita variasse, vidimus ad 22, 37, 7.

§. 1. *Exclusus inde, ad Cimbim*] Id nominis nusquam legi, quod equidem sciam, ideoque inspicienda vetera exemplaria. GLAR. *Cimbis* ignotum sane nomen. Liber meus *ad Ambros.* De quo considerandum. LIPS. 4. Ep. Quaest. 4. Pal. 1. *Mago, cum Gades recepisset, exclusus inde classe ad Ambros, haud procul a Gadibus hic locus est.* sec. *exclusus inde clam se ad Ambros.* GEBH. MSS. fere *Cimbros.* Lipsius *Ambros*, ut Voss. Put. *Cimbios.* J. FR. GRON. *exclusus inde classe ad Ambros* Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. *exclusus inde ad Ambros* Hearnii N. cum Lov. 3. et Hav. *exclusus inde classe ad Cumbam* Lov. 5. *exclusus inde ad Umbros* Cant. *exclusus inde classe ad Cimbros* Harl. *exclusus inde classe ad Cimbios* Flor. *ad Cimbios* etiam in Put. legi, Vossius testatur ad Pomp. Mel. 3, 1. unde *exclusus inde ad Cuneos* legendum existimat: quam conjecturam hoc argumento refellit Cellar. in Geogr. ant. 2, 1. p. 51. quia Livius subjungit, *haud procul a Gadibus is locus abest*, Melae autem et Strabonis *Cuneus* longe hinc ultra Anam est remotus. Eadem etiam displicuit Doujatio, quia Livius hic vocet *locum*, quum Melae d. l. sit *Cuneus ager*, Plinio 4, 22. *promonterium Cuneus*, Straboni 3. in princ. promontorio adjacens Χώρα, quam Latina voce vocant *Κούνεον*. Ipse itaque putat, vel *Ambros*, ut plures codd. legunt, librarios detorsisse ex *Ebora*, cujus nominis castellum in litore ad sinum portus Gaditani recenset Mela 3, 1. vel eos *Olitingin*, aut *Onobam*, parva oppida maritima inter Baetis et Anae ostia ibidem a Mela memorata, mutasse in *Cimbim*, aut *Cimbios:* cui Vossius respondere potuisset justa talionis lege, non *castellum* vel *oppidum* a Livio vocari, sed *locum.*

Digitized by Google

ascendentibus naves militibus, ad conloquium suffetes eorum, qui summus Poenis est magistratus, cum quaestore elicuit, laceratosque verberibus cruci adfigi jussit: inde navibus ad Pityusam insulam, 3
centum millia ferme a continenti, (Poeni tum eam

Cum Crevier. itaque existimo, esse nomen loci parum notum, vel fortasse depravatum. Paullo ante *recepisset*, pro *repetisset*, Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. quomodo etiam variarunt codd. supra 21, 28, 9. *redisset* pro varia lectione erat in margine Voss.

Haud procul a Gadibus] Scripsimus *haud procul Gadibus*. RHEN. De ea locutione v. ad 24, 28, 1. Gronovius praepositionem, quam Froben. ex mente Rhenani anno 1535. expunxerat, iterum addidit. Eamdem vero in omnibus meis superesse vidi.

§. 2. *Purgantibus iis, multitudinis concursu factum*] Ablativum *iis* delevimus, qui subintelligitur, aut similis, puta *Gaditanis*. Ubi notandum est, *infestae* genitivi casus esse, et referri ad praecedentem genitivum *multitudinis*. RHEN. Vet. lib. *purgantibus iis*. SIG. Ex meis unus Lov. 1. pronomen omittit. Ceteri omnes vel *iis*, vel *his* praeferunt.

Abs conscendentibus naves militibus] Ita recte Gronov. edidit, et quidem ex fide Put. ut in pr. ed. not. monuit: ab Aldo usque vulgatum fuerat *ab conscendentibus*; quod praeferunt Lov. 4. 5. Ber. et Hearnii L. 1. et ex editionibus primis Romana anni 1472. ac Parm. At Ascensius anno 1513. 1516. et Mogunt. omiserunt praepositionem. *abscondentibus* dederunt reliquae pleraeque edd. principes, praesertim Mediol. anni 1480. et 1505. Tarv. utraque, variae Ven. et Ascens. anni 1510. consentientibus Voss. Lov. 1. et Harl. corrupte quidem, sed ita, ut verae lectionis non obscura adpareant vestigia. *a scandentibus* Lov. 3. *ab ascendentibus* Hav. *abscendentibus* Gaertn. *adscendentibus* Lov. 2.

Suffetes eorum, qui summus Poenis magistratus est] Et, quod hinc intelligendum, Gaditanis eorum colonis. V. Spanhem. ad Juliani Orat. 1. p. 180. DUK. *superstes eorum* mendose Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Hafn. et Hav. quod etiam in Put. superesse, monuit Gronov. ad 29, 27, 5. *Suffectes* Lov. 5. *Supheces* Lov. 4. *Sufetes* ed. Rom. princeps, teste Hearnio. *Sufeces* ei proximae cum cod. Ber. Vocem illam unica litera *F*, *Sufes* scribendam esse, Sigonius infra monuit ad 30, 7, 5. ubi v. quae notantur.

§. 3. *Inde navibus ad Pitusam insulam*] Sic vulgo scriptum reperio. Caeterum, *Pityusam* scribendum esse, Plinius, Strabo, et Ptolemaeus docent. SABELL. Ant. ed. et Pal. 3. *Pitusam*. Prim. vero continet *Pitisam*. sec. *Pyticusam*. GEBH. *Pitusam* Ber. Hearnii L. 1. et quaedam ex edd. antt. *Pitusam* Rom. anni 1472. et Parm. *Pitissanam* Voss. a m. 1. *Pitissam* a m. 2. cum Lov. 1. et Harl. *Pitussam* Harl. *Pitussam* Lov. 5. *Pitisam* Harl. *Pitysam* Flor. *Pertissam* Lov. 2. *Pirisam* Hav.

Digitized by Google

4 incolebant) trajecit: itaque classis bona cum pace accepta est, nec commeatus modo benigne praebiti, sed in supplementum classis juventus armaque data. quorum fiducia Poenus in Baliares insulas
5 (quinquaginta inde millia absunt) transmisit. Duae sunt Baliares insulae, major altera atque opulentior armis virisque: et portum habet, ubi commode hibernaturum se (et jam extremum autumni erat)
6 credebat. ceterum, haud secus quam si Romani eam insulam incolerent, hostiliter classi obcursum est. Fundis ut nunc plurimum, ita tunc solo eo telo utebantur. nec quisquam alterius gentis unus

Incolebant, trajecit: itaque classis bona cum pace accepta est] Arguunt sarcinatorum manum scripti. Put. *incolebant precititaque accepta est.* Nihil medii. Manus 2. priori *t* suprascripserat *p* et τοῖς qu τὸ *t*. inde Men. et Reg. *precipitate.* Scribe *incolebant*) *trajecit, ibique acceptus est.* J. FR. GRON. Plures meorum, et Hearnii N. pro *trajecit ibique* partim legunt *precipitata*, partim *precipitate.* Omnes tamen constanter verba, quae Gronov. auctoritate Put. ejecta volebat, agnoscunt. Et quidem Livio sollemnis est illa formula *bona cum pace.* Supra 1, 24, 3. *Is alteri populo cum bona pace imperitaret.* 21, 24, 5. *Cum bona pace exercitum per fines suos transmiserunt.* c. 32, 6. *Cum bona pace ad Alpes incolentium ea loca Gallorum pervenit.* Similiter *bona venia*, vel *cum bona venia* dixit. V. ad 7, 41, 3. Quamvis itaque multum tribuam Put. hic tamen librarium ejus dormitasse, et perperam voces *classis bona cum pace* omisisse existimo.

§. 4. *Nec commeatus modo benigne praebiti, sed in supplementum classis juventus armaque data*] Omnia haec vocabula oscitantia librarii desunt in Hearnii L. 1. Deinde *sed supplementum classis*, omissa praepositione, Lov. 2. quod quasi per adpositionem dictum foret. Sed ceteri *in supplementum.* Infra 37, 2, 2. *In supplementum addita peditum civium Romanorum tria millia.* 38, 36, 3. *Ut terna millia peditum ducenos equites ambo praetores in supplementum sociis imperarent.* Praeterea *in supplementum classi* Flor. et Ber. Infra 42, 10, 12. *Ut novos exercitus scribere, aut supplementum veteribus liceret.* Dictum autem est ea ratione, qua alia, de quibus v. ad 3, 46, 2. Insuper *juventus armata data* Voss. Lov. 1. 2. 3. et Gaertn. Mox vocula *inde* non adparet in edd. ante Aldum. Tum *transmisit*, pro *transmisit*, legit Flor. quod etiam in cod. Put. esse, Jac. Gronov. supra notavit ad c. 5, 18. ubi v. quae notantur.

§. 5. *Duae sunt Baliares insulae, major altera atque opulentior*]

Digitized by Google

antum ea arte, quantum inter alios omnes Baliares excellunt. itaque tanta vis lapidum creberrimae 7
grandinis modo in propinquantem jam terrae classem effusa est, ut, intrare portum non ausi, averterent in altum naves. In minorem inde Baliarium 8
insulam trajecerunt, fertilem agro; viris, armis haud aeque validam. Itaque egressi navibus supra 9
portum loco munito castra locant: ac, sine certamine urbe agroque potiti, duobus millibus auxiliarium inde conscriptis, missisque Karthaginem, ad hibernandum naves subduxerunt. Post Magonis 10
ab oceani ora discessum, Gaditani Romanis deduntur.

Vocabulum *insulae* dispunximus, nam mox antecedit *Poenus in Baleares insulas*. RHEN. Solus Pal. 3. vocem *insulae* ignorat. At reliqui *Duae sunt Baleares insulae*. GEBH. Vocem a Rhenano ejectam servant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. eamdem etiam in Put. optimo exstare, monuit Cl. Sallier. Neque satis idoneam expungendi rationem esse, quam Rhenanus dedit, docebunt, quae notavi ad 1, 3, 9. Pristino igitur loco restitui. Praeterea *Duae sunt Baleares insulae, altera major, altera minor. major atque opulentior* Gaertn. *Duae sunt Baleares, major altera minor, at minor opulentior* Lov. 3.

Ubi commode hibernaturum etc. *se credebat*] Scripsimus *censebat*. RHEN. Solus Pal. 3. habet *censebat*. Caeteri vero omnes *credebat*. GEBH. Omnes Gall. duoque Pall. et Voss. *credebat*, quod arcuit Rhenanus. J. FR. GRON. Rhenano favent Lov. 5. Rec. et Hearnii D. Reliqui, et mei, et Oxonn. Hearnii, *credebant*.

§. 6. *Inter alios omnes Baleares excellunt*] Forte *alias*, ut intelligas gentes. J. FR. GRON. *inter omnes alios* edd. ante Aldum.

§. 7. *Tanta vis lapidum creberrimae grandinis modo*] Pal. 2. *celeberrimae grandinis modo*. GEBH. Liv. 1, 31, 2. *Haud aliter, quam quum grandinem venti glomeratam in terras agunt, crebri cecidere coelo lapides*.

§. 8. *Viris, armis haud aeque validam*] Strabo l. 3. [p. 167.] minorem Balearium virtute nihilo inferiorem majore fatetur; id forte sic erat illius tempore. Illa δύνδετα *viris, armis* quidam per *que* connectunt, ut paullo ante in majore. GLAR. Vet. lib. *viris armisque*. SIG. Ἀσυνδέτως Pal. princepsque ed. *viris, armis*. sec. *viris et armis*. tert. *fertilem agro; viris, armis haud aequandam*. GEBH. Put. Reg. Men. Voss. Pal. unus *viris, armis haud aeque validam*, omissa copulativa. J. FR. GRON. Copulam abjiciunt etiam Flor. Lov. 1. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. eam insuper in om-

Digitized by Google

1 XXXVIII. Haec in Hispania P. Scipionis ductu auspicioque gesta. Ipse, L. Lentulo et L. Manlio Acidino provincia tradita, decem navibus Romam 2 rediit. et, senatu extra urbem dato in aede Bellonae, quas res in Hispania gessisset, disseruit: quo-

nibus suis deesse testatur Crevier. Ipsum itaque secutus expunxi.

§. 9. *Supra portum loco munito castra locant*] *super portum* Flor. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. et Hav. V. ad 23, 36, 6. Tum *ponunt* Lov. 1. *locavit* Gaertn. Sed ea vox deest in Flor. Cant. Voss. Lov. 2. et Harl.

Sine certamine urbe agroque potiti] Pal. 3. *sine certamine urbe, agro potitur*. GEBHARD.

Missisque Karthaginem ad hibernandum, naves subduxerunt] Distinguendum ante *ad hibernandum*: ut sit sensus, auxiliares missos tamquam obsides Carthaginem, ipsum autem Magonem ad hibernandum naves subduxisse. At haec pusilla sunt, ac propemodum non hujus instituti. visa tamen sunt aliquid ad lectoris utilitatem facere. GLAR. Praeter Vascos. et Gryph. anno 1548. vix ullus Glareano vera monenti paruit. Distinctionem, quam indicavit, recepi.

§. 1. *P. Scipionis ductu auspicioque*] Observat Cl. Perizon. in Anim. Hist. c. 7. p. 262. et 263. Livium, communi et usitato *ductum auspiciumque* conjungendi modo abreptum, utrumque Scipioni tribuisse, qui privatus, nullodum gesto magistratu, proconsulari imperio extra ordinem dato, in provinciam Hispaniam adversus Poenos erat missus: quum tamen ii, qui sine magistratu res gessissent, immo omnes proconsules et propraetores, qui tunc privati extra ordinem, non statim in vel ex magistratu suo, accepto ordinario imperio, in provincias mittuntur, auspicia non haberent.

L. Lentulo et L. Manlio Acidino provincia tradita] Cur non potius M. Junio Silano, eodem jure imperioque secum in Hispaniam misso? Pighius ad A. V. ıɔxlvii. scribit, Silanum cum Scipione Romam decessisse. Hoc quidem probabile est, sed Livius, Polybius, et Appianus, quos testes laudat, quum alia de Silano, quae strictim narrat Pighius, referant, de decessione ejus cum Scipione nihil produnt. Nec apud Livium legitur, quod ibidem ex l. 28. scribit, quum L. Scipio, a fratre Romam missus, in Hispania debellatum nunciasset, quod est c. 17. senatui visum fuisse, duos praetorios, Lentulum et Manlium, quorum ille A. V. ıɔxlii. hic anno sequente praetor fuerat, cum proconsulari imperio, alterum in citeriorum, alterum in ulteriorem Hispaniam mittere, et hos Tarraccone Scipionem exspectantes ab eo provinciam accepisse. Etsi autem Livius diserte non scribit, eos proconsulari imperio in Hispaniam missos fuisse, est tamen, unde id probabiliter colligi possit. Nam 29, 13, 7. in A. V. ıɔxlix. *Proconsules* eos vocat. *Omnes tribus*, inquit, *eosdem L. Cornelium Lentulum et L. Manlium Acidinum, proconsules, sicut priore anno tenuissent, obtinere eas provincias jusserunt*. Ex eo enim, quod di-

ties signis conlatis dimicasset, quot oppida ex hostibus vi cepisset, quas gentes in ditionem populi Romani redegisset. *adversus quatuor se imperatores,* 3 *quatuor victores exercitus in Hispaniam isse: neminem Karthaginiensem in iis terris reliquisse.* Ob has res 4

cit *sicut priore anno tenuissent*, sequitur eos etiam A. V. IDXLVIII. ibi cum eodem imperio fuisse. Livius quidem anno illo iis nominatim prorogatum fuisse imperium non scribit, sed tamen factum fuisse ex eo colligitur, quod h. l. c. 45, 10. dicit, *Ceteris, praeter consules praetoresque, qui exercitibus praefuturi erant, prorogata imperia.* Nam nomine *ceterorum* hi quoque comprehenduntur. Atque inde recte conficitur, eos etiam anno urbis IDXLVII. cum eodem imperio in locum Scipionis missos fuisse. Quae deinde addit Pighius, sola hac conjectura nituntur, quod plerumque, qui in Hispaniam cum imperio veniebant, primam omnium Tarraconem, caput citerioris provinciae, petere solebant. Ceterum, Scipionem non Lentulo et Manlio, verum Silano et Marcio provinciam tradidisse, scribit Polyb. extr. l. 11. quem dissensum ibi observavit Jac. Gronovius. DUKER.

Decem navibus Romam redit] Pall. duo, et vetus ed. *cum decem navibus.* GEBH. Similiter Voss. Lov. quinque, Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. anni 1535. Sed optimi ignorant praepositionem, quam Livius saepe omittere solitus est. V. ad 1, 14, 7.

§. 2. *In aede Bellonae*] Pal. 3. *in aedem.* Mox idem cod. *quas gentes in ditionem populi Romani reddidisset.* GEBH. *in aedem Bellonae* etiam Lov. 3.

§. 3. *Adversus quatuor se imperatores, quatuor victores exercitus in Hispaniam ivisse*] Vet. ed. *quatuor victores exercitus in Hispania ivisse.* Pal. pr. *ipse.* tert. praefert *misse*, vel *inisse.* Amplius pr. verbis proximis *neminem Carthaginensem initis terroribus reliquisse.* ad marginem tamen *in his oris.* GEBH. Put. Reg. Men. Pall. *isse.* Alii alludentes *esse.* J. FR. GRON. *in Hispaniam inisse* Ber. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *missse* edd. Mediol. anni 1480. et Tarvis. utraque. *in Hispaniam esse* Harl. *in Hispaniam isse* reliqui mei, Hearnii Oxonn. L. 1. N. et edd. prioribus proximae. Contractio illa in hoc verbo Livio est familiaris. V. ad 1, 60, 2. 2, 39, 12. c. 47, 6. 3, 39, 3. 8. 30, 12. hoc lib. c. 41, 2. et alibi. V. ad 27, 19, 10. Hoc modo *isti*, pro *ivisti*, in Cic. restituit Graev. orat. pro Dejot. 7. Praeterea *adversus se quatuor imperatores* Lov. 3. *adversus quatuor imperatores* Lov. 4. Mox *initis terroribus reliquisse* Flor. Voss. et Lov. 1. ac 2. quorum ultimus *in his terris* legit a'm. 2. *in his terris injectis terroribus reliquisse* Hav. *in his urbibus injectis terroribus reliquisse* Hafn.

§. 4. *Magis tentata est triumphi spes, quam petita pertinacior*] *Petere spem* fortassis sic dici potest, ut *adfectare spem*, de quo Gronov. ad c. 18, 10. Si quis tamen putaret, melius esse *petitus*, scilicet triumphus, non magnopere dissentirem. *Petere spem triumphi* mihi admodum inusitatum genus loquendi esse videtur. DUKER.

Digitized by Google

gestas magis tentata est triumphi spes, quam petita

Quia, neminem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu res gessisset, satis constabat] 26, [18, 9.] ad hoc comitia fuere, ac illic plane *imperium* vocat. Hic *sine magistratu* eum vocat, qui proconsul fuit. Statim autem post [c. 39.] legati Saguntinorum *consules* vocant in Hispaniam missos consulares ac proconsules. Nullus enim consul hoc bello illuc est missus. Hi itaque loci lectori perpendendi. Simile quiddam invenies l. 31, [20.] ubi L. Cornelius Lentulus frustra triumphum petiit. GLAR. Obtemperandum hoc loco Glareano videtur, ut et hunc et alios locos, quibus Livius proconsulatum magistratum esse negat, attente consideremus. Quod eo lubentius faciemus, quia id non sine summo eorum, qui Romanae antiquitatis studio tenentur, fructu faciemus. Est igitur intelligendum, magistratus omnes cum potestate fuisse, cum imperio vero non nisi eos, quibus nominatim mandatum esset imperium. Auctore enim Festo, *Cum potestate esse dicebatur ille, qui alicui negotio praefectus esset. Cum imperio, cui nominatim delatum imperium esset.* Mandabatur autem imperium his duntaxat magistratibus, cum usus reipublicae postulabat, dictatori, consuli, praetori. Erat autem imperium rei militaris administrandae facultas. Quare Cicero dixit in Philipp. 5, [16.] *Demus imperium C. Caesari, sine quo res militaris administrari non potest.* Neque vero eodem tempore mandabatur magistratus et imperium, neque iisdem comitiis. nam magistratus primum, deinde provincia cum imperio deferebatur, et magistratus quidem, ut consulatus ac praetura, centuriatis comitiis, imperium vero curiatis. Sic enim Livius 5, [52, 16.] *Comitia curiata, quae rem militarem continent, centuriata, quibus consules tribunosque militum creatis.* Et 9, [38, 15.] *Ei legem curiatam de imperio ferenti triste omen diem diffidit, quod Faucias curiae fuit principium, duabus insignis cladibus.* Et Cic. ad Appium [1. ad fam. 9.] *Appius dixit, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam; si lex curiata non esset, se comparaturum cum collega, sibique successurum: legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse: se, quoniam ex senatusconsulto provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introisset.* Libro tamen 26, [18, 9.] ait Livius: *Jussi deinde inire suffragium ad unum omnes non centuriae modo, sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in Hispaniam jusserunt.* Atque haec quidem ita. Institutum est etiam, ut consulibus et praetoribus, postquam magistratu abiissent, prorogaretur, si tempora reipublicae poscerent, imperium, iique pro consulibus et pro praetoribus rem gererent. Qui primus pro consule rem gesserit, prorogato ex consulatu imperio, Q. Publilius Philo fuit, qui idem etiam primus pro consule triumphavit, ut Livius l. 8, [26.] est auctor. Q. autem Valerium Faltonem pro praetore primum ex Sicilia triumphasse invenio in Triumphis Capitolinis [ad A. V. 1DXII.] Eundem vero praetorem etiam rem in Sicilia gessisse, scribit Valerius de jure triumphandi [2, 8, 6.] Fieri autem poterat, ut ex praetura pro consule mitteretur, id est, cum imperio consulari, et cum duodecim fascibus, ut consul, non sex, ut praetor. Ut L. Aemilius ex Plut. [in L. Aemilio p. 256.]

Digitized by Google

pertinaciter; quia neminem ad eam diem trium-

et L. Gellius 1. de Legib. [20.] Cicero. Adde, quod imperium etiam privatis extra ordinem mandatum est: quibus autem mandatum erat, ii pariter pro consulibus et pro praetoribus rem gesserunt. Primus, cui mandatum est hoc modo. T. Quintius fuit, de quo Livius 3, [4, 10.] scribit. *Visum est pro consule T. Quintium subsidio castris cum sociali exercitu mitti.* Pariter P. Scipio in Hispaniam privatus cum imperio missus est, atque alii quidam post eum, donec eo praetores cum imperio mitti coepti sunt. Item Octavius, de quo 11. Philipp. [8.] Cicero: *Imperium Caesari extraordinarium mea sententia dedi.* nam, propraetor ut esset, decreverat. Ex his intelligi potest, proconsules aut propraetores, vel si cum prorogato ex magistratu, vel si cum extraordinario essent imperio, sine magistratu fuisse: (* *privati* vocantur apud Liv. 38, 42, 10.) quod item ex Cic. 2. de Divinat. [36.] confirmatur. *Bellicam rem administrari majores nostri nisi auspicato noluerunt; quam multi anni sunt, cum bella a propraetoribus et proconsulibus administrantur, qui auspicia non habent?* Neque enim nisi magistratus habebant auspicia vel majora, si majores, vel minora, si minores essent. Quia vero hactenus triumphus non erat decretus ijs, qui privati extra ordinem rem gessissent, propterea P. Scipioni ex Hispania non est decretus. Primus L. Lentulus ex his, ut ovans urbem iniret, obtinuit. post Pompejus etiam de Mithridate triumphavit. De L. autem Lentulo sic Livius l. 31, [20.] *Res triumpho dignas esse censebat senatus, sed exemplum a majoribus non accepisse, ut, qui neque dictator, neque consul, neque praetor res gessisset, triumpharet. Pro consule illum Hispaniam, non consulem aut praetorem, obtinuisse. Decurrebatur tamen eo, ut ovans urbem iniret, intercedente Ti. Sempronio Longo tribuno plebis, qui nihil magis id more majorum, aut ullo exemplo futurum dicebat: postremo victus tribunus consensu Patrum cessit. Et ex senatusconsulto L. Lentulus ovans urbem ingressus est.* Eadem ratione quaestori aliquando imperium datum est, ut ait Sallust. in Catil. [19.] *Postea Piso in citeriorem Hispaniam quaestor pro praetore missus est, adnitente Crasso.* Postremo institutum est etiam, ut quotannis consulares et praetoriae provinciae decernerentur, in quas consules aut praetores post magistratum accepto imperio mitterentur, (quemadmodum ex oratione de proconsulibus intelligi potest) iidemque pariter proconsules et propraetores dicerentur. Factum est autem, ut aut proxime, postquam magistratu abiissent, aut aliquot annis interpositis in provincias irent. Si autem subito ibant, ut P. Lentulus in Ciliciam, tum ordinario imperio utebantur, si spatio annorum interposito, ut in eandem Cicero, extraordinario. Itaque ipse de semetipso ait ad Attic. 5, [9.] *Faciam, ut summa modestia et summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus.* Idem de propraetoribus etiam judicandum est. Quod Coelius ad Cic. [8. ad fam. 8.] docet his verbis. *Senatui placere, in Ciliciam provinciam, inque reliquas octo provincias, quas praetorii pro praetore obtinuerunt, eos, qui praetores fuerunt, neque in provincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex senatusconsulto cum imperio in provincias mitti oporteret, eos sortito in provincias mitti oportere.* Ne autem mendum esse li-

Digitized by Google

phasse, qui sine magistratu res gessisset, constabat.
5 Senatu misso, urbem est ingressus, argentique prae se in aerarium tulit quatuordecim millia pondo trecenta quadraginta duo, et signati argenti
6 magnum numerum. Comitia inde creandis consulibus habuit L. Veturius Philo: centuriaeque omnes ingenti favore P. Scipionem consulem dixerunt. collega

brorum quis putet, animadvertere oportet, *praetorem* saepe pro *propraetore* poni: ut C. Verres Siciliae praetor, id est, cum praetorio imperio, postquam praetor urbanus fuerat. Item *praetorem* pro *proconsule*, ut C. Caesar Galliae praetor, P. Rupillius Siciliae, in quas provincias ex consulatu missi sunt. Item *consulem* pro *proconsule*, ut cum ait Livius, *P. Scipionem consulem in Africa bellum gessisse*, et alia ejusmodi, cum tamen Scipio in Africam post consulatum venerit, prorogato consulari imperio. Haec etsi magna confirmare exemplorum copia poteram, supersedendum iis mihi tamen esse duxi, ut de iis suo cujusque loco agerem, et dubitanti Glareano responderem, ut cum paulo post ait [cap. seq.] *consules cum exercitu in Hispaniam misistis*, P. et Cn. Scipiones intelligens, quorum neuter consul in Hispaniam profectus est, sed tamen cum consulari imperio. SIG. Nota, neminem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu rem gessisset. Scipio proconsul in Hispania rem gesserat, ut libro aliisque supra testatur Livius. Id vero imperium erat, non magistratus. Unde cum apud Livium toties occurrit, *consulibus prorogatum in annum imperium est*, id non de magistratu intelligendum est. Quid sit magistratus populi Romani, v. Cujacium ad l. de Orig. Jur. Sed et ex [31, 20.] infra hic locus maxime illustratur. Quod enim hic *sine magistratu*, ibi dicitur *qui neque dictator, neque consul, neque praetor*. V. et l. 31, 48. Proconsul autem in urbe imperium non habet [26, 9, 10.] Cic. 2. de Divin. [36.] docet, proconsules et propraetores auspicia non habuisse. Proconsules ergo magistratus non sunt, sed pro magistratibus, ut ait vetus auctor apud Sigonium 2. de Civ. Rom. et in lege Thoria. HENRIC. VALES. Eadem scribit Valesius ad Excerpta Peiresc. p. 603. Sed sententiam Sigonii, quem Valesius sequitur, proconsules et propraetores, sive prorogato ex magistratu imperio, sive ex privatis in provincias missi fuissent, magistratus non fuisse, non levibus argumentis impugnat Gruchius c. 4. Refutat. ad posterior. Sigonii disputat. Hoc quidem intelligi non potest, si, qui prorogato ex magistratu imperio in provincias mittebantur, sine magistratu fuerunt, quod Sigonius et Valesius volunt, quomodo multi ex iis triumphare, de quo certissime constat, potuerint; quum auctore Livio, nemini, qui sine magistratu rem gessisset, triumphus concederetur. DUKERUS.

Digitized by Google

lega additur ei P. Licinius Crassus pontifex maximus. Ceterum, comitia majore, quam ulla per id 7
bellum, celebrata frequentia, proditum memoriae est. Convenerant undique non suffragandi modo, 8
sed etiam spectandi caussa P. Scipionis. concurrebantque et domum frequentes, et in Capitolium ad immolantem eum, quum centum bubus votis in Hispania Jovi sacrificaret: spondebantque animis, 9

§. 5. *Prae se in aerarium tulit quatuordecim millia pondo CCCXLII*] Put. *decem quatuor*. Dein, *trecentum quadraginta duo*. J. FR. GRONOV. *decem quatuor millia trecentum quadraginta duo* Flor. et Lovel. 5. *decem quatuor millia CCCXLII* Voss. et Harl. *decem quatuor millia CCC. q XL. duo* Lov. 1. et 2. *quatuordecim millia trecenta quadraginta duo talenta* Hav. *tresdecim millia* Rec. *decem quatuor millia* etiam Hearnii L. 1. et N. V. infra ad 29, 37, 6. *trecentum quadraginta duo* etiam Hearnii L. 1. Praeterea *tulit in aerarium* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et excusi Aldo priores. Mox *et signati magnum numerum*, omissa voce *argenti*, edd. Mediol. anni 1480. Tarvisina utraque, ut et aliae sequentes usque ad Aldum.

§. 8. *Sed etiam spectandi caussa P. Scipionis. concurrebantque et domum frequentes*] *sed etiam exspectandi* sollemni errore Flor. Cant. Lov. 1. 2. et Harl. V. ad 6,33,1. *concurrebantque domum frequenter* Flor. *corrueret atque domum frequenter* Lov. 5. *concurrebantque domo frequentes* Lov. 1. et Gaertn. *concurrebantque domo frequenter* Voss. Lov. 2. et Harl. *concurrebantque domi frequentes* Lov. 3. Paullo ante *non suffragii modo* Lov. 2. In sequentibus deinde *centum bubos* Flor. lege *bubus*. V. ad 7, 26, 10. Hinc *votis Jovi sacrificaret in Hispania* Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Jovi sacrificaret in Hispania votis* Hav. *votis Jovi in Hispania sacrificaret* edd. Mediol. anni 1480. Tarv. utraque, et quaedam aliae.

§. 9. *Spondebantque animi, sicut C. Lutatius*] Legendum est *despondebant animis*, quemadmodum caussigavimus. Semidoctus aliquis, qui legerat, *despondere animum*, pro abjicere, mutavit hic *despondebant* in *spondebant*. *Despondebant animis*, hoc est, constituebant, destinabant. Hoc verbo in hac significantia Cicero quoque utitur, quam alibi velut exponit, cum inquit [de Arusp. resp. 3] *Cui me praeripere desponsam jam et destinatam laudem, valde est iniquum*. RHEN. Hanc lectionem *despondebatque animus* afferuit Rhenanus, comparentem et in Pal. 3. Nam pr. *spondebantque animi*. Sed ad lectionem legitimam quoque Pal. 2. *despondebatque animis*. vet. vero ed. *spondebatque animis*. GEBH. *despondebantque animis* ab Rhenano est: nec ignoro, quod 4, [13, 3.] habetur, *Plebem secum trahere, haud dubium consulatum spe et favore despondentem*. Cicero ad Cassium [12. ep. 9.] *Exigua est spes reipublicae: sed quae*

Digitized by Google

sicut C. Lutatius superius bellum Punicum finisset,
10 ita id, quod instaret, P. Cornelium finiturum; atque, ut Hispania omni Poenos expulisset, sic Italia pulsurum esse: Africamque ei, perinde ac debella-
11 tum in Italia foret, provinciam destinabant. Praetoria inde comitia habita. creati duo, qui tum aediles plebis erant, Sp. Lucretius et Cn. Octavius, et ex privatis Cn. Servilius Caepio et L. Aemilius
12 Papus. Quartodecimo anno Punici belli P. Cornelius Scipio et P. Licinius Crassus ut consulatum inierunt, nominatae consulibus provinciae sunt, Sicilia Scipioni extra sortem, concedente collega, quia sacrorum cura pontificem maximum in Italia reti-

cumque est, ea despondetur anno consulatus tui. Tamen quia plures, et imprimis Put. *spondebantque*, veterem lectionem restitui. Justinus 7, [6.] *Propter ingenium ipsius, quod magnum spondebat virum.* J. FR. GRON. *despondebantque animi* Lov. 4. *despondebantque animis*, ut Froben. ex mente Rhenani anno 1535. edidit, praeferunt Lov. 3. et Hearnii D. Idem Froben. quadriennio ante, ut et prius Aldus vulgarant *spondebantque animi*, quod superest in Flor. Voss. Lov. 1. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Antea edebatur *spondebantque animis*, ut est in Ber. et Hearnii L. 1. ac N. Id omnino verum puto, et in illis codd. qui *animi* legunt, literam sibilantem a prima vocis sequentis interceptam esse. V. ad 37, 29, 5. Doujatius, ut argumento Gronovii, ab auctoritate Mstorum desumto, quo hanc lectionem defendit, novum ipse argumentum adderet, aliud esse dicit, *sibi* vel *alteri aliquid despondere*, quod est promittere, aliud *despondere animo* vel *animis*, quod dicitur pro diffidere sibi, spem amittere. Sed vellem, vel unum locum laudasset, ubi *despondere animo* ita obcurrit; cum qua locutione confudit alteram *despondere animum*, quam eo sensu passim usurpari certum est. Ceterum haec non eo dicta sunt, quod lectionem Rhenani probem; veriorem enim puto, quam Gronovius revocavit: sed ut ostendam, Doujatii rationem fallere.

§. 10. *Perinde ac debellatum in Italia foret*] *perinde ac si debellatum* Lov. 3. Sed addita particula est ex glossa. V. infra ad 32, 21, 3.

§. 11. *L. Aemilius Pappus*] *L. Aemilius Papus* ex Capitolinis tabulis. SIG. V. eumdem Sigonium ad 9, 7, 14. Non aliter etiam hic exhibent codd. scripti. Paullo ante voces *et Cn. Octavius, et ex privatis* deerant in Flor. Voss. Lov. 2. 5. Harl. et Hav. ob mox repetitum praenomen *Cn.* V. ad 9, 11, 11.

Digitized by Google

nebat; Bruttii Crasso. Tum praetoriae provinciae 13
in sortem conjectae. urbana Cn. Servilio obtigit, Ariminum (ita Galliam adpellabant) Sp. Lucretio, Sicilia L. Aemilio, Cn. Octavio Sardinia. Senatus 14
in Capitolio habitus. ibi, referente P. Scipione, senatusconsultum factum est, ut, quos ludos inter seditionem militarem in Hispania vovisset, ex ea pecunia, quam ipse in aerarium detulisset, faceret.

XXXIX. Tum Saguntinorum legatos in senatum 1
introduxit. Ex eis maximus natu: *Etsi nihil ultra malorum est, Patres conscripti, quam quod passi sumus, ut ad ultimum fidem vobis praestaremus; tamen ea vestra merita, imperatorumque vestrorum erga nos*

§. 12. *Ut consulatum inierunt, nominatae*] Nos *ut* particulam erasimus. Sic enim constat lectio: *P. Cornelius Scipio et P. Licinius Crassus consulatum inierunt. Nominatae consulibus provinciae sunt.* RHEN. Non paruimus Rhenano delenti particulam *ut*, mutantique distinctionem. Nam omnes Gall. nostri, unusque Pal. stant pro particula tenenda. J. FR. GRON. Eamdem particulam tuentur etiam omnes mei, et Hearnii L. 1. ac N. Si vero Rhenanus cum auctoritate cod. sui delevit, quemadmodum etiam non adparere dicitur in Hearnii D. excidisse videtur ob similitudinem ultimarum literarum vocis praecedentis. (* v. ad 42, 28, 8.)

Quia cura sacrorum pontificem maximum in Italia retinebat] Sic infra c. 44, 11. Adde Vales. ad Dion. in Excerpt. Peiresc. p. 605. DUK. *sacrorum cura* Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535. quod revocavi.

§. 13. *Urbana Cn. Servilio obtigit*] Ad loca Livii, in quibus nulla mentio peregrinae sortis est, a Perizonio ad 25, 41. adnotata, adde 31, 6. 32, 1. et 8. Praetor urbanus ergo nunc quoque, ut alias, utramque jurisdictionem sortitus est. V. Pighium ad A. V. CCXXXIX. et Perizon. l. d. Est tamen intelligendum, hoc semper ex senatusconsulto factum fuisse, quod etiam 35, 41. significat Livius: nam et ita praetor peregrinus, si deinde ad bellum gerendum mitteretur, praetori urbano jurisdictionem ex SCto mandabat. 28, 10. Id quoque in hac re animadverti potest, Livium, quum antea saepe peregrinam sortem praetereat, atque interdum etiam praetorem, cui ea evenerat, una cum illa provinciam sortitum narret, v. 27, 7. 29, 13. post 31, 8. id est, post A. V. CLV, numquam omittere sortem peregrinam, nec cum ea provinciam aliam conjunctam, ac bis tantum, ni fallor, post A. V. CLVI. quo

2 *fuerunt, ut nos cladium nostrarum non poeniteat. Bellum propter nos suscepistis: susceptum quartumdecimum annum tam pertinaciter geritis, ut saepe ad ultimum discrimen et ipsi veneritis, et populum Karthaginiensem*
3 *adduxeritis. Quum in Italia tam atrox bellum et Hannibalem hostem haberetis, consulem cum exercitu in Hispaniam, velut ad conligendas reliquias naufragii no-*

primum sex praetores creati sunt, 32, 27. unum praetorem utramque jurisdictionem sortitum fuisse, tradere: primum A. V. ıɔLXII. l. 35, 41. et 36, 2. deinde biennio post 37, 50. Nam quod 39, 39. legitur, post sortitionem factum est. Nimirum, crescentibus cum imperio negotiis et litibus, sine dubio animadversum fuit, unum praetorem utrique jurisdictioni non sufficere; eaque etiam, inter alias, sex praetorum creandorum causa esse potuit. DUKER.

Ariminum (*ita Galliam adpellabant*) *Sp. Lucretio*] Henr. Stephanus 4. Schediasm. 5. emendat *Areimanium*, vel *Areimanion*. Poterat aliud agere. Quae Livio 24, 44. est *provincia Ariminum*, ea 25, 3. et 26, 1. illi *Gallia* dicitur. Adde 30, 1. et 32, 1. Causam appellationis exponunt Sigonius 1. de Ant. jur. Ital. 26. et Noris. Cenot. Pis. Diss. 1, 1. extr. DUKERUS.

§. 2. *Suscepistis, susceptumque*] Delevimus *que* conjunctionem. RHEN. *susceptumque* Voss. Lov. quinque, Ber. et Hav. Sed reliqui Rhenano favent. Paullo ante §. praec. *Ex iis maximus natu ita dixit*, additis perperam duabus ultimis vocibus, Lov. 2.

§. 3. *Consules cum exercitu in Hispaniam*] Quoniam capto Saguntо nemo consul in Hispaniam missus est, qui autem missi sunt, pro consulibus missi sunt, propterea videndum est, an *consules* accipiat pro iis, qui cum consulari imperio sunt. SIG. V. Sigon. et Glarean. ad c. 38, 4. Sigon. et Gronov. ad 31, 49, 4. et Perizon. Anim. Hist. 7. p. 309. DUK. *consulem* Flor. Cant. Lov. 2. 4. Harl. Ber. a m. 2. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. quod recepi, et intelligo de P. Cornelio Scipione, Ti. Sempronii Longi collega, qui, primo hujus belli anno in ipso consulatu missus in Hispaniam, Hannibalis in Italiam profectione ab incepto destitit, et, in medio itinere conversus ac vestigia relegens, in Italiam rediit, ac pro se fratrem Cn. Scipionem cum maxima parte copiarum adversus Hasdrubalem, ad pellendum eum Hispania, misit. V. 21, 17. et 32. Et ita supra c. 32, 6. et infra de patre Scipionis Africani c. 42, 20. *Ille, consul profectus in Hispaniam, ut Hannibali ab Alpibus descendenti obcurreret, in Italiam ex provincia rediit.* Similiter etiam Crevier. in Put. invenit, et non modo probavit, ac Livio reddidit, sed etiam ita accipiendum docuit. Error inde ortus est, quod per compendium *cos.* scriptum fuerat, in quo exponendo librarii lapsi sunt. V. ad 10, 10, 2. Voces *cum exercitu* desunt in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Velut ad conligendas reliquias

Digitized by Google

ſtri, miſiſtis. P. et Cn. Cornelii, ex quo in provinciam 4
venerunt, nullo tempore deſtiterunt, quae nobis secunda,
quaeque adversa hoſtibus noſtris essent, facere. Jam 5
omnium primum oppidum nobis reſtituerunt: per omnem
Hispaniam cives noſtros venumdatos, dimissis, qui con-
quirerent, ex servitute in libertatem reſtituerunt. Quum 6
jam prope esset, ut optabilem ex miserrima fortunam

naufragii noſtri] Archetypon Spirense habet, *velut ad conciliandas reliquias naufragii noſtri*. Lege *ad concinnandas reliquias naufragii noſtri*. quod vocabulum hic mire quadrat. Utitur enim metaphora navis fractae, cujus partes *concinnantur*, dum navis inſtauratur. Eſt autem *concinnare* apte componere. Caeterum an non reliquias Saguntinorum naufragii *concinnarunt* Romani, dum illis oppidum reſtituerunt, hoc est, repararunt? vulgata lectio satis ad sensum facit, si quis ad dispersos cives, opera Romanorum poſtea conquisitos, respiciat. Verum quando me veſtigia scripturae veteris huc duxerunt, non ſtudium novitatis, ut putarem aliter legendum, nolui id lectorem latere. RHEN. Pall. 2. et 3. *ad conciliandas reliquias*. quod in suo Spirensi repertum Rhenanus illico rapit ad correctionem, legens *ad concinnandas*. Metaphoram enim eſſe navis fractae, cujus partes, dum inſtaurantur, concinnantur. Non ego repugno, verbum *concinnare* eſſe probum et Latinum; sed, an huc adhibuerit Livius, nullis mihi persuadet argumentis. Pal. enim primus, codex optimus, nec non vet. ed. tuentur acriter vulgatum, et ipse Livius 22, 56, 2. *Canusiique se esse, reliquias tantae cladis velut ex naufragio colligentem*. 25, 22, 2. *Ut reliquias duorum exercituum cum cura colligerent*. 31, 15, 11. *Patiendo rursus eum in Hellespontum trajicere, occupantemque Graeciae opportuna loca vires colligere, bellum aluere*. GEBH. *colligendas* omnes servant mel; neque ex suis ullam lectionis diversitatem Hearnius notavit. Adsentior itaque Gebhardo vulgatum defendenti.

§. 6. *Ut optabilem eam ex miserrima fortunam haberemus*] Pronomen *eam* dispunximus. Perdit enim sententiam. RHEN. Trucidatam particulam *eam* ab Rhenano revocare me jusserunt Pal. 1. et vet. ed. quibus tamen parere me vetuerat consensus Pall. 2. et 3. GEBH. Pronomen *eam* retinent Voſſ. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Sed praevalet apud me auctoritas optimorum Flor. Cant. aliorumque, qui Rhenano faventes illud deleri jubent. Praeterea *optabilem ex miserrima fortuna haberemus*, pro *fortunam*, Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. et Harl. quam lectionem ut probem, tantum non persuadet codd. illorum consensus. Nondum tamen recipere ausus sum. Utrumque autem dici poſſe, supra vidimus ad 3, 9, 4. *optabilem ex misera fortunam* Lov. 3.

Luctuosius nobis prope, quam vobis, perierunt] Put. Reg. Men. *luctuosius quoque nobis, quam*. J. FR. GRON. *luctuosius nobis quoque prope* Lov. 4. *luctuosius nobis*

Digitized by Google

haberemus; P. et Cn. Cornelii imperatores vestri luctuo-
7 *sius nobis quoque, quam vobis, perierunt. Tum vero*
ad hoc retracti ex distantibus locis in sedem antiquam
videbamur, ut iterum perimemus, et alterum excidium
8 *patriae videremus: nec ad perniciem nostram Karthagi-*
niensi utique aut duce aut exercitu opus esse: ab Tur-
dulis nos veterrimis hostibus, qui prioris quoque excidii
9 *caussa nobis fuerant, exstingui posse. quum ex insperato*
repente misistis nobis P. hunc Scipionem: quem, fortu-

propo quoque Harl. duabus lectionibus junctis. *luctuosius quoque nobis*, *quam vobis* Hearnii L. 1. *luctuosius nobis quoque, quam vobis* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. et Hav. quorum fide recepi, quod et antea, praeeuntibus suis Mssis, fecerat Crevier. *propo* mox praeceessit. *propo* et *quoque* saepe commutantur. V. ad 38, 17, 6. Praecedens vox *vestri* deerat in Hearnii L. 1.

§. 7. *Alterum excidium patriae videremus*] *exscidium* et mox §. seq. *exscidii* Clericus contra fidem codd. edidit. V. ad 5, 15, 9.

§. 8. *Ab Turdetanis veterrimis hostibus*] Put. Reg. Men. Voss. *ab Turcilisnos veterr.* Scribe *ab Turdulis nos veterrimis hostibus*, *qui prioris quoque excidii caussa nobis fuerant, exti-gui posse.* Nam et sic hi populi appellantur. Varro 1. de Re rust. 10. *Non omnis apta natio ad pecuariam, quod neque Basculus, neque Turdulus idonei; Galli appositissimi.* J. FR. GRON. *ab Turdolinis veterrimis* Rec. et Hearnii D. *ab Turdetanis nos veterrimis* Lov. 4. 5. et Harl. *ab Turditanis nos veterrimis* Hafn. *a Turdetanis nos veterrimis* Hav. *ab Tudertanis nos veterrimis* Lov. 3. et Ber. a m. 2. *ab Turolis nos veterrimis* Lov. 1. et 2. *ab Turoilis nos veterrimis* Flor. *ab Cyrolis nos veterrimis* Hearnii L. 2. *ab Turdilis nos veterrimis* Harl. in margine, et Hearnii N. proxime conjecturam Gronovii. Id optimarum codd. consensus ostendit, voculam *nos* omnino interponendam esse. Ut vero dubitem, an *Turdulis* pro *Turdetanis* legendum sit, ea causa est, quod *Turdetani* bellum Saguntinis cum Karthaginiensibus conciviisse dicantur supra 21, 6, 1. et 24, 42, 11. Jam vero quidam *Turdulos* et *Turdetanos* eosdem, quidam, et inter illos nominatim Polybius, eos diversos esse statuerunt, ut docet Strabo 3. Geogr. 139. Livius autem Polyb. in hac parte historiarum sequi solet. Ne quid tamen dissimulem, *Turduli* praeferunt antt. edd. et Gronovii aliique codd. infra 34. 17, 4. Verum ibi vet. lib. Sigonii praefert *Turdetani*, quo nomine etiam vocantur aliquoties c. 19. Vicissim iterum c. 20, 2. *Turdulo bello.* Mox *nobis fuerunt*, pro *fuerant*, Flor. Lov. 2. 5. Harl. Gaertner. et Hav.

§. 9. *Videmus, ac vidisse nos civibus nostris renunciaturi sumus, spem, opem, salutemque nostram*] Scripsimus *vidimus.* Mox, rursum particula *que* deleta, *spem, opem, salutem nostram.* Neque enim, ut saepe diximus, conjunctionum amans est Livius, quum illis ni-

Digitized by Google

natissimi omnium Saguntinorum videmur, quia consulem declaratum videmus, ac vidisse nos civibus nostris renunciaturi sumus, spem omnem salutemque nostram. qui, quum plurimas hostium vestrorum cepisset in Hi- 10 spania urbes, ubique ex captorum numero excretos Saguntinos in patriam remisit: postremo Turdetaniam, 11 adeo infestam nobis, ut illa gente incolumi stare Saguntum non posset, ita bello adflixit, ut non modo nobis, (absit verbo invidia) ne posteris quidem timenda nostris

hil opus est. RHEN. Optimi cum Andrea Aldinaque *videmus*. Dein omnes Gall. duoque Pall. et Voss. *spem omnem salutemque nostram*. J. FR. GRON. *vidimus* soli Ber. et Gaertn. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Alii omnes cum Hearnii L. 1. et N. *videmus*: quin etiam mox omnes, et Hearnii Oxonn. et mei, *spem omnem salutemque nostram*, nisi quod *spem, opem, salutemque* sit in Ber. *spem omnium salutemque* in Lov. 2.

§. 10. *Ex captivorum numero excerptos Saguntino*] Vet. lib. *excretos*. SIG. Omnes Gall. Barberin. melioresque Flor. et Pal. cum Sigoniano *excretos Saguntinos*. Quid veriti sunt admittere? Nostr 9, [46, 14.] *Omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit*. Virgil. 3. Georg. [398.]

Multi etiam excretos prohibent a matribus haedos.

Gratius Cyneget. [vers. 289.] *Famque inde excernere parvos*. Colum. [8, 4.] *Excreta tritici*. et [ibid.] *furfures & farina modica excreti*. Curtius 10, [2.] *Caeterum priusquam excerneret, quos erat retenturus, edixit, ut omnes milites aes alienum profiterentur*. Ita Modius ex MSS. et vellem, non id fastidisset postrema editio. J. FR. GRON. *exceptos* Lov. 3. et Gaertn. *excretos* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Ber. Hav. et Hearnii Oxonn. *excarnere* et *excerpere* etiam commutantur supra 9, 46, 14. Praeterea *captorum* Flor. Lov. 1. 2. 3. 5. Hav. omnesque edd. usque ad Gruter. qui in ultima dedit *captivorum*, forsitan quia Sigon. ita ad caput Scholii adposuit, licet tamen in contextu servarit *captorum*. V. ad 6, 22, 4. Paullo ante voces *in Hispania* desunt in Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum.

§. 11. *Sed ne posteris quidem*] Omnes Gall. Voss. optimusque e Pall. *ut non modo nobis*, (*absit verbo invidia*) *ne posteris quidem nostris timenda esset*, resecto *ne sed*, quod mihi quoque eleganter abesse videtur. Sic in Statio 6. Theb. [154.]

— — — solis abjecit in arvis
Non regem dominumve, alienos impia partus.

Sensus enim est; abjecit in desertis locis, non dico, regem vel dominum, sed vel alienos partus: et hoc satis impium est. Martial. 7. Epigr. 51.

Major me tanto reverentia turbat, et aures
Non auditoris, judicis esse puto.

J. FR. GRON. Voculam *sed* omittunt non tantum omnes no-

Digitized by Google

12 *ſtris eſſet. Deletam urbem cernimus eorum, quorum in gratiam Saguntum deleverat Hannibal. vectigal ex agro eorum capimus, quod nobis non fructu jucundius est, quam ultio-*
13 *ne. Ob haec, quibus majora neque sperare, neque optare ab Diis inmortalibus poteramus, gratias actum nos*

ſtri, et Oxonn. Hearnii, sed etiam principes typis descripti, quam primi inseruerunt Moguntini. Eamdem itaque recte iterum ejecit J. Fr. Gronov. V. ad 1, 25, 3. 2, 49, 11. 36, 19, 10. 39, 8, 3. 41, 22, 7.

§. 12. *Quorum in gratiam Saguntum deleverat Hannibal*] Vavaſſor de vi et usu quorumdam verborum scribit, hoc genere loquendi Ciceronem et ante eum omnem ferme antiquitatem incorruptam abſtinuiſſe. Si Cicero abſtinuit, Livii auctoritas sufficit, ne eo uti refugiamus. Eum tuto sequi potuit Vellej. locis a Vavaſſore adnotatis, ac deinde Suet. in Tib. 49. *Condemnatam et generosissimam feminam Lepidam in gratiam Quiriui consularis.* Et Juſtin. 11, 15, 1. DUK. Supra hoc lib. c. 21, 4. *Professi, se pugnaturos in gratiam ducis.* (* v. ad 39, 26, 12.)

Quod nobis non tam fructu jucundius est, quam ultione] Vide id genus locutionis per comparativum inter *tam* et *quam*. quanquam veteres libri *tam* non habent. GLAR. Omnes Gall. et Voſſ. *quod nobis non tam fructu jucundius est, quam ultione.* Lege *non jam fructu.* J. FR. GRON. *non tam fructu* etiam Flor. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. Hav. et ed. Aldina. *tam* autem et *jam*, quod ejus loco Gronov. subſtituebat, saepe librarios commutaſſe, vidimus ad 21, 11, 12. Verum, et *jam* hic supervacaneum eſſe, Crevier. judicat, ideoque vel particulam inducendam, vel *jucundum* legendum censet. Ceterum *jocundius* Flor. Lov. 4. 5. Gaertn. et Hav. Alteram scripturam praefert Dausq. in Orthogr.

§. 13. *Majora neque sperare, neque optare a Diis inmortalibus poteramus*] *spectare* hic laudat Gebhard. ad Liv. 7, 24, 6. Solent quidem *spectare* et *sperare* a librariis confundi, ut videbimus ad 34, 27, 3. Verum omnes noſtri hic *sperare* conſtanter servant, et *spectare* pro exspectare potius errantium eſt librariorum, quam ipsius Livii. V. ad 30, 23, 7. Differunt autem *optare* et *sperare.* V. Manut. ad Cic. 5. ad fam. ep. 8. Ceterum *nec sperare, nec optare* legunt Flor. Voſſ. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535.

§. 14. *Ita res per hos annos in Hispania atque in Italia gessiſtis*] Quid fuit opus alterum *in* addere? nos expunximus. RHEN. Iidem omnes: *quod ita res hos annos in Hispania atque Italia gessiſtis.* Certe τὸ *per*, quod e vulgata excludunt, gratius est subintellectum, quam adscriptum, hic quidem. 10, 21, 6. *Juſtitium remittitur, quod fuerat dies decem et octo.* Sic MSS. nam vulgo ab Sigonio est *per dies.* J. FR. GRONOV. Praepositionem *per* agnoscunt Lov. 3. Ber. Rec. Gaertn. et Hearnii D. Ceteri mei, et Oxonn. Hearnii eam expelluntur. Supra c. 13, 10. *Tamen nunquam aliquot insequentes dies ab excursionibus cessatum est.* Ita ex optimo cod. Mediceo Cl. Cortius edidit apud Plin. 2, ep. 11. *Acci-*

Digitized by Google

decem legatos Saguntinus senatus populusque ad vos misit: simul gratulatum, quod ita res hos annos in Hispania atque Italia gessistis, ut Hispaniam non Ibero amne tenus, sed qua terrarum ultimas finit oceanus, domitam armis habeatis: Italiae, nisi quatenus vallum 14

pe ergo, quod hos dies actum est. Vulgo ibi etiam *per hos dies.* Virg. 1. Aen. 47. *una cum gente tot annos Bella gero.* ubi, perperam unum et alterum cod. *tot annis* praeferre, Cel. Burm. monuit, quem vide, ut et Servium. Deinde *in Hispania atque in Italia*, quod Rhenano displicuit, tuentur Voss. Lov. 2. 4. 5. Bor. Gaertn. et Hav. Livium autem praepositiones repetere solitum fuisse, vidimus ad 6, 28, 6. Reliquorum tamen auctoritas praepositionem ultimo loco nunc expellit; inter illos autem sunt optimae notae codd. et, ut Cl. Sallierius monuit, etiam Put. Recte itaque Rhenanus eam expunxit; nisi dicamus, per compendium *i* scriptum fuisse, et excidisse ex optimis ob literam initialem vocis sequentis. V. ad Epit. Liv. 85. Praeterea Francof. anno 1578. ediderant *in Italia atque Hispania*, invitis omnibus libris. Recte igitur Gronov. priorem lectionem reduxit.

Qua terrarum ultimas finit oceanus] Hic se exercuit sciolus aliquis. Livius scripsit, quemadmodum attestatur archetypon Spirense, *qua terrarum ultimus finis oceanus*, subauditur *est*. Quid enim clarius Livii sensu, si ita legas: *ut Hispaniam, non Ibero amne tenus, sed qua terrarum ultimus finis oceanus, domitam armis habeatis.* O castigatorem! RHEN. Vet. lib. *ultima finis*, ut Virgil. [2. Aen. 554.] *Haec finis Priami.* SIG. Placet sibi admodum hac correctione Rhenanus, quam excipiens Sigonius praefert *ultima finis*. Contra Pal. 1. et vet. ed. *qua terrarum ultimas finit oceanus*. unde apparet, non esse alicujus scioli, ut homo nimis delicatae auris ac tenerae iracundiae appellat, commentum, sed quorumdam codd. scripturam; Pal. 2. *sed qua terrarum ad ultimus finit oceanus*. tert. *sed qua terrarum ultimus finit oceanus.* GEBH. Verba Rhenani: Hic se exercuit sciolus aliquis. Livius scripsit, quemadmodum attestatur archetypon Spirense, *qua terrarum ultimus finis oceanus*. subauditur *est*. Deinde: O castigatorem. Sigonius producit e suo *ultima finis*. Ut Virgilius, *Haec finis Priami fatorum.* Absit, ut tantos viros tam indigno nomine traducam. Sed profecto hac parte istorum, quos vocat Rhenanus, sciolorum magis, quam bonorum castigatorum, operam ediderunt. Put. omnesque Gallici, optimus Pal. duoque Flor. cum Barberino et Voss. obtinent, quod sustulit Beatus, *qua terrarum ultimas finit oceanus.* Omnes autem omnino *finit*. Pudet pigetque huic rei tot verba impendi. 27, [40, 5.] *Et ipsum intervallum loci, quod in ultimis terrarum locis alterum bellum geretur, spatium dedisse ad respirandum.* J. FR. GRON. *terrarum ultimas finit oceanus* recte Gronov. adversus Rhenan. et Sigon. defendit: ita enim non tantum Hearnii Oxonn. sed et omnes nostri, nisi quod *ultimam* sit in Lov. 1. et *oceanum* in Lov. 5. *ultimas terrarum* pro ultimas ter-

15 *castrorum cingit, nihil reliqueritis Poeno. Jovi optimo maximo, praesidi Capitolinae arcis, non grates tantum ob haec agere jussi sumus, sed donum hoc etiam, si vos permitteretis, coronam auream in Capitolium victo-*
16 *riae ergo ferre. Id uti permittatis, quaesumus. utique, si vobis ita videtur, quae nobis imperatores vestri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua auctoritate vestra*
17 *faciatis.* Senatus legatis Saguntinis respondit, *Et*

ras. Quae loquendi forma etiam Livio placuit 30, 33, 14. *Paucae tamen bestiarum intrepidae in hostem actae.* 10, 2. 7. *Gravissimas navium non pertulit alveus fluminis.* 42, 52, 11. *Auxilia sibi esse Thracas Gallosque, ferocissimas gentium.* Curtius 9. 10, 3. *Imperavit, ut validissimas navium deducerent in oceanum.* Suet. in Tito 8. *Imperavit in asperrimas insularum aveki.* Lucan. 2, 272. *minimas rerum discordia turbat.* ubi non adsentior Cl. Cortio, et in notis ad eum locum, et ad Plinii 1. ep. 3. *minima* ex Mstis emendanti. Certe Inl. Nic. Heins. qui insignem codd. Lucani turbam excussit, ex uno tantum *minima* notavit: in reliquis *minimas* invenit; neque ullam lectionis varietatem ex suis doctiss. Oudend. notavit. Emendatio Cortiana etiam Cel. Burm. displicuit. Colum. 9, 4. *Arborum vero sunt probatissimae rutila atque alba ziziphus.* Ita optimus cod. Sangerm. Vulgo editur *Arbores.* Similiter *necessariae literarum*, de quo v. Cel. Burm. ad Quinct. 1. Instit. 4. p. 40. Eodem modo *expediti militum*, de quo v. ad 30, 9, 1.

§. 15. *Si nos permitteretis*] Vet. lib. *si vos permitteretis.* SIG. Τὸ *nos* in una tantum exstat ed. Bas. anni 1554. operarum lapsu. Vocula illa deest in Lovel. 5. et Harl.

§. 16. *Si vobis ita videtur*] Pat. et omnes Gall. *utique si vobis ita videretur.* quod flagitat Latinitas, non secus ac *si vos permitteretis*, quod praecessit. J. FR. GRON. *ita videretur* etiam Flor. Lov. 1. 4. 5. Harl. Gaerta. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. anni 1535. An igitur construendum, *nobis imperatores vestri commoda tribuerunt, si vobis ita videretur?*

§. 18. *Quaeque alia eis benigne fecerint*] *benigna* Lov. 5. Male. Supra 4, 14, 5. *Obprimi se consensu Patrum dicere, quod plebi benigne fecisset.*

§. 19. *Locus inde lautitiaque legatis praeberi jussa*] *lautia* scribendum fuit, si Plutarchi vera est opinio. SABELL. De *lautiis* non idem sentiunt viri docti. Scaliger, ad Festum h. v. ex Servio Virgil. 8. Aen. 361. scribit, eadem *loca lauta* dicta fuisse. Sed apertum est, a Livio et aliis *loca* a *lautiis* distingui. Multi ex Festo v. *Dacrimas*, et Plut. Quaest. Rom. 42. generatim interpretantur munera, quae a quaestoribus exterarum gentium legatis mittebantur. Verum ex eo nondum intelligitur, cujus generis munera fuerint *lautia.*

Digitized by Google

dirutum et restitutum Saguntum fidei socialis utrimque servatae documentum omnibus gentibus fore. Suos im- 18
peratores recte, et ordine, et ex voluntate senatus fecisse, quod Saguntum restituerint, civesque Saguntinos servitio exemerint: quaeque alia eis benigne fecerint, ea senatum ita voluisse fieri. donum permittere, ut in Capitolio ponerent. Locus inde lautiaque legatis prae- 19
beri jussa, et muneris ergo in singulos dari ne mi-

nam Livius fere ubique dicit, lautiis munera aliquot millium aeris accessisse. Salmas. ad Solin. p. 612. reprehendens recentiores, ut qui perperam junxerint *loca lautia*, vel *lauta*, quasi haec junctim idem sint, quod instructa, *lautia* vult esse, quidquid ad epulas pertinebat. Et Marcell. Donat. Dilucid. ad Liv. 30, 17. non alia fuisse, quam quae ad victum quotidianum pertinerent. Nec multo aliter Dodwell. Append. Praelect. Camden. p. 688. nisi quod non ipsas species, sed pecuniam in sumtus datam putat. Gifan. Observ. in ling. Lat. dicit esse commeatum, cibum, potum, aliamque necessariam supellectilem. Et sic fere interpretes quidam Cic. in 13. epist. ad Att. 2. et Sciopp. 2. Suspect. lect. 22. qui etiam ex glossis adfert *ἐνδομενία*, *supellex*; *ἐνδομενία ξυλίνη*, *supellex lignea*; *ἐνδομενίαι*, *lautia*. Charis. quoque l. 1. p. 21. ed. Putsch. *Lautia*, *supellex*. quae ex MS. auctiora habet Schott. 1. Obs. 24. *haec supellex*, *ἡ ἐνδομενεῖα*, et *lautia*, *ἐνδομενεῖα*. Si ita recte Graece vertitur Latinum *Lautia*, dici posset, ea nihil aliud fuisse, quam necessariam supellectilem et instrumentum domesticum: nam, hanc esse propriam significationem vocis Graecae *ἐνδομενία*, docent eruditissimi interpretes Polluc. ad 10, 12. Sed Latinum *lautia* plura videtur complecti. Nam Livius 42, 6. 45, 14. et 45. legatis et regibus, eorumque filiis *sumtum*, quoad in Italia essent, *praebitum* scribit. et Val. Max. 5, 1, 1. senatum censuisse, ut Prusiae *domus* Romae quam optima conduceretur, et *copiae* non solum ipsi, sed etiam comitibus ejus, publice praeberentur. item senatum curae habuisse, ut Ptolemaeo *muneza quotidie* per quaestorem darentur. Haec loca confirmant sententiam eorum, qui *lautia* non solum supellectilem, ut veteres Grammatici volunt, verum etiam ea, quae ad victum pertinerent, fuisse putant. Graeci in hac re utuntur voce *παροχή*. Polyb. Exc. legat. 25. *Μεγαλομερέσατα δὲ [ἐπεδέχετο ἡ σύγκλητος] καὶ κατὰ τὴν ἀπάντησιν, καὶ τὰς τῶν ξενίων παροχάς, Εὐμένη τὸν βασιλέα.* Ibid. 56. de fratribus Eumenis. *Καὶ γὰρ ξένια καὶ παροχὰς τὰς μεγίσας ἐξέθηκεν αὐτοῖς [ἡ σύγκλητος.]* Et ibid. 125. legati Romani a Dalmatis *μὴ κατάλυμα δοθῆναι σφίσι, μήτε παροχὴν* referunt. Et in interpretatione Graeca SCti A. V. 10CLXXV. Catulo et Lepido consulibus de Graecis quibusdam in amicorum formulam referendis facti apud Gruter. 1011. *Ξένιά τε αὐτοῖς*

Digitized by Google

20 nus dena millia aeris. Legationes deinde ceterae
21 in senatum introductae, auditaeque. Et petentibus Saguntinis, ut, quatenus tuto possent, Italiam spectatum irent, duces dati, literaeque per oppida
22 missae, ut Hispanos comiter acciperent. Tum de republica, de exercitibus scribendis, de provinciis relatum.

κατὰ τὸ διάταγμα, καὶ τόπον, παροχήν τε, τὸν ταμίαν τὸν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι, ἀποστεῖλαί τε. Quod in fragmento Latini est MVNVSQVE. EIS. EX. FORMVLA. LOCVM. LAVTIAQVE. Q. VRB. EIS. LOCARE. MITTERE Q. Graecum παροχὴ autem latius patet, quam Latinum *supellex*, eoque etiam ea, quae ad victum pertinent, comprehendi possunt. *Locum* Graevius ad Cic. 16. epist. fam. 21. interpretatur hospitium, diversorium, ad haec verba Cic. Fil. *Huic ego locum in proximo conduxi.* Livius non uno modo in hac re loquitur. Hic, 33, 24. 44, 16. 45, 20. *locum et lautia* dicit. 30, 17. *aedes, libera loca, et lautia.* 42, 26. *loca, lautia.* 42, 6. *aedes liberas hospitio datas, sumtumque decretum* legato Antiochi, *donec in Italia esset.* Brisson. 2. de Form. p. 252. in his *locum, loca, loca libera, aedes liberas* pro eodem poni putat: nam Valerium Max. 5, 1. et Livium 45, 23. pro his dicere *hospitium.* Sed hoc vix patiuntur verba Livii, e 30, 17. et 35, 23. descripta Et aliter de his sentiunt Marc. Donatus, aliter Dodwellus: quorum sententias nunc examinare, ne longior sim, non lubet. Illud non multos probaturos arbitror, quod Dodwellus verba Festi, *Dacrimas pro lacrimas Livius saepe posuit — item dautia, quae lautia dicimus*, ad Livium historicum trahit, et in eo juniores librarios ubique ex saeculi sui more *lacrimas* et *lautia*, pro *dacrimas* et *dautia*, scripsisse credit. Nam Livius apud Festum est, ut Scaliger, Vossius, et alii, Livius Andronicus poëta, qui duobus saeculis ante historicum floruit. DUK. V. Beroald. in Observ. p. 224. et Marc. Donat. ad 30, 17, 14. De lautiis veterum dissertationem Jo. Guil. Bergerus edidit Witembergae anno 1711.

Et muneris ergo in singulos dari ne minus dena millia aeris] Quatuor verba, *ergo in singulos dari*, expellunt Men. et Voss. tria, *ergo in singulos*, Put. Regiusque: neque his certe opus est ad sensum integrandum. nam *dena* dispertivum est, ut supra annotatum est. J. FR. GRON. De hoc loco agit Perizon. diss. de Aere gravi §. 25. DUK. Quatuor illae voces *ergo in singulos dari* desunt etiam in Lov. 1. 2. 5. Hav. et Hearnii N. tres *ergo in singulos* in Flor. sola vox *ergo* in Lov. 4. cujus loco *gratia* habet Lov. 3. V. ad 37, 47, 4.

§. 20. *Legationes deinde ceterae in senatum introductae, auditaeque*] Omnes Gallicani et Voss. abjurant *in senatum introductae.* Et videntur ex alio loco sumtum interposuisse, quum sensus constet, modo deleas particulam *que*, saepe in optimo libro supervacuam. J. FR. GRON. Eaedem

XL. Quum Africam novam provinciam extra sor- 1
tem P. Scipioni destinari homines fama ferrent, et ipse, nulla jam modica gloria contentus, non ad gerendum modo bellum, sed ad finiendum, diceret se consulem declaratum esse, neque aliter id 2
fieri posse, quam si ipse in Africam exercitum transportaret, et, acturum se id per populum, a-

voces exsulant a Flor. Cant. Harl. Hav. et Lov. 1. 2. 3. 5. Ex quibus duo ultimi etiam ignorant particulam *que*. Potuerunt autem ex initio hujus cap. interposita haec vocabula fuisse. Ceterum *in senatu Romano* legunt Ber. et Gaertn. quod idem, vel *in senatum Romanum*, praeferunt typis excusi Aldo vetustiores.

§. 1. *Quum Africam novam provinciam* etc.] Haec et orationem tam Fabii, quam Scipionis Silius fere ad verbum imitatur [16, 596.]

Nec Latium curis ardet flagrantius ullis, etc.

MODIUS.

§. 2. *Neque aliter id fieri posse*] Restituimus *neque id aliter finiri posse*. RHEN. Pal. pr. et vet. ed. *id fieri*. quibus consentit sec. At tert. *neque id aliter finiri posse*. GEBH. Et hoc est Beati. Omnes autem Gall. duo Pall. Voss. *neque aliter id fieri posse*. 37, 35, 10. *Omnes liberari urbes. id aliter fieri non posse, quam ut cis Taurum montem possessione Asiae Antiochus cedat*. J. FR. GRON. Rhenano favet Hearnii D. Cujus L. 1. et N. cum omnibus meis *id fieri* tuentur. Ceterum neglegentiae vel Froben. vel quis alius reus est, quod, quum Rhenanus emendarit *id aliter finiri*, attamen anno 1535. ediderit quasi ex mente Rhenani *aliter finiri id*. quod omnes servarunt usque ad Gronov.

Si ipse in Africam exercitum transportaret] Restituimus *exercitum transportasset*. RHEN. Pal. 2. *si ipse exercitum in Africam transportaret*. GEBH. *in Africam exercitum transportaret* non tantum mei, et Oxonn. Hearnii, verum ita et Putean. praeferre, ex Sallierio didici. Illam itaque lectionem revocavi. Mox vocula *et*, quae proxime sequitur, non adparet in Put. Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. et Hav. Sed eam elisit praecedentis vocis ultima syllaba. V. ad 35, 41, 7. Deinde *aperte foret* Ber. et edd. principes. *aperte fore* laudat Voss. 5. Gramm. 16. sed simul *aperte ferret* probat. *aperte scirent* Lov. 5. Vulgatum rectum est. Supra 22, 29, 6. *Palam ferente Hannibale, ab se Minucium, se a Fabio victum*. ubi vide.

Idque consilium haudquaquam primoribus Patrum conscriptorum placeret] In exemplari scripto tantum est *primoribus Patrum*. Alteram dictionem aliquis adjecit. RHEN. Pall. 1. ac 2. *id consilium haudquaquam primoribus Patrum complaceret*. Hinc orta prava illa scriptura in Pal. 3. ac prisca ed. *id consilium haudquaquam primoribus Patrum conscriptorum placeret*. GEBH. Put. Reg. et Voss. *id consilium haudquaquam*

Digitized by Google

perte ferret, si senatus adversaretur, id consilium haudquaquem primoribus Patrum cum placeret, ceterique per metum aut aut ambitionem mussarent;
3 Q. Fabius maximus rogatus sententiam, *Scio*, inquit, *multis vestrum videri, Patres conscripti, rem actam hodierno die agi, et frustra habiturum orationem, qui, tamquam de integra re, de Africa provincia sententiam*
4 *dixerit. Ego autem primum illud ignoro, quemadmodum jam certa provincia Africa consulis viri fortis ac strenui sit, quam nec senatus censuit in hunc annum*
5 *provinciam esse, nec populus jussit. deinde, si est, con-*

primoribus Patrum cum placeret. Nec dissentiunt ceteri Galliici, optimusque Pall. nisi quod oggerunt *complaceret.* Illam lectionem judico esse sinceram. Etsi enim pendeat oratio ab illo, *Quum Africam novam provinciam:* tamen id tanto ante praecessit, ut non inelegante illud *quum* repetatur. Et confirmant, quae superius de particulae *ut* iteratione diximus. J. FR. GRON. *idque consilium* unus Ber. Reliqui omnes ignorant particulam *que.* Deinde *primoribus Patrum complaceret* Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. Ex qua scriptura ortam esse illam, quae in priscis edd. ante Rhenanum exstitit, *Patrum conscriptorum placeret*, recte Gebhard. observat. Certe *Patrum con. placeret* legit Ber. at *primoribus Patrum cum placeret* Flor. Lov. 4. 5. et Hearnii N. ac D. *cum haudquaquam primoribus Patrum placeret* Hav. Mox *ceteri per metum*, omisso iterum τὸ *que*, Flor. *cuncti per metum* Lov. 4.

§. 3. *Q. Fabius Maximus, rogatus sententiam, Scio, inquit*] *Q. Fabius rogatus inquit: Scio* Lov. 2. Vox *inquit* neglegitur in Flor. Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. et Hav.

Tamquam de integra re, de Africa provincia] Mihi placet, quod reperi in Pal. 3. *qui tamquam de integra Africa provincia sententiam dixerit.* GEBH. Praepositionem *de* posteriori loco expungit Lov. 1. Mox §. seq. *certa jam provincia*, trajectis vocibus. Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Froben. anni 1535.

§. 5. *Non senatorem modo*] Dictionem *modo* quispiam hic infulsit, putans ita verba *non senatorem* referri ad id, quod mox praecedit, *senatum indibrio habet*, quum respiciant verbum superius *peccare. Consulem peccare arbitror, non senatorem, qui, de quo consulitur, suo loco dicit sententiam.* RHEN. Scripti et editiones antiquae, *non senatorem modo.* J. FR. GRON. Illud *modo* exsulat etiam a Ber. Gaertn. et Lov. 5. quorum ultimus insuper legit *nam senator est, qui* etc. Contra *modo* superest in omnibus reliquis, ut et Hearnii Oxonn. Praeterea *nam senator est modo, qui* etc. Lov. 4. Illud *modo*

Digitized by Google

sulem peccare arbitror, qui, de re transacta simulando se referre, senatum ludibrio habet, non senatorem modo, qui, de quo consulitur, suo loco dicit sententiam. Atque ego certum habeo, dissentienti mihi ab ista festi- 6
natione in Africam trajiciendi, duarum rerum subeundam opinionem esse; unius, insitae ingenio meo cunctationis; quam metum pigritiamque homines adolescentes 7
sane adpellent, dum ne poeniteat, adhuc aliorum speciosiora primo adspectu consilia semper visa, mea usu meliora. alterius, obtrectationis atque invidiae adversus 8
crescentem in dies gloriam fortissimi consulis. A qua 9

editionum prima Aldina recepit.

§. 6. *Duarum rerum subeundam opinionem esse*] Livius scripsit *opinationem*. Pro hoc elegantissimo verbo doctulus aliquis supposuit *opinionem*. Sic adulterantur optimorum auctorum scripta. RHEN. Vet. lib. *opinionem*. SIG. Rhenano de doctulo, ut loquitur, *opinionem* pro *opinatione* supponente, fidem abrogant libri nostri. J. FR. GRON. *opinionem* tuentur etiam omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Nec memini, Livium voce *opinatio* alibi uti.

Insitae ingenio meo cunctationis] Unde Ennius:

Unus homo nobis cunctando restituit rem.

Unde ipse *Cunctatoris* cognomen tulit. SIGON.

§. 7. *Pigritiamque homines adolescentes sane adpellent*] *homines appellant*, duabus vocibus omissis, Voss. et Lov. 5. *homines appellent* Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii N. Nihil muto. Supra 2, 18, 10. *Veniam erroris hominibus adolescentibus darent.*

Dum me non poeniteat, adhuc aliorum] Particulam negandi omittunt Put. Reg. Men. Voss. Nempe tres significant, quod habet plane Regius, *dum ne poeniteat, adhuc aliorum*. Sic omisso pronomine personam denotante 23, 12, 7. *Quid est, Hanno? etiam nunc poenitet belli suscepti adversus Romanos?* Ubi male et contra optimos libros Sigonius, *etiam nunc te poenitet*. J. FR. GRON. *dum me poeniteat* Flor. Lov. 1. et Hearnii L 1. ac N. In contextu quidem Voss. eadem erat lectio, at inter versus *dum ne poeniteat*. Supra c. 29, 7. *Quod ad vos universos adtinet, si erroris poenitet, satis superque poenarum habeo*. De eleganti usu τῶν *dum ne* v. Stewich. de Partic. ling. Lat. Ubi plura ex Catone, Terent. Plaut. Cic. Ovid. et aliis exempla laudat. V. etiam supra 3, 21, 6.

§. 9. *Dictatura cum quinque consulatibus, tantumque gloriae belli domique partae vindicat*] Alteram dictaturam forte omittit, quod ea se abdicarat vitio creatus. SIG. *tantumque gloriae belli domique partum* Ber. et edd. Aldi

suspicione si me neque vita acta et mores mei, neque dictatura cum quinque consulatibus, tantumque gloriae belli domique partae vindicat, ut propius fastidium ejus sim, quam desiderium; aetas saltem liberet. quae enim mihi aemulatio cum eo esse potest, qui ne filio qui-
10 *dem meo aequalis sit? Me dictatorem, quum vigerem adhuc viribus, et in cursu maximarum rerum essem, recusantem nemo aut in senatu, aut ad populum audivit, quo minus insectanti me magistro equitum, quod fando numquam ante auditum erat, imperium mecum*
11 *aequaretur. Rebus, quam verbis, adsequi malui, ut, qui aliorum judicio mihi comparatus erat, sua mox confes-*

na priores. Id voluit etiam librarius Lov. 1. qui aberrans dedit *domique parvum*. ut et Gaertn. qui *domique parum*. Praeterea *vindicant* Lov. 4. Mox *propius fastidio ejus sim, quam desiderio* Lov. 2. Hav. et pro varia lectione Voss. *propius fastidio ei sim, quam desiderio* Hafn. *propius fastidium sit ejus, quam desiderium* Lov. 5.

Aetas saltem liberet] Scripsimus *liberat*. RHEN. Omnes *aetas saltem liberet*. quod displicebat Rhenano, non nobis. J. FR. GRON. Unus Ber. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *liberat*. Alii omnes alteram scripturam tuentur.

§. 10. *Nemo aut in senatu, aut apud populum audivit*] Scripsimus *aut ad populum audivit*. RHEN. *ad populum* eo sensu frequens est. V. ad 38, 55, 2. Nihilominus tamen *apud populum* servant Flor. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. Praeterea *nemo aut audivit in senatu, aut ad*, vel *apud populum* Voss. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. usque ad Moguntinos, qui, Lov. 1. 3. 5. consentientibus, ediderunt *nemo audivit aut in senatu, aut ad*, vel *apud populum*. neque aliter Lov. 2. nisi quod *aut* priori loco omittat. Vulgatum demum apud Aldum obcurrit.

Insectanti me magistro equitum] Pall. tres *inspectante*. GEBH. *insectante* Lov. 2. Ber. et Gaertn. cum edd. antt. *insectante me magno equitatu* Gaertn. *inspectante me, magistro equitum* Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. et Harl.

§. 12. *Certamina mihi atque aemulationes*] Ita primus edidit Frob. anno 1535. Priores *aemulationem*; quod est etiam in Lov. 2. 5. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *aemulatione* in Flor. et Harl. *aemulationum* Voss. et Lov. 1. Praeterea *adulescente* Flor.

§. 1. *Quum in me ipso numquam pluris famam hominum, quam rempublicam, fecerim*] Fabius hic exprimit, quod de eo praedicat Ennius apud Cic. de Senect. 4.

Digitized by Google

confessione me sibi praeferret: nedum ego, perfunctus 12
honoribus, certamina mihi atque aemulationes cum ad-
olescente florentissimo proponam. videlicet ut mihi jam 13
vivendo, non solum rebus gerendis fesso, si huic negata
fuerit, Africa provincia decernatur. cum ea gloria, quae
parta est, vivendum atque moriendum est. Vincere 14
ego prohibui Hannibalem, ut a vobis, quorum vigent
nunc vires, etiam vinci posset.

XLI. *Illud te mihi ignoscere, P. Corneli, aequum* 1
erit, si, quum in me ipso numquam pluris famam ho-
minum, quam rempublicam, fecerim, ne tuam quidem
gloriam bono publico praeponam. quamquam, si aut 2
bellum nullum in Italia, aut is hostis esset, ex quo

Non ponebat enim rumores ante salutem.

Hieron. Columna autem ad Fragment. l. 12. Ann. Ennii eodem respexisse putat Liv. infra 44, 22, 10. *Neque enim omnes tam firmi et constantes animi contra adversum rumorem esse possunt, quam Fabius fuit, qui suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quam secunda fama male rem gerere.*

Ne tuam quidem gloriam bono publico praeponam] Pall. 1. et 2. *ne vanam quidem gloriam.* GEBH. Tres voces posteriores absunt a Put. Reg. Voss. Vide, an sine illis pati possis: *Illud te mihi ignoscere, P. Corneli, aequum erit, si, cum in me ipso nunquam pluris famam hominum, quam rempublicam fecerim, ne tuam quidem gloriam.* Ut per ἀποσιωπησιν intelligat *pluris quam rempublicam faciam.* Vel lege *ne tua quidem in gloria.* Scilicet, *pluris faciam hominum famam, quam rempublicam.* Incredibile est, quantum ejusmodi, ut videbatur, lacunarum suppleverit in Livio antiquorum circiter annos praepostera doctorum sedulitas, quum rediret e situ primum in manus hominum. Ostendimus in nonnullis, quid modestior emendandi ratio valeat; ut in omnibus praestemus idem, posci a nobis non debet. J. FR. GRON. Ultima tria verba absunt etiam a Flor. Lov. 1. 5. Hav. Hearnii L. 1. N. et codd. Crevierii. De reliquis meis nihil adfirmare possum, nisi verba illa legi in Ber. et Gaertn. Sed ex ceteris nihil notatur. Ceterum *vanam gloriam* Voss. Lov. 1. 2. Harl. in contextu, et Hav. *nam gloriam* Flor.

§. 2. *Gloriae tuae ire ereptum*] Pal. 2. *etsi id non bono publico faceres, simul cum bello materiam gloriae tuae isse* (pr. *iisse*) *ereptum videri possit.* GEBH. Omnes Gall. et Voss. *materiam gloriae tuae isse ereptum videri posset*: ut non multis ante versibus quoque restituimus. J. FR. GRON. *ire* Ber.

Digitized by Google

vitio nobis gloriae quaereretur, qui te in Italia retineret, etsi id bono publico faceret, simul cum bello ma-
3 *teriam gloriae tuae isse ereptum videri posset. Quum vero Hannibal hostis incolumi exercitu quartumdecimum annum Italiam obsideat, poenitebit te, P. Corneli, gloriae tuae, si hostem eum, qui tot funerum, tot cladium nobis caussa fuit, tu consul Italia expuleris, et, sicut penes C. Lutatium prioris Punici perpetrati belli titulus*
4 *fuit, ita penes te hujus fuerit? Nisi aut Hamilcar Hannibali dux est praeferendus, aut illud bellum huic, aut victoria illa major clariorque, quam haec, (modo*
5 *contingat, ut te consule vincamus) futura est. Ab Drepanis atque Eryce detraxisse Hamilcarem, quam*

et Gaertn. *iisse* Lov. 5. Alii, quos consului, cum edd. Rom. anni 1472. et Parm. *isse*; quod Hearnius etiam invenit in L. 1. et confirmari putat lectione N. qui praefert *ipse*. V. ad c. 38, 3.

§. 3. *Decimumquartum annum Italiam obsideat*] Vet. lib. *possideat*. praeclare. sequitur enim: *tu consul expuleris*. SIG. Omnes non numeris, sed vocabulis integris, *quartum decimum*, omnes *obsideat*. At Sigonius profert ex suo *possideat*. Et accinit sibi, Praeclare. Quod mihi longe secus videtur. Cic. in Rullum [2, 28.] *Ut vero totam Italiam praesidiis suis obsidere et oppugnare cogitet*. J. FR. GRON. *quartumdecimum annum* omnes Msti nostri, omnesque edd. usque ad Paris. anni 1573. quae notis exhibet *XIIII*. Ultima demum Gruteri substituit *decimumquartum*. Deinde *possideat* Lov. 2. et ed. Mediol. anni 1505. Ceteri omnes *obsideat*, sive, ut est in Flor. *opsideat*; unde literis trajectis *posideat*, et mox *possideat* formari potuit. Recte Gronov. priscam lectionem vindicavit. *obsidere* saepe est insidere, tenere, possidere. V. ad 3, 50, 15.

Tu consul Italia expuleris] Pal. 1. *tu consul Italiae exposueris*. GEBH. Ita et Voss. *Italiae expuleris* Harl. *Italia exposueris* Lov. 1. 2. *Italia expleris* Lov. 4. Paullo ante *nisi hostem eum*, pro *si*, Lov. 3. 4. Ber. Rec. et multae edd. vett.

§. 5. *Ab Drepanis atque Eryce detraxisse Hamilcarem*] Plinius, Ptolemaeus et Polybius *Drepanum* singulari, non multitudinis numero posuere. SABELL. Pall. 2. 3. *ab Drepanis aut Erice*. Pal. 1. hic prodigiose corruptus est. GEBH. MSS. *ab Drepanis*. J. FR. GRON. *ab Drepano* Lov. 5. quomodo etiam Mogunt. et post eum ceteri usque ad Gronov. ediderunt. Reliqui mei cum Hearnii Oxonn. *Ab Drepanis*, nisi quod in nonnullis eorum sit *A*

Digitized by Google

Italia expulisse Poenos atque Hannibalem, malis? Ne 6
tu quidem, etsi magis partam, quam speratam, gloriam amplecteris, Hispania potius, quam Italia, bello liberata gloriatus fueris. Nondum is est Hannibal, 7
quem non magis timuisse videatur, quam contemsisse, qui aliud bellum maluerit. Quin igitur ad hoc adcin- 8
geris, nec per istos circuitus, ut, quum in Africam trajeceris, secuturum te illuc Hannibalem speres potius, quam recto hinc itinere, ubi Hannibal est, eo bellum intendis? Egregiam istam palmam belli Punici patrati petis? Hoc et natura prius est, tua quum defenderis, 9
aliena ire obpugnatum. Pax ante in Italia, quam bellum in Africa sit: et nobis prius decedat timor, quam

Drepanis. Aeque autem *Drepana* numero plurium, ac *Drepanum*, dici, testis est Cluver. 2. Sicil. ant. 1. p. 235. Praeterea *aut Eryce*, vel *Eryci* Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. et Hav.

§. 6. *Etsi magis partam, quam speratam, gloriam amplecteris*] *paratam quam* Flor. Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. Hic *partam* magis placet, quae recte obponitur *speratae*. Solent autem illae voces commutari in scriptis. V. ad 5, 6, 1. Deinde *amplectaris* Voss. Lov. 1. 2. 3. Ber. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1480. Tarv. utraque, ac Ven. anni 1495. In alteram lectionem conspirant codd. integriores. Et sane, τὸ *etsi* et jam cum subjunctivo construi, vidimus ad 5, 42, 7.

§. 8. *Ubi Hannibal est, eo bellum intendis*] Sensus est et ordo verborum, Quin igitur adcingeris ad hoc, et intendis eo bellum, ubi est Hannibal, non potius per istos circuitus, quam recto hinc itinere. Cl. Crevier. ex cod. Reg. legit atque edidit *intendas*: verum ita mutanda videtur distinctio post *intendas* hoc modo: *intendas, egregiam istam palmam*. Et ita ordo erit, Quin adcingeris et petis istam palmam, non per istos circuitus, ut speres potius Hannibalem secuturum te, quam (scil. ut) intendas eo bellum etc. Si quae est in hoc loco difficultas vel obscuritas, ea inde nata videtur, quod viri docti non adverterint, *nec* dissolvendum esse in *et non*. De eo v. ad 32, 10, 6. Omnes mei in vulgatum conspirant; hinc Crevierii lectionem recipere ausus non sum, licet ea verior videatur.

Egregiam istam palmam belli Punici peracti petis] Scripsimus *patrati*. Nam sic in vetusto cod. legitur. Et habuimus paullo ante: *Penes C. Luctatium prioris Punici perpetrati belli titulus fuit*. RHEN. *peracti* servant Lov. 2. 3. 4. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. quae lectio ex glossa ejus, quod Rhe-

Digitized by Google

10 *ultro alius inferatur. Si utrumque tuo ductu auspicioque fieri potest, Hannibale hic victo, illic Karthaginem expugna. si altera utra victoria novis consulibus relinquenda est; prior quum major clariorque, tum caussa*
11 *etiam insequentis fuerit. Nam nunc quidem praeterquam quod et in Italia et in Africa duos diversos exer-*

nanus recte restituit, nata est. Similem varietatem in Mstis Flori notavit Cl. Dukerus ad Flori 2, 15, 1. *parari* Hafn. et Hav. *parati* Flor. Voss. et Lov. 1. Sed ita etiam errare soliti sunt scribae. V. ad 2, 26, 4. 26, 41, 6. 35, 35, 15. et aliis locis. De locutione *patrare bellum* v. ad 42, 30, 11.

§. 9. *Et natura prius est, tua quum defenderis*] Omnes Pall. et Gall. cum vett. edd. *petis? Hoc et natura prius est.* J. FR. GRON. Voculam a Gronov. additam agnoscunt omnes mei, Hearnii Oxonn. et edd. ante Sigon. qui, nescio quo casu, eam primus omisit.

§. 10. *Si alterutra victoria nobis consulibus relinquenda est*] Reposuimus *novis consulibus*. Siquidem scriba videtur *b* pro *v* posuisse, quod identidem facit. Intellige *novos consules* consules alterius anni, sive insequentium annorum. RHEN. Omnes libri *nobis* habent, ut sit sensus secundum quosdam: si nobis relinquenda est victoria alterutra consulibus, prior major clariorque etc. At ego hunc sensum non percipio: quare *vobis* malim. neque enim Fabius hic erat consul. Beatus legit *novis*, hoc est alterius anni, sive insequentium annorum. GLAR. Cantabrig. *si altera utra vict.* Idem observavit ex Put. Salmasius, ex Voss. pater. Fieri non potest, ut ejus lectionis auctor alius Livio sit. Varro 8. de LL. *Sed consuetudo alterum utrum quum satis haberet.* Ita enim vetus editio, ubi nunc vulgo *alterutrum*. Cic. ad Att. 10, 1. *Solonis, qui capite sanxit, si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset.* Tale est, quod 27, 24, 6. constante concordia Put. Men. Gud. Voss. Cantabr. exhibent, *Tamquam imminente Etrusco tumultu legionem unam alteram ex urbanis Arretium ducere jussus.* quum vulgus τὸ *unam* omittat. JAC. GRON. Si et alii Latini scriptores ita loquuntur, probari potest illo loco *unam alteram*. Sed hoc vix credo, et suspicor, ibi *unam* ab aliquo adscriptum fuisse, qui significare voluerit, *alteram* pro una ex duabus poni: nam duae erant legiones urbanae, c. 23. ibid. Nec consensus optimorum MSS. me movet, ut credam, recte dici, quae Latine loquentium auctoritate non confirmari possunt. Nam et in his interdum quaedam vitiose scribi, quae in deterioris notae codd. non corrupta sunt, non uno loco ostendit J. Fr. Gronovius. DUK. *si aberis victoria* Gaertn. *si altera victoria* Lov. 4. *si altera ultra victoria*, quam proxime lectionem Jac. Gronovii, Flor. et Lov. 1. ac 2. quod etiam ex Voss. in excerptis meis laudatur, et in tribus suis invenit Crevierius. Adsentior tamen viro Clariss. *altera utra* legenti. Similiter optimi codd. praeferebant supra 8, 5, 6. *Quoniam ab altera utra parte concedi*

citus alere aerarium non potest; praeterquam quod, unde classes tueamur, unde commeatibus praebendis sufficiamus, nihil reliqui est; quid? periculi tandem, quantum adeatur, quem fallit? P. Licinius in Italia, P. Scipio bellum in Africa geret. Quid? si (quod omnes Dii omen avertant, et dicere etiam reformidat ani- 12 13

necesse est. Cic. 8. ad fam. 8. *Alteram utram ad conditionem descendere vult Caesar.* Priscian. 6. Gramm. p. 693. *Inveniuntur tamen et altera utra et alterum utrum protulisse veteres, et ex utraque parte ea declinasse.* V. (*Vir. doct. ad Cic. 10. ad Att. 1.) Graev. ad Cic. 6. ad fam. ep. 1. Praeterea *nobis consulibus* Lov. 5. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1. *vobis consulibus* Lov. 4. *nobis consulibus* Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. Sed recte Rhen. *novis consulibus. nobis* et *novis* saepe in Mstis commutantur. V. Casaub. ad Suet. Caes. 46. Lipsium 5. Epist. Quaest. 25. Cel. Burm. ad Quinctil. 10. Inst. Or. 1. pag. 889. et quae notantur ad Liv. 5, 53, 6. et 21, 60, 3. De commutatione literarum *b* et *v* v. ad 5, 24, 5. Mox *caussa etiam sequentis*, pro *insequentis*, Lov. 2. Sed v. ad 5, 27, 6.

§. 12. *Periculi tandem quantum adeatur, quem fallit*] Archetypon nostrum habet *quid periculi tandem.* RHEN. V. C. habet *quid periculi tandem, quantumne adeatur* etc. ut fortasse legendum sit *quantumve adeatur.* URSIN. Cantabr. Voss. Gud. auctiores *nihil reliqui est; quid? periculi tandem.* Quae est elegans et apposita transitionibus particula, ac pronunciando magis intelligitur. 24, 26, 5. *Quid? quod si Andranodoro consilia processissent.* Et saepe. Immo, quod reducimus ex MSS. habet prima editio. JAC. GRON. Puto vere Jac. Gronov. ex MSS. probasse *quid? periculi tandem* etc. quod et alii in codd. suis invenerant, sed minus intellexisse videntur. Pariter est in Flor. Lov. 4. 5. Ber. Harl. Gaertn. Rec. Hav. Hearnii L. 1. omnibusque ante Mogunt. editionibus. Supra 5, 5, 8. *Quid? periculi num oblivisci nos haec concilia patiuntur?* c. 53, 7. *Quid? si non Galli hoc, sed veteres hostes vestri, faciant?* 6, 40, 12. *Quid? si tu non tuleris, nemo erit, qui ferat illud?* ubi quaedam vide. Hoc libro c. 28, 11. *Quid? si ego morerer, mecum exspiratura respublica erat?* 34, 5, 9. *Quid? regibus exactis, nonne id agmen matronae averterunt?* 40, 9, 14. *Quid enim? negat se cum multitudine venisse ad januam meam?* Et ita, mutata interpunctione, emendat Nobiliss. Bouhier. in Cic. 2. de Nat. Deor. 2. *Quid enim? est hoc illo evidentius?* Ne quid tamen dissimulem, illud *quid* non extare in Put. optimo, monuit me Cl. Sallierius. Paullo ante *commeatibus sufficiamus praebendis*, alio ordine verborum, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. anni 1535.

§. 13. *Et victor Hannibal ire ad urbem pergat*] In scripto volumine tantum est, *victor Annibal.* Ut sit, *Quid? si victor Annibal.* RHEN. Non faciunt secundas Rhenano Gallici nostri co-

Digitized by Google

mus, sed, quae acciderunt, accidere possunt) et victor Hannibal ire ad urbem pergat; tum demum te consulem ex Africa, sicut Q. Fulvium a Capua, arcessemus?
14 *Quid? quod in Africa quoque Mars communis belli erit? Domus tibi tua, pater patruusque, intra trigin-*
15 *ta dies cum exercitibus caesi, documento sint; ubi per aliquot annos, maximis rebus terra marique gerendis, amplissimum nomen apud exteras gentes populi Romani*
16 *vestraeque familiae fecerant. Dies me deficiat, si reges imperatoresque, temere in hostium terras transgressos*

pulativam tollenti. J. FR. GRON. *Tò et* tollunt Lov. 3. 5. et Hearnii L. 1. Reliqui et mei, et Oxonn. ipsius eam servant. Quam, nisi forte recidenda sit, per etiam exponit Cl. Crevierius. Deinde *pergit* Gaertn. *perget* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Harl. *pergeret* Flor. et Lov. 5.

§. 14. *Quid? quod in Africa quoque Mars communis pars belli erit*] Secutus MSS. codd. Pall. exterminavi *tò pars*. Amplius tert. *Quid? quod in Africa quoque res communis sit belli.* Infra 30, 30, 20. et 37, 45, 13. GEBH. Auctoribus et Gall. et Pall. omnibus, et Voss. demessuimus importunam illam *partem*, quam neque vetustiores habent editiones. Potuisset ipse sermo Livio frequens hoc docere editores. 5, [12, 1.] *Sergio Martem communem belli fortunamque accusante.* 7, [8, 1.] *Quidquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert.* 10, [28, 1.] *Quamquam communis adhuc Mars belli erat.* 30, [30, 20.] *Vim fortunae Martemque belli communem propone animo.* 37, [45, 13.] *Quum communis Mars et incertus belli eventus esset.* 42, [49, 4.] *Qui belli casus, quam incertus fortunae eventus, communisque Mars belli sit.* Cicero ad Torquatum [6. ad fam. 4.] *Quum omnis belli Mars communis, et quum semper incerti exitus proeliorum sint.* J. FR. GRON. Vocem *pars* ignorant non tantum omnes mei, et Oxonn. Hearnii, verum etiam omnes typis descripti usque ad ed. Francof. anni 1578. quae prima recepit. De locutione *Mars communis belli* v. supra ad 7, 8, 1. Mox *intra XXV dies* Hearnii L. 1. Sed, Cn. Scipionem *undetricesimo die post fratris mortem* interfectum esse, Livius supra dixit 25, 36, 14. recte igitur hic *intra triginta dies.* Notas numerales *V* et *X* passim in Mstis confundi, videbimus ad 39, 29, 7. Praeterea §. seq. *fecerint* Flor. Harl. et Lov. 1. *fecerunt* Lov. 2. 5. et Hav. Etiam *populo Romano*, pro *populi Romani*, quaedam edd. ante Aldum.

§. 16. *Dies me deficiet*] Scripsimus *deficiat* modo potentiali, hoc est deficere posset. BHEN. *deficiet* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Mox *in hostium terra transgressos*, pro *terras*, Voss. Lov. 3. 4. *in hostium terram transgressos* Flor. Lov. 2. Harl. et Hav. Deinde *enumerari velim* Flor. Voss. Lov.

cum maximis cladibus suis exercituumque suorum, numerare velim. Athenienses, prudentissima civitas, bel- 17
lo domi relicto, auctore aeque inpigro ac nobili juvene, magna classe in Siciliam transmissa, una navali pugna florentem rempublicam suam in perpetuum adflixerunt.

XLII. *Externa et nimis antiqua repeto. Africa* 1
eadem ista et M. Atilius, insigne utriusque fortunae exemplum, nobis documento sint. Nae tibi, P. Cor- 2
neli, quum ex alto Africam conspexeris, ludus et jocus fuisse Hispaniae tuae videbuntur. Quid enim simi- 3

quinque, Ber. Hav. Hearnii Oxonn. et edd. omnes usque ad Gronov. qui primus dedit *numerare;* quod pro operarum errore habuissem, nisi Put. ita praeferre ex Cl. Sallierio intellexissem.

§. 17. *Bello domi relicto, auctore aeque inpigro atque nobili juvene*] Scripsimus *ac nobili.* RHEN. Videtur loqui de ea clade, quam Athenienses apud Syracusas passi sunt, prosequente eam Thucydide l. 7, [39. et seqq.] quamquam ibi duorum ducum est mentio, quemadmodum etiam hic author l. 25, [24, 12.] ubi Marcellus flevit super Syracusas, duorum meminit. Nisi quis in Alcibiadem hoc dictum putet, qui suasor erat hujus profectionis, ut l. 6, [15.] idem docet Thucydides. GLAR. Alcibiadem intelligit. SIG. *atque nobili* Ber. et Gaertn. Reliqui faciunt cum Rhenano. Paullo ante *Atheniensis prudentissima civitas* Voss. Lov. 2. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Ascens. anni 1513. Librariis displicuisse videtur loquendi genus *Athenienses civitas.* At ita etiam supra 6, 21, 2. *Lanuvini, quae fidelissima urbs fuerat, subito exorti.* V. ad 38, 29, 9.

Magna classe in Siciliam transmissa] *tramissa* Put. ut testatur Jac. Gronov. ad h. lib. c. 5, 18. Mox Froben. anno 1535. edidit *una pugna navali*, quum in praecedentibus fuisset *una navali pugna*, quod idem Gronovius revocavit, consentientibus meis, et Hearnii L. 1. *To suam* deest in Ber. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 3. *Pacato mari praeter oram Italiae Galliaeque vectus Emporias*] Placet *praeter oram:* nihilominus Put. Pet. Men. Voss. *per oram*, Deinde optimus: *vectus in urbem sociorum classem Emporiis adpulisti.* 21, [60, 2.] *Pyrenaeosque montes circumvectus Emporiis oppulisset classem.* Firmant tamen vulgatum, quae 5, [38, 5.] *Ut multo major pars Vejos in hostium urbem fugerent.* Tac. 4. Ann. [67.] *Capreas se in insulam abdidit.* J. FR. GRON. *per oram Italiae* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Vulgatum omnino servandum. Infra hoc cap. §. 13. *Magonem jam praeter oram Ligurum Alpinorum vectari constat.* 34, 14, 1. *Praeter castra hostium circumducit.* c. 26, 9. *Praeter Tegeam tertio die ad Caryas posuit castra.* c. 28, 7. *Praeter urbem sub*

le? pacato mari praeter oram Italiae Galliaeque vectus Emporias, in urbem sociorum, classem adpulisti: expositos milites, per tutissima omnia, ad socios et ami-
4 *cos populi Romani Tarraconem duxisti: ab Tarracone deinde iter per praesidia Romana: circa Iberum exercitus patris patruique tui, post amissos imperatores fero-*
5 *ciores et calamitate ipsa: dux tumultuarius quidem ille L. Marcius, et militari suffragio ad tempus lectus, ceterum, si nobilitas ac justi honores adornarent, claris imperatoribus qualibet arte belli par: obpugnata per summum otium Karthago, nullo trium Punicorum ex-*
6 *ercituum socios defendente. Cetera, neque ea elevo, nul-*

ipsas Menalai montis radices ducere copias instructas pergit. 35, 27, 14. *Quum praeter Lacedaemonem raptim duxisset.* 38, 3, 11. *Amnem praeter ipsa moenia fluere.* c. 15, 2. *Praeter Caralitin paludem agmen ductum.* Et eodem cap. §. 8. *Progredienti praeter paludes legati ab Lysinoë venerunt.* c. 41, 4. *Aeniorum fines praeter Apollinis templum superant.* c. 59, 3. *Praeter omnium oculos tantum auri argentique in triumpho latum.* 42, 48, 7. *Praeter oram Italiae supervectus Calabriae extremum promontorium.* 44, 2, 6. *Aliis placebat via praeter Ascuridem paludem.* c. 6, 5. *Duos saltus, per quos inde evadere possent, habebant Romani; unum per Tempe in Thessaliam; alterum in Macedoniam praeter Dium.* Error inde natus videtur, quod, quum *pter* scriptum breviter fuisset, alii inde *per* facili lapsu fecerint. Exempla alia v. ad 3, 29, 7. 10, 29, 11. 21, 24, 5. c. 26, 3. 35, 4, 1. 36, 11, 7. et viros doctos ad Frontini 1, 1, 7. In verbis sequentibus nihil mutant mei, nisi quod *Emporiis* vel *Emporis* sit in Flor. Lovel. quinque, Harl. Ber. Hav. et edd. usque ad Moguntinos. *Emporii* in Gaertn.

Per tutissima omnia, ad socios et amicos populi Romani] Pall. duo, et ant. ed. eliminant *τὸ omnia*. GEBH. *Τὸ omnia* non est in Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. quod nec in Put. et Victor. invenit Crevierius. Deinde *amicos populo Romano* pleraeque edd. ante Aldum. V. ad 39, 47, 10. Pro altera tamen lectione stant scripti. Paullo ante *et expositos* Lov. 4. Gaertn. et edd. antt. Aldus deinde *τὸ et* expunxit, quod nec reliqui scripti agnoscunt.

§. 4. *Ferociores calamitate ipsa facti, et dux*] Pall. 1. 2. *ferociores et calamitate ipsa facti.* GEBH. Pal. omnesque Gall. et Voss. resecant *facti*. Horat. [1. od. 37, 29.] *Deliberata morte ferocior.* Deinde iidem cum duobus Pall. *ferociores et calamitate ipsa: dux tumultuarius quidem ille.* Cur spernamus? An potius *ab calamitate?* J. FR. GRON. Lectionem, quae vulgo exstitit, vidi demum in Frob. anni 1535. priores legunt

lo tamen modo Africo bello comparanda; ubi non portus ullus classi nostrae apertus, non ager pacatus, non civitas socia, non rex amicus, non consistendi usquam locus, non procedendi. Quacumque circumspexeris, 7
hostilia omnia atque infesta. An Syphaci Numidisque credis? satis sit semel creditum. Non semper temeritas est felix: et fraus fidem in parvis sibi praestruit, ut, quum operae pretium sit, cum mercede magna fallat. Non ho- 8
stes patrem patruumque tuum armis prius, quam Celtiberi socii fraude, circumvenerunt: nec tibi ipsi a Magone et Hasdrubale, hostium ducibus, quantum ab Indibili et Mandonio in fidem acceptis, periculi fuit. Nu- 9

ferociores calmaitate ipsa facti, dux; quod servant Ber. Gaertn. et Lov. 3. *ferociores et calamitate ipsa facti, dux* Lov. 5. *ferociores et calamitate ipsa, dux* reliqui mei cum Hearnii N. neque aliter ejusdem L. 1. nisi quod *fortiores*, pro *ferociores*, praeferat. Sed saepissime hae voces in scriptis commutantur. V. ad 1, 12, 9. 3, 39, 7. 5, 36, 5. 7, 40, 2. 10, 28, 7. 24, 14, 9. 27, 16, 3. 28, 22, 3. 38, 17, 16. et c. 33, 6.

§. 5. *Militari suffragio ad tempus electus*] Vet. lib. *ad tempus lectus*. ut alibi, *lectus a plebe consul*. SIG. *lectus* libri omnes. GEBHARD. Cum Sigoniano omnes *et militari suffragio ad tempus lectus*, non *electus*. J. FR. GRON. *lectus* etiam Msti mei, Oxonn. Hearnii, omnesque edd. usque ad Froben. anni 1535. Saepe librarii in codd. vett. ita variare soliti sunt. V. ad 2, 1, 10. 10, 3, 3. 21, 39, 8. 29, 22, 12. 31, 14, 2. 39, 49, 2. c. 52, 2. et 40, 35, 14.

§. 6. *Neque ea elevo*] Inperite in voces suas distributis literis *eae levo* Flor. *ee levo* Lov. 1. 2. et Voss. *ea levo* Ber. a m. 2. *eo elevo* Gaertn. *elevo ea* Lov. 3. *neque enim haec elevo* Hav. Sed *ea* deest in Cant. tria autem haec vocabula desunt in Lov. 5. Mox etiam *non consistendi usquam locus* inertia scribarum absunt a Flor. Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. et Hav. quorum ultimus legit *non procedendi locus*. Cant. *non procedendi copia*.

§. 7. *Fraus fidem in parvis sibi praestruit*] Loccen. ad Curtii 4, 14, 19. *fors* pro *fraus* scribendum conjicit, invitis omnibus codicibus, et sine ulla necessitate. *Fraus* enim est homo fraudulentus, quales Syphax ac Numidae, eodem modo, quo *scelus* pro homine scelesto, et similia passim.

§. 8. *Ab Indibili et Mandonio in fidem acceptis*] *ab Indibile* Flor. Voss. Lov. 1. 2. Ber. et Gaertn. Sed aliter supra Liv. formare solitus est. c. 27, 13. *Cum Mandonio et Indibili consociando consilia*. c. 28, 5. *Cum Mandonio et Indibili consilia communicastis*. 29, 1, 19. *Coortum ingens bellum conciente Ilergete Indibili*.

Digitized by Google

midis tu credere potes, defectionem militum tuorum expertus? Et Syphax et Masinissa se, quam Karthaginienses, malunt potentes in Africa esse: Karthaginien-
10 *ses, quam quemquam alium. Nunc illos aemulatio inter sese et omnes caussae certaminum acuunt, quia procul externus metus est. Ostende Romana arma, exercitum alienigenam; velut ad commune restinguendum in-*
11 *cendium concurrent. Aliter iidem illi Karthaginienses Hispaniam defenderunt: aliter moenia patriae, templa Deûm, aras et focos, defendent; quum euntes in proelium pavida prosequetur conjux, et parvi liberi obcur-*
12 *sabunt. Quid porro? Si satis confisi Karthaginienses*

§. 9. *Malunt potentissimos in Africa*] Cantabr. *potentes*. Etiam Salmas. ex Put. notat *potentis*. Quid quod non aliter Andreas? JAC. GRON. *potentes* etiam Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et omnes edd. usque ad Froben. anni 1535. Omnino itaque vetus lectio revocanda est.

§. 10. *Quod procul externus metus est*] Reposuimus *quia procul*. RHEN. *quod* servat Ber. Reliqui cum Rhenano *quia* legunt. Paullo ante *inter se* Flor. Lov. 3. 5. Harl. et Hav.

Ostende Romana arma, exercitum alienigenam] Reposuimus *et exercitum alienigenam*. RHEN. Vet. lib. *Ostende illis Romana arma*. SIG. Redundat in libris omnibus τὸ *illis*. quod tot librorum auctoritate delevi. GEBH. Gallici, Palatini, Vossianus arcent τὸ *illis*. Et satis intelligitur ex praecedenti periodo. J. FR. GRONOV. Ignorant etiam pronomen Flor. Cant. Voss. Lov. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii Oxonn. quorum fide expunxi. Deinde *et exercitum*, ut Rhenanus voluit, Flor. Lov. 3. 5. Harlej. et Hav. Quum autem ita Froben. anno 1535. ex mente Rhenani edidisset, id reliqui secuti sunt usque ad Cl. Jac. Gronov. qui copulam iterum expunxit.

Velut ad commune restinguendum incendium concurrent] *jam velut ad commune* Lov. 3. 4. et edd. omnes, donec Cl. Jac. Gronov. voculam *jam* ejiceret, quae etiam in reliquis scriptis non adparet. Deinde *restringendum* Voss. in contextu, Lov. 4. et Pal. 1. ut monuit Gebhard. ad 28, 23, 2. quomodo passim codd. modo *praestinguere*, modo *praestringere*, scribere solent. V. quae notavi ad Sil. Ital. 1, 358. *exstinguendum* Ber. Ceterum eadem sententia obcurrit apud Cic. 10. Phil. 10. *Concurritur undique ad commune incendium restinguendum*. Justin. 1, 7. *Auxilia velut ad commune exstinguendum incendium confluebant*. Et 5, 1. *Omnia Graeciae regna velut ad exstinguendum commune incendium concurrunt*.

§. 11. *Pavida prosequetur con-*

Digitized by Google

consensu Africae, fide sociorum regum, moenibus suis, quum tuo exercitusque tui praesidio nudatam Italiam viderint, ipsi ultro novum exercitum in Italiam aut ex Africa miserint; aut Magonem, quem, a Baliaribus classe transmissa, jam 13
praeter oram Ligurum Alpinorum vectari constat, Hannibali se conjungere jusserint? Nempe in eodem terrore erimus, 14
in quo nuper fuimus, quum Hasdrubal in Italiam transcendit: quem tu, qui non solum Karthaginem, sed omnem Africam, exercitu tuo es clausurus, e manibus tuis in Italiam emisisti. Victum a te dices: eo quidem minus vellem, ei id tua, non reipublicae solum, caussa, iter datum victo in Italiam esse. 15 *Patere, nos omnia, quae*

jux, et parvi liberi obcursabunt] *persequitur* Voss. a m. 1. *persequetur* a m. 2. Male. V. ad Liv. Epit. 99. Mox *patri liberi occursabunt* Hav. Deinde §. seq. *ultro ipsi novum*, trajectis vocabulis, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Ber. Gaertn. et Hav. cum edd. ante Froben. anni 1535.

§. 15. *Tibi et populi Romani imperio evenere*] Pro his verbis substituimus *ac reipublicae in imperio evenere*. RHEN. Omnes meliores scripti cum editis, *tibi ac P. R. imperio*, quod non debuit mutare Rhenanus. 4, [38, 3.] *Nisi haec armata cohors sistat impetum hostium, actum de imperio est.* Plinius 10, 18. *Exitium imperio portendi, si dimitteretur; at, si exanimaretur, Praetori.* Gellius 4, 18. *Annibalem Poenum imperio nostro inimicissimum.* J. FR. GRON. *tibi ac*, vel *et*, vel *ex*, vel *e populi Romani imperio* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonn. Librarius itaque, quem Rhenanus secutus est, confudit notas *P. R.* id est *populi Romani*, et *R. P.* id est *rei publicae*; de quo v. ad 9, 26, 8. Gronovius in pr. ed. not. malebat *tibi ac populo Romano in imperio evenere*: quod curis secundis recte mutavit, ob codd. auctoritatem. *Imperium populi Romani*, ut supra c. 28, 11. *Quid? si ego morerer, mecum exspiratura respublica, mecum casurum imperium populi Romani erat.* Alibi simpliciter vocatur *imperium Romanum*, de quo v. Gronov. ad 23, 5, 14.

Adversa casibus incertis belli et fortunae legare] Volumen antiquum habet *relegare*. Quid, si legas *adversa casibus incertis belli*, subaudi, assignare, *et ad fortunam relegare?* RHEN. Vet. lib. *allegare*. SIG. Pal. 1. et vet. ed. *legare*. Pal. 2. *religare*. tert. *relegare*. Sigonii liber *allegare*. Caeterum Rhenanus hic iterum altum Livio vulnus infligit vanis ariolationibus. GEBH. Rhenanus ex volumine antiquo profert *relegare*, et conjectat, *adversa casibus incertis belli* (subaudi, adsignare) *et ad fortunam relegare*. Sigonius ex suo libro pro-

Digitized by Google

prospera tibi ac populi Romani imperio evenere, tuo consilio adsignare; adversa casibus incertis belli et for-
16 *tunae delegare. Quo melior fortiorque es, eo magis talem praesidem sibi patria atque universa Italia retinet. Non potes ne ipse quidem dissimulare, ubi Hannibal sit, ibi caput atque arcem hujus belli esse. quippe qui prae te feras, eam tibi caussam trajiciendi in Africam esse,*
17 *ut Hannibalem eo trahas. Sive igitur hic, sive illic, cum Hannibale est tibi futura res. Utrum ergo tandem*
18 *firmior eris in Africa solus, an hic, tuo collegaeque tui exercitu conjuncto? ne Claudius quidem et Livius consules tam recenti exemplo, quantum id intersit, do-*

pinat *allegare*. Miror, quum emendandum contextum suscepissent, doctos viros adeo parum Livianae phrasi cognoscendae studuisse. Omnes nostri libri nos destituunt: nam Gall. Voss. Pal. optimus, ut vulgo: secundus *religare*, tertius *relegare*. Neque tamen veriti sumus statim reponere, *adversa casibus incertis belli et fortunae delegare*. Qua fiducia, inquis? Dicet Livius 5, [20, 9.] *Ipsum dictatorem fugere invidiam ex eo criminaque, eo delegasse ad senatum*: Ibidem [c. 25, 7.] *Disceptatio, quaeps senatui visa, delegata ad pontifices esset*. 6, [28, 7.] *Has inanium rerum inanes ipsas volventes cogitationes fortunae loci delegaverant spes suas*. 7, [8, 1.] *Vulgus aliud armatorum, velut delegata primoribus pugna, eventum suum in aliena virtute ponit*. 9, [13, 11.] *Obsidione delegata in curam collegae, vacuus per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat*. 10, [19, 3.] *Ut omnis rei bene aut secus gestae decus dedecusque ad L. Volumnium sit delegatum*. Ibidem [c. 27, 3.] *Samnitibus Gallisque delegata pugna, inter ipsum certamen Etrusci Umbrique jussi castra Romana oppugnare*. Et saepius. Auctor l. 8. de B. Gall. [22.] *Caussam peccati facillime mortuis delegari*. Putidi sumus tamen tot loca describendo: quid illi ex tot locis, quid Livium deceret, non observando? Sensus in contrarium pares Tacito 14. Ann. (38.) *Nullum proelio finem exspectarent, nisi succederetur Suetonio, cujus adversa pravitati ipsius, prospera ad fortunam reipublicae referebant*. J. FR. GRON. *legare* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. principes. *relegare* Lov. 3. 4. Rec. Hearnii D. et ed. Ven. anni 1498. Pro quo recte Gronov. conjicit *delegare*. In codd. qui scribunt *legare*, prima syllaba *de* excidit ob similitudinem ductuum ultimarum literarum *ae* vocis praecedentis *fortunae* in scriptura Longobardica. In illis autem, qui scribunt *relegare*, sollemni scribarum lapsu commutatae sunt literae *R.* et *D.* de quo v. ad 9, 10, 6. Significationem autem vocis *delegare* sat multis exemplis Livii hic

Digitized by Google

cumento sunt? Quid? Hannibalem utrum tandem extremus angulus agri Bruttii, fruſtra jam diu poscentem ab domo auxilia, an propinqua Karthago et tota socia Africa potentiorem armis virisque faciet? Quod iſtud consilium est, ibi malle decernere, ubi tuae dimidio minores copiae sint, hoſtium multo majores, quam ubi duobus exercitibus adversus unum, tot proeliis et tam diuturna et gravi militia feſſum, pugnandum sit? Quam compar consilium tuum parentis tui consilio sit, reputa. Ille, consul profectus in Hispaniam, ut Hannibali ab Alpibus descendenti obcurreret, in Italiam ex provincia rediit: tu, quum Hannibal in Italia sit, relinquere

18 19 20

inluſtravit Gronov. in quibus quam unum tantum vel alterum sit, ubi eadem obcurrit etiam conſtructio, pauca tantum subjungemus, ubi τῷ *delegare* jungitur casus tertius. Ita 34, 57, 4. *Cum Antiocho quia longior disceptatio erat, decem legatis delegata est:* 39, 28, 7. *Cum eo consule belli partem, quamcumque mihi delegavit, gessi.* Auct. Ep. Liv. 112. *Occisus est ab Achilla, cui id facinus erat delegatum.*

§. 16. *Talem praesidem sibi patria atque universa Italia retinet*] *tale praesidium* Lov. 2. Male. *praeses* hic est defensor. V. ad 6, 16, 2. Mox voces *trajiciendi in Africam* desunt in Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. sine quibus tamen sensus non conſtat.

§. 17. *An iſtic, tuo collegaeque tui exercitu conjuncto*] Scripsimus *hic. an hic, tuo collegaeque exercitu conjuncto.* ubi genitivum *tui* poſt *collegaeque* suſtulimus. RHEN. *an iſtic* Lov. 2. 3. 5. Gaertn. et Ber. *an iſtinc* Voſſ. Lov. 1. et Hav. *an hic* reliqui cum Rhenano. Et ita ante Rhenan. edidérunt Veneti anno 1498. Deinde *tui* a Rhenano rejectum servant Flor. Hav. Ber. aliique, cujus loco *tuto* exhibent Voſſ. Lov. 1. 4. et Gaertn. *tutus* Lov. 2. Recte itaque τὸ *tui*; revocavit Cl. Jac. Gronovius.

§. 19. *Quod iſtud consilium eſt*] Scripsimus *Quod iſtuc cons. est.* Item *ac gravi militia fessum.* RHEN. *iſtuc* Hav. et Flor. cujus loco Gronov. *iſtud* revocaviſ. Supra 7, 13, 8. *Si autem non tuum iſtuc, sed publicum est consilium.* ubi etiam plures *iſtud.* (* Cic. de Sen. 2.) Sed *illud* hic legit Lov. 3. *est* autem exsulat ab Harl. Deinde *tot proeliis, etiam diuturna et gravi militia fessum* Voſſ. Lov. 1. 3. Harl. et Gaertn. *tot proeliis et diuturna et gravi militia fessum* Hav. *tot proeliis diuturna et gravi militia fessum* Lov. 2. et 5.

§. 20. *Relinquere Italiam paras*] Vetus lectio, *tu, cum Annibal in Italia sit, alio paras.* Suspicor scribendum, *tu, cum Annibal in Italia sit, alio properas.* Hoc videtur mihi simplicius, quam legere *alio ire paras.* RHEN.

Digitized by Google

21 *Italiam paras; non quia reipublicae id utile, sed quia tibi amplum et gloriosum censes esse: sicut quum, provincia et exercitu relicto, sine lege, sine senatusconsulto, duabus navibus populi Romani imperator fortunam publicam et majestatem imperii, quae tum in tuo*
22 *capite periclitabantur, commisisti. Ego P. Cornelium, Patres conscripti, reipublicae nobisque, non sibi ipsi privatim creatum consulem existimo: exercitusque ad custodiam urbis atque Italiae scriptos esse, non quos regio more per superbiam consules, quo terrarum velint, trajiciant.*

1 XLIII. Quum oratione ad tempus parata Fabius,

Pal. 3. *alio paras.* GEBH. Omnes nostri in conservando vulgato conspirant. Mendose tamen *tu, quum Hannibal in Italia ut relinquere in Italiam paras* Flor.

§. 21. *Sed quia id amplum et gloriosum censes esse*] Novitiorum commentum, quum MSS. et vett. edd. *sed quia tibi amplum et gloriosum.* Hoc quoque Ciceronis, Livii, et optimorum est. 5, [30, 2.] *Sibi amplum quoque esse, urbem ab se captam frequentari.* 8, [4, 5.] *Est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum.* 25, [38, 2.] *Mihi hoc imperium ut amplum judicio vestro, ita re ipsa grave ac sollicitum.* 30, [30, 18.] *Tibi ampla et speciosa dausi est pax.* J. FR. GRON. *sed quia id amplum* demum exhibet ultima Gruteri editio, quae lectio nullius cod. consensu firmatur. Primae edd. legunt *sed quia tibi id amplum*, quod servat Gaertn. *sed quia id tibi amplum* Lov. 5. et Ber. *sed quia tibi amplum* reliqui mei, et omnes Oxonn. Hearnii, cum edd. ab Aldo ad Gruter. Infra 30, 17, 11. *Id sibi amplum apud populares futurum esse.* V. ad 5, 30, 2. *Populi Romani imperator*] V. Gronov. 4. Obs. 14. pag. 229. DUKER.

§. 22. *Ego P. Cornelium, P. C. reipublicae nobisque*] Duae literae *P. C.* non sunt in codice Spirensi: *Ego P. Cornelium reipublicae.* RHEN. Induxi *P. C.* secutus Pall. 1. 3. et archetypon Spirense. GEBH. Eaedem literae desunt etiam in Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Hav.

§. 1. *Animum adolescentia ferocem*] Vet. lib. *animum adolescentis ferocem.* SIG. Optime Pal. 2. *adolescentis.* Contra pr. *adolescentiae.* tert. *animum adolescentis ferocem*; cui consonat vet. ed. GEBH. *adolescentia ferocem* Flor. a m. 2. Lov. 4. 5. Ber. Gaertn. et edd. omnes, praeter Sigonianas, usque ad Francofurt. anni 1588. *animum adolescentiae ferocem* Flor. a m. 1. Voss. a m. 1. Lov. 1. et Harl. *adolescentis* reliqui cum Voss. a m. 2. Paullo ante *ad tempus peracta*, pro *parata*, Lov. 2. 4. et Hav. V. ad 34, 28, 1. Deinde *inveteratae prudentiae fama* Flor. Voss. Lov. 1.

Digitized by Google

tum auctoritate et inveterata prudentiae fama, magnam partem senatus, et seniores maxime, movisset, pluresque consilium senis, quam animum adolescentis ferocem, laudarent; Scipio ita locutus 2
fertur: *Et ipse Q. Fabius principio orationis, Patres conscripti, commemoravit, in sententia sua posse obtrectationem suspectam esse. Cujus ego rei non tam ipse* 3
ausim tantum virum insimulare, quam ea suspicio, vitio orationis, an rei, haud sane purgata est. Sic enim 4
honores suos et famam rerum gestarum extulit verbis; ad exstinguendum invidiae crimen, tamquam mihi ab infimo quoque periculum sit, ne mecum aemuletur: et

2. 3. 5. Harl. Ber. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm.

§. 3. *Quam ea suspicio, vitio orationis, an rei, haud satis purgata est*) Reposuimus *haud sane purgata est*. RHEN. Desideratur hic, ut opinor, aliquid. nisi quis supplendum putet verbum, *nescio*. est tamen obscure dictum. GLAR. Vitium orationis hujus sensit Glareanus, non correxit tamen. Emendatur autem ex vet. lib. in quibus est, *quam quod ea suspicio*. †. „Glareano gratia de„betur, qui occasionem dedit „inspiciendi librum. Lector re„liquum codici debet, non Si„gonio.„ †. SIG. Omittitur *quod* in Pal. 1. In sec. vero restat *quam ea suspectio vitio orationis ac rei*. tert. *quam ei suspicio vitio orationis an rei haud sane purgata*. GEBH. In Gemonias particulam *quod*, omnibus Gall. pariter et Pall. et Voss. ignoratam, et sensui obstantem. Ubi mens Glareani, quum aliquid desiderari opinaretur, et pro hac sententia gratiam sibi deberi dictaret? ubi Sigonii, quum defetum sic suppleri putaret? Neutri equidem hic aliam gratiam debemus, quam qualem Fabius M. Livio Tarenti praefecto ferebat expensam. An deesset aliquid, si dixisset: *Magis ille criminis hujus reum se facit, quam ego illum accusare audeam?* Atqui hoc ipsum, ut nihil melius, veteri lectione exprimitur. Aliter hodie Latine balbutimus, aliter Livius loquebatur. Similiter inculcata est haec particula 26, 6, 7. Et Ciceroni post reditum in Senatu c. 6. *Profecto egestate et improbitate coactus piraticam ipse fecisset: ac minore quidem reipublicae cum detrimento, quam intra moenia nefarius hostis praedoque versatus est*. Vulgo, *quam quod intra moenia*. J. FR. GRON. *satis* in uno restat Ber. reliqui *sane* agnoscunt. Nullus vero ex meis vel ex Hearnii Oxonn. servat *τὸ quod*, a Sigonio ex vet. lib. adscitum. Vocem illam interdum male a librariis addi, Gronov. infra monuit ad 35, 1, 2. Similiter etiam perperam inculcatur *τὸ quae*, judice eodem Gronov. ad 34, 52, 4.

Digitized by Google

non ab eo, qui, quia super ceteros excellat, quo me
5 *quoque niti non dissimulo, me sibi aequari nolit. sic senem se perfunctum honoribus, et me infra aetatem filii etiam sui posuit; tamquam non longius, quam quantum vitae humanae spatium est, cupiditas gloriae extendatur, maximaque pars ejus in memoriam ac posteritatem pro-*

§. 4. *Quo me quoque niti non dissimulo*] Put. Pet. Men. Voss. carent τοῖς *quo me*. Lege, *quia super caeteros excellat, quo et me niti non dissimulo*. J. FR. GRON. Voces *quo me* absunt etiam a Flor. Lov. 1. 2. Harl. Exc. Pithoei, et Hearnii D. Cl. Crevierius non dubitabat, quin absorptae essent a seq. *quoque*. Possunt tamen etiam abesse, si *quoque* pro et quo accipiamus, et pronomen *me* omissum esse credamus, quod τῷ *dissimulo* insit. Ita infra c. 45, 4. *Quum prae te feras, tentare magis, quam consulere senatum*. pro prae te feras, te consulere. Gronov. minori mutatione dare poterat, *excellat, quoque me niti*. Sed Mssis adhaereo.

§. 5. *Sic senem se perfunctum*] Restituenda vox est ex veterum librorum fide *se perfunctum honoribus*. Nam dixit Fabius [c. 40, 9.] *Si me neque vita acta, et mores mei, neque dictatura cum quinque consulatibus, tantumque gloriae belli domique partae vindicat*. SIG. Pal. 1. *sic senem se perfunctum, et me infra aetatem filii etiam sui posuit*. GEBH. Ab Sigonio est *honoribus*. Omnes Gallici, Voss. Pal. *senem se perfunctum, et me infra aetatem filii etiam sui*. J. FR. GRON. *senem se perfunctum et me* Lov. 3. 4. 5. Harl. Ber. Gaertn. et Hearnii Oxonn. *senem se perfunctumque* Flor. Voss. et Lov. 1. ac 2. Vocem *honoribus* in nullo suorum exstare, profitetur Crevierius; se tamen non audere eam relegare, quam sensus flagitat. Quid enim fore *perfunctum* sic nude et absolute positum? Certe vix ita simpliciter *perfunctus* usurpatur, nisi aliud ex praecedenti intelligatur. Si igitur hic vocabulum *honoribus* delendum erit, idem tamen ex praec. *Sic enim honores suos et famam rerum gestarum extulit*, intelligere debebimus. Ita *perfunctus honoribus* supra dixit Fabius apud Liv. c. 40, 12. *Nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi cum adolescente proponam*. *Τὸ etiam* a Gronov. additum Flor. et plerique mei agnoscunt. Nam deesse tantum video in Voss. Lov. 1. 3. Ber. Gaertn. et Hearnii L. 1.

§. 6. *Maximo cuique id accidere animo certum habeo*] Vet. lib. *certum animo habeo*. SIG. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 5. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. Sed *animo certum habeo* tuentur alii codd. nisi quod in Flor. sit *animo certum habeo certum*.

Cum omnis aevi claris viris, comparet] Optimi *comparent*. J. FR. GRON. Optimos scriptores, et in primis Livium, saepissime τὸ *quisque* cum verbo plurali construxisse, supra vidimus ad c. 19, 2. Hic tamen tantum non omnes mei vulgatum adoptant.

§. 8. *Illud nec tibi in me, non*

Digitized by Google

promineat. Maximo cuique id accidere animo certum 6
habeo, ut se non cum praesentibus modo, sed cum omnis aevi claris viris, comparent. Equidem haud dissi- 7
mulo, me tuas, Q. Fabi, laudes non adsequi solum velle, sed, (bona venia tua dixerim) si possim, etiam exsuperare. Illud nec tibi in me, neu mihi in minori- 8
bus natu animi sit, ut nolimus, quemquam nostri simi-

mihi in minoribus natu animi sit]. In archetypo scripto non est pronomen *Illud*. Et tamen est *animi sit*. Ut plane putem sic legendum: *Nec tibi in me, neu mihi in minores natu animus is sit*. Nam nihil ambigo, scribendum *in minores*, non *in minoribus*, quemadmodum etiam in editione Coloniensi legitur. RHEN. Pal. 1. *seu mihi in minoribus natu animi sit*. Caeterum praecedens *Illud* desideratur in Pal. 3. GEBH. Put. Pal. Voss. Men. *neu mihi in minoribus natu animi sit*. V. nostras ad 4. Senecae Nat. quaest. praefationem notas. J. FR. GRONOV. *Illud* servant omnes nostri, nisi quod *Illuc* sit in Gaertn. In cod. itaque vitiosum Rhenanus incidit, cui propterea ita temere fidem habere non debuerat. Deinde *nec mihi* Lov. 5. Ber. Rec. Gaertn. omnesque, quas consului, edd. usque ad Gronov. qui recte *neu mihi* dedit, quomodo etiam ex suo emendarat Rhenan. omnibus nostris reliquis et Hearnii L. 1. atque N. adcinentibus. V. ad 2, 15, 2. Deinde *in majoribus natu* Gaertn. de quo errore v. ad 45, 25, 7. *in minoribus natu* Flor. Lov. quinque, Harl. Ber. Rec. Hav. et Hearnii L. 1. ac N. Similiter etiam se in suis deprehendisse Crevier. testatur, et tamen non dubitat, quin scribendum sit *in minores*, pro quo primo *in minoris*, et ita *in minoribus* datum existimat. Saepius ita librarios peccasse, certissimum est, et innumeris exemplis probari potest. V. ad 22, 8, 7. An tamen similiter hic errarint, vehementer dubito. In nullo enim cod. *minoris*, vel *minores*, reperi, neque etiam Rhenan. qui lectionis auctor extitit, vel alii viri docti, ne ipse quidem Crevier. se ita vel in uno Msto invenisse testantur. Quin neque ipsum genus loquendi displicere potest. Similia enim plura in Livio obcurrunt. Supra 3, 17, 8. *Ausurum se in tribunis, quod princeps familiae suae ausus in regibus esset*. 5, 11, 16. *Minime convenire, quibus iratos quisque Deos precatus sit, in iis sua potestate non uti*. c. 36, 9. *Ne id, quod placebat, decerneret in tantae nobilitatis viris, ambitio obstabat*. 6, 22, 4. *Foedeque in captis victoriam exercuere*. 8, 31, 7. *Quidquid licuerit in magistro equitum, in militibus ausurum*. c. 33, 15. *M. Furium Camillum in L. Furio moderatum irae esse*. 30, 12, 12. *Omnia quidem ut posses in nobis, Dii dederunt*. 42, 9, 1. *Quae ferocia animi usus erat in Liguribus, eamdem ad non parendum senatui habuit*. ubi etiam vide, quae notantur. Eodem modo *facere in aliquo* pro in eum statuere, 34, 32, 8. *Quod tandem consus in Argivis facturos*. ubi v. alia exempla. Similiter locutus est Virgil. 2. Aen. 540.

lem evadere civem. id enim non eorum modo, quibus inviderimus, sed reipublicae, et pene omnis generis
9 *humani, detrimentum sit. Commemoravit, quantum essem periculi aditurus, si in Africam trajicerem: ut meam quoque, non solum reipublicae et exercitus, vicem*
10 *videretur sollicitus. Unde haec repente cura de me exorta? quum pater patruusque meus interfecti, quum duo exercitus eorum prope occidione occisi essent, quum amissae Hispaniae, quum quatuor exercitus Poenorum,*
11 *quatuorque duces omnia metu armisque tenerent, quum quaesitus ad id bellum imperator nemo se ostenderet, praeter me, nemo profiteri nomen ausus esset, quum mihi quatuor et viginti annos nato detulisset imperium*
12 *populus Romanus; quid ita tum nemo aetatem meam, vim hostium, difficultatem belli, patris patruique re-*

At non ille, satum quo te mentiris,
Achilles
Talis in hoste fuit Priamo.

ubi Servius: *Aut archaïsmos est, pro* in hostem: *aut* in hoste, *id est, quum hostem gereret; quum ipse hostis esset.* Ubi unice vera est prior Servii expositio; altera locum habere nequit propter additam vocem *Priamo*, nisi statuamus, Servium legisse:

Talis in hoste fuit: Priami sed jura fidemque
Supplicis erubuit.

Eam tamen lectionem viri docti ex nullo cod. praeferunt. Repudiata igitur posteriori interpretatione Servii, priorem probo.

Non eorum modo, quibus inviderimus] Non *inviderimus*, sed *invidebimus*, est in libro scripto; et mox *est*, non *sit*, RHEN. *invidemus* Ber. et edd. ante Aldum. *invidebimus* Lov. 4. Deinde *detrimentum est* Lov. 3. et 4. Utroque loco reliqui codd. vulgatum tuentur.

§. 9. *Si in Africam trajicere velim, ut meam quoque, non solum reipublicae et exercitus, vicem videretur sollicitus*] Scripsimus *si in Africam trajicerem.* RHEN. Pal. 1. *trajicere velim: meam quoque non solum et reipublicae, sed et exercitus vicem. v. s.* sec. *trajicere velim, ut meam quoque non solum et reipublicae, sed exercitus vicem videretur velle* (forte *valde*) *sollicitus.* tert. confirmat hanc meam conjecturam *non solum reip. exercitus vicem videretur unde sollicitus.* Vet. ed. *ut in meam quoque.* GEBH. *Si in Africam trajicerem* Flor. et Hav. In reliquis similes ferme scribarum aberrationes notavi, ac Gebhardus in suis; quas anxie referri non est operae.

§. 10. *Quum quatuor exercitus Poenorum, quatuorque duces*] Ma-

centem cladem commemorabat? Utrum major aliqua nunc in Africa calamitas accepta est, quam tunc in Hispania erat? An majores nunc sunt exercitus in 13 *Africa, duces plures melioresque, quam tunc in Hispania fuerunt? An aetas mea tunc maturior bello gerendo fuit, quam nunc est? An cum Karthaginiensi* 14 *hoste in Hispania, quam in Africa, bellum geri aptius est? Facile est, post fusos fugatosque quatuor exercitus Punicos, post tot urbes vi captas, aut metu subactas in ditionem, post perdomita omnia usque ad oceanum, tot regulos, tot saevas gentes, post receptam totam Hi-* 15 *spaniam, ita ut vestigium nullum belli reliquum sit, elevare meas res gestas: tam, Hercule, quam, si vi-* 16 *ctor ex Africa redierim, ea ipsa elevare, quae nunc, retinendi mei caussa, ut terribilia eadem videantur, ver-*

gnifice Scipio oratorum more auget sua. tres enim duntaxat fuere perpetuo hoc tempore belli duces, et exercitus item tres, ut libris omnibus superioribus tradidit Livius: duo Hasdrubales et Mago. ut autem Hasdrubal Hamilcaris ex Hispania discessit, successit Hanno, ut ab initio hujus libri habetur: sed is statim captus est. Hunc fortassis nunc etiam numerat: is enim cum novo exercitu ex Africa venerat. Idem numerus est superius, cum Scipio ex Hispania Romam venerat, eique senatus datus in aede Bellonae. GLAR. Gruter. in ultima ed. vulgari curavit *quatuor duces*, omissa copula, quam addunt non modo omnes edd. priores, verum etiam codd. quotquot usus sum, et cum illis Hearnii L. 1. atque, ut ex Cl. Sallierio didici, integerrimus Put. quare eam etiam lectionem restitui. Paullo ante *cura exorta de me* Lov. 1. *de me cura exorta* Ber. Gaertn. et omnes edd. usque ad Jac. Gronov. qui substituit *cura de me exorta*, concinentibus reliquis scriptis.

§. 11. *Nemo profiteri nomen ausus esset*] Vox *nomen* exsulat a Flor. Lov. 1. 2. 3. Ber. Harl. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Mox etiam *τὸ miki* non adparet in Voss. Lov. quinque, Harl. et Hav.

§. 13. *Duces plures melioresque*] *et duces* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, quod Livio reddidi. *et duces meliores*, reliquis omissis, Ber. a m. 2.

§. 15. *Post receptam totam Hispaniam*] *Hispaniam totam* Flor. Mox etiam, trajectis vocibus, *vestigium belli nullum* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4.

Digitized by Google

17 *bis extolluntur. Negat' aditum esse in Africam, negat ullos patere portus. M. Atilium captum in Africa commemorat; tamquam M. Atilius primo accessu ad Africam obsenderit. neque recordatur, illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen portus Africae, et res egregias primo anno gessisse, et, quantum ad Karthaginienses duces adtinet, invictum ad ultimum permansisse.* 18 *Nihil igitur me isto tu exemplo terrueris: si hoc bello, non priore, si nuper, et non annis ante quadraginta, ista clades accepta foret, qui ego minus in Africam, Regulo capto, quam, Scipionibus occisis, in Hi-*

Harl. Ber. Gaertn. Hav. et edd. ante Frob. anni 1535.

§. 17. *Et res egregias primo anno gessisse*] Vix est, ut a Livio sit hoc tam abruptum, *illi patuisse et gessisse.* Sed nec in editionibus est antiquis, quae omnes ab Andrea ad Moguntinos *et res gestas ab eo egregias primo anno*, ut et scripti. Aldus mutavit primus, et vulgatam introduxit. Ego, si liceat, in ipsa vetere induxerim *τὰ ab eo*, ut sit: *neque recordatur, illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen portus Africae, et res gestas egregias primo anno.* J. FR. GRON. *et res gestas ab eo egregias primo anno* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. *et res egregias primo anno gessisse* Flor. quod etiam Crevier. in Put. et Reg. invenit, et probat, supplendum docens vocula *eum*, quae in Lov. 4. exstat etiam hoc modo *et res eum egregie primo anno gessisse.* Verum, optimorum codd. lectionem, etiam sine eo supplemento, probam esse, videbimus ad 35, 14, 10. Sane, recepta Gronov. lectione, tollitur quidem, quod in his verbis abruptum credidit, sed eadem difficultas remanet in verbis sequentibus, *invictum ad ultimum permansisse*, in quibus similiter supplendum erit *eum*, quod et in his secundum integerrimorum codd. lectionem faciendum est, licet alio casu *imperatori* praecesserit. In eo tamen Crevierius non eamdem, quam solet, diligentiam adhibuit, quod Gronovium legisse dicat *et res gestas ab eo egregias primo anno*, quum eam lectionem tantum ex scriptis et editis recensuerit, et ipse primus, non Clericus, *ab eo* reciderit. Contra recte nimiam Clerici temeritatem notavit, qui Gronovii conjecturam ipsi contextui inseruit.

§. 18. *Nihil igitur me isto exemplo terrueris*] Put. *me istota exemplo terrueris.* Lege *me isto tu exemplo.* J. FR. GRON.

Si nuper, et non annis ante quadraginta] Lege *quinquaginta.* M. Atilius Regulus consul 11. fuit cum L. Manlio Vulsone, suffectus Q. Caedicio, anno V. C. 497. secundum Fastos Capitolinos. Sequente anno captum esse tradunt

Digitized by Google

spaniam trajicerem? Nec felicius Xantippum Lacedae- 19
monium Karthagini, quam me patriae meae sinerem natum esse: cresceretque mihi ex eo ipso fiducia, quod possit in hominis unius virtute tantum momenti esse. At etiam Athenienses audiendi sunt, temere in Siciliam, 20
omisso domi bello, transgressi. Cur ergo, quoniam 21
Graecas fabulas enarrare vacat, non Agathoclem potius, Syracusanum regem, quum diu Sicilia Punico bello ureretur, transgressum in hanc eamdem Africam, avertisse eo bellum, unde venerat, refers?

XLIV. *Sed quid, ultro metum inferre hosti, et ab* 1

historici; a quo usque ad hunc annum, qui est 548. ab V. C. in iisdem Fastis sunt anni pleni quinquaginta. JAC. PERIZON. *annis ante XXX* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii N. Cl. Crevierius existimat, dubitari posse, an non Livius, qui haud diligens est in reddendis numeris, scripserit *quadraginta*, quia l. 29, 28, 5. id est anno sequenti, annos tantum numerat *prope quinquaginta* a M. Regulo, L. Manlio consulibus. Ego potius in librarium, quam in Livium, culpam confero, et cum viris doctis lego *quinquaginta*. Praeterea particula *et*, quae exstitit in edd. principibus, deinceps omissa est in Froben. anni 1535. et sequentibus usque ad Jac. Gronov. qui eam recte iterum interseruit, quum in omnibus meis Mstis et Hearnii L. 1. supersit. Qui autem illam omiserunt, forte ad id inducti sunt, quia praecessit, *si hoc bello*, *non priore*, omissa itidem copula. Id tamen inpedimento esse non debebat, quo minus eam membro sequenti addere potuerit.

Quin ego minus in Africam] Emendavimus *qui ego minus in A.* ut sit *qui* pro *quomodo*. RHEN. *quin ego minus* servant Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. a m. 2. Gaertner. Hav. et Hearnii L. 1. Nihilominus tamen recte Rhenanus *qui ego minus*, ut praefert Flor. *qui* hic more antiquo est casus sextus, pro *quo*. Ita supra 3, 39, 6. *Neque se videre, qui sibi minus privato ad concionem populum vocare liceat.* ubi etiam plures male *quin*. c. 64, 10. *Si qui vos minus hodie decem tribunos plebei feceritis.* ubi nonnulli *si quo*, alii aliter. 43, 16, 12. *Non recusantibus censoribus, qui minus primo quoque tempore judicium de se populus faceret.* ubi contra fidem unici cod. Gronov. *quo minus* edidit.

§. 19. *Xanthippum*] Quo duce Regulus primo Punico bello captus est. SIGON.

§. 21. *Quoniam Graecas fabulas narrare vacat*] Scripti *enarrare*. J. FR. GRON. Ita etiam non tantum codd. nostri, et Hearnii L. 1. et N. verum etiam omnes, quos vidi, typis descripti usque ad Froben. qui anno 1535. *narrare* edidit, adsentiente Hearnii D.

Digitized by Google

se remoto periculo alium in discrimen adducere, quale sit, veteribus externisque exemplis admonere opus est? Ma-
2 *jus praesentiusve ullum exemplum esse, quam Hannibal, potest? Multum interest, alienos populere fines, an tuos uri, exscindi, videas. plus animi est inferenti periculum,*
3 *quam propulsanti. Ad hoc major ignotarum rerum est terror: bona malaque hostium ex propinquo ingressus fines*
4 *adspicias. Non speraverat Hannibal fore, ut tot in Italia populi ad se deficerent, quot defecerunt post Cannensem cladem; quanto minus quidquam in Africa Karthaginiensibus firmum ac stabile sit, infidis sociis, gra-*
5 *vibus ac superbis dominis? Ad hoc nos, etiam deserti*

Supra 27, 50, 3. *Romae neuter animi habitus satis dici enarrarique potest.* 29, 29, 5. *Operae pretium videtur, excedere paullulum ad enarrandum, quam varia fortuna usus sit.*

Avertisse eo bellum, unde venerat, refert] Ita edidit Cl. Jac. Gronov. quum omnes priores legant *refers:* quod superest in Flor. Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Ber. Gaertn. Hav. et, ut Cl. Sallier. docuit, in Put. Neque aliter exstare in tribus suis, ex quorum numero erat Put. testatur Crevierius.

§. 2. *Majus praesentiusve ullum exemplum esse, quam Hannibal, potest*] Horum omnium verborum ne apicem quidem unum in Put. Reg. Men. Voss. reperi. J. FR. GRON. Eadem illa desunt in Flor. Cant. Lov. 1. Hav. Mssis Doujatii, Hearnii L. 1. N. et illis, quos Crevierius vidit, Victor. excepto; quae quidem Doujatius valde adposita judicat, sed mox satis insinuari; contra vero Crevierius magno Liviani contextus damno omitti.

An tuos uri exscindique videas] Put. delet copulativam. Recte. J. FR. GRON. Eamdem delet et Flor. Paullo ante *populare* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. *populari* Lov. 3. 5. Ber. Rec. Gaertn. Hav. Hearnii D. omnesque editi usque ad Aldum. Deinde *agros*, pro *fines*, Harl.

§. 4. *Ut tot in Italia populi ad se deficerent, quot defecerunt post Cannensem cladem*] Volumen scriptum non habet *quot*. Elegantior erit oratio, si omittatur, quod citra incommodum sensus fieri potest hoc modo. *Non speraverat Annibal fore, ut tot in Italia populi ad se deficerent. Defecerunt post Cannensem cladem.* Habet autem majorem vehementiam. BHENAN. Pal. 1. *ut tot in Italia ad se deficerent post Cannensem cladem, quanto* etc. sec. *ut tot in Italia ad se post Cannensem, quanto* etc. tert. princepsque ed. *ut tot in Italia populi ad se deficerent. Defecerunt post Cannensem cladem, quanto* etc. GEBH. Vox *populi* deest in Flor. Voss. Lov. 1. et Hav. Deinde, *ad se deficerent post*

Digitized by Google

ab sociis, viribus nostris, milite Romano, stetimus. Karthaginiensi nihil civilis roboris est. mercede paratos milites habent, Afros Numidasque, levissima fidei mutandae ingenia. Hic modo nihil morae sit, una et tra- 6
jecisse me audietis, et ardere bello Africam, et molientem hinc Hannibalem, et obsideri Karthaginem. laetiores et frequentiores ex Africa exspectate nuncios, quam ex Hispania accipiebatis. Has mihi spes subjicit 7
fortuna populi Romani, Dii foederis ab hoste violati testes, Syphax et Masinissa reges: quorum ego fidei ita innitar, ut bene tutus a perfidia sim. Multa, quae 8
nunc ex intervallo non adparent, bellum aperiet. et id

Cannensem cladem Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. quod errantium est librariorum, quibus fraudi fuit τοῦ *defecerunt* repetitio post *deficerent*. Sed, ut Rhenanus legit, *ad se deficerent: defecerunt post Cannensem cladem* Lov. 4. Ber. Gaertn. et edd. principes plures. quod neque ego damnare audeo. Deinde mox *firmum aut*, vel *ac*, *stabile sit* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. et Hav. modo potentiali, pro stabile esse potest. Illud *sit* etiam Cl. Crevier. in Put. et Victor. invenit, ac recte in contextum recepit. *To est* omiserant Ber. et edd. vett. ejus loco Aldus *sit*, Froben. postea anno 1535. *est* reposuerunt.

§. 5. *Ad haec nos, etiam deserti ab sociis*] Scripti *Ad hoc*. J. FR. GRON. Exceptis Gaertn. Rec. et Ber. omnes etiam nostri *Ad hoc*. V. ad 21, 52, 10.

Karthaginiensi nihil civilis roboris est] Lego *Carthagine*, hoc est apud Carthaginem. RHEN. Omnes omnino *Carthaginiensi*. Cur mutemus? An absurdum est intelligi *populo?* Rhenanus de conjectura *Carthagine*. Nec male, nisi potius *Carthagini*. J. FR. GRON. Conjecturae Rhenani nulla habenda est ratio, quia omnes adversantur codd. *Karthaginiensibus* legunt Lov. 2, 4. 5. et Ber. Sed praeferendum est vulgatum, quod reliqui mei cum Hearnii Oxonn. tuentur. Ita supra 24, 47, 7. *Arpini repente pro Romanis adversus Karthaginiensem arma verterunt*. Ita *Romanus*. V. ad 3, 2, 11. *Samnis*. V. ad 7, 33, 15. *Tarquiniensis*. V. ad 9, 41, 5. et similia alia passim.

§. 6. *Ex Africa exspectate nuncios*] *exspectabitis* Lov. 2, *spectabitis* Lov. 4. *spectate* Pal. 3. ut monuit Gebh. ad 7, 24, 6. Sed v. ad 30, 23, 7.

§. 7. *Quorum ego fidei ita innitar, ut bene tutus a perfidia sim*] Archetypon scriptum habet, *ut bene tutus perfidia sim*. Hic semidoctus omnia bene habere putaret. Mihi locus est multum de mendo suspectus. Nam, quando verbum *innitar* futuri temporis

Digitized by Google

est viri et ducis, non deesse fortunae praebenti se, et
9 *oblata casu flectere ad consilium. Habebo, Q. Fabi,*
parem, quem das, Hannibalem; sed illum potius ego
traham, quam ille me retineat. In sua terra cogam pu-
gnare eum, et Karthago praemium victoriae erit, quam
10 *semiruta Bruttiorum castella. Ne quid interim, dum*

est, Livius non dixisset, *ut bene tutus a perfidia sim.* Quod si scriptum esset, *quorum ego fidei ita innitor, ut bene tutus a perfidia sim*, nullus esset mihi scrupulus. Proinde quando a praepositio non est in codice vetusto, (quae res nobis ansam cogitandi dedit) non dubito, quin ita fuerit scriptum a Livio: *quorum ego fidei ita innitor, ut veriturus perfidiam sim.* Quae sententia cum est arguta, tum mire conveniens huic loco. Refellit enim Scipio, quod a Q. Fabio dictum est supra [c. 42, 7.] *An Syphaci Numidisque credis? Satis sit semel creditum. non semper temeritas est felix. et fraus fidem in parvis sibi praestruit.* et quae illic sequuntur. Quasi dicat Scipio: non sum adeo stupidus, ut ita regibus Afris credam, quasi fallere me aut nolint, si queant, aut nequeant, si velint. Unde paulo ante dixit *Afros Numidasque levissima fidei mutandae ingenia*, hoc est, ad fidem mutandam. Hic appello doctos, qui Latine callent, quos astipulaturos mihi nihil dubito. De sciolis non sum magnopere sollicitus. In castigationibus Plinianis expertus ante sum, quam sint hebetes in judicando, et plane, quod Graeci dicunt, ὄνοι πρὸς λύραν. RHEN. Inquinavit foedissime hunc locum Rhenanus; cui correctioni suae cum multos non accessuros praesagiret, totus in fermento est, sciolos appellitans, qui tam divinam emendationem, tamquam ancile coelo delapsum, non venerarentur. Ego, mi Rhenane, in te situm nihil bilis exonerabo; saltem liceat revocare lectionem genuinam. Pall. 1. 2. et vet. ed. *quorum ego fidei ita innitar, ut bene tutus a perfidia sim.* Pal. 3. *quorum ego fidei ita innitar, ut beneficiis perfidia simulata multa quae nunc interv.* Infra fere ita loquitur Liv. 31, 36, 4. *Romanus, et aperto proelio victor, et tutus a fraude insidiarum, in castra sese recepit.* GEBH. *ut veriturus perfidiam sim* Rhenani divinatio est. Put. *quorum ego fidei ita perfidia ita innitar, ut bene tutus a perfidia sim.* Duabus supervacuis vocibus, *ita perfidia*, resectis, nihil hic video, quo offendar, aut cur nescio quos semidoctos accusem. Omnes alii Gall. Pall. Florentini, aut prorsus ita, aut omissis, quae delenda dixi, de caetero nulla observanda differentia. Possis tamen legere: *quorum ego fidei ita provide innitar, ut bene tutus a perfidia sim.* J. FR. GRON. *fidei ita perfidi ita innitar* Voss. Lov. 5. Harl. et Hav. In Voss. tamen notis subjectis voces *ita perfidi* delendas esse indicabatur. *fidei ita perfidei ita innitar* Flor. *fidei ita credidi* Hav. Reliqui mei cum Hearnii Oxonn. *fidei ita innitar.* Deinde *ut bene tutus a perfidiis* Lov. 2. *ut bene tutus a perfidiis in* Flor. *ut bene tutus a perfidiis sim* Voss. Posses itaque *ut bene tutus a perfidis sim.* Sed vulgatum probum est. *tutus a perfidia*, ut

Digitized by Google

trajicio, dum expono exercitum in Africa, dum castra ad Karthaginem promoveo, respublica hic detrimenti capiat, quod tu, Q. Fabi, quum victor tota Italia volitaret Hannibal, potuisti praestare, hoc vide ne contu- 11
meliosum sit, concusso jam et pene fracto Hannibale, negare, posse P. Licinium consulem virum fortissimum

tutus a vi 3, 44, 8. ubi quaedam vide. *tutus ab hoste* 30, 24, 5. *tutus ab aliis* 45, 25, 10.

§. 9. *Habebo, Q. Fabi, parem quidem Hannibalem*] Egregie Put. Reg. tres Pall. Voss. *Hubebo, Q. Fabi, parem, quem das, Annibalem.* Adversarium inteHige. Plautus Persa [5, 1, 15.] *Cedo parem.* quamquam ibi sit, qui certet amando. Lucanus de gladiatoribus *odere pares.* Nostet 22, [35, 4.] *Par magis in adversandum, quam collega.* J. FR. GRON. *parem quendam Hannibalem* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Ber. a m. 1. et Hav. *parem quendem Hannibalem* ed. Rom. anni 1472. Sed recte *parem, quem das, Hannibalem* Flor. et reliqui, cum Hearnii L. 1. et D. Supra 22, 27, 3. *Illum in rebus asperis unicum ducem et parem quaesitum Hannibali.* ubi v. Gronov. Eadem metaphora *comparari* dicuntur duces. 24, 8, 7. *In annum creatus adversus veterem ac perpetuum imperatorem comparabitur.* 30, 28, 8. *Erexerant omnium animos Scipio et Hannibal, velut ad supremum certamen comparati duces.* Mox *illum ego potius traham*, transpositis vocibus, Flor. et Lov. 4. *illum potius traham*, voce omissa, Lov. 1.

Et Karthago potius praemium victoriae erit] Vetus *et Carthago praemium.* LIPS. 5. Ep. Quaest. 23. Ut Lipsius *et Carthago praemium victoriae erit, quam semiruta Bruttiorum castella*, Put. Reg. Men. Voss. J. FR. GRON. *To potius* expellunt etiam Flor. Cant. Lov. 1. Harl. Hav. et Hearnii N. quorum fide ex contextu ejeci. V. ad 34, 49, 10.

§. 10. *Dum expono exercitum in Africam*] Put. *Africa.* J. FR. GRON. *in Africa* etiam Flor. Cant. Hav. et quidam alii. Sed et altera lectio, nisi integerrimi codd. dissentirent, probari posset. Nam ita *exponere in terram* Livius dixit 24, 40, 9. et 34, 8, 7, *exponere in litora* 37, 28, 8. Mox *tota volitaret Italia* Flor.

§. 11. *Concusso jam et pene fracto Hannibale*] Pal. 1. *compagine fracto.* Tert. vero et vet. ed. *contuso jam et pene fracto.* Probo vulgatum. Infra 31, 7, 10. *Aggressus Pyrrhus tamen concussit, et victor prope ad ipsam urbem Romam venit.* GEBH. *contuso* Lov. 5. Bor. Gaertn. Rec. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Aldus *concusso*, quod probant ceteri Msti. V. ad 33, 19, 1.

In sortem tam longinquae provinciae non venit] Reposuimus *non veniat.* Nondum enim sortiti erant. Et dissuadet, ne veniat in sortem tam longinquae provinciae, hoc est, Africae, eo quod sit pontifex maximus, cui sacrorum causa semper in Italia manendum erat. RHEN. *non venit* omnes nostri. Recte. Quum enim provinciae consulibus Sicilia et

Digitized by Google

12 *ideo in sortem tam longinquae provinciae non venit. Si, Hercule, nihilo maturius hoc, quo ego censeo, modo perficeretur bellum; tamen ad dignitatem populi Romani, famamque apud reges gentesque externas pertinebat, non ad defendendam modo Italiam, sed ad inferenda etiam Africae arma, videri nobis animum*
13 *esse; nec hoc credi vulgarique, quod Hannibal ausus sit, neminem ducem Romanorum audere: et priore Punico bello, tum quum de Sicilia certaretur, toties Africam ab nostris exercitibusque et classibus obpugnatam; nunc, quum de Italia certetur, Africam pacatam esse.*
14 *Requiescat aliquando vexata tam diu Italia: uratur*

Bruttii nominatae esset, Licinius jam antea Siciliam extra sortem collegae Scipioni concessit, sibi Bruttios elegit, quia cura sacrorum pontificem maximum in Italia retinebat, ut Livius supra narravit c. 38, 12. Verum quum Scipio pro Sicilia Africam obtinere vellet, et acturum se id per populum aperte ferret, si senatus adversaretur, de ea re in senatu actum, et Fabii ac Scipionis orationibus auditis decretum est, ut Siciliam provinciam, et simul potestatem haberet trajiciendi in Africam, si id e republica esse censeret. Paullo ante *sacris absit*, omissa praepositione, Voss. Lov. quinque, et Harl.

§. 12. *Non ad defendendam modo Italiam*] *ad defendendum* Put. tesse Gronovio pr. ed. not. ad Livii 30, 37. V. ad 40, 49, 1. Omnes mei hic vulgatum retinent. Paullo ante *quod ego censeo*, pro *quo*, Flor. a m. 2. Voss. Lov. 2. 3. 4. Ber. a m. 2. et Hav.

Ad inferenda etiam Africae arma videri nobis animum esse] Pal. 2. *animum inesse.* GEBH. *ad inferendum etiam Africae arma* Lov. 3.

§. 13. *Non hoc credi vulgarique*] Scripsimus *nec hoc credi.* Item *toties Africam nostris exercitibus et classibus oppugnatam*, a praepositione expuncta. Praeterea *certatur*, non *certetur.* RHEN. *non hoc credi* servant Lov. 1. et Gaertn. *neu hoc credi* Ber. a m. 1. Hinc *ducem Romanum* Lov. 4. Tum praepositionem *a* vel *ab*, quam Rhenanus delevit, et Cl. Jac. Gronov. restituit, agnoscunt, uno excepto, omnes mei. Nam solus Gaertn. *Africam armis, exercitibus, et classibus oppugnatam.* Flor. *Africam ab nostris exercitibusque et classibus oppugnatam.* Tandem idem Gronov. etiam *certetur* revocavit, consentientibus scriptis meis, Hearniique L. 1. nisi quod *certaretur* sit in Flor.

§. 14. *Requiescat aliquando tam diu vexata Italia, uratur, eva-*

evasteturque in vicem Africa. Castra Ron
thaginis portis inmineant, quam nos iterum
ex moenibus nostris videamus. Africa
sedes: illuc terror fugaque, populatio ag
sociorum, ceterae belli clades, quae in nos p
annos ingruerunt, vertantur. Quae a
pertinent, et bellum, quod instat, et
quibus agitur, dixisse satis est. Illa longa
vos pertinens sit, si, quemadmodum Q.
gestas in Hispania elevavit, sic et ego
ejus eludere, et meam verbis extollere vel
faciam, Patres conscripti: et, si ulla
stia certe et temperando linguae adolescen

steturque] Lectionem scripti codicis secuti sumus *Requiescat aliquando diu vexata Italia, uratur, populeturque.* Pro ultimo verbo quidam inseruerat *evasteturque*, quod putaret *populari* passive non dici. Dicimus active *populo*, cujus passivum est *populor*. Dicimus et passive *populor* deponentialiter. RHEN. Put. cum omnibus caeteris Gall. Pall. Flor. melioribus, Barberino, Vossiano: *Requiescat aliquando vexata tam diu Italia: uratur, evasteturque invicem Africa.* Rhenanus substituit ex suo *populeturque:* quod verbum interdum passive accipi, sero nos docet. 32, [33, 5.] *Quae spoliasset evastassetque, pro incorruptis restitui.* J. FR. GRON. Gaertn. *tam diu vexata.* Ceteri omnes *vexata tam diu.* cum illis autem consentiunt Hearnii L. 1. et N. Vocula τᾶ, vel *tam*, in codice Rhenani intercepta fuerat a praecedentis syllaba ultima. Tum *uratur* perperam omittitur in Lov. 1. 2. 3. et Hearnii N. Dein *populeturque* Lov. 4. et Rec. *vasteturque* Lov. 5. qui mei cum H *populari* passive V. ad 24, 8, 14. hic genuinam tot optimorum tio persuadet, p verbum id apud ter obcurrat. 5, *stata sunt bello.* 8, *lus Samniumque* etiam Gebhard. lectionem ex P vet. ed. adversus dicavit, et verb Livio locis inlus *Ita evastata sunt* *Proximis prius e* *Nec rationem pr* *evastatis belli clad* *nandi ullam cern* *Quae spoliasset* *incorruptis restitui* *Urbes in Thessali* *lippum.* ubi alia

§. 17. *Sic et ego ejus eludere*] *sic e* cula omissa, Flor.

Digitized by Google

Ita et vixi, et res gessi, ut tacitus ea opinione, quam vestra sponte conceptam animis haberetis, facile contentus essem.

1 XLV. Minus aequis animis auditus est Scipio, quia vulgatum erat, si apud senatum non obtinuisset, ut provincia Africa sibi decerneretur, ad po-
2 pulum extemplo laturum. itaque Q. Fulvius, qui consul quater et censor fuerat, postulavit a consule, ut palam in senatu diceret, *permitteretne Patribus, ut de provinciis decernerent? staturusque eo esset, quod*
3 *censuissent, an ad populum laturus?* Quum Scipio respondisset, se, quod e republica esset, facturum;

2. 3. 5. Harl. et Hav. Deinde recte Crevierius vulgatum adversus virum doctum, qui *elidere*, pro *eludere*, scribendum conjiciebat, defendit. Omnes nostri receptam scripturam defendunt. *Eludere* hic est quasi ludendo ac cavillando eripere, elevare. V. Passer. ad Prop. 4, 1, 139. Supra 1, 36, 4. *Eludensque artem, agedum, inquit, divine tu, inaugura.*

§. 18. *Si nulla alia re, modestia certe et temperamento linguae*] Pal. pr. *modestia certe et obtemperando linguae.* sec. et vet. ed. *et temperando linguae.* tert. *modestia certe obtemperando linguae.* GEBH. Omnes Gall. et Voss. *Neutrum faciam, P. C. et, si ulla alia re, modestia certe et temperando linguae adulescens senem vicero.* Solus Pet. *nulla.* Pall. quoque habent *temperando.* Utraque emendatio verissima. Sperabat enim multis aliis quoque, vel potius omnibus rebus, sese superaturum gloriam Fabii. tam mares gerebat spiritus Scipio, non ex invidia aut vanitate, sed ex vera conscientia verarum insitarum sibi virtutum, et eorum, quae jam gesserat, respectu: id quod tota haec oratio clamat. Ergo *si ulla*: nam alterum est magis desperantis, aut desperationem prae se ferentis. Jam *temperando linguae* magis esse Latinum, quam *temperamento linguae*, quis velit diffitori? J. FR. GRON. *si ulla alia re* Flor. Cant. aliquot Lov. Gaertn. Hearnii N. omnesque Crevierii. Deinde *temperando linguae* omnes omnino nostri, Oxonn. Hearnii, et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Ita *temperare laetitiae* 5, 7, 8. *temperare tenimis* c. 45, 7. *temperare oculis* 21, 22, 7. *temperare lacrimis* 30, 20, 1. *temperare manibus* 32, 20, 3. et saepe. Ipsum *temperare linguae* etiam Plautus dixit in Rud. 4, 7, 28. *intemperantia linguae* est apud Liv. 35, 48, 11. Mox *et gessi res* Flor. et Lov. 4.

§. 2. *Qui consul quater et censor fuerat*] Pal. 1. voces *et censor* omittit. sec. legit *censorque fuerat.* GEBH. *Td et censor* Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. Ber. Gaertn.

Digitized by Google

tum Fulvius, *Non ego ignarus, quid responsurus fa-* 4
cturusve esses, quaesivi, quippe quum prae te feras, tentare magis, quam consulere senatum, et, ni provinciam tibi, quam volueris, extemplo decernamus, paratam rogationem habeas. Itaque a vobis, tribuni ple- 5
bis, postulo, inquit, *ut sententiam mihi ideo non dicenti, quod, etsi in meam sententiam discedatur, non sit ratum habiturus consul, auxilio sitis.* Inde alter- 6
catio orta, quum consul negaret, aequum esse tribunos intercedere, quo minus suo quisque loco senator rogatus sententiam diceret. Tribuni ita decreverunt, *Si consul senatui de provinciis permittit,* 7

Hav. et edd. principes omiserunt, quae demum in ed. Ven. anni 1498. inveni. Fuit tamen censor, sed vitio factus abdicavit, ut constat ex Fast. Capitol. ad A. V. 1oxxii.

§. 3. *Se, quod o republica esset, facturum*] Vet. lib. *se, quod e republica credidisset, facturum.* SIG. Pal. 1. *quod de republica esset.* tert. *quod de republica censuisset.* Inferius etiam tert. *si de republica censeret.* Pro *esset*, Sigonii quoque liber exhibet *credidisset.* GEBH. *de republica esset* Voss. Lov. 1. et Hav. *de republica credidisset* Lov. 4. *e republica credidisset* Rec. et Hearnii D. Reliqui stant pro vulgato.

Non ego ignarus] Pall. 1. 2. et vet. ed. *Non ego, inquit, ignarus.* GEBH. Ita et Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. Hearnii L. 1. et edd. antt. Primus Froben. anno 1535. eam vocem omisit, quae inferius in oratione Fulvii sequitur.

§. 4. *Quum prae te feras, tentare magis, quam consulere senatum*] In Put. se invenisse *temptare te magis*, monuit Crevier. *temptare magis, quam consulere te senatum* est in Flor. Reliqui additum pronomen ignorant.

§. 5. *Ut sententiam mihi ideo non dicenti*]Pal.pr. *mihi de eo non dicendo.*tert. *mihi de eo non dicenti.*GEBHARD.*de eo non dicendo* Flor.Voss. Lov.3.4. Harl. et Hav. *de eo non dicenti* Lov. 2. 5. Rec. et Gaertn.

Quod, si in meam sententiam discedatur] Omnes Gall. *quod est in meam.* Scribe, *quod, etsi in meam sententiam.* J. FR. GRON. *quod est in meam* Flor. Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. Conjecturam, quam Gronovius, vestigiis his codd. suorum insistens, proposuit, probat etiam Cl. Crevierius.

§. 6. *Quominus suo quisque loco senator rogatus*] Gallici omnes Vossianusque relegant τὸ *senator.* Recte. nam in senatum veniebant plures, pluresque sententiam dicebant, quam senatores. Unde

Digitized by Google

ſtari eo, quod senatus censuerit, placet; nec de ea re ferri ad populum patiemur: si non permittit, qui de
8 *ea re sententiam recusabit dicere, auxilio erimus.* Consul diem ad conloquendum cum collega petiit. Poſtero die permissum senatui est. Provinciae ita decretae: al-

illud 36, [3, 3.] *Qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam dicere liceret.* J. FR. GRON. Eamdem vocem similiter ejiciunt Flor. Lov. 1. 2. Harl. Hav. Hearnii L. 1. N. omnesque codd. Crevierii, qui tamen eam non omnino inutilem putat; ea enim exprimi cauſſam, cur rogati sententiam dicere debeant. Rationem autem, quam Gronov. adfert, cur omitti poſſit, veram quidem agnoscit, non tamen hic locum esse opinatur subtili illi discrimini. Paullo ante *quum consules negarent* Voſſ. Lov. 1. 2. et Gaertn. Verum Craſſus Scipionis collega huic altercationi se inmiscuiſſe non videtur.

§. 7. *Quod senatus censuerit, placet; nec de ea re ferre*] Omnes Gall. et Voſſ. *censuerit ferri, placet.* extra unum Men. in quo *quod senatus censuerit fieri, placet.* Atque ita puto scribendum, etsi plane vox haec abeſſe poſſit. Deinde iidem cum priscis editionibus, *nec de ea re ferri ad populum patiemur.* J. FR. GRON. *quod senatus censuerit ferri* Flor. Lov. 1. 4. 5. Harl. Gaertn. Hav. et Hearnii N. *quod senatus censuerit fieri* Cant. Lov. 2. et Hearnii L. 1. Crevierius, qui similes lectiones in suis invenerat, et *ferri* et *fieri* spernit, et repetitum putat ex sequenti versu *nec de ea re ferri.* Deinde illud *ferre* demum adparuit in ed. Paris. anni 1573. Priores cum omnibus scriptis, ut Gronov. emendat, *ferri* praeferunt. Mox *recusavit dicere*, pro *recusabit*, Flor. Voſſ. Lov. quinque, et Harl. quod Crevier. etiam in Put. et Victor. invenit, cujus loco *recusarit* scribendum judicat.

§. 8. *Si id e republica esse censeret*] *si de republica* Voſſ. Lov. 1. 2. 3. et Harl. *si e republica* Lov. 4. et 5. Paullo ante *cum collega petit*, pro *petiit*, Flor. Voſſ. Lov. 1. 2. 5. Harl. et Hav. V. ad 37, 45, 2. Deinde *provinciae ita creditae* Flor. am. 1. Voſſ. et Lov. 2. *provinciae ita traditae* Voſſ. pro varia lectione in margine, et Lov. 3. Deinde *ut Africam*, omiſſa media praepositione, Flor. Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. et Hav. V. ad 10, 37, 1. et 33, 41, 6.

§. 9. *Cum eo exercitu, quem L. Veturius et Q. Caecilius sortirentur inter se*] Sensus propter sequentia utcunque intelligitur, quod Q. Caecilio sorte evenit, ut cum consule in Brutiis adversus Hannibalem bellum gereret. Caeterum lector consideret verborum ſtructuram et ordinem, et videbit, nos non fruſtra dubitaſſe. GLAR. Hoc loco laborat Glareanus, et jure. nam non mendosus est solum, sed etiam mancus. Quis enim sensus colligi ex illis verbis potest? *cum exercitu, quem L. Veturius et Q. Caecilius sortirentur inter se* etc. Demus igitur operam, ut, quoad poſſimus, germanam sententiam et sinceram lectionem reſtituamus. Veteres libri ita habent, *cum eo exercitu, quem L. Veturius aut Q. Caecilius habuit.* optime haec quidem; veram ad

teri consuli Sicilia et triginta rostratae naves, quas C. Servilius superiore anno habuisset: permissumque, ut in Africam, si id e republica esse censeret, trajiceret. alteri Bruttii et bellum cum Hannibale, cum 9 eo exercitu, quem L. Veturius, aut Q. Caecilius.

sanandum locum non satis. Repete igitur duo illa nomina, quae librario parum diligenti causam dederunt errandi, sic: *et ut L. Veturius et Q. Caecilius sortirentur.* Ita nihil perfectius fingi potest. Sensus est: Consulibus decretae provinciae, Scipioni Sicilia cum navibus rostratis, Crasso Bruttii cum exercitu aut Veturii aut Caecilii, decretumque est, ut Veturius et Caecilius sortirentur, aut inter se compararent, uter cum Crasso in Bruttiis bellum gereret legionibus duabus, quas Crassus consul reliquisset. Itaque paulo post ait: Q. *Caecilio sorte evenit, ut cum consule in Bruttiis adversus Hannibalem bellum gereret.* et post [c. 46, 2.] *P. Licinius in Bruttios ad duos exercitus consulares venit, ex iis eum sibi sumpsit, quem L. Veturius consul habuerat. Metello, ut, quibus praefuisset, legionibus iis praeesset, facilius cum assuetis imperio rem gesturum ratus, permisit.* Deinde emenda ex vet. lib. *sortirentur, inter seve comparaverent:* cum possim sexcentis Livii locis hoc dicendi genus confirmare, paucis tamen ero contentus. 30, [1, 2.] *Decreverunt Patres, ut consules inter se compararent, sortirenturve.* Et 29, [20, 9.] *Ut comparavent inter se, aut sorte legerent, qui duo cum praetore ac legatis irent.* Et 32, [8, 1.] *Decreverunt Patres, ut provincias Macedoniam atque Italiam consules compararent inter se, sortirenturve.* Et 37, [1,] 7. *Cum senatus aut sortiri aut comparare inter se provincias consules jussisset.* sic ubique. Quare apud Ciceronem ad Lentulum [1. ad fam. 9.] ita procul dubio legendum est: *Appius in sermonibus antea dictabat: postea etiam dixit in senatu palam, sese, si licitum esset, legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam; si curiata lex non esset, comparaturum cum collega, tibique successurum.* Vulgo enim legitur *separaturum cum collega.* Senatus enim provincias decernebat, consules eas aut sortiebantur, aut inter se comparabant. Raro judicio senatus res permissa est, ut tradit Livius l. 37. primo. SIG. Mirum in modum manca contaminataque sunt Livii exemplaria librariorum imperitorum culpa. Quid enim haec ejus verba significant? cum dicit *cum eo exercitu, quem L. Veturius et Q. Caecilius sortirentur inter se.* Quanto rectius igitur et clarius elucescent, si in hunc modum distinctius et plenius legantur haec pauca verba? *cum uno exercitu, quem L. Veturius aut Q. Metellus haberent. hi sortirentur inter se.* PIGH. in Annal. ad ann. 19XLVIII. p. 211. Locus, a Sigonio restitutus, in nostris libris mancus est: quippe Pall. 1. et 2. *quem L. Veturius et Q. Caecilius sortirentur inter se comparavent, ut uter in Bruttiis cum duabus legionibus q. c. vel. rem gereret: imperiumque in annum prorogaretur.* GEBH. Et hic sectione indigent vulgati libri. Olim legebatur: *quem L. Veturius aut Q. Caecilius, sortirentur inter se,* exclusis mediis. De quo Glareanum non frustra dubitasse, et

Digitized by Google

hi et sortirentur inter se, compararentve, uter in Bruttiis duabus legionibus, quas consul reliquisset, rem
10 gereret: imperiumque in annum prorogaretur, cui ea provincia evenisset. et ceteris, praeter consules praetoresque, qui exercitibus provinciisque prae-
11 futuri erant, prorogata imperia. Q. Caecilio sorte eve-

nos facile confitemur. Sigonius promittit operam germanae sententiae et sincerae simul lectionis restituendae. Prodit ex scripto *Caecilius habuit*. Optime, inquit: verum ad locum sanandum non satis: repetenda scilicet duo nomina, quae librario parum diligenti caussam dederint errandi: ita nihil perfectius posse fingi, quam: *quem L. Veturius aut Q. Caecilius habuit: et ut L. Veturius et Q. Caecilius sortirentur, aut inter se compararent.* Idque ex illo germanum auctoris esse creditum est. Laudamus conatum: caeterum destituit effectus ejus fiduciam. Quod optimum censet *habuit*, id nos scimus esse librarii audacioris: nam auctor id verbum ex proximo voluit subaudiri: *quas C. Servilius superiore anno habuisset.* et quidem eadem inclinatione. Unde et similiter pronunciamus de modo, quem ponit Pighius ad annum DXLVIII. existimans, ita distinctius et plenius legi debere: *cum uno exercitu, quem L. Veturius aut Q. Metellus haberet: hi sortirentur* etc. nam et τὸ *haberet* Pighii est. Deinde unica cynosura nostra Put. codex sic exhibet: *Q. Caecilius, ui et sortirentur.* En totam: *alteri consuli Sicilia et triginta rostratae naves, quas C. Servilius superiore anno habuisset: permissumque, ut in Africam, si id e republica esse censeret, trajiceret. Alteri Bruttii et bellum cum Annibale cum eo exercitu, quem L. Veturius et Q. Caecilius. hi et sortirentur inter se compararentve.* De his postremis nosce, quae diximus ad 42, 4, 2. J. FR. GRON. Adde Gronov. 1. Obs. 10. p. 92. ubi παραδιόρθωσιν Sigonii in loco Cic. notat. DUR. Omnes nostri mendosum, quae in vulgatis exstitit, lectionem servant, nisi quod Hav. praeferat *cum eo exercitu, quem L. Veturius aut Q. Caecilius habuisset. sortirentur, interque se compararent* etc. Se etiam *habuisset* in Reg. cod. invenisse, profitetur Crevierius.

§. 10. *Imperiumque in annum ei prorogaretur*] Gall. Pall. Voss. ignorant τὸ *ei*. Recte. J. FR. GRON. Omnes mei, uno et altero ex deterioribus excepto, omnesque Hearnii Oxonn. pronomen *ei* itidem ejiciunt. V. Gronov. ad 23, 15, 4. et 40, 26, 8. ubi veram etiam huic loco scripturam vindicavit.

Et ceteris praetoribus consulibusque, qui exercitibus provinciisque praefuturi erant] Et hic aeque atque superior depravatus locus est. Non solum autem, quia in vet. lib. ita est, sed etiam quia ita sententia fert, hoc modo legendum est. *et ceteris praeter consules praetoresque, qui exercitibus provinciisque praefuturi erant, prorogata imperia sunt.* Sensus est: paulo ante locutus est de provinciis exercitibusque, tam praetoribus, quam consulibus hu-

Digitized by Google

evenit, ut cum consule in Bruttiis adversus Hannibalem bellum gereret. Ludi deinde Scipionis magna frequentia et favore spectantium celebrati. Legati, Delphos ad donum ex praeda Hasdrubalis portandum missi, M. Pomponius Matho et Q. Catius, tulerunt coronam auream ducentûm pondo, et simulacra spoliorum, ex mille pondo argenti facta. 12

jus anni decretis: nunc ait, praeter consules et praetores eos, qui provinciis praefuturi erant, ceteris quoque prorogata imperia. Dedit autem causam labendi librario vox *praeter*, quam in *praetoribus* temere commutavit. SIG. Non minus corrupte leguntur haec. Veritas autem historiae flagitat, haec ita corrigi debere. *et ceteris propraetoribus proconsulibusque, qui exercitibus provinciisque praefuerant, prorogata imperia.* Loquitur enim Livius non de magistratibus anni superioris, qui, Caecilio excepto, provinciis decesserunt omnes, sed de proconsulibus et propraetoribus tantum, qui successores nondum acceperant. His enim et in hunc annum prorogata sunt imperia: ut M. Livio procos. in Etruria, L. Lentulo et L. Acidino procoss. in Hispania, P. Sempronio procos. in Graecia, C. Hostilio propr. Capuae, et T. Quinctio propr. Tarenti; quemadmodum ex ipso Livio haud dubie colligimus, et ex annalibus nostris manifestum fit. PIGH. in Annal. ad ann. IOXLVIII. p. 211. Pall. 1. 2. et vet. ed. cum Sigonii libro *et caeteris praeter consules praetoresque.* tert. *et caeteris praeter consules praetoribus quatuor exercitibus provinciisque.* GEBH. Pighius *caeteris propraetoribus proconsulibusque.* deinde *praefuerant.* Sed Gallici omnes, nnusque Pal. et Voss. *et caeteris praeter consules praetoresque, qui exercitibus provinciisque praefuturi erant, prorogata imperia*: ut Sigonius, cui obtemperasse editores oportuit. J. FR. GRON. Q. Claudio tamen, qui Tarentum habebat, c. 10. successorem datum fuisse T. Quinctium, ex l. 29, 13. intelligitur. V. Perizon. Animadv. Hist. c. 4. p. 169. Ceteri sunt C. Hostilius Tubulus Capuae, c. 10. M. Livius Salinator in Etruria, ibid. et c. 46. Lentulus et Acidinus in Hispania, c. 38. et fortassis P. Sempronius Tuditanus, quem hoc anno cum imperio in Graecia fuisse 29, 11. et 12. scribit. ita Pighius ad hunc et superiorem annum, etsi ex Livio ipso non satis certum est, hoc an priore anno successor Sulpicio in Graeciam missus fuerit. Nam hoc, ut alia de provinciarum permutatione, praeteriit Livius. Qui superiore anno Galliae, Siciliae, et Sardiniae praefuerant, praetores hujus anni successores habuerunt, c. 38. DUK. Lectio, quam Sigonius ac Gronovius probarunt, non tantum confirmatur auctoritate omnium meorum, et Oxonn. Hearnii Mstorum, sed etiam veterum editionum: pro qua demum Froben. anno 1535. substituit illam, quam fidem Sigon. et Gronov. recte iterum expulerunt.

§. 11. *Q. Caecilio sorte evenit*] Optimus *sorti*. Ut Virgilius [4.

Digitized by Google

13 Scipio, quum, ut delectum haberet, neque impetrasset, neque magnopere tetendisset, ut voluntarios
14 ducere sibi milites liceret, tenuit: et, quia inpensae negaverat reipublicae futuram classem, ut, quae ab sociis darentur ad novas fabricandas naves, ac-

Georg. 165.] *cecidit custodia sorti.* J. FR. GRON. Non aliter quoque Flor. Vide, quae notantur supra ad 4, 37, 6. 29, 20, 4. et 31, 6, 1. Ita Sil. etiam 7, 368. *queis tunc cecidit custodia sorti.* ubi v. quae dixi. Eamdem lectionem Plinio 4. ep. 12, 2. ex cod. Mediceo supra vindicavi ad 9, 39, 14. Similiter *igni*, pro *igne.* V. ad 1, 41, 3. et 4, 9, 8. *imbri*, pro *imbre*, 21, 56, 3. *Quum neque prae imbri satis decernere possent. classi*, pro *classe.* V. ad 23, 41, 8. *amni*, pro *amne.* V. ad 32, 10, 8. et similia alibi. Mox *exspectantium*, pro *spectantium*, Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. passim obvia aberratione. V. ad 6, 33, 1.

§. 12. *M. Pomponius Matho et Q. Catulus*] Vet. lib. *Q. Catius*, quod probo. Nam supra *Q. Catii* magna mentio, *Q. Catuli* nulla. SIG. *atque Tatius* Hav. *atque Cautius* Lov. 3. *atque Catius* Flor. Voss. et Lov. 1. ac 2. Legendum itaque *ac Q. Catius*, quod est in Harl. *Q. Catius*, pro *Q. Catulus*, emendandum esse, monuit etiam Pighius in Annal. ad ann. ıɔxxxv. p. 138. et ad ann. ıɔxcv. p. 419.

Et X pondo argenti facti] Lectio vetus *et simulachra spoliorum ex mille argenti facta.* RHEN. Pighius ad A. V. ıɔxlvi. p. 206. refert corruptam et jam a Rhenano explosam scripturam hujus loci, *et simulachra spoliorum, et decem pondo argenti facti.* V. Gronov. 1. de Pec. vet. 7. DUK. Veterum edd. lectionem *et X pondo argenti facti* servant Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. et Hav. *ex X pondo argenti facti* Lov. 4. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac D. *X pondo argenti facti*, omissa prima vocula, Ber. *et mille pondo argenti facti* Hafn. Solent saepissime notae numerales ↀ et *X* in Mstis commutari. V. ad 33, 14, 5.

§. 13. *Neque magnopere tetendisset*] Videtur usurpasse *tetendisset*, pro contendisset. Sic Maro [2. Aen. 220.

Ille simul manibus tendit dissolvere nodos.

RHEN. V. ad 32, 32, 7.

§. 14. *Ut, quae a sociis darentur*] In vet. lib. est, *nisi quae a sociis*, ex quo intelligo, legendum esse *si quae a sociis.* et cum ait *et quia impensae*, novae sententiae principium esse faciendum, cui altera pars jungitur *Etruriae primum populi.* SIG. Male Sigonius *si quae:* certum enim, non dubium erat datum iri. MSS. *ni quae*, vel *ut in quae*, deinde omnes *ab sociis.* Lege *uti quae ab sociis.* Male idem ordinat periodos: quasi novae sententiae principium sit, *et quia impensae*, cui altera pars jungatur *Etruriae primum.* Immo illud cohaeret praecedenti membro, sententia autem finitur cum τῷ *acciperet.* Hoc enim dicit, duo tenuisse Scipionem, ut voluntarios ducere, utque ab sociis accipere, quae darentur, liceret.

ciperet. Etruriae primum populi, pro suis quisque facultatibus, consulem adjuturos polliciti. Caeri- 15
tes frumentum sociis navalibus commeatumque omnis generis; Populonienses ferrum; Tarquinienses lintea in vela; Volaterrani interamenta navium et

Nimirum non vidit, *τὸ accipere* significare *accipere liceret*. J. FR. GRON. *nisi quae ab sociis* Hav. *ni quae ab sociis* Lov. 2. 3. *vi quae ab sociis* Flor. Lov. 1. et Harl. *utque ab sociis* Lov. 4. *ut quae a* vel *ab sociis* reliqui: Recte autem Gronov. *acciperet* per accipere liceret interpretatur. Ita 4, 35, 10. *Summa vi expugnatum esse, ut tribuni militum consulari potestate et ex plebe crearentur.* pro creari possent, creari liceret. Mox *consulem se adjuturos*, addito pronomine, Lov. 4.

§. 15. *Populonienses ferrum*] Ant. ed. *populo in enses ferrum*. Pal. 1. *Poplonenses*. sec. et tert. *Populonenses*. GEBH. *Poplonenses* Lov. 1. 2. *Populonenses* Flor. Voss. Lov. 4. 5. et Hav.

Lintea ad vela] Scripsimus *in vela*. RHEN. *lintea vela* Lov. 3. Reliqui Rhenano consentiunt.

Volaterrani interamenta navium] Quid hoc verbi sit, quod Pal. 1. 3. ingerunt, ignoro. At sec. liquidius, *Volaterani inceramenta navium*. GEBH. Put. omnesque Gallici, omnes Flor. (ad sex aut septem hoc loco inspeximus) duo Pall. Barberinus, Voss. *Volaterrani interamenta navium*. Potest videri *interamentum*, ut et *interamen*, ab *interare* deduci. Glossarium: *interata*, ἐξεντερισθέντα. Ejus compositum *exenterare*. Et *interior* ostendit, fuisse aliquando *interus*, ut *superior*, *superus*, *superare*. unde *superamenta materiarum* l. 55. §. 5. D. de Leg. 3. Etiam veteres dixisse *interatim* pro *interim* testis est Festus. Sic *interamen* ἐντερόνεια. Aristophanes Ἐς τὰς τριήρεις ἐντερονείαν. ubi Scholiastes: Τὰ ἐγκοίλια, τὰ ἀπὸ τῆς τρόπιδος ἀνερχόμενα ξύλα, ἐντερόνεια καλεῖνται. Pollux 2, 4. Ἐντερόνεια τὰ καλούμενα ἐγκοίλια τῶν νεῶν. Vix tamen putem, *interare* veteres usurpasse: quum et *externare*, quam *exterare*, maluerint, et *exenterare* potius dixerint a Graeco ἔντερα, quam *exinterare*. Tertius Pal. diserte exhibet *inceramenta navium*: quod etiam atque etiam vide, an non praestet. Naves cera piceque oblini, et oblitas olim fuisse notum est. Hinc Julius Pollux inter τὰ τῶν ναυπηγῶν ponit πίσσαν et κηρόν. Plinius 16, 11. *zopissam* ait vocari derasam navibus maritimis *picem cum cera*. Vegetius 5. de re milit. 14. *Ardentes sagittae per balistas in hostilcarum navium alveos infiguntur, inunctasque cera et pice et resina tabulas tot fomentis ignium repente succendunt.* Eam mixturam picis cum cera una voce κηρὸν dicunt Graeci. Arrianus in Periplo Ponti Euxini [non longe a principio.] Ἀλλὰ καὶ οἱ ἧλοι καὶ ὁ κηρὸς ἀπεξύσθη, ὡς μηδενὸς ἄλλου ξύλων δεῖσθαι ναυπηγήσιμον εἰς τὴν κατασκευήν. Et Latini *ceram*. Vegetius 5, 7. *Colore veneto cera etiam, qua ungere solent naves, inficitur.* Valer. Flacc. 1. Argon. [128.] *tenues subiere latentia ceras Lumina*. et iterum [vers. 479.]

Digitized by Google

16 frumentum; Arretini triginta millia scutorum, galeas totidem, pila, gaesa, hastas longas, millium quinquaginta summam pari cujusque generis nunto-

— — — *fissaque fluctu*
Vel pice vel molli conducere vulnera cera.

Ita enim legimus cum scripto Oxoniensi, non *concludere*, ut vulgo. Carrionis etiam codex habuit *conducere*. Quod verbum, infit ille, nescio, an satis huic loco conveniat. Convenit utique, quum proprie cera dicatur *induci*. Eleganter igitur et coëuntes inducta cera rimae dicuntur *conduci*. Ovid. 11. Met. [514.] *spoliataque tegmine ceras Rima patet.* Lucianus in dial. Charontis et Mercurii: *Καὶ κηρὸν, ὡς ἐπιπλάσαι τοῦ σκαφιδίου τὰ ἀνεφῳότα.* Hinc et *ceratae naves*. Ovid. epist. Oenones [vers. 41.]

— — *sectaeque trabes, et classe parata*
Caerula ceratas accipit unda rates.

Idem 14. Met. [530.]

— — *fert ecce avidas in pinea Turnus*
Texta faces, ignesque timent, quibus unda pepercit.
Samque picem et ceras alimentaque caetera flammae
Mulciber urebat.

Hunc igitur κηρὸν Livius vocat *inceramenta*, quippe quo incerantur naves. Neque enim ignotum illud Juvenalis [10, 55.] *genua incerare Deorum*. Servant hodieque verbum utrumque in vernacula sua Itali. Sed et verba *cerare* et *ceratura* sunt apud Columellam 12, 50. Utrum vero malit, arbitretur ipse lector. J. FR. GRON. *interamenta* legit Salmas. ad Solin. p. 166. et 781. DUK. *armamenta* pleraeque edd. usque ad Gronov. quae lectio in nullo mihi cod. obvia fuit. *ferramenta* Hearnii L. 1. *interramenta* Gaertn. *interamenta* Flor. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Ber. a m. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *inceramenta* Lov. 2. Ber. a m. 2. Harl. et unus apud Crevierium, qui hanc prae altera lectione *interamenta* probat. Gronovius in prima ed. not. insuper addebat duplicem expositionem τοῦ *interamenta*, subgestam ab amicis; vel esse τὸ μεσάιστατον νεώς; vel esse stuppam, et quidquid infercitur sive vasis componendis, sive navium rimis. Testatur autem alterum se longissime sequi, et vestigia semper adorare; et alterius nascenti famae se flagrantissime studere. Per priorem Salmasium, per alterum Vlitium intellexit. Salmas. enim eamdem vocis *interamenta* expositionem proposuit locis a Cl. Dukero laudatis, suam vero Vlitius ad Gratii Cyneg. vers. 47.

§. 16. *Aretini triginta millia scutorum*] Put. *Arretini* ꝏ ꝏ ꝏ *scutorum*. id est, *tria millia*. Etiam Regius *III*. J. FR. GRON. Plerosque scriptos et optimos *tria millia* habere, auctor est Clariss. Crevierius, quae lectio apud me in uno tantum superest Hav. *IIII scutorum* in Lov. 5. et Gaertn. *XXX scutolorum* in Flor. a m. 1. *XXX scuta* a m. 2. et in Hearnii L. 1. *XXX scutorum* in Lov. 1. 3. 4. *XXIIII scutorum* in Lov. 2. 5. *Arretini* autem legunt Flor. et plerique reliqui. V. ad 9, 32, 1. et 10, 37, 4.

Gaesa, hastas longas, millium

Digitized by Google

ro expleturos, secures, rutra, falces, alveolos, molas, quantum in quadraginta longas naves opus esset, tritici centum et viginti millia modiùm, et 17

quinquaginta summam] In cod. est *millium quadraginta summam*, non *quinquaginta*. RHEN. Hastae longae videntur esse, quibus projectis cominus in stataria pugna utebantur; missiles, quas eminus jaculabantur, breviores fuisse probabile est. De utrisque locum Strabonis l. 10. p. 448. observavit Lipsius 4. Poliorc. 4. DUK. *gesta* Lov. 4. *gessa* Lov. 5. V. ad 8, 8, 5. Tum *millium XL summam* Hearnii D. *ad millium quinquaginta summam* conjicit Crevier, sensum autem hunc putat, Arretinos pollicitos esse, se pila, gaesa, hastas longas daturos esse eo numero, ut summa omnium simul collectorum esset quinquaginta millium, pari cujusque generis numero; ita ut pila daturi essent circiter 16670, totidem gaesa, totidemque hastas.

§. 17. *Secures, rutra, falces, alveolos, molas*] Haec omnia, inquit Cael. Rhodig. l. 7, 30. facile se a difficultate extricans, sunt classium instrumenta: at, qualia sint, minime explicat. *Rutra* ab *eruendo* seu *ruendo* deduci, quidam volunt. Nonius a *radendo* derivatum *rutrum* putat. Ego sane instrumentum fuisse censeo ferreum, ad eruendam terram seu arenam, quum opus esset; quale nos *batillum* seu *palam* vocamus, cujus non semel Varro de re rust. meminit. Festus ait: *Rutrum tenentis juvenis effigies in Capitolio Ephebi fuit, more Graecorum arenam eruentis exercitationis gratia.* Plinius 36, 23. *Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohaerent.* Cato de re rust. 11. scribit: *Oportet habere villicum palas sex, rutra quatuor, rastros quadridentes duos.* Varro apud Nonium [v. *Rutrum.*] *Cui Coler Antipatri filius caput rutro displanat. Rutri* diminutivum *Rutellum.* Lucilius [apud Non. d. l.]

Frumentarius est, modium hic secum atque rutellum
Unum affert.

Significans, ut ego interpretor, instrumentum, quo fruges in modium conjiciuntur. Consimile autem instrumentum fuisse *batello*, cujus Varr. 3. de Re rust. 6. et 1, 50. meminit, conjectari licet. Sicuti et *palae*, de qua Varro 4. Ling. Lat. [p. 33.] et Cato c. 11. de re rust. At haec profecto vel synonyma fuere, vel certe forma, materia usuve parum distantia. *Rutrum* sane nauticum instrumentum, seu navale fuisse, ex Livio non ambigendum. Quae *falces* et *secures* essent, nulla difficultas. *Alveolos* expono vasa in usum nauticum, ad aquam aliaque hujusmodi adservandam, in navibus adferendam, vel ejiciendam: ita lances et paropsides *alveolos* vocavit Juven. Satyr. 7.

Cujus et alveolos et laenam pignorat Atreus.

et Satyr. 5.

Illud enim vestris datur alveolis, etc.

Et tabula lusoria, latrunculos recipiens, *alveolus* nuncupatur. Cic. de Finib. [5, 20.] *Aut alveolum poscere, aut quaerere quempiam ludum.* Plinius [37, 2.] *M. Messala pridie Kal. Octob. diem natalis sui egit, transtulit alveum cum tesseris lusoriis.* quo sensu

Digitized by Google

 in viaticum decurionibus remigibusque conlaturos: Perusini, Clusini, Rusellani abietem in fabricandas naves, et frumenti magnum numerum. abiete ex pu-

alveolum pro tabula lusoria dixit Festus 1. Colum. 8, 5. *Totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat.* Varro inquit: *Alveolus est cavata cortex vel viminoum vasculum, in quo quid propter concavitatem reponitur.* Graecis κυψέλη. D. Hieronymus ad Demet. *In alveolis fusi vertantur.* et concavata ligna, in quibus apes mellificant, *alvei* dicti ex Varr. et Plin. l. 11. et apud Gajum l. 5. §. 4. D. de acquir. rer. dom. Etiam navem *alveus* significat. Propert. [3, 5, 32.]

Portabat sanctos alveus ille viros.

Nisi navim pro alveo interpretemur ibidem. ita et Livius 21, [26, 9.] *Alveos informes raptim faciebant.* Festus: *Nauftibulum alveus est, ad navis similitudinem factum.* Et *alveus* locus, per quem aqua fluit, Juriftis l. 7. §. 5. D. de acquir. rer. dom. Virgil. [7. Aen. 33.]

Adsuetae ripis volucres et fluminis alveo.

Ad cujus similitudinem vas amplum in balneis dictum. Cic. pro Coelio [28.] *Ex quibus requiram, quomodo laverint, alveusne illi, an equus Trojanus fuerit.* Apud Caton. c. 44. vitibus infodiendis *alveatos sulcos* esse oportere legimus, h. e. excavatos. Ex quibus omnibus satis patere arbitror, *alveolos* vasa fuisse excavata in eum, quem diximus, usum. *Molae* quae fuerint, a Livio commemoratae, haud facile est affirmare. Namque non molendinariae, siquidem in navibus non erant pistrina. Itaque conjicio, fuisse navales machinas seu classicas, ad saxa magna, cujusmodi molaria, jacienda in hostiles naves, ad eas mergendas vel disrumpendas et opprimendas. Ita Statius 5. Theb. [386.] *vastaeque sudes, fractique molares.* Ovid. 3. Met. [59.]

Aut comes, inquit, ero. dixit, dextraque molarem
Sustulit.

Livius 31, [46, 10.] *Balistis, catapultisque, et alio omni genere tormentorum tela ingerentes, et pondere ingenti saxa jaciebant.* Illud sane manifestum est, haec omnia ad naves pertinentia fuisse instrumenta. MARC. DONAT. *Molas* intellige frangendo frumento. V. Lipsium 5. de Milit. Rom. 11. et 16. DUK. *rubra*, pro *rutra*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. 4. et Harl. *rutea* Lov. 3. *intra* Gaertn. *robra* Hafn. *robora* Hav. *dolabra* Ber. a m. 2. in quo lacuna erat a m. 1. De rutris, quibus in bello utebantur, v. Stewich. ad Veget. 2, 25. quo loco etiam Veget. memorat *alveos*, *cophinos*, *quibus portetur terra.* Et sane *alveos*, pro *alveolos*, hic etiam Lov. 1. licet tamen vulgatum non putem mutandum. Hinc *naves*, pro *molas*, Flor.

Tritici centum et viginti millia modiûm] In cod. est *tritici centum viginti millia modiûm*, sine *et*. RHEN. Inducenda est vox *et* ex meis et ex Rhenani libris. SIG. Voculam *et* servant omnes nostri. Recte igitur nullus editorum Rhenanum aut Sigonium audivit. Ceterum *centum et triginta*, vel *XXX millia modiûm* Lov. 5. et Hearnii L. 1. *modiorum* Lov. 4. Male. V. ad 26, 47, 8.

Digitized by Google

blicis silvis est usus. Umbriae populi, et praeter hos Nursini, et Reatini, et Amiternini, Sabinusque ager omnis, milites polliciti. Marsi, Peligni, Mar-

Et in viaticum decurionibus remigibusque conlaturos] Quid collaturos? num centum et viginti millia modiùm? quid igitur conjunctio *et* ibi posita? Paulo ante etiam *millium quinquaginta summam* ad *pila*, *gaesa*, *hastas longas* referenda puto, alioqui sensum nullum video. GLAR. Incredibile est, illa centum et viginti millia modiùm tritici fuisse viaticum decurionum et remigum, ut Glareanus τὸ *et* delendo videtur voluisse. Non dicit quidem Livius, quid se in horum viaticum collaturos polliciti fuerint, quod Glareanum offendit, sed suppleri potest aptum aliquod nomen. Cic. 2. Verr. 59. *Imperasti, ut iidem pro parte in commune Siciliae conferrent. etiam id contulerunt.* Ceterum, decuriones remigibus praefuisse, ex eo colligi potest, quod his a Livio junguntur. Sed quaenam speciatim partes eorum muneris in navibus fuerint, non traditum est ab iis, qui de Re et Militia navali scripserunt. DUK.

§. 18. *Clusini, Russellani abietes in fabricandas naves*] *abietem in fabricandas naves* est in cod. non *abietes*. RHEN. Prima vox deest in Lov. 1. Deinde *Russellani* Flor. et Lov. 1. ac 5. *Ruselani* Lov. 4. et Ber. *Trucellani* Hafn. *Tursellani* Lov. 3. *Sellani* Hav. *et Sellani* Lov. 2. Vulgatum verum est. V. Cluver. 2. Ital. ant. 3, 514. et Cellar. 2. Geogr. ant. 9, 454. Deinde *abietes* Flor. Voss. Lov. quinque, Harl. Ber. Gaertn. Hav. et Hearnii L. 1. Non displicet tamen Rhenani lectio.

§. 19. *Umbriae populi, et praeter hos Nursini, et Reatini*] Antiqua lectio *Umbriae populi Nursinique*. Qui hunc locum mutavit, exposuit *que* conjunctionem pro, *id est*. Et vitiatum locum putans, quod Nursini et Reatini non sunt in Umbria, sed in Sabinis, adjecit ipse dictiones istas *et praeter hos*. O errorem dignum, qui fuerit magna cura vindicatus. Nos veterem lectionem reduximus. RHEN. Voss. et omnes Gall. *Umbriae populi, et praeter hos Nursini, et Reatini, et Amiternini*. Hic iterum de nihilo vaticinatur Rhenanus, quae piget referre. J. FR. GRON. Potius hic codex, quem Rhenanus adhibuit, et cum eo Hearnii D. lapsi sunt. Omnes mei, et reliqui Hearnii Oxonn. priorum edd. lectionem vindicant. Mox *Sabinusque ager omnis* Cel. Jac. Gronov. edidit, priscas editiones secutus; quibus adsentiuntur tantum non omnes mei, et Hearnii L. 1. Frobenius anno 1535. aliique usque ad eumdem Gronov. inverso ordine dederant *Sabinusque omnis ager*.

Marruciniique, multi voluntarii nomina in classem dederunt] *voluntaria* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Hav. *Marruciniique milites voluntaria nomina* Lov. 5. Voces *multi voluntarii* deerant in Hearnii D.

§. 20. *Camertes, quum aequo foedere cum Romanis essent*] Sigon. 1. de Ant. jur. Ital. 21. dicit, his verbis significari, ceteris populis exiguam, Camertibus, qui propter aequitatem foederis nihil debebant, maximam laudem fuisse tribuendam. Sed ceterorum quoque populorum, non minus quam Camertium, voluntariam

Digitized by Google

rucinique, multi voluntarii nomina in classem de-
20 derunt. Camertes, quum aequo foedere cum Ro-
manis essent, cohortem armatam sexcentorum ho-
21 minum miserunt. Triginta navium carinae, viginti
quinqueremes, decem quadriremes, quum essent
positae, ipse ita institit operi, ut die quadragesi-
mo quinto, quam ex silvis detracta materia erat,
naves instructae armataeque in aquam deductae
sint.

1 XLVI. Profectus in Siciliam est triginta navibus
longis, voluntariorum septem ferme millibus in na-
2 ves impositis. Et P. Licinius in Bruttios ad duos
exercitus consulares venit. ex eis eum sibi sumsit,

fuisse collationem, nec eos illa, quae Livius dicit, ex formula foederis debuisse dare, ex tota hujus rei narratione patet. Quod autem eodem lib. c. 17. scribit, cum Camertibus anno Urbis CCCCXLIII. amicitiam initam fuisse, probabile est ex iis, quae apud Livium 9, 86. leguntur. DUK. *Cameries* Flor. Lov. 2. et Harl. *Camerites* Hav. *Camerates* Lov. 4. et Rec. *Camerinenses* Lov. 5. *Camarinenses* Gaertn. Deinde *aequo animo vel foedere* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav.

§. 21. *Quam ex silvis detracta materia esset*] Scripsimus *quam ex silvis materia detracta erat*, pro *esset*. RHEN. *cum ex silvis* Flor. Voss. Lov. 1. 2. 3. et Hav. Male. *quam* hic Livio ordinaria locutione ponitur pro postquam. V. ad 4, 7, 1. 6, 29, 10. et 28, 16, 14. *detracta materia erat* etiam omnes mei, praeter Ber. et Gaertn. in quibus *esset* superest.

§. 1. *Septem ferme millibus in naves impositis*] Pal. 3. *LIII ferme millibus*. Caeterum primus *in navibus*. GEBH. *LIII ferme millibus* Hearnii D. *millia in naves imposita sunt* Lov. 5. *impositi sunt* Hearnii L. 1.

§. 3. *Metello, quibus praefuisset legionibus, iis praeesset*] Pall. 1. 3. et vet. ed. *ut quibus*. sec. *Metello autem, ut quibus*. GEBH. Put. Reg. duo Pall. *Metello, ut quibus*. tert. *Metello autem, ut quibus*. Dein tria postrema verba nullo in Gall. conspiciuntur, unde suspicor, esse spuria, et scribendum: *Metello, quibus praefuisset*, (*facilius cum adsuetis imperio rem gesturum ratus*) *permisit*. Permisit ei milites, quibus praefuisset. Semper illi adjecerunt scripturae veteri, quum potius ex ea tolli aliquid deberet: ut hic particula *ut*. J. FR. GRON. *Metello, ut quibus praefuisset* omnes non tantum codd. quibus usus sum, sed etiam typis exarati usque ad Paris. qui anno 1573. primi *τὸ ut* omiſe-

quem L. Veturius consul habuerat. Metello, ut, 3
quibus praefuisset legionibus, iis praeesset, (facilius eum adsuetis imperio rem gesturum ratus) permisit. Et praetores diversi in provincias profecti. 4
Et, quia pecunia ad bellum deerat, agri Campani regionem, a fossa Graeca ad mare versam, vendere quaestores jussi; indicio quoque permisso, qui ager civis Campani fuisset, ut is publicus populi Romani esset. indici praemium constitutum, quantae pecuniae ager indicatus esset, pars decima. Et Cn. 6
Servilio praetori urbis negotium datum, ut Campani cives, ubi cuique ex senatusconsulto liceret habitare, ibi habitarent; animadverteretque in eos,

runt. Deinde tria ultima vocabula exsulant etiam a Flor. Voss. Lov. 1. 4. Harl. Hav. et Hearnii L. 1. atque N. Gronovio adsentienti non adversabor; an tamen tria illa vocabula exciderunt librariorum culpa, ob vocum *praefuisset* et *praeesset* similitudinem?

Facilius eum adsuetis imperio rem gesturum ratus] Livius 6, 9, 6. *Quamquam expertum exercitum adsuetumque imperio malles, nihil recusavit.*

§. 4. *Regionem, a fossa Graeca ad mare versam*] In Pal. 1. deficit praepositio *a*. tert. *a fossa Graeca ad mare egressum*. GEBH. Praepositio *a* etiam exsulat a Flor. Voss. Lov. 1. 2. et Hav.

§. 5. *Quantae pecuniae ager judicatus esset*] *aestimatus* aliter dixisset. Vide igitur, ne *indicatus* sit legendum, quia indici decima pars ejus pecuniae proposita esset. SABELL. *venditus esset* Lov. 3. et Hav. *judicatus est* Lov. 5. *judicatus esset* Ber. Lov. 4. Gaertn. *indictus esset* Lov. 2. Voss. Harl. et Hafn. *indicatus* reliqui recte; quae vox passim cum *judicatus* et *indictus* commutari solet. De priori infra videbimus ad Epit. Liv. 63. posterioris erroris exemplum supra habuimus ad 4, 15, 3.

§. 6. *Ubi cuique ex senatusconsulto liceret habitare, ibi habitarent*] Ex fide vetusti voluminis emendavimus *ubicunque ex S. C. liceret, habitarent*, duobus verbis *habitare* et *ibi* sublatis. Quod vero mox praecedit *Et Cn. Servilio praetori urbis*, in veteri codice est *PR. urbs.* (debebat esse *VRB.*) mallem *praetor urbanus*, quam *praetor urbis*, non hic solum, sed et aliis apud Livium locis. RHEN. Pall. *Cn. Servilio.* sicut inferius *Cn. Servilio negotium datum.* GEBH. *ex SC. liceret, habitarent* brevius Rhenanus, et placeret, nisi, quod immutavit ille, *ut Campani cives*,

Digitized by Google

7 qui alibi habitarent. Eadem aestate Mago, Hamilcaris filius, ex minore Baliarium insula, ubi hibernarat, juventute lecta in classem inposita, in Italiam triginta ferme rostratis navibus et multis onerariis, duodecim millia peditum, duo ferme e-
8 quitum trajecit: Genuamque, nullis praesidiis maritimam oram tutantibus, repentino adventu cepit. inde ad oram Ligurum Alpinorum, si quos ibi mo-

ubi cuique ex senatusconsulto liceret habitare, ibi habitarent, quasi de compacto omnes Gallicani et Voss. quorum fides apud me paullo major, quam illius, qui Rhenanum circumduxit. J. FR. GRONOV. *ubicumque*, quod Rhenanus pro *ubi cuique* substitutum voluit, itidem inveni in Lov. 3. 5. Ber. Gaertn. Hav. et edd. Aldina antiquioribus. Sed alterum servant optimi, idque praeferendum videtur, quia non una omnium Campanorum conditio fuit, neque in eodem loco habitare potuerunt. Aliis enim locum, ubi habitarent, trans Tiberim datum, alios cis Lirim Romam versus, alios cis Vulturnum emotos fuisse, supra Livius narravit 26, 34. Deinde eidem Rhenano τὰ *habitare ibi* expungenti concinunt Lov. 3. et Hearnii Oxonn. sola vox *habitare* deest in Lov. 5. Ber. Gaertn. et edd. ante Aldum. Sed reliqui mei constanter *liceret habitare, ibi habitarent*. Paullo ante *Et P. Servilio* Lov. 5. Gaertn. Rec. et Hearnii D. *C. Servilio* edd. Modii, Gruteri, Dan. Heinsii, et Gronovii prima, unde Gebhardus monuit, se in Pall. *Cn. Servilio* invenisse, quod et reliqui mei cum prioribus edd. servant. Denique *praetori urbis* omnes mei. V. ad 25, 1, 11.

§. 7. *Triginta ferme rostratis navibus*] Τὸ *ferme* non adparet in Ber. et edd. ante Aldum; in Flor. etiam inter versus a manu recentiore adscribitur. Et sane ea vox mox sequitur. Paullo ante *Balearum*, vel *Baliarum* Flor. Lov. 1. 2. 4. et Hav. In sequentibus *XI millia peditum*, pro *duodecim*, Rec. et Hearnii D. *XX millia peditum* Lov. 5.

§. 9. *Ingauni* (*Ligurum ea gens est*) *bellum ea tempestate gerebant cum Epanteriis*] *Albingaunus* est oppidum, authore Strabone l. 4, [202.] cujus incolae *Ligures Ingauni* appellantur. Meminit et Ptolemaeus, et Plin. 3, 5. De *Epanteriis* nihil apud idoneos invenio authores. fortassis nomen vel corruptum, vel vetustate abolitum. GLAR. *cum Panteriis* Lov. 2. 4. et Hearnii D. *cum Pantheriis* Hearnii L. 1. Quum autem *Epanterii* ratione Ingaunorum *montani* vocentur, eos supra Albingaunum oppidum Alpina juga incoluisse, existimat Cluver. 1. Ital. ant. 8, 60. Contra Doujatius nomen corruptum existimat, ac scribendum esse *cum Intimeliis*. At ex Strabone colligendum videtur, Intemelios aeque atque Ingaunos fuisse maritimos; certe l. 4, 202. eorum urbes Albium Intemelium et Albingaunum maritimas, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ vocat. Praestat igitur

Digitized by Google

tus facere posset, classem adpulit. Ingauni (Ligu- 9
rum ea gens est) bellum ea tempestate gerebant cum
Epanteriis montanis. Igitur Poenus, Savone oppi- 10
do Alpino praeda deposita, et decem longis navi-
bus in statione ad praesidium relictis, ceteris Kar-
thaginem missis ad tuendam maritimam oram, quia
fama erat Scipionem trajecturum esse, ipse, socie- 11
tate cum Ingaunis, quorum gratiam malebat, com-

nihil mutari, et Epanterios referre inter populos, quorum memoria nobis a solo Livio servata est.

§. 10. *In stationem ad praesidium relictis*] Scripsimus *in statione*. Et mox *eo trajecturum esse* expunximus adverbium *eo*. RHENAN. *in stationem* Ber. et Gaertn. *in stationum* Lov. 1. Reliqui *in statione*. Deinde voculam *eo* ignorant etiam omnes mei, et quaedam ex vetustioribus edd. Sequens *esse* etiam deest in Flor. Cant. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav. Paullo ante *Avone*, pro *Savone*, Flor. Voss. Lov. 1. Harl. et Hearnii L. 1. ac N. prima litera intercepta ab ultima vocis praecedentis. V. ad 37, 29, 5. *Avonae* Hav. *Anove* Lov. 4. *a novo* Lov. 2. Insuper *XX longis navibus* Harl.

§. 11. *Montanos instituit oppugnare*] Reposuimus *montanos instituit oppugnare*, quod *instituit* corrupte legitur in vulgatis editionibus. Sic de Marcello Livius 27, [2, 10.] *Vestigiis institit sequi*. RHEN. *institit* Beatus. At omnes nostri *instituit*. Haud ignoro 24, [46, 1.] legi: *Fabius ab Suessula profectus Arpos primum institit oppugnare*. Et apud Curtium 9, [1.] *Rursus aliam partem secare institit*. Et hujusmodi permulta. Sed quum utrumque bonum sit, praevalere debet, vetustiorum atque integriorum librorum auctoritate quod est fulcitum. Noster 29, [13, 8.] *Consules delectum habere instituerunt*. Caesar 7. de B. Gall. [12.] *Ille oppidum Biturigum, positum in via, Noviodunum oppugnare instituerat*. Idem 3. de B. Gall. in fine, [c. 28.] *Qui longe alia ratione, ac reliqui Galli, bellum agere instituerunt*. Sic praestantes in Andibus membranae: vulgo olim *bellum gerere coeperunt*. Doctissimorum virorum editio *gerere instituerunt*. Nempe unum deerat. Rursus 6, [1.] *Delectum habere instituit*. Et [c. 8.] *Facere pontem instituit*. 7, [27.] *Directisque operibus, quae facere instituerat*. J. FR. GRON. Haec ubique permutantur. V. Riv. et alios ad Terentii Hec. 3, 3, 21. et Graevium ad Suet. Gramm. c. 21. DUK. *institit* ex cod. suo reposuisse Rhenanus videtur, siquidem ita etiam praeferat Rec. Negari nequit, id verbum eo sensu Livio aliisque in frequenti usu fuisse. Exempla v. ad 30, 12, 18. Non propterea tamen, vel omnibus, vel plerisque et optimis membranis invitis, ubique eadem locutio scriptoribus obtrudenda est; sed, ut Gronov. hic recte monet, integerrimorum codicum auctoritate in ea re standum est, praesertim quum etiam

Digitized by Google

posita, montanos instituit obpugnare. Et crescebat exercitus in dies, ad famam nominis ejus Gal-
12 lis undique confluentibus. Ea literis cognita Sp. Lucretii, ne frustra, Hasdrubale cum exercitu deleto biennio ante, forent laetati, si par aliud inde bellum, duce tantum mutato, oriretur, curam in-
13 gentem accenderunt Patribus. Itaque et M. Livium proconsulem ex Etruria volonum exercitum admovere Ariminum jusserunt, et Cn. Servilio praetori

instituo eadem significatione passim adhibitum sit. Supra 2, 27, 7. *Plebi creverant animi, et longe alia, quam primo instituerant, via grassabantur.* 3, 62, 4. *Ego, ut in dies spes virtusque vestra crescat, eadem, qua instituti, disciplina efficiam.* 4, 22, 4. *Agere in arcem cuniculum instituit.* 38, 7, 6. *Cuniculum occultum agere instituit.* 40, 30, 5. *Omissis, quae agere instituerat.* 43, 19, 9. *Aggerem a parte superiore ducere instituit.* Cic. de Amic. 25. *Is primum instituit in forum versus agere cum populo.* Justinus 8, 3. *Piraticam quoque exercere instituit.* Gellius 12, 1. *Fabulari instituit polixius.* ubi v. Cel. Jac. Gronov. Adde Cel. Burm. ad Quinct. 1. Instit. 5. p. 69. et ad Suet. Vitell. 2. ubi recte valgatum adversus Graev. *institit*, pro *instituit*, ex conjectura emendantem, tuetur. Hoc loco ceteri, quos consului, Msti, omnesque Hearnii Oxonn. *institit* servant; in paucissimis vero, quae *instituit* praeferunt, librarios lapsos esse credendum est. Eaedem voces etiam supra commutantur 8, 38, 5. 30, 12, 18. 35, 11, 8. (*37, 27, 4.) Similiter *constitit* et *constituit*, de quo v. ad 27, 16, 11.

§. 12. *Ea literis cognita* etc. *curam ingentem accenderunt*] Verbum hujus periodi non est *accenderunt*, ceu vulgo legitur, sed *accendit*, in volumine scripto. Quare non ambigo, scripsisse Livium: *Ea res literis cognita Sp. Lucretii, ne frustra Asdrubale cum exercitu deleto biennio ante forent laetati, si par aliud inde bellum, duce tantum mutato, oriretur, curam ingentem accendit Patribus.* RHEN. Ut liber Rhenani, Put. et omnes Gall. Vossianusque, *oreretur*, *curam ingentem accendit Patribus.* Itaque, ut respondeat oratio superior, de conjectura ille: *Ea res literis cognita.* Sed nusquam τὸ *res* invenimus. Sensus tamen hujusmodi quid requirit, nisi τὸ *ea* velis referre ad *fama* ex illis, quae praecedunt: *Et crescebat exercitus in dies, ad famam nominis ejus Gallis undique confluentibus.* Non enim ferent, opinor, si ausim: *Ea literis cognita* etc. *curam ingens accendit Patribus.* J. FR. GRON. Ex omnibus meis codd. unicus Ber. habet *accenderunt*, reliqui omnes cum Hearnii L. 1. et D. *accendit.* Eo itaque recepto, potius legendum cum Rhenano *Ea res literis cognita* existimo, quam ut cum Gronov. pronomen *Ea* referam ad praecedens *fama.* Mecum sensit Cl. Crevier. Praeterea *oreretur* etiam Flor. a m. 1. Sed de eo v. ad 23, 16, 7.

§. 13. *Duas urbanas legiones*, cui

negotium datum, ut, si e republica censeret esse, urbanas legiones, cui imperio videretur dato, ex urbe duci juberet. M. Valerius Laevinus Arretium 14
eas legiones duxit. Eisdem diebus naves onerarias Poenorum ad octoginta circa Sardiniam ab Cn. Octavio, qui provinciae praeerat, captas, Coelius frumento misso ad Hannibalem commeatuque onustas, Valerius praedam Etruscam Ligurumque montanorum captivos Karthaginem perportantes, tradit.

imperio videretur dato, ex urbe duci] Nulli habent τὸ *duas*. Praeterea, etsi nihil in his verbis mutent, commodius tamen erit, *legiones, imperio, cui videretur, dato ex urbe.* Aut saltem sic intelligendum alterum. Pighius ad annum IOXLVIII. p. 212. legit *cui populo videretur, imperio dato.* Sed non aliter capienda vetus lectio, quam curiata lege imperio dato. J. FR. GRON. Meorum tres tantum Lov. 5. Ber. et Gaertn. *duas* agnoscunt. Ceteri recte omiserunt. Deinde *imperio, cui videretur, dato* Lov. 3. et 4. *cui videretur, imperio dato* Lov. 5. Alterutrum verum est. Neque opus, ut cum Pighio legamus *cui populo videretur imperio dato.* Sponte enim patet, ut Gronovius monuit, ita intelligendum esse, praetori hic potestatem factam legionibus urbanis ex urbe ducendis praeficiendi, quem vellet, verum hac lege, ut is ante lege curiata imperium acciperet. Eodem modo accipiendum, si magistratibus, ut consulibus vel praetoribus, datur jus mittendi cum imperio, quos videretur, supra 23, 34. 31, 3. et 8. et alibi. Paullo ante *si e re p. R. censeret esse* Lov. 1. 2. An voluerunt *e republica P. R.* id est, populi Romani? V. de illa formula Gronov. 4. Obs. 14.

§. 14. *Naves onerariae Poenorum* etc. *qui provinciae praeerat, captae. Eas Coelius*] Hic *onerarias* Men. deinde *praeerat captas* Put. Reg. Men. Voss. Praeterea inferius, ubi vulgo *Carthaginem portantes captas, tradit*, omnis manus veterum *Carthaginem perportantes, tradit*, expuncto τῷ *captas*. Neque habent priscae edd. ante Rhenanum, qui, ut fatetur ipse, illud inseruit. Ego vero, his omnibus perpensis, deleto supervacuo pronomine *eas*, ita scribendum, et utramque periodum connectendam existimo: *Eisdem diebus naves onerarias Poenorum ad octoginta circa Sardiniam ab Cn. Octavio, qui provinciae praeerat, captas, Coelius frumento misso ad Annibalem commeatuque onustas, Valerius praedam Etruscam Ligurumque montanorum captivos Carthaginem perportantes, tradit.* En rotundissimam et prorsus Livianam periodum! Quum librarius haesitans, *captae* acciperet an *captas*, utramque lectionem breviter posuisset, ut adsolet fieri in sanctioribus codd. *captaeas*, fecit aliquis exinde *captae eas*. Sic 29, 7, 8. *Omnibus ad oppugnationibus emparatis* optimus liber, pro *oppugnationem paratis*. Ne quid tamen dissimulem, ille antiquissimus omnium *perportantes*. Itaque possis suspicari, per er-

Digitized by Google

15 in Bruttiis nihil ferme anno eo memorabile gestum.
Pestilentia incesserat pari clade in Romanos Poenosque: nisi quod Punicum exercitum super morbum
16 etiam fames adfecit. Propter Junonis Laciniae templum aestatem Hannibal egit; ibique aram condidit dedicavitque, cum ingenti rerum ab se ge-

rorem librarii primam vocis syllabam repetitam esse. Sed Reg. Pet. Pal. Men. Voss. *perportantes*. Neque video, cur *perportantes*, perinde ut *perferentes*, dici non possit. Sic *perpopulari* amat, sic *percuratum vulnus*. J. FR. GRON. Emendationem Gronovii fide suorum L. 1. et N. firmari, Hearnius tradit. *oneraviae* est in omnibus meis. Tum *ad XXX* in Hearnii D. Omnes deinde legunt *captae*. *Eas*, nisi quod *captae sunt*. *Eas* praeferat Lov. 2. Hinc *portantes* Lov. 5. Ber. et Gaertn. *deportantes* Lov. 2. *perportantes* ceteri. Nullus denique *captas* a Rhenano additum agnoscit.

Ab C. Octavio] Vet. lib. *ab Cn. Octavio:* itemque ita supra ubique. SIG. Mirum, non tantum plerosque codd. sed etiam edd. quae supra c. 38. et infra 29, 13. atque alibi recte *Cn.* vel *Gn.* praenomen Octavio tribuunt, hic tamen mendose, quasi conspiratione facta, *Caji* praenomen praeferre. Ceteroquin ita saepe errarunt librarii. V. ad 7, 3, 3.

Caelius frumento misso] Coelius scribendum ex nummis argenteis et Graecis libris. SIG. V. quaedam ad 3, 65, 2.

Captivos Karthaginem portantes tradit] Heic participium *captas* defuit, quod nos inseruimus *portantes*, *captas tradit*. RHEN. Solus Pal. 3. *portantes*, *captas tradit*. pr. *perportantes tradit*. sec. *deportantes tradit*. GEBH. V. supra hoc §.

§. 15. *Nihil ferme anno eo memorabile gestum est*] Verbum substantivum (ut saepe alias, ubi facile intelligitur, non exprimitur) exsulat Put. omnibusque Gallicanis, et Voss. J. FR. GRON. Exsulat etiam a Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Haverk. Rec. et Hearnii Oxonn. Deinde *actum*, pro *gestum*, Lov. 4. Rec. et Hearnii D. V. ad 22, 28, 1.

Supra morbum etiam fames adflixit] Castigavimus *super morbum*, id est, praeter morbum. Sic Sueton. Oth. [5.] *Instigante super animi dolorem etiam aeris alieni magnitudine*. Item in Domit. [3.] *Super ingenii naturam inopia rapax*. RHEN. *super* etiam omnes mei. De ea praepositione hoc sensu v. ad 38, 43, 1. Solent autem librarii *super* et *supra* in Mstis commutare. V. ad 23, 36, 4.

§. 16. *Propter Junonis Laciniae templum aestatem Hannibal egit*] *Pro Junonis Laciniae templum* Flor. et Voss. *Pro Junonis Laciniae templo* Hav. *Prope Junonis Laciniae templo* Lov. 2. *Prope Junonis Laciniae templum* Lov. 3. 4. et Ber. a m. 1. Sed nihil muto. *Propter* hic pro juxta, prope ponitur, ex cujus interpretatione ac glossa altera lectio nata est. V. ad Epit. Liv. 49. Tum *hanc aestatem* Lov. 3. *aestate Hannibal egit* Flor. Cant. Voss. Lov. 5. Harl.

Digitized by Google

ſtarum titulo, Punicis Graecisque literis insculpto.

et Gaertn. Sed vulgatum praefero. V. ad 35, 40, 8. Mox *rerum gestarum*, omissis vocibus mediis *ab se*, Flor. Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Hav.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google